del Collegio dela Compª de Jesus de Granada R-12.615

# BIBLIOTHECA VETERVM PATRVM

SVPRA DVCENTOS, QVA CONTINENTVR, ILLORVM DE REBVS DIVINIS OPERA OMNIA ET FRAGMENTA, QVÆ partim nunquam hactenus, partim ita vt raro iam extarent, excuſſa: vel ab Hæreticis corrupta: Nunc primùm Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis cenſura ſatis graui, ſine vllo nouitatis aut erroris fuco in perfectiſſimum corpus coaluërunt.

*DISTINCTA IN TOMOS OCTO:*

*Epiſtolarum, Hiſtoriarum, Moralium, Liturgiarum, Diſputationum contra Hæreſes, Commentariorum, Homiliarum, Poëmatúmque ſacrorum mixtim & Tractatuum in pene ſingula & fidei Chriſtianæ, & Scripturæ Sacræ loca:*

ILLVSTRATA,

Virorum doctiſſimorum Scholiis, Obſeruationibus, accurate annotatis ad marginem Scripturæ Lectionibus, Vitis Authorum cum eorum cathalogo Alphabetario, & Chronologia: Biblicarum quoque Authoritatum, & Materiarum locupletiſſimis Indicibus:

Per MARGARINVM DE LA BIGNE, Theologum Doct. Pariſienſem.




Correxi esta Bibliotheca ... conforme a la nueva censura de la S[ta]. Gn[al]. Inq[on]. en Gran[ad]a a 20 de ... de 1613

... Agustin de Guin...

Esta expurgado conforme al Expurgatorio de 1...

PARISIIS,

APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,

SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Corregi este libro conforme a la censura de la suprema inquisicion por mandado de los señores inquisidores de cordova en 22 de febrero de 1585 ...

Fr Joan Ramirez

del Collegio dela Compª de Jesus de Granada 12.615

# BIBLIOTHECA VETERVM PATRVM

SVPRA DVCENTOS, QVA CONTINENTVR, ILLORVM DE REBVS DIVINIS OPERA OMNIA ET FRAGMENTA, QVÆ partim nunquam hactenus, partim ita vt raro iam extarent, excuſſa: vel ab Hæreticis corrupta: Nunc primùm Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis cenſura ſatis graui, ſine vllo nouitatis aut erroris fuco in perfectiſſimum corpus coaluërunt.

*DISTINCTA IN TOMOS OCTO:*

*Epiſtolarum, Hiſtoriarum, Moralium, Liturgiarum, Diſputationum contra Hæreſes, Commentariorum, Homiliarum, Poëmatúmque ſacrorum mixtim & Tractatuum in pene ſingula & fideï Chriſtianæ, & Scripturæ Sacræ loca:*

ILLVSTRATA,

Virorum doctiſſimorum Scholiis, Obſeruationibus, accurate annotatis ad marginem Scripturæ Lectionibus, Vitis Authorum cum eorum cathalogo Alphabetario, & Chronologia: Biblicarum quoque Authoritatum, & Materiarum locupletiſſimis Indicibus:

Per MARGARINVM DE LA BIGNE,
Theologum Doct. Pariſienſem.




Corregi esta Bibliotheca ... conforme a la nueva censura de la ... Inq.on en Gran.a a 20 de ... de 1613 [illegible]
Augustin de Quin[illegible]

Esta expurgado conforme al Expurgatorio de 1[illegible]

PARISIIS,
APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,
SVB SCVTO BASILIENSI.
M. D. LXXV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Corregi este libro conforme ala censura dela suprema inquisicion por mandado delos señores inquisidores de cordova en 22 de febrero de 1585 [illegible]
Fr Joan Ramirez

Se enmendó de Orden del Consejo
Rl. Dn. Villavicencio

# BEATISSIMO PAPAE GREGORIO DECIMOTERTIO SANCTÆ ECCLESIÆ CATHOLICÆ PONTIFICI MAXIMO, AD HVMILLIMA PEDVM OSCVLA.

QVOTIES illud mihi venit in mentem quod olim ſalutiferæ Paſſioni ſuæ vicinus, exiſtimantibus diſcipulis quod regnum Dei confeſtim manifeſtaretur, dulciſſimus Præceptor Chriſtus Dominus propoſuit (Beatiſs. Pater) futurum in tempore Conſummationis quo nos omnes ante eius tribunal ſiſti oportet, vt ſedeat anteactæ noſtræ vitæ cenſor & Iudex ſimilis homini cuidam nobili qui ciuibus ſuis exoſus profecturus in regionem longinquam accipere ſibi regnum & reuerti, tradidit ſeruis ſuis bona ſua, nõ dubium quin gratiarum illius diuiſiones, vel vt tertius Euãgeliſta interpretatur, poteſtatẽ cuiuſque operis, vnicuique ſecundum propriam virtutem, & profectus eſt ſtatim: ille autem vterque in ſuis Talentis operatus, lucratus eſt duplum: Qui autem vnum acceperat, abiens aut fodit in terram aut in ſudario abſcondit pecuniam Domini ſui qui reuerſus illos quidem collaudatos præfecit multis, pro ſuo quemque merito, ciuitatibus, hunc autem poſtremum excuſantem ſe quòd metuiſſet durum & auſterum Dominum qui tolleret quod non poſuiſſet, ac meteret quod non ſeuiſſet, cõmiſſa eius fidei pecunia ſpoliari iuſſit ita obiurgatum: Serue nequam & piger, ſciebas quod homo durus ſum tollens quod non poſui & metens vbi non ſeminaui, quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego cum vſuris illam exegiſſem? Quin & illum inutilem proiici iuſſit in exteriores tenebras vbi fletus & ſtridor dentium.

TOTIES geſtit animus meus Eccleſiæ Catholicæ congratulari quòd in eius ſinu adoleſcant in dies tam multi toto orbe Chriſtiano fide & pietate præſtantes viri qui accepta à Deo Talenta Doctrinæ non otioſè retinent: verùm in his operantur, & vertendis ex Hebræorum, Syrorum & Grȩcorum fontibus in linguam Latinam libris, aut Latinis ad antiqua & fide digna exemplaria caſtigandis, & Scholiorum aut iuſtȩ magnitudinis Commentariorum adiectione illuſtrandis non faciunt finem: Tuam verò Anteceſſorúmque tuorum Beatitudinem celebrare quæ duo Eccleſiæ Gallicanȩ columina Vigoreum Archiepiſcopum Narbonenſem, & Sanctium Ebroïcenſem digniſſimis illorum ſplendore Eccleſiis ob fidelem & diligentem Dominicorum Talentorum negociationem præfeci-

ſtis vt doceretis filios veſtros Principes Chriſtianos per talia opera Dei volunta-
tem implere,& quibus ſe irretiuerunt ærumnis volentes , ex his vel malo & metu
coactos ſeſe exoluere. Verùm vt neſcio quà rerum iniquitate , fluxa & labilis eſte
mentibus humanis diuinorum beneficiorum memoria , Eorum qui ſapientiæ ta-
lentum acceperũt,pars maxima hîc apud nos,proh dolor, cum illo ſeruo nequàm
& filiis Agar,ſapientiã carnis & huius ſeculi,quę nõ de ſurſum ſed Deo inimica &
mors eſt, vel terreſtribus deſideriis obruunt vel in ſublimibus verbis amplectun-
tur,&præ fama falſi nominis ſcientiæ quia ſapere ad ſobrietatẽ neſciunt,humilem
quidẽ ſed Myſteriis diuinis grauidam diſciplinam faſtidiunt ingenióque ſuo iudi-
cant indignã. Qua de re quis animo,vt decet,affectus continere ſe poſſit quin de-
ploret Gallicũ infortunium quod in illam recidit quæ extremis temporibus futu-
ra erat, eam omnium ordinum perturbationem , vt omninò malit quiſque aliena
quàm ſua talenta exercere,& in iis negociari? Diuites miſericordiæ fere expertem
animum induerunt : Pauperi non ſuccurrunt optimates , ſed miſerationes abii-
ciunt . Eccleſiaſtici ſecularia deſideria ſectantur. Militares , Eccleſiaſtica omnia
& diuina prophanis attrectant manibus : & hæc eſt noſtri fundi calamitas quæ
ciuilium bellorũ incendiis miſeras Gallias depopulatur. Ego verò vt horum prę-
poſtera & ſtudia & conſilia vehementer improbo ( Quam enim quiſque nouit
artẽ ſi in illa exerceat ſe , & quà illum dignatus eſt cœleſti vocatione Deus , in illa
permanere & certam per bona opera facere ſategerit, ille demùm famam prome-
ri & laudem mihi videtur) Sic illorum otium iners,longe aliter quàm Sacerdotes
& Chriſtianos deceret negotioſum tamen , vt fugerem, quantulumcúnque tem-
poris mihi ab Eccleſiaſticis cõcionibus ſupereſſet,quàm fieri poſſet optimè vt col-
locarem ſemper exoptaui: Quod cum bene ſubductis omnibus , magis quam alià
vllà re, Sanctorum Patrum monumenta antiqua euulgando,me perfecturum ſpe-
rarem (Nouorum enim ſcribendorum . Librorum finis , recentiores etiam do-
ctiſſimi vt non tam magni fiant, perfecit) Fateor hæc cogitantem, vt olim Miltia-
dis trophæa Themiſtoclem. Sic Religioſiſſimi P. ac.D. D. Surij Canonicum Sa-
cro-ſanctorum Conciliorũ corpus , & grandis ac grauis Sanctorum legenda Hi-
ſtoria ſtudiis honeſtis animum meũ incendit,nec tam vehementer tamen quin in-
telligerem futurum,vt quãtum ille me à tergo relinquebat ſanctiſſimæ Abrenun-
ciationis inſtituto, tantùm etiam immenſi illius labores meos conatus ſuperarẽt.
Auſus ſum itaque,& multis ante noſtram ætatibus niueo magni Caſſiodori lapil-
lo delineata, nuper verò non cãdido eorum qui à fide & Apoſtolica Eccleſia deſ-
ciuerãt,carbone contaminata , in perfectiſſimum viuiſque ſuis & veris coloribus
ornatum corpus, Sacra Sanctorum Patrum Bibliotheca vt coaleſceret prodirét-
que in lucem , me virorum doctiſſimorum laboribus qui circa ſingulos illius
Bibliothecę Libros modis variis deſudauerunt, adiutũ,te Iudice , Rege Chriſtia-
niſsimo Domino meo & Principe Mœcœnate,perficere poſſe nõ deſperaui. Cùm
enim in hac inſtruenda , vel Plagiũ admittere quòd aliena pro meis venditare ve-
lim, Vel vt muſcę fœtidę ſolẽt æſtate paululùm deguſtatas carnes inficere vermi-
bus, ſic me ſingulos huius Bibliothecę Libros parte aliqua feciſſe deteriores vel
totos corrupiſſe,quia vel doctas Pręfationes,vel Cõmentarios ſuſtulerim,aut ma-
gis accuratas editiones nõ fuerim ſecutus, bene an male cõſultus neſcio quiſpiam
fortaſſe dixerit:Cùm ego omninò cõtra te iudice contendã,me,id quod apes ſolẽt
è floribus legiſſe mella,vel potius,eorũ qui ſuas animas Chriſto deſpõſare volunt,



mundum ſanctiſſimum è pretioſiſſimis lapillis & auro in hunc theſaurum con-
geſſiſſe. At cùm neque ſic me inuidiam vincere poſſe ſciam,& ſynceræ pietatis fi-
deíque ſtudio forte dicturus ſit aliquis , me vnà cum maxime catholicis doctri-
nis admiſcuiſſe aliquot, quantæ quantæ ſint,nouas & nec veras,nec ſanam doctri-
nam continentes propoſitiones: Qualis fortè inter Hiſtorias illa eſt S. Sulpitij Se-
ueri Bituricen. Archiepiſcopi narratio,moriturum aliquãdo. D.Martinum Turo-
nen. Archiepiſcopum eius præceptorem de Mundi cõſummatione ab eo interro-
gatum reſpondiſſe,Neronẽ & Antichriſtum prius venturos:& illũ quidem in Oc-
cidente decem Regibus ſubactis Imperatorem,excitaturum perſecutionem,ab eo
exercendam hactenus vt cogat Idola Gentilium ſectari: euertẽdum autem Orien-
tis Imperium ab Antichriſto,qui & ſedẽ regni Hieroſolymã habiturus,&Templũ
Salomonis in integrũ reſtituturus ſit:Porrò hanc illius futuram eſſe perſecutionẽ,
vt Chriſtũ Dominum abnegare,& Circuncíſionẽ paſſos cogat proffiteri illũ Chri-
ſtũ eſſe,cui,rediuiuo illo Nerone obtruncato,ceſſura ſit Orbis terrarum tyrannis.
Quin & quod ille proculdubio concipiendum de Spiritu malo Antichriſtũ ait nõ
magis verè quã tertià paulò plus minus ante illum ętate affirmauerat D. Hippoly-
tus Martyr Portuenſis Epiſcopus, D. Ioannẽ Theologum & Euangeliſtã non ma-
gis è viuis ereptum quàm Enoch & Heliã , contra Antichriſtũ depugnaturum cũ
illis, & hunc non hominẽ peccati aut perditionis filium futurum,vt Paulus appel-
lat,ſed ipſummet Dęmonem qui ex impuriſſima muliere,virgine tamen falſò cre-
dita, carnem opinione tantum aſſumpturus ſit: Quid quod huic σύγχρονος Gauden-
tius. D. Ambroſio familiaris Brixien. Epiſc. præſcriptis omninò cõtra Euãgelicam
Hiſtoriã verbis, Chriſtum anno duntaxat vno antequàm pateretur, à Ioanne bapti-
zatum in Iordane,quodã in Tractatu ait? Claudij verò Iconomachi quidem & Ar-
riani illius Taurinenſis,non autem Altiſſiodorenſis Epiſcopi,vt Lutheranus quidã
nuper cõfinxiſſe voluit, Excerptum contra ſacras imagines,è Libris Ionę Pontificis
Aurelianenſis non proſcripſi:& Nicolaum de Clamangiis Baiocenſem Archydia-
conum,fœliciore ſeculo plane dignum Theologum Pariſienſem,inter Catholicos
retinui, Sacroſanctæ tamen Tridentinæ Synodi Deputatorum cenſurà acriter no-
tatum,nec iniuria: Quippe qui præter multa quæ forte non inſalubris medicina ſu-
perioribus temporibus fuerunt, auſus ſit etiam recẽs inſtitutas in quibuſdã Eccle-
ſiis Sanctorũ celebritates nõ ſatis laudare,& Eccleſiã in moribus (in factis,dictum
voluit,cùm neque id quidem etiam fortaſſe dixiſſe debuiſſet) errare poſſe affirma-
uit, alioqui ſic Lutheranorum adiectamẽtis deprauatus vt pietatẽ vllo pacto pro-
mouere poſſe nunquã quiſquam ſanæ mentis iudicaſſet niſi à Sacroſancta Triden-
tina Synodo & Sanctitate veſtra delegati Librorum impietatis ſuſpectorũ Iudices,
illum ex Catholicorum albo expunxiſſent quòad Pariſienſium aut Louanienſium
ni fallor,vel ſelectorum ad eam rem à Sede Apoſtolica Theologorum arbitrio eſ-
ſet repurgatus,eàque matura ſua & prudẽti Cenſura inter vtiles admiſiſſe facillime
intelligerentur. Ac poſtremò vt ea prętermittam quæ inter Eccleſiaſticarum con-
cionum & rei familiaris curas, Polonicę quoque profectionis longa conſilia forte
irrepſerunt , ſemel verò deprehenſa à me vehementius quàm ab vllo alio ( ſi Do-
minus voluerit, & ſi vixero) caſtigabuntur, Etiam Nemeſius Gregorio Nazianze-
no familiaris Pontifex Emiſſenus,& hũc ſecutus non multò poſt Fauſtus è Mona-
cho Lyrinenſi Rhegienſis Epiſcopus,nominatim eius argumenti deſcripto Libro,

damnatum illum & veterem Tertulliani de Anima corporea errorem, denuò ſuſcitare velle ab inferis videntur. Quanquã adduci vix poſſim vt credam ea doctrina & pietate viros in fidei via erraſſe tam grauiter: Quin longe potius exiſtimarẽ, vt inuidiam ſic fraudes vitare illos non potuiſſe Hæreticorum qui cùm obtrectandi ſtudio quiduis mallint eſſe verum quàm id quod eis obtrectãdi materiam perimat, nihil penſi nihil ſancti illis eſſe, ex his quæ auſi eſſe conuicti ſunt facile apparet. qua in re tamẽ ſi quid à me ex ignorantia vel incuria eſt peccatũ (quòd enim mala mens, malus animus & dolus in me nõ fuerit, teſtis eſt Dominus Deus) Tu qui ab illo conſtitutus es Eccleſiæ Chriſtianæ Pontifex qui & infirmos in fide aſſumere & dubios cõfirmare, prò ſumma tua & à Deo tibi in manus tradita poteſtate poſſis, imbecillitatem meam ſuſtine. Nihil enim moror nondum ſatis maturam ad tam ardua cœpta ætatem meam: Sed te vnum reſpicio Pontificem qui ſcias & poſſis compati infirmitatibus meis tentatus per omnia pro ſimilitudine. Itaque adeo cum fiducia ad thronum gratiæ tuæ vt miſericordiam conſequar, & inueniam apud te gratiam in auxilio opportuno in nomine Chriſti Ieſu, cui laus, honos, & gloria: Tibi verò ad Eccleſiæ Chriſtianæ propagationem, & noſtrûm omnium diſciplinam ac mores in integrum reſtituendos, ad multos annos ſit fœlix incolumitas.

Ex veſtra Sorbona Pariſienſi XII. Cal. Septembris 1575.

Sanctitatis Veſtræ deuotiſſimus Orator, Marguarinus de la Bigne Theologus Doctor Pariſienſis.

# HENRICO TERTIO GALLIARVM, POLONIÆQVE REGI CHRISTIANISSIMO, PAX A DEO, ET FELICITAS.

SACRA TVA, & dilecta Deo Maieſtas, quę in Regiis laboribus & religioſiſſimis Triumphis à prima ętate educata, ſi noſtrum omnium deprauati mores nos fœlices eſſe ſinerent in perfectiſſimum Principem, adoleuit (Rex Chriſtianiſſime) tantùm nominis & ſplendoris apud omnes aſſequuta eſt hactenus vt cùm omnes de te id haberent perſuaſum quod aliquando Salomoni dixit, pietatis & virtutis ſtudioſa mulier Regina Saba Ægypti & Æthiopię Imperatrix, cùm ipſamet oculis ſuis perſpexiſſet omnem illius ſapiẽtiam, & domum quam ædificauerat Deo Iſrael, & cibos menſæ & habitacula ſeruorum eius, & ordines miniſtrantium veſtéſque eorum, & holocauſta quæ in dies ſingulos offerebat in domo Domini, ſic attonita vt non haberet vltra ſpiritum: Verus eſt ſermo, inquit, quem in terra mea audiui ſuper ſapientia tua, & non credebam narrantibus mihi donec ipſa veni & probaui occulis meis quod media pars mihi nunciata non fuerit: Maior eſt enim ſapiẽtia tua quàm rumor quem audiui: Beati viri tui, & beati ſerui tui qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapiẽtiam tuam: Sit Dominus Deus tuus benedictus cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronũ Iſrael eò quòd dilexerit eum in ſempiternum, & conſtituit te Regem vt faceres ei iudicium & iuſtitiam. Ego fœliciſſimum me nec immeritò exiſtimaui quo die à Regina, chariſsima tuæ maieſtatis Parente, iudicio & indicio Reuerendiſsimi Andegauenſis Epiſcopi, tuarum in Polonia Pœnitentiarum eius vice delegatus Oeconomus, fidem feciſſe potui, me, vt ſubditum decet paratum fuiſſe etiam in carcerem & in mortem ire tecum, niſi prępmatura, & Orbi Chriſtiano luctuoſiſsima mors Chriſtianiſsimi Regis Caroli de tua maieſtate etiam ſupra quàm fraterna conſueuerit pietas, ſed longe infra tuas virtutes, & Officia quidẽ in illum, ſed diuina in Gallicum Imperium beneficia, bene meriti (cuius memoria ſit ſemper in benedictione, & Anima colligata in faſciculo viuentium quieſcat, eique pax fœderis Domini quæ exuperat omnem ſenſum, ſocietur) mihi fœlicitatem hanc inuidiſſet, meáque ad te impedita profectione, tuum ad nos aduentum incredibili omnium bonorum lætitia & expectatione maturaſſet: Neque ſic tamen conquieui, ſed R.P. ac D. meo Pontifice Andegauẽſi fideliſsimo Animæ tuæ medico authore meum erga Tuam Maieſtatem Obſequium aliquo indicio vt declararem, conſtitui apud me Bibliothecam hanc ſacram Sanctorum

Patrum quàm ego tum ſtudiorũ meorum argumentum in manibus habebã,
nomini tuo dicare, idque non modò quod hactenus Regum potentiſsimorum
opus fuerit Bibliothecas inſtruere qualis hæc tua eſt, Antiquorum Patrũ quos
nemo ſatis admirari, nemo pro dignitate laudare poſſit, diuinis monumentis
locupletiſſimas: Vel quòd miſera hæc Bellorum ciuilium tempeſtas, Libris æ-
que ac ſtudioſis cum extremam internecionem videatur comminari, ſarti tecti
que contra omnes etiam temporis omnium rerum edacis iniurias hac Biblio-
theca vt tutiſſimo Aſylo eſſe poſſint: Quanquã ne hæc quidẽ etiam inter poſtre
mas fuit cauſa quòd hinc meo iudicio ſatis commode Maieſtas tua poſſit præ-
ſentiſſimum bellis ciuilibus quæ tuum imperium non fatis ſed noſtris peccatis
vrgentibus miſere dilacerant, remedium inuenire, & ſaluberrima Eccleſiæ tuæ,
Nobilitati tuæ, omnibus denique Regni tui Ordinibus expedire cõſilia. Enim-
uerò cum non aliæ ſint bellorum, maximè verò ciuilium cauſæ quàm peccata,
vndenam quæſo magis neceſſariò quam è ſcriptis Patrum qui nullis rerum præ
ſentium deprauati præiudiciis, nulla animi perturbatione, vita etiam ante acta
magis quàm ſcriptis loquũtur, Peccatis languentium Animarum petenda me-
dicina eſt? Ne quis enim male cõſultus, bellicis tumultibus non bene cũ ſtudiis
Theologicis cõuenire exiſtimaret, voluit ipſemet nec dedignatus eſt Dominus
Deus quarta antequam naſcerentur ætate, Iſraelitarũ Regibus Theologica ſtu-
dia, & ex illis viuendi leges (ſi modò ſalui eſſe, & ex ſe natis poſteris longa ſerie
regnũ tradere per manus vellent) præſcribere. Cùm, inquit, ingreſſus fueris ter-
ram quam Dominus dabit tibi, & poſſederis eam, & dixeris: Conſtituam ſuper
me Regem, &c. Non habebit, vxores plurimas quæ illiciant animum eius:
Poſtquam autem ſederit in ſolio Regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium Le-
gis huius in volumine accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ Tribùs, &
habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ vt diſcat timere Domi-
num Deum ſuum & cuſtodire verba & Cæremonias eius quæ in lege præcepta
ſunt vt faciat ea, nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque
declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe & fi-
lius eius ſuper Iſrael. Et quidem ex hiis Dei cunctis ſermonibus ne vnus quidẽ
cecidit in terrã. Octauo enim poſt Moſem Legiſlatorẽ ſeculo, Rex Ioſias inuẽtũ
librũ ab Helchia Sacerdote magno in Tẽpli ruinis olim recõditũ à Sacerdotibus
ne vnà cum reliquis ab impio Achab exureretur, perlegente coram eo Saphan
Scriba cum audiiſſet: animo vehementer commotus ſcidit veſtimenta, & ait,
Ite & conſulite Dominũ ſuper me & ſuper omni Iuda, Magna enim ira Domi-
ni ſuccẽſa eſt contra nos quia non audierunt Patres noſtri verba Libri huius vt
facerẽt omne quod ſcriptum eſt nobis. Conſulta itaque ab illis Olda Prophetiſ-
ſa reſpondit: Regi ſic dicetis: Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Pro eo quòd au-
diiſti verba voluminis, & perterritum eſt cor tuum, & humiliatus es coram Do-
mino, & ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti coram me, & ego audiui, ait Domi-
nus: iddirco te colligam ad patres tuos, in pace, & non videbunt oculi tui mala
omnia quæ introducturus ſum ſuper locum iſtum. Rex verò euocato in Tem-
plum Domini omni Populo à paruo vſque ad magnum legit cunctis audienti-
bus verba Libri fœderis Domini, & abſtulit immunditias & abhominationes
quæ erant in terra Hieruſalem, & celebrauit Phaſe Domino quale non fuerat fa
ctum

ctum à diebus Iudicum & Regum Iuda. Sic tuæ Maieſtatis in mentem ſi Domi-
nus Deus immiſerit [redacted] huius Bibliothecæ [redacted] (veterum) Patrum conſulere Ora-
cula, & per fideliſſimos diuinorum Myſteriorum interpretes Amyotum. R. Al-
tiſſiodorẽſis Eccleſiæ Pont. Eleemoſynariũ T.M. & Ruzæum, Andegauenſem
Epiſc. Conſcientiæ tuæ Medicum, eorum Reſponſa audire: Ocyus dicto intel-
lexeris quàm tuta & firma præ paganis vel ad minimũ ſemi-Chriſtianis Polyti-
cis conſultoribus, imperiorum fundamenta iacere doceant, ruinæ verò cauſas
perſcrutari & à nobis auertere. Iſthic vel vnum intueri licet olim Baiocenſem
Archidiaconum qui dum ætatis ſuæ quas imperium Gallicum minabatur rui-
nas enumerat ac deplorat, pene nullum ex hiis quæ imperiorum vires vel cõfir-
mant vel labefactant, intactum prætermittit. Quàm verè, & priſcorum tempo-
rum & æui ſui periculis docet nos, Nobilium à Sacerdotibus diſſenſionem poſt
ſe neſcio qua non diſſolubili neceſſitate, Populi trahere Seditionem! Quàm ac-
curate ex certiſſimis Philoſophiæ Principiis demonſtrat, Regnum ſine iuſtitia
(cuius nõ alia magis præſens aut capitalis peſtis eſt quàm nullus Magiſtratuum
delectus, apud quos vænales, venalia omnia vt ſint neceſſe eſt) conſeruari poſſe
ſi quis putet, perinde illum ſapere ac ſi putet ſe ſine oculis videre, ſine pedibus
ambulare, ac demùm ſine ſplendore Solis eſſe diem, poſſe dicere. Quin & illud
meo iudicio longe ſapienter ac vere magis quàm è Tripode pronunciat, Impe-
riorumquæ in vitia collapſa ſint, Capitalem pœnam & malorum demùm ex-
tremum eſſe ciuille bellum, cuius in Gallia longe alia quàm apud Italos ſit ratio,
quòd hic apud nos inſtructi ex latronibus, & quibus ſuauiſſimum ac certiſſimũ
eſt ſtipendium, quidlibet impune audẽdi, nullàque fide & pietate rapiendi om-
nia, libertas: non aliud quam patriæ meditantur excidiũ: contra verò Italicarum
ſeditionũ non alia ſunt quã vt Reſpublicę quàm optime conſtituantur, cõſilia.
Qua ex ré id acciderit, vt leuis & ſine vllo argumento nata contentio inter Prin-
cipes, nõ modò plus periculi intra annos 12. huic Regno, quã funeſtiſſimæ Guel-
phorum & Gibellinorum factiones 5. iam ſeculis Italiæ procreauerit: Verum
etiam in id exitij res Imperij huius adduxerit, vt è fati faucibus niſi Miraculo
non potuerit eripi: Eodẽ ſi recidimus, metuo ſupra modũ ne vt olim apud Ga-
lilęos, ſic iam apud nos ob noſtram infidelitatem Miracula non poſſit Chriſtus
operari. Sed quia dũ illũ ſequor, finiũ Theologicorũ limites prętergreſſus vide-
ri poſſem, cũ non ſim tamen, de vno Agapeto, magnę Cõſtantinop. Eccleſiæ Ar-
chidiacono, id tantũ dicã (Rex Chriſtianiſſ.) ſic illum Regiæ inſtitutionis nume-
ros omnes pręſcripſiſſe, vt de impietate, de Perduellibus, ſi quod antehac feciſti
ſemper, triũphare velis, omninò eo paſſu tibi ſit incedendũ. Viue itaque fœlix (ô
Rex) in ęternũ viue, & his luctuoſiſsimis tẽporibus neceſſariã æque ac ſalubrem
M. tuæ, Eccleſiæ tuæ, Nobilitati tuæ, tui denique Regni Ordinibus omnibus me-
dicinam aſſumè, vt quod dudum nobis pollicitus eſt Deus de te omnes dicamus
quod de Patriarcha Noë priſcis temporibus dictum teſtatur Scriptura: Iſte con-
ſolabitur nos à laboribus manuum noſtrarum in terra cui maledixit Dominus.

E tua Sorbona Pariſienſi, XII. Cal. Sept. Chriſtianiſs. T. Maieſta-
tis ſeruus deuotiſs. MARGVARINVS DE LA BIGNE,
Theologus Doctor Pariſienſis.

## EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Michel Sonnius, Marchant libraire de l'Vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer, mettre en vente & diſtribuer, vne fois ou pluſieurs, vn liure intitulé BIBLIOTHECA veterum [redacted] PATRVM, PER MARGARINVM DE LA BIGNE THEOLOGVM DOCT. PARISIENSEM. Et fait defenſe ledict Seigneur à tous Libraires, Imprimeurs, ou autres de quelque qualité qu'ils ſoyēt, de non en imprimer, ou faire imprimer, vēdre, ou diſtribuer en ſes pays, terres, & Seigneuries, autres que ceux qu'aura fait imprimer ledict Sonnius. Et ce iuſques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que leſdits liures ſeront acheuez d'imprimer, ſur les peines contenues és lettres patentes dudict Seigneur. Données à Paris, le 9. de May, 1575.

PAR LE ROY EN SON CONSEIL  Signé, POVSSEPIN.

## CENSVRA ET APPROBATIO [redacted] BIBLIOTHECÆ [redacted] VETERVM PATRVM PER FACVLtatem Sacræ Theologiæ Pariſien.

*ANNO Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, die verò primâ menſis Septembris, Sacratiſſima Theologiæ Facultas Pariſienſis poſt Miſſam de Sancto Spiritu apud Collegium Sorbonæ ex more celebratam, in eodem Collegio congregata eſt ſuper ſuis agendis. In qua congregatione, audita relatione Magiſtrorum noſtrorum Nicolai Mulot, Petri Guerin Auguſtinen. Geruaſij Milon, Ioannis Preuoſt, Ioannis Paradis, & Ioannis Boucher, qui ex ordinatione dictæ Facultatis viſitauerunt Librum inſcriptum,* [redacted] BIBLIOTHECÆ [redacted] PATRVM OCTO TOMI: *Non impedit Facultas quominus dictus Liber imprimatur. Actum anno & die prædictis.*

+ Veterum

*De mandato Dominorum Decani & Magiſtrorum dictæ Facultatis Theologiæ Pariſienſis.*

*LE GOVX.*

EPISTOLA-

## EPISTOLARVM, ET ALIORVM QVORVNDAM OPVSCVLORVM QVÆ [redacted] BIBLIOTHECÆ [redacted] VETERVM PATRVM TOMO PRIMO CONTINENTVR, INDEX.


SACROSANCTI Martyris Ignatij Antiochiæ Archiepiſcopi Epiſtolæ, interprete Hieronymo Vairlenio Syluio, adiectis, Eiuſdem Scholiis, D. Virginis Mariæ Epiſtola ad D. Ignatium, col. 3

S. Martyris Polycarpi Smyrnæorum Epiſcopi, Epiſtola ad Philippenſes, col. 45

D. Martialis, Apoſtoli, Martyris, & Epiſcopi Lemouicē. Epiſtolæ ad Burdegalen. & Tholoſanos, Lib. 2. col. 47

Pij Pont. Rom. ad fratrem Iuſtum Epiſcopum Viennen. Epiſtolæ, col. 63

Cornelij Pont. Rom. ad Lupicinum Viennen. Epiſcopum, Epiſtola, col. 64

S. Patris Dioniſij Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola Canonica ad Baſilidem, cum Comment. Balſamonis Patriarchæ Antiocheni. col. 65

S. Patris noſtri Gregorij Næocæſarien. Epiſcopi, qui & Taumaturgus dictus eſt, Epiſtola Canonica, de iis qui in Barbarorum incurſionem Idolothyta comederunt, &c. cum Commentariis Balſamonis, &c. 69. Eiuſdem μετάφρασις in Eccleſiaſten, cum Præfatione & Commentariis Nobiliſſ. & eruditiſſ. Iacobi Billij Prunæi in ſuum Nazianzenum. col. 78

D. Antonij meritò magni, Abbatis, ad Arſenoitas fratres ſuos, 8. Epiſtolæ, interprete Valerio Saraſio, cum Præfatione ex Epiſtola Symphoriani Campegij S. A. Prothonotarium. col. 92

Anthonij, nō illius quidem meritò magni, ſed alterius, eruditi & pij Abbatis, Meliſſa, ſiue Sermonum & Locorum communium, Libri 2. col. 110

D. Paciani, Barcilonæ quondam Epiſcopi, opera. col. 302

D. Gregorij Epiſcopi Niſſeni ad S. Latoium Epiſcopum Mitylenes, Epiſtola Canonica, cum Commentariis Balſamonis, col. 326. Eiuſdem varia fragmenta ex eius Operibus quæ non extant: collecta ex Euthymij Panopliæ, Titulo, 7. primæ partis, col. 347

Theophili Archiepiſcopi Alexandrini, Epiſtolæ Paſchales, D. Hieronymo interprete, & alia quædam, col. 366

Dioniſij Abbatis Romani, cognomento exigui, ad Fœlicianum Paſtorem, Præfatio in litteras Procli ad Armenios, col. 406

Procli Epiſcopi Conſtantinop. ad Armenios de recta fide, Epiſtola, Dioniſio Exiguo interprete, col. 407

S. P. Syrilli Archiepiſcopi Alexandrini ad Domnum, Epiſtola Canonica. col. 415. Eiuſdem altera ad Epiſcopos qui ſunt in Lybia & Pentapoli, cum Commentariis Balſamonis Patriarchæ Antiocheni. col. 417

Bacchiarij ad Ianuarium de recipiendis lapſis, Epiſtola. col. 418
Gennadij Patriarchæ Conſtantinopolitani & cum eo congregatæ Synodi, ad Papam, Epiſtola ενχυκλυος, cum Commentariis Balſamonis Patriarchæ Antiocheni, col. 433
Antonini Epiſcopi Conſtantinien. ad Arcadium à Genſericho Vvandalorum rege actum in exilium, Epiſtola conſolatoria, col. 435
Eccleſiarum per Illyricum, &c. Epiſtola ad Symmachum Pont. Rom. col. 437
Symmachi Pontificis Rom. Apologeticus aduerſus Anaſtaſium Imperatorem. col. 443
Ex Epiſtola Nicephori Carthophylacis, de ligandi ſoluendíque poteſtate, Fragmentum. col. 447
Agnelli Epiſcopi Rauennat. ad Arminium de ratione recte fidei, Epiſtola. 449
Tharaſij ſanctiſs. Patriarchæ Conſtantinopolitani, ad Adrianum Pont. Rom. de non faciendis pecunia Ordinationibus, Epiſtola, cum Commentariis Balſamonis Patriarchę Antiocheni. col. 451
S. Niconis, de iniuſta Excommunicatione, ex Epiſtola ad Enclyſtium, Fragmentum. col. 455. Eiuſdem de peſſimorum Armeniorum peſſima religione. 456.
Athanaſij Patriarchę Conſtantinopolitani de neceſſaria Epiſcoporum Reſidētia, 8. Epiſtolæ. col. 458
D. Fulberti Epiſcopi Carnotē. de 3. maxime neceſſariis fidei chriſtianę capitibus, ad Adeodatum, Epiſtola, col. 469. Eiuſdem altera ad Pinardum. 475.
S. Theodori Studiti ex 4. Epiſtola ad Naucration filium, fragmentum, col. 477. Eiuſdem Dogmatice de adoratione ſanctarum imaginum. 479.
S. Martyris Euſebij Vercellen. Epiſcopi, dum eſſet in exilio, ad Epiſcopos & quaſdam Italiæ Plebes tranſmiſſa Epiſtola. col. 481. Eiuſdem Libellus ad Patrophilum. col. 482
D. Iuonis, Carnoten. Epiſcopi, an Chriſtus in Cœna, paſſibile corpus ſuum dederit Diſcipulis: Ad Haymericum Abbatem Aquitinen. Epiſtola. col. 484
D. Adelmanni, ex Leodienſi Scholaſtico, Brixienſis Epiſcopi, de veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia, Epiſtola ad Berengarium. col. 487
Acta Concilij Rom. contra Berengarium. col. 492
Populi Neſtoriani ad Pont. Rom. Epiſtolæ 2. col. 493

EPISTOLÆ



# EPISTOLÆ ANTIQVORVM PATRVM DE DEO ET REBVS DIVINIS [illegible] BIBLIOTHECÆ.

TOMVS PRIMVS.

## DIVI IGNATII VITA.

Ex D. Hieronimi Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo.

*IGNATIVS Antiochenæ eccleſiæ tertius poſt Petrum apoſtolum epiſcopus commouente perſecutionem Traiano, damnatus ad beſtias, Romam vinctus mittitur. Cumque nauigans Smyrnam veniſſet, vbi Polycarpus auditor Ioannis epiſcopus erat, ſcripſit vnam epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Traliēſes, quartam ad Romanos: & inde egrediens ſcripſit ad Philadelpheos & ad Smyrneos, & propriè ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem eccleſiam: in qua & de Euangelio quod nuper a me tranſlatum eſt, ſuper perſona Chriſti ponit teſtimonium dicens: Ego vero & poſt reſurrectionem in carne eum vidi, & credo quia ſit. Et quando venit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce, palpate me, & videte, quia non ſum dæmonium corporale. Et ſtatim tetigerunt eum, & crediderunt. Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de epiſtola eius quam ad Romanos ſcribit, pauca ponere, De Syria vſque ad Romam pugno ad beſtias in mari & in terra, nocte diéque ligatus cum decem Leopardis, hoc eſt, militibus, qui me cuſtodiunt: quibus & cum benefeceris, peiores fiunt. Iniquitates autem eorum, mea doctrina eſt, ſed non idcirco iuſtificatus ſum. vtinam fruar beſtiis, quæ mihi ſunt præparatę, quas et oro mihi veloces eſſe ad iteritum, & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me, ne ſicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere, Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam vt deuorer. Ignoſcite mihi filioli: quid mihi promiſit, ego ſcio. nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de his quæ videntur deſiderans, vt Ieſum Chriſtum inueniam, Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantum vt Chriſto fruar. Cumque iam damnatus eſſet ad beſtias ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait: frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar. Paſſus eſt Anno 11. Traiani. Reliquiæ corporis eius* Anthiochiæ *iacent extra portam Daphniticam in cœmiterio.*

Ex Trithemii libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

*Ignatius, eccleſiæ* Antiochenæ *tertius poſt B. Petrum epiſcopus, vir eximiæ ſanctitatis, ac domini noſtri Ieſu Chriſti ſingularis & feruentiſſimus amator, dicere conſueuit, Dioniſio teſte: Amor meus, crucifixus eſt: Hic beatiſs. præſul cum eſſet animi verbi prędicator doctus & zeloſus, ſcripſit nonnullas elegantes & plenas feruoris epiſtolas, in quibus ſe amatorem ſancti martyrii fuiſſe demonſtrauit, E quibus iſtæ feruntur potiores.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Ad Eccleſiam Epheſiorum.* | *Epiſtola* | 1. | *Ad beatam virginem.* | *Epiſtola* | 1. |
| *Ad Magneſianos.* | *Epiſtola* | 1. | *Ad Philadelphios.* | *Epiſtola* | 1. |
| *Ad Troienſes.* | *Epiſtola* | 1. | *Ad Policarpum.* | *Epiſtola* | 1. |
| *Ad Romanos.* | *Epiſtola* | 1. | *Paſſus eſt Romæ ſub Traiano imperatore,* Anno domini | | 3. |
| *Ad ſanctum Iohannem.* | *Epiſtola* | 2. | | | |

## SACROSANCTI MARTIRIS IGNATII ANTIOCHIÆ ARCHIEPISCOPI, EPISTOLA PRIMA.

*Ioanni Sancto ſeniori Ignatius & qui cum eo ſunt.*

FRATER de tua mora dolemus grauiter, allocutionibus & conſolationibus tuis roborandi. Si tua abſentia protendatur, multos de noſtris deſtituet: properes igitur venire, quia credimus expedire. Sunt & hic multæ de mulieribus noſtris Mariam Ieſu videre cupientes, & quotidie à nobis ad vos diſcurrere volentes, vt eam contingant, & hubera eius tractent, quæ Dominum Ieſum aluerunt, & quædam eius ſecreta percunctentur ipſam Mariam Ieſu. Eſt & Salome quam diligis, filia Annæ Hieroſomis, & quinque menſibus apud eam commorata. Et quidam notificauere eādem matrem Dei omnium gratiarum eſſe abundantem, & omnium virtutum more virginis, virtutis & gratiæ fœcūdam, quæ (vt dicunt in perſcutionibus & afflictionibus eſt hilaris, in penuriis & indigentiis nō querula, iniuriantibus grata, & modeſta in re læta. Miſeris & afflictis condolet coafflicta, & ſubuenire non pigreſcit. Contra vitiorum autem peſtiferos conflictus in pugna fidei diſce-

*Matris dei laudes.*

ptans, eniteſcit. Noſtræ nouæ religionis & pœniten-
tia eſt magiſtra,& apud fideles omnium operum pie-
tatis miniſtra. Humilibus quidem eſt deuota,& deuo-
tis deuotius humiliatur,& mirum ab omnibus magni
ficatur cum à Scribis & Phariſeis ei detrahat. Præter-
ea multi multa referunt de eadẽ,tamen omnibus per
omnia non audemus fidem concedere , nec tibi re-
ferre . Sed ſicut nobis à fide dignis narratur, in Maria
matre Ieſu humanæ naturæ, natura ſãctitatis angelicæ
ſociatur. Et hæc talia excitauerũt viſcera noſtra,& co-
gunt valde deſiderare aſpectum huius ( ſi fas ſit fari)
cœleſtis prodigij & ſacratiſſimi ſpectaculi. Tu autem
diligenti modo diſponas ſuper deſiderio noſtro , &
valeas , Amen.

*Virgo Maria cœleſtè ſpectaculum.*

## DIVI IGNATII AD EVNDEM.

EPISTOLA 2.

*Iohanni ſancto ſeniori Ignatius.*

MIhi ſi licitum eſt à te ad Hieroſolymæ partes
volo aſcendere,& videre fideles ſanctos qui ibi
ſunt , præcipuè Mariam Ieſu, quam dicunt vniuerſis
admirandam, & cunctis deſiderabilem . Quem enim
nõ delectet videre eam & alloqui,quæ verum Deum
de ſe peperit,ſi noſtrę ſit fidei & religionis amicus? Si-
militer & illum venerabilem Iacobum qui cogno-
minatur Iuſtus,quem referunt Chriſto Ieſu ſimillimũ
facie & vita,& modo cõuerſationis ac ſi eiuſdem v-
teri frater eſſet gemellus . Quem dicunt ſi videro,vi-
deo ipſum ſecundum omnia corporis eius lineamen-
ta. Præterea cæteros ſanctos & ſanctas . Hæc quid
moror? Cur detineor? Bone præceptor properare me
iubeas & valeas.

*Virgo Maria cunctis deſiderabilis.*

*Iacobus frater domini, non eiuſdem tamen vteri.*

## DIVI IGNATII EPISCOPI ET martyris, ad beatam Mariam virginem matrem domini noſtri Ieſu Chriſti.

EPISTOLA 3.

*Chriſtiferæ Mariæ Ignatius.*

ME Neophytum Ioanniſque tui diſcipulum con-
fortare & conſolari debueras. De Ieſu enim tuo
percepi innumera dictu,& ſtupefactus ſum ex auditu,
& à te autem quæ ſemper ei fuiſti familiaris cõiuncta
& ſecretorum eius conſcia, deſidero animo fieri cer-
tior de auditis. Scripſi tibi aliàs & rogaui de eiſdem.
Valeas,& Neophiti qui mecum ſunt ex te & per te &
in te confortentur . Amen.

## BEATAE MARIAE VIRGINIS ad Ignatium Epiſcopum & Martyrem.

*Ignatio dilecto diſcipulo humilis ancilla Chriſti Ieſu.*

DE Ieſu que à Iohanne audiſti & didiciſti, vera
ſunt. Illa credas,& illis inhæreas & Chriſtianita-
tis votum firmiter teneas,& mores & vitam voto con
formes. Veniam autem vnà cum Ioanne te & qui te-
cum ſunt viſura , ſta & in fide , viriliter age , nec te
commoueat perſecutionis auſteritas , ſed valeat &
exultet ſpiritus tuus in Deo ſalutari tuo , Amen.

## D. IGNATII MARTYRIS, ET ANthiochiæ Archiepiſcopi Epiſtolæ.

*Ad Mariam caſſobolitem* *Epiſtola* 4.

IGnatius, qui & Theophorus, fideliſſimæ, Deo di-
gnæ, & Chriſto plenæ filiæ , Mariæ ab altiſſimo
Deo Patre, & pro nobis mortuo Ieſu Chriſto miſeri-
A cordiam conſecutæ plurimam in Deo ſalutem.

Literis hactenus præſtantior eſt viſus,quod cùm è 1
ſenſuum choro pars ſit,non modo iis quæ communi-
cat amico, accipientem honorat, ſed & iis quæ viciſ-
ſim ſuſcipit, ditat deſiderium, quod ad præſtantiora
aſpirat. Verùm ſecundus hic (quod dicit ſolet) portus
eſt epiſtolarum ſcribendarum ratio,quam velut com-
modam ſtatiõnem à fide tua eminus accepimus, vt
qui per literas cognouerimus eam quæ in te eſt ho-
neſtatem. Bonorum namque animæ,ô fœminarum ſa
pientiſſima, ſimiles ſunt puriſſimis fontibus. hi enim
vel non ſitientes, ad ſe ſuapte pertrahunt pulchritudi-
ne ipſos tranſeuntes, ad potum hauriendum, & tua
B prudentia me compellit, hortatúrque, vt diuinarum
aquarum in anima tua ſcaturientium particeps fiam.
Ego vero ô beata,nõ tam meus, quàm aliorum nunc
factus , multorum aduerſariorum arbitrio exagitor,
partim exiliis, partim cuſtodiis, partim vinculis. At
nihil eorum curo, verùm eorum iniuriis erudior vt
Ieſum aſſequar, fruar ſuppliciis mihi paratis: quando- *Rom. 8. d*
quidem non ſunt condignæ paſſiones huius temporis
ad futuram gloriam quæ reuelabitur. Quæ verò per
Epiſtolam hortaris, libens perfeci, nihil ambigens de
iis quæ ipſa probaueris. Noui enim nulla humana be-
neuolentia, ſed diuino iudicio te perhibere teſtimo-
nium de viris illis. Admodum verò me delectarũt cre-
C bro à te citata ſcripturarum loca,quæ vbi legiſſem,ne
cogitatio quidem vlla ambiguitatis mihi in mentem
venit. Nec enim ea mihi oculis perſpicienda putaui,
quorum certiſſimam à te habeam demonſtrationem.
Faxit Deus vt tui ſimilis ſim, quia Ieſum filium Dei
amas. Quare & ipſe tibi dicit: Ego diligentes me dili- *Prou. 8.*
go, & qui me quærunt, pacem inuenient . Mihi au-
tem in mentem venit, vt dicam verum fuiſſe ſermo-
nem,quem de te audieram,cùm Romæ apud beatum
Anacletum papam eſſes,cui nunc ſucceſſit beatiſſimus
Clemens Petri & Pauli auditor . Et nunc adieciſti
his centuplum, & inſuper plura adiicito ò Maria. Ve-
hementer cupiui venire ad vos , & vnà vobiſcum re-
D quieſcere & refici: verùm nõ eſt in hominis poteſtate *Hiere. 10.*
via eius,impedit enim meam voluntatem militaris cu-
ſtodia quæ non permittit vltrà progredi. At pro ſtatu
rerum in quo verſor, nec facere, nec admittere quic-
quam poſſum. Quare ſecundum ſolatium quod inter
amicos literis conſtat, amplexus, ſaluto ſacram tuam
animam : & hortor vt labori huic tuo incrementa
adiicias. Præſens namque labor modicus , multa au- *Merces laboris.*
tem quæ hinc expectatur merces. Fuge eos,qui Chri-
ſti paſſionem & natiuitatem eius qua ſecundum car-
nem genitus eſt,negant. Multi ſunt hoc morbo labo-
rantes. Cætera vero te admonere ſtultum eſſet, quæ
omnis operis & ſermonis boni perfectionem conſe-
E cuta es,quæ & alios in Chriſto exhortari potes. Salu-
ta omnes tui ſimiles amplectentes ſuam in Chriſto ſa-
lutem. Salutant te preſbiteri & diaconi,& ante omnes
ſacer Hero. Salutat te Caſſianus hoſpes meus,& ſoror
mea & vxor eius, & chariſſimi eorum liberi. Domi-
nus te incolumem carne & ſpiritu ſanctificet, & te in
Chriſto coronam aſſecutam videam.

*Eiuſdem ad Trallianos.* EPIST. 5.

IGnatius , qui & Theophorus, dilecte à Deo Patre
& Ieſu Chriſto Eccleſiæ ſanctæ quæ eſt Trallibus, *Pax in carne & ſpirit.*
electæ & Deo dignæ pacem habenti in carne & ſpi-
ritu , Ieſu Chriſti ſpei noſtræ per crucis & mortis ſup-
plicium,



plicium, & reſurrectionem, quam apoſtolico chara-
ctere ſaluto in plenitudine, & eandem opto pluri-
mùm ſaluere.

Inculpatam ſine omni ſimulatione mentem in pa-
tientia cognoui habere vos, non perfunctoriè ea v-
tentes, ſed ſolidè poſſidentes, quemadmodum ſigni-
ficauit nobis Epiſcopus veſter Polybius, qui Smyrnæ
adfuit, per voluntatem Dei Patris, & Domini Ieſu
Chriſti filij eius , & cooperante ſpiritu , vt vniuer-
ſam multitudinem veſtram in eo comtemplatus ſim.
Cùm enim demonſtraſſet veſtram erga Deum bene-
uolentiam , viſus ſum mihi per eum deprehendiſſe,
omnes vos imitatores eſſe Ieſu Chriſti ſaluatoris . E-
2 piſcopo ſubiecti eſtis velut Domino. Ipſe enim vigi-
lat pro animabus veſtris, vt qui rationem Deo reddi-
turus ſit. Quare videmini mihi non ſecundùm homi-
nem, ſed ſecundùm Ieſum Chriſtum viuere, qui pro-
pter nos mortuus eſt, vt credentes in mortem eius per
baptiſmum conſortes ſitis reſurrectionis eius. Neceſ-
ſe itaque eſt, quicquid facitis, vt ſine Epiſcopo nihil
tentetis. Sed & preſbiteris ſubiecti eſtis, vt Chriſti
apoſtolis, qui ſpes veſtra eſt: hoc autem pacto viuen-
tes, in ipſo inueniemur . Oportet & Diaconos myſte-
riorum Chriſti miniſtros per omnia placere, nec enim
3 ciborum, & potuum miniſtri ſunt, ſed Eccleſiæ Dei
adminiſtratores. Cauendum itaque non ſecus atque
ignem ardentem fugitis, ne quis eos accuſet. Ipſi ita-
que tales ſint . At vos reueremini illos vt Chriſtum
Ieſum , cuius vicarij ſunt , & Epiſcopus typum Dei
Patris omnium gerit , Preſbyteri verò ſunt conſeſſus
quidem & coniunctus apoſtolorum cœtus. Sine his
Eccleſia electa non eſt, nulla ſine his ſanctorum con-
gregatio , nulla ſanctorum collectio . Perſuaſum
autem habeo, & vos eo animo affectos eſſe. Speci-
men enim charitatis veſtræ accepi, & mecùm habeo
in Epiſcopo veſtro,cuius animi modeſtia magna cæ-
terorum diſciplina eſt, manſuetudo eius, robur eſt,
quam & impios revereri exiſtimem. Quod rarius ſcri-
bam, id fit, quòd amem vos, ne aliis videar difficilis:
aliis indignus . Vinctus ſum propter Chriſtum, ſed
necdum Chriſto dignus ſum, ſi verò conſummer, for-
taſſis dignus fuero. Non vt apoſtolus præcipio, ſed e-
go meipſum metior, ne gloriando peream. Porrò in
Domino gloriari bonum eſt, quanquam enim in iis
quæ Dei ſunt robuſtus ſum, attamen plus mihi timen-
dum eſt, ne animus illis intendendus qui fruſtrà me
inſtant. Qui enim laudant, flagellant me. At neſcio an
dignus ſum. Hoſtis namque inuidia me oppugnat, ta-
metſi id multis non videatur. Opus itaque mihi man-
ſuetudine, qua vincitur princeps ſeculi huius Diabo-
lus. An nolebam abſtruſiora vobis ſcribere? at ne par-
uulis vobis obſim metuo (id mihi ignoſcite) ne vim
myſteriorum minimè capientes ſtrangulemini . Ete-
nim & ego , non quatenus vinctus ſum, etiam cele-
ſtia intelligere poſſim, angelicos ordines, archange-
lorum , militiarúmque cæleſtium diſcrimina , virtu-
tum, dominationúmque differentias, thronorum po-
teſtatúmque diuerſitates, principatuum magnificen-
tias, Cherubim, Sraphimque excellentias, & Spiritus
ſublimitatem, & Domini regnum, & incomparabi-
lem Dei Patris omnipotentis diuinitatem. Hæc cùm
nouerim, non continuò perfectus prorſus ſum, aut diſ-
cipulus, qualis Paulus aut Petrus , multa enim deſunt
ne à Deo derelinquar. Obſecro itaque vos, non ego
ſed charitas Ieſu Chriſti, vt idem dicatis omnes, nec
ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti eadem

*Epiſcopis obediendum & presbyteris.*

*Diaconi miniſtri miſteriorũ Chriſti.*

*Laudes importunæ.*

ſententia & eadem mente. Sunt enim nonnulli vani-
A loqui & ſeductores, non Chriſtiani ſed Chriſtempo-
ri, id eſt , Chriſti lucriones, quique ex nomine Chri-
ſti quæſtum faciant. Fraude circunferentes illius no-
mem , & adulterantes verbum Euangelij, & erroris
venenum allinentes dulcibus alloquiis, velut mulſo
aconitum miſcentes , vt ſuauiſſimo ſapore deceptus
guſtandi ſenſus , incautè mortem hauriat. Monet
quidam veterum: Nemo bonum dixerit, qui bonum
malo admiſcet. Loquuntur Namque Chriſtum, non
vt Chriſtum annuncient, ſed vt Chriſtum damnent,
& reiiciant: Nec legem ſtabiliunt, ſed ex lege vi-
tam prædicant. Nam Chriſtum à Deo Patre alie-
num eſſe docent, & legem nihil cum Chriſto habere
B commune prædicant. Partum virginis calumnian-
tur,& cùm pudeat illos crucis, paſſionem negant, nec
reſurrectionem credunt, ſed ignotum Deum intro-
ducunt , Chriſtum ingenitum eſſè cenſent . Spiri-
tum verò ſanctum nec eſſe confitentur. Quidam ve-
rò eorum filium purum hominem eſſe dicunt,& eun-
dem eſſe Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, & om-
nia creata à Deo, non per Chriſtum, ſed per alienam
poteſtatem quandam. Aduerſus huiuſmodi itaque
munite vos, ne laqueus iniiciatur animis veſtris, &
ſine offendiculo cum omnibus viuite, ne intuenti-
bus laqueus & rete ſitis expaſſum . Qui enim ſua
ipſius vitia non ſanat, & actiones non corrigit, frater
C eſt eius qui ſeipſum perdit. Si itaque & vos abieceri-
tis aninimi tumorem, arrogantiam, & faſtum, & ſu-
perbiam, poteritis indiuulſe Deo conglutinari. Prope *Pſal. 84.*
enim eſt Dominus timentibus eum.&c, Ad quem reſ- *Iſay. 66.*
piciam (inquit) quam ad humilem, quietum, & tre-
mentem ſermones meos? Reueremini autem Epiſco-
pum ſicut Chriſtum, quemadmodum nobis præcepe-
runt Apoſtoli. Qui intra altare eſt, mundus eſt, quare
& obtemperat Epiſcopo, & ſacerdotibus. Qui vero
foris eſt, hic is eſt qui ſine Epiſcopo, ſacerdotæ,& dia-
cono quippiam agit, & eiuſmodi inquinatam habet
conſcientiam,& infideli deterior eſt. Quid enim aliud *Epiſcopus quid.*
eſt Epiſcopus, quam is qui omni principatu & pote-
D ſtate ſuperior eſt? & quoad homini licet pro viribus 4
imitator Chriſti Dei factus. Quid verò Sacerdotium
aliud eſt , quàm ſacer cætus, conſiliarij, & aſſeſſores
Epiſcopo? Quid verò Diaconi , quàm imitatores *Diaconi quid ſint.*
angelicarum virtutum? qui purum , & inculpatum
miniſterium illis exhibent , vt ſanctus Stephanus
beato Iacobo: Timotheus, & Linus Paulo: Anacle-
tus & Clemens Petro . Qui igitur his non obedit,
atheos prorſus & impius eſt, & Chriſtum contem-
nit, & conſtitutionem eius imminuit. Porrò hæc ſcri-
bo, non quòd nouerim tales aliquos inter vos , ſed
& Deus auertat, ne quid tale vnquam ad aures meas
perueniat , qui proprio filio ſuo non pepercit , pro-
E pter ſanctam Eccleſiam : ſed quod proſpiciam inſi-
dias maligni, & ideo præmuniam vos his præceptis,
vt filios meos chariſſimos, & fideles in Chriſto, anti-
dotum vobis porrigens aduerſus peſtilentem inobe-
dientium morbum, quem fugite beneplacito Chri-
ſti Domini noſtri. Vos itaque manſuetudinem ſumen-
tes, eſte imitatores paſſionum Chriſti, & charitatis,
qua dilexit nos, qui dedit ſemetipſum pro nobis redẽ-
ptionis precium, vt ſanguine ſuo nos repurgaret à ve-
teri impietate, & vitam daret vobis, qui mox mali-
tia veſtra perituri eratis . Nemo itaque aduerſus
proximum aliquid habeat. Remittite enim, inquit
Dominus noſter, & remittetur vobis. Ne anſam detis

gentibus, vt propter paucos inſipientes ſermo & doctrina culpetur. Væ enim, inquit Propheta ex Dei perſona, per quem nomen meum blaſphematur in gentibus. Obturate igitur aures veſtras, cum vobis quiſpiam loquitur excludens Ieſum Chriſtum filium Dei, qui natus eſt Dauid, qui ex Maria, qui verè genitus[+] eſt ex Deo, & ex virgine, verum non ſimili modo. Nec enim idem eſt Deus & homo. Verè aſſumpſit corpus, *Ioha. 1.* verbum enim caro factum eſt, & vixit inter homines ſine peccato. Quis enim ex vobis arguet me de *Ioh. 8.* peccato? Vere edit & bibit, crucifixus & mortuus eſt ſub Pontio Pilato. Verè inquam, non hominum opinione, crucifixus & mortuus eſt, videntibus cæleſtibus, terrenis, & iis qui ſub terra detinebantur: cæleſtibus quidem inſpicientibus, nimirum incorporeis naturis, terrenis verò, vt Iudæis & Romanis, & cæteris qui tunc temporis crucifixo Domino aderant, ſubterraneis autem iis videlicet qui plurimi cum Do-*Matt. 27.* mino reſurrexerunt. Multa enim corpora ſanctorum, qui dormierunt, cùm Domino reſurrexerunt, monumentis apertis. Deſcendit ad infernum ſolus, regreſſus autem eſt cum multitudine, & ſeptum illud æternum rupit, & medium parietem illius deſtruxit, & intra triduum reſurrexit excitante illum Patre: & quadraginta dies conuerſatus eſt cum Apoſtolis, aſſumptus eſt ad Patrem, & reſedit à dextris ipſius, expectans donec inimici eius ſubiiciantur pedibus *Pſa. 109.* eius. In paraſceue itaque hora tertia ſententiam accepit à Pilato, permitente id Patre. Sexta hora crucifixus eſt, nona expirauit, ante ſolis occaſum ſepultus eſt. Sabbato ſub terra in monumento remanſit, in quo poſuit eum Ioſeph Arimatheus. Illuceſcente Dominico die reſurrexit ex mortuis, iuxta id quod di-*Mat. 12.* xerat: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes, ita erit filius hominis in corde terræ tres dies *Triduum ſepulturæ Chriſti.* & tres noctes. Complectitur itaque paraſceue paſſionem, ſabbatum ſepulturam, Dominicus dies reſurrectionem. Hi verò vt quidam athei, hoc eſt, increduli, aiunt, ipſum ſola opinione hominem natum eſſe, non autē reuera corpus aſſumpſiſſe, & opinione mortuum, non autem verè paſſum. Quæ ſi ita ſe habent, cuius rei gratia ego vinctus ſum, & opto vt feris obiiciar? fruſtra morior itaque. Igitur mendacia fingo de cruce Domini, & ſuperuacuè vaticinatus eſt *Matth. 15.* propheta. Videbunt in quem pupugerunt, & plangent ſuper eo ſicut ſuper dilecto. Hi itaque non minus increduli ſunt iis qui crucifixerunt eum. Ego verò non opinione tantummodo ſpem in eo habeo qui pro me mortuus eſt, ſed reuera. omne enim mendacium alienum à veritate eſt. Verè genuit igitur Maria corpus, habens in ſe Deum habitantem, & reuera natus eſt Deus verbum ex virgine, veſtitus corpore obnoxio iiſdem paſſionibus nobiſcum: verè natus ex vulua, qui omnes homines in vulua fingit, & corpus ſibi fabricauit ex ſanguinibus virginis, hoc ſolum excepto, quòd nulla veri conſuetudo interceſſerit. In vtero geſtatus eſt, ſicut & nos certis *Contra Ebionitas.* menſium circulis, & verè natus eſt, ſicut & nos, & verè lacte paſtus eſt, & cibo potúque communi nobiſcum vſus eſt, ſicut & nos, & expletis tribus annorum decadibus verè baptiſatus eſt à Ioanne, non autem opinione hominum aut phantaſia, & vbi trienniū prædicauit Euangelium, ſigna & prodigia patrauit, à falſis iudeis & præſide Pilato iudex iudicatus eſt, flagellatus eſt, & alapis cæſus, & conſputus eſt, ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum

[+] *(manu scriptum in margine:)* Coœuo uoc

portauit, verè condemnatus & crucifixus eſt, non *[A]* opinione, non phantaſia, non impoſtura, verè mortuus, & ſepultus, & reſurrexit ex mortuis. Sicut quodam loco orat, dicens. Tu autem Domine reſuſcita me, & retribuam illis. Et qui ſemper exaudit eum pater, reſpondens inquit. Exurge Deus, iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Pater itaque qui illum ſuſcitauit, & nos per ipſum ſuſcitabit, ſine quo nemo conſequetur vitam veram. Ait enim: Ego ſum vita: qui credit in me, etiam *Ioh. 11.* ſi mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me, & ſi mortuus fuerit, viuet in æternum. Fugite itaque impias hæreſes, ſunt enim Diaboli inuenta, & excogitatæ artes ſerpentis illius qui omnis ma-*[B]* li primus auctor eſt, qui per mulierem decepit primum generis noſtri parentem Adam. Fugite autem & illius propaginem. Simonem primogenitum illius filium, & Menandrum & Baſilidem, & totam illam ipſius malitiæ colluuiem, hominum cultores, quos & Ieremias propheta maledictos appellat. Fu-*Nicolaitæ.* gite quoque impuros Nicolaitas, falſum ſibi nomen ſumentes, voluptatum amatores & ſycophantas. Fugite præterea maligni illius nepotes, Theodorum & Cleobulum, qui gignunt mortiferum fructum, quem qui guſtarit, continuò moritur, non temporaneam hanc, ſed æternam mortem. Hi non ſunt plantatio Patris, ſed maledicta germina. Omnis autem *Matth. 15.* *[C]* plantatio, inquit Dominus, quam non plantauit Pater meus, radicitus euelletur. Si enim ſurculi fuiſſent Patris, non fuiſſent hoſtes crucis chriſti, ſed eorum qui occiderunt Dominum gloriæ. Nunc verò cùm crucem negent, & illos paſſionis pudeat, tegunt Iudæorum ſcelus, qui Deum oppugnarunt, & Dominum occiderunt, nam parum eſt prophetarum interfectores appellare eos. Vos autem Chriſtus inuitat ad incorruptionem per paſſionem & reſurrectionem ſuam, cùm ſitis membra ipſius. Saluto vos è Smyrna vna cum Eccleſiis Dei quæ mecum ſunt, quarum præfecti prorſus refocillarunt me, & carne, & ſpiritu. Obſecrant vos vincula hæc mea, quæ propter Ieſum *[D]* Chriſtum circumfero, orans vt Deum aſſequar, permanete in mutua concordia, & oratione. Decet enim ſingulos veſtrum, & præcipuè presbyteros, refocillare Epiſcopum in honorem Dei patris, in honorem Ieſu Chriſti & Apoſtolorum. Opto vt in charitate me audiatis, ne hæc ſcribens in teſtimonium vobis ſim. Orate pro me qui in Dei miſericordia, charitate veſtra indigeo, vt dignus fiam ſorte, ad quam aſſequendam iam deſtinor, ne reprobus inueniar. Salutat vos charitas Smyrneorum, & Epheſiorum. Memores eſtote & noſtræ Eccleſiæ quæ eſt in Syria, de qua non ſum dignus qui dicar vltimus eorum qui ibi ſunt. Valete in Domino Ieſu, ſubiecti Epiſcopo, & ſimiliter presby-*[E]* teris & Diaconis, & ſigillatim omnes alter alterū diligite corde indiuulſo. Salutat vos meus ſpiritus, nō modò nunc, ſed & vbi Deum nactus fuero. Nam etiamnum in periculo verſor, ſed fidelis pater Ieſu Chriſti ad implendam petitionem meam & veſtram, in quo opto vt inueniamur ſine macula. Fruar vobis in Domino.

*Eiuſdem ad Magneſianos.* EPISTOLA 6.

IGnatius, qui & Theophorus, benedictæ per gratiam Dei Patris in Chriſto Ieſu Saluatore noſtro Eccleſiæ quæ Magneſiæ eſt apud Meandrum, eandémque in eo ſaluto, optóque vobis in Deo Patre & Chri-

[stamp] ... 



ſto Ieſu Domino noſtro plurimam ſalutem.

4 Vbi cognouiſſem charitatem veſtram erga Deum *[A]* bene ordinatam, exultans animo volebam in fide Ieſu Chriſti alloqui vos. Dignus enim habitus diuino & exoptato nomine, laudo in his quæ circumfero vinculis, Eccleſias quibus opto Ieſu Chriſti vnionem ſecundùm carnem & ſpiritum qui eſt Saluator omnium hominum, maximè autem fidelium, cuius ſanguine redempti eſtis, per quem cognouiſtis Deum, in quo ſuſtinentes effugietis omnes inſultus violentos huius ſeculi. Fidelis enim Deus, qui non patietur vos tentari ſupra vires veſtras. Quoniam itaque dignus fui videre vos per Damam Epiſcopum veſtrum Deo dignum, & Deo dignos preſbiteros Baſſum & Apollonium, & contubernalem meum Sotio-*[B]* nem diaconum, quo ego fruar, quia obedit Epiſcopo, & preſbiteris per gratiam Dei & legem Ieſu Chriſti. Et vos decet non contemnere ætatem Epiſcopi, ſed iuxta Dei Patris arbitrium omnem impertiri illi reuerentiam, quemadmodum noui facere ſanctos preſbiteros, non reſpicientes ad eam, quæ videtur, adoleſcentiam, ſed ad prudentiam quam habet in Deo. Nec *Senes à pueris iudicati.* enim annoſi ſapientes continuò ſunt, nec ſenes intelligentiam poſſident, ſed ſpiritus qui in hominibus eſt. Daniel enim ille ſapiens, cum duodecim eſſet an-*Dan. 13.* norum, ſpiritu Dei afflatus erat, & ſenes fruſtrà canos ferentes calumniatores, & alienæ formæ, ap-*1. Reg. 1.* petentes eſſe coarguit. Samuel autem puer *[C]* paruulus Heli nonagenarium reprehendit, quòd ſuos fi-*Hiere. 1.* lios plus quàm Deum honoraret. Similiter Ieremias *3. Reg. 3.* audit à Deo. Ne dicas, iunior ſum. Porrò Salomon & Ioſias, ille quidem duodecimo ætatis anno, hic verò octo natus annos, regni gubernaculis admotus eſt, aras, & templa diruit, & lucos combuſſit, dæmonibus enim erant non Deo conſecrata: & falſos illos ſacer-*Adoleſcentia non contemnebat.* dotes iugulauit, corruptores & impoſtores hominum, non Dei cultores. Adoleſcentia igitur non eſt contemnenda, quoties Deo dedita conſecratáque fuerit. verùm is contemnendus eſt, qui prauo eſt animo, tametſi malorum dierum tempore plenus ſit. Iuuenis *1. Tim. 4.* erat Timotheus ille Chriſto plenus: verùm quid illi Magiſter ſcribat, audite. Adoleſcentiam tuam nemo contemnat: ſed exemplum eſto fidelium in verbo & *Epiſcopo contradicere terribile.* conuerſatione. Decet itaque & vos obedire Epiſcopo, & in nullo illi refragari. terribile namque eſt tali contradicere, nec enim hunc fallit qui videtur, ſed inuiſibilem fallere nititur, qui non poteſt à quoquam falli. Nam ſi id fit, non ad hominem, ſed ad Deum re-*1. Reg. 8.* dit contumelia. Samueli namque dicit Deus: Non te *Exod. 6.* ſpreuerunt, ſed me. & Moſes inquit: Non contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Deum. Nec enim le-*Num. 16.* gi contradixerunt Dathan, & Abiron, ſed Moyſi, & viui in infernum præcipitati ſunt. Core autem, & qui cum illo conſpirarunt, ducenti quinquaginta numero *2. Reg. 18* exuſti igne ſunt. Abſalon parricida factus, cùm ex arbore penderet, per cor praua illa machinatum conſilia lanceis traiectus eſt. Abeddadam ſimiliter capite *2. Par. 26* trūcatus eſt ob ſimilē cauſſam. Ozias lepra percutitur, *1. Reg. 13.* auſus quid tentare contra ſacerdotes & ſacerdotium. Saul honore priuatur regio, non expectans ſummum ſacerdotem Samuelem. Oportet itaque & nos reuereri preſtantiores, decétque non modo vocari Chriſtianos, ſed eſſe. Nec enim dici, ſed eſſe, beatos facit. Si qui Epiſcopum appellant, & ſine eo omnia faciunt, huiuſmodi dicet ipſe qui verus & primus Epiſcopus eſt. Quid me vocatis domine, domine, & non facitis quæ

dico? Tales enim non bona conſcientia mihi præditi *[A]* eſſe videntur, ſed eſſe ſimulatores, & perſonati. Quan-*Actionum præmia.* doquidem igitur actiones ipſæ ſua habent præmia, & obedientiæ proponitur vita, mors autem inobedientiæ: & ſinguli, qui aut hoc, aut illud elegerunt, in eius *Electio boni & mali.* quod elegerunt locum abituri ſunt, fugiamus mortem & eligamus vitam. In hominibus enim geminas notas inueniri dico, & hanc eſſe veri numiſmatis, illam verò adulterini. Piꝰ homo numiſma eſt à Deo cuſum, impius adulterinum & ſubaratum, non à Deo, ſed à Diabolo effectum. Non quòd velim dicere duas eſſe hominis naturas, ſed vnum eſſe hominem, qui iam Dei, iam diaboli ſit. Si quis pietati ſtudet, Dei homo eſt: ſi impiè agat, diaboli eſt, nō id factus per naturam, *[B]* ſed animi arbitrium. Infideles imaginem referunt principis malitiæ, fideles imaginem ferunt principis Dei Patris, & Ieſu Chriſti. Per quem niſi propenſa ſit nobis voluntas pro veritate mori ad exemplum paſſionis eius, nec vita ipſius in nobis erit. Quandoquidem itaque in iis perſonis quas commemoraui, omnem multitudinem fidelium contemplatus ſum, & dilexi, hortor vt hoc ſit omnibus ſtudium, in Dei concordia omnia agere, Epiſcopo præſidente Dei loco, presbyteris loco Senatus Apoſtolici, diaconis mihi ſuauiſſimis, vt iis quibus commiſſum eſt Ieſu Chriſti miniſterium. Qui ante ſecula genitus fuit apud Patrem Deus verbum, vnigenitus filius, & in *[C]* conſummatione ſeculorum idem permanet, regni enim illius nullus erit finis, inquit Daniel Propheta. *Dan. 3. 6. & 7.* Omnes itaque concordibus animis nos mutuò diligamus, & nemo ſecundum carnem ſpectet proximum, ſed in Chriſto Ieſu. Nihil ſit in vobis quod poſſit vos dirimere, ſed vnimini Epiſcopo, ſubiecti Deo per ipſum in Chriſto. Quemadmodum itaque Dominus ſine Patre nihil facit, Nec enim poſſum, inquit, facere à meipſo quicquam: Sic & vos ſine Epiſcopo, nec preſbiter, nec diaconus, nec laicus. Nec quicquam videatur vobis conſentaneum, quod ſit præter illius iudicium: quod enim tale eſt, iniquum eſt, & Deo inimicum. Omnes ad orandum in idem loci conuenitè, ſit *Contra ſchyſmaticos.* *[D]* vna communis precatio, vna mens, vna ſpes in charitate, & fide inculpata in Chriſtum Ieſum, quo nihil præſtantius eſt. Omnes velut vnus quiſpiam in templum Dei concurrite, velut ad vnum altare, ad vnum Ieſum Chriſtum ſummum ſacerdotem Dei ingeniti. Ne patiamini vos ſeduci aliis opinionibus, nec fabulis, nec genealogiis nunquam finiendis, nec faſtui Iudaico attendatis. Vetera tranſierunt, ecce noua facta ſunt omnia. Si namque adhuc iuxta legem Iudaicam & circuncisionem carnis vixerimus, negamus nos gratiam accepiſſe. Diuiniſſimi namque prophetæ iuxta Chriſtum Ieſum vixerunt, & ob hoc perſecutionem paſſi ſunt, gratia inſpirati, vt plenè erudiren-*[E]* tur increduli, quòd vnus Deus eſt omnipotens, qui ſeipſum manifeſtauit per Ieſum Chriſtum filium ſuum, qui eſt ipſius verbum, non pronunciatum, ſed ſubſtantiale. Nec enim eſt articulati ſermonis vox, ſed [+] diuinæ efficaciæ genita eſſentia, qui omnia grata & placita reddidit ei, qui ſe miſerat. Si igitur vetuſtis literis ſcripturiſque inhærentes, in vanam ſpem deuenerunt, expectantes Chriſtum, vt docet Chriſtus. Si crederetis, inquiens, Moſi, crederetis mihi, de me enim ſcripſit ille. Et Abraham Pater veſter exultauit, vt *Ioha. 5.* videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt. Priuſquam enim Abraham fieret, ego ſum. Quomodo nos poterimus viuere ſine ipſo, cuius ſerui & prophetæ

[+] *(manu scriptum in margine:)* Vitio interpretis pa[...] est essentia pro persona hypostasi



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

ſpiritu præuiderunt ipſum, & vt preceptorem, vt Do-
minum & Saluatorem exſpectabant, dicentes: Ipſe A
1.Theſſ.5. veniet, & ſaluabit nos. Non igitur ſabbattizemus Iu-
Gen. 3. daico more, velut otio gaudentes. Qui enim non la-
borat, non edat. In ſudore enim vultus tui veſceris
pane tuo: habent oracula. Sed vnuſquiſque noſtrûm
ſabbattizet ſpiritualiter, meditatione legis gaudens,
5 non corporis refocillatione, & remiſſione, opifi-
cium Dei admirans, non pridiana comedens, & tepi-
da bibens, & ad præſcripta ſpatia obambulans, & ſal-
tationibus, plauſibúſque ſtupidis gaudens. At poſt
*Dies Dominicus.* ſabbatum omnis Chriſti amator Dominicum cele-
bret diem, diem reſurrectioni conſecratum Domini-
cæ, reginam & principem omnium dierum, quam ex-
pectans Propheta dicebat, in finem pro octaua: In qua B
& vita noſtra exorta eſt, & per Chriſtum mors deui-
cta. Quem negant quoque filii perditionis, hoſtes Sal-
uatoris, quorum Deus venter eſt, qui terrena ſapiunt,
voluptatum, non Dei amatores, ſpeciem quidem pie-
tatis habentes, virtutem verò ipſius abnegantes, ſub
Chriſti nomine & prætextu mercatum exercentes,
verbum Dei adulterantes, & Ieſum vendentes, cor-
ruptores, alieníque appetentes, & pecuniarum vio-
lentiſſimi ſectatores, à quibus Dei miſericordia libe-
remini per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.
Pſa. 129. Tangat itaque nos illius bonitas. Si enim arguat nos
iuxta actiones noſtras, iam periimus. Si enim iniqui-
tates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? C
Iſay. 62. Simus itaque digni cognomento quod accepimus.
Qui enim alio nomine appellatur præter hoc, hic non
eſt Dei, nec accepit prophetiam loquentem de nobis:
Appellabitur nomine alio, quo Dominus nominabit
eum, & erit populus ſanctus, quod primùm in Syria
impletum eſt. Antiochiæ enim primum diſcipuli ap-
pellati ſunt Chriſtiani, cùm Petrus & Paulus funda-
rent Eccleſiam. Abiicite igitur malum illud, vetus &
putridum fermentum, & tranſmutemini in nouum
fermentum gratiæ. Habitate in Chriſto, ne alienus
dominetur vobis. Abſurdum eſt Ieſum Chriſtum ſo-
nare lingua, & mente habere Iudaiſmum abolitum,
vbi enim eſt Chriſtianiſmus, non eſt Iudaiſmus. vnus D
enim eſt Chriſtus Ieſus in quem gens omnis credens,
& omnis lingua confitens in Deo coadunatæ ſunt,
& ij qui lapideo erant corde, filij Dei facti ſunt, &
amici Abrahæ, & in ſemine eius benedicentur om-
nes deſtinati ad vitam æternam. Hæc ſcribo chariſſi-
mi, non quòd cognouerim aliquos veſtrûm hoc ani-
mo affectos eſſe, ſed vt minor inter vos cupio
vobis cautum, ne incidatis in hamos inanis gloriæ,
ſed plenam de Chriſto cognitionem habeatis, qui an-
te omnia ſæcula natus ex Deo Patre, pòſt verò natus
eſt ex Maria virgine ſine viri commercio, quique ſan-
ctè vixit, omnemque morbum & imbecillitatem cu-
rauit in populo, ſigna, & prodigia patrauit, ad benefa- E
ciendum hominibus, & iis qui in ſuperſtionem plu-
rium deorum impegerant, vnum verum Deum Pa-
trem ſuum annunciauit, qui paſſus eſt, & à Chriſtici-
dis Iudæis ſub Poncio Pilato præſide, & rege Herode
crucem ſuſtinuit, mortuus eſt, & reſurrexit, aſcendit in
cælos ad eum à quo miſſus erat, ſedetque ad dexte-
ram ipſius, qui venturus eſt in fine ſæculorum cum
paterna gloria, vt iudicet viuos & mortuos, reddátque
vnicuique ſecundum opera ſua. Hęc qui plenè cogno-
rit & crediderit, beatus eſt, quemadmodum & vos
eſtis Dei amatores & Chriſti, in plenitudine ſpei ve-
ſtræ, à qua exorbitare quemquam veſtrum, abſit.

A Fruar vobis per omnia ſi dignus ſim. Tametſi enim
vinctus ſum, comparandus tamen vni veſtrum ſolu-
torum non ſum. Noui quòd in vobis nihil faſtus ſit,
Ieſum enim habetis in vobis ipſis: at contrà rubore
ſuffundamini, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus accuſator eſt
ſui ipſius. Et: Dicito tu primus peccata tua, vt iuſtifi- Prou. 18.
ceris. Et: Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt Iſa. 18.
vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Nam quod apud Luc. 16.
homines eſt eximium, abominabile eſt apud Deum. & 18.
Deus enim, inquit ille, propitius eſto mihi peccatori. Gen. 24.
Ob hoc magni illi Patriarchæ, Abraham & Iacob 1. Par. 17.
terram & cinerem ſeipſos forſan coram Deo nomi-
nauerunt. Et Dauid: Quis ſum ego in conſpectu tuo
Domine, quia euexiſti me hucuſque? Et Moſes ille Exod. 4.
B mitiſſimus ſuper omnes homines, dicit ad Deum,
Exili voce & tardiori lingua ſum. Submiſsè itaque
ſentite & ipſi vt exaltemini. Qui enim ſe humiliat, Matt. 23.
exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur. Studete
itaque vt confirmemini in dogmatibus Domini &
Apoſtolorum, vt omnia quæ facitis proſperè ſucce-
dant,, & carne & ſpiritu, fide & charitate cum digniſ-
ſimo Epiſcopo veſtro & coronando ſpirituali Stepha-
no preſbitero veſtro, & Dei miniſtris Diaconis. Sub-
iecti eſte Epiſcopo, & vobis mutuò, vt Chriſtus patri,
vt inter vos diuina quædam ſit vnio. Cum ſciam vos
plenos omnis boni, breuibus cohortatus ſum vos in
charitate Ieſu Chriſti. Memores eſtote mei in oratio-
C nibus veſtris, vt Deum aſſequar, & Eccleſiæ quæ in
Syria eſt, cuius non ſum dignus appellari Epiſcopus.
Opus enim mihi eſt amabili in deo precatione veſtra,
& charitate, vt Eccleſia, quæ in Syria eſt, mereatur no-
ſtra moderatione & diſciplina paſci in Chriſto. Salu-
tant vos Epheſii & Smyrna, vnde hæc Scribo vobis,
qui præſentes adſunt in Dei gloriam, vti & vos, qui
me vnà cum Polycarpo recreaſtis: & cæteræ Eccleſiæ
in honore Ieſu Chriſti ſalutant vos. Valete concor-
des, ſpiritum poſſidentes indiuulſum, in Chriſto Ieſu,
per voluntatem Dei.

*Eiuſdem ad Tarſenſes, de ſuo Martyrio, deinde contra Ebio-*
D *nitas, & Epicureos, Chriſtum eſſe verum Deum, & fu-*
*turam corporum reſurrectionem: Poſtremo autem, & de*
*vitæ Chriſtianæ officiis.* EPIST. 7.

IGnatius, qui & Theophorus, ſaluatæ per Chriſtum,
laudandæ, memorandæ, & adamandæ Eccleſiæ,
quæ Tarſi èſt, miſericordia & pax à Deo Patre, & do-
mino Ieſu Chriſto multiplicetur ſemper.

A Syria Romam vſque cum beſtiis depugno, non
quòd à brutis feris deuorer, hæ namque, vt noſtis,
Deo volente pepercerunt Danieli, ſed à feris huma-
nam gerentibus formam, in quibus immitis illa fera
cubat, quæ me quotidie pungit, & vulnerat. Verùm
nihili pendo ſupplicia hæc, neque tanti facio vitam
E meam, vt eam plus amem quàm Dominum. Quare
paratum me offero igni, feris, gladiis, cruci, dum-
modo chriſtum videam Saluatorem & Deum meum,
qui propter me mortuus eſt. Obſecro vos ego vin- 1. Cor. 16.
ctus Chriſti qui terra marique exagitor, ſtate in fide, Abac. 2.
eſte conſtanti & firmo animo, quia iuſtus ex fide vi- Rom. 1.
uit, eſtote immobiles: quia Dominus habitare facit Gal. 3.
in domo iiſdem moribus præditos. Noui quoſdam Pſal. 16.
miniſtrorum Satanæ voluiſſe vos turbare, quorum
alij aſſeuerant Ieſum opinione tantum, & phantaſia
natum, & opinione crucifixum: alij vero dicunt eum
non eſſe filium Creatorii omniũ: nonnulli verò, quòd
ipſe eſt ſuper omnia Deus: aliqui, quòd merus homo:
alij



alij vero quòd eadem caro non reſurgit, & quòd
voluptaria vita amplectanda ſit, hunc enim eſſe fi-
nem bonorum, iis qui paulò pòſt corrumpendi ſint.
Tantorum malorum agmen impudenter ſe ingeſsit.
At vos ne ad horam quidem ceſsiſtis, illis aures ac-
cómodantes. Pauli enim eſtis ciues & diſcipuli, qui ab
Hieroſolymis vſque ad Illyricum euangelicam ex-
pleuit prædicationem, & qui ſtigmata Chriſti in
carne ſua circumtulit: cuius cùm memineritis, prorſus
cognoſcitis, quòd Ieſus Chriſtus verè natus eſt ex Ma-
ria, factus de muliere, & reuera crucifixus eſt. Mihi
Gal. 6 verò abſit (inquit) gloriari, niſi in cruce Domini mei
Ieſu Chriſti, & verè paſſus & mortuus eſt, & reſurre-
xit. Si paſſibilis, inquit, eſt Chriſtus, ſi primus ex mor-
tuorum reſurrectione. Et, Quod mortuus eſt pecca- B
Rom. 6. to, mortuus eſt: quod autem viuit, viuit Deo. Quæ e-
nim vinculorum vtilitas, Chriſto non mortuo? quæ
vtilitas tolerantiæ? quæ flagrorum? Cur tandem Pe-
trus ſe crucifigi, Paulus & Iacobus gladio ſe truncari
paſſi ſunt, Ioannes autem in Pathmon ire exulatum:
Stephanus autem lapidibus ſe interimi à Iudæis, qui
Dominum trucidarunt? Verùm nihil horum temerè
1. Cor. 8. factum. Reuera enim ab impiis crucifixus eſt Domi-
1. Tim. 2. nus, & hic ipſe qui ex muliere natus eſt, filius eſt Dei:
Coloſſ. 1. & qui crucifixus eſt, primogenitus eſt omnis creatu-
ræ. Dicit enim Apoſtolus: Vnus deus pater ex quo
omnia, vnus Dominus Ieſus Chriſtus per quem C
omnia: & vnus enim Deus, & vnus mediator, Dei &
hominum, homo Ieſu Chriſtus, & per ipſum creata
ſunt omnia, & in ipſo omnia conſtant. Quòd autem
ipſe ſit ſuper omnia Deus, & pater, & filius ip-
ſius, dicit: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem ve-
Ioh. 20. ſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. Cúmque ſub-
1. Cor. 15. iecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe filius ſubiicietur
ei qui ſibi ſubiecit omnia: exiſtens omnia, in omni-
bus: & alius profectò eſt qui ſubiecit illi omnia, & a-
lius cui hæc ſubiecta ſunt, qui etiam cum omnibus
Ioh. 1. ſubiicitur. Sed neque homo merus eſt, per quem & in
Prou. 8. quo facta ſunt omnia. Omnia enim per ipſum facta
Pſal. 109 ſunt. Quando faciebat cælos, vnà ipſi aderam, & ibi D
Ioh. 8. aderam illi, coaptans ſingula, & congratulabatur mi-
hi quotidie, congaudebátque. Quomodo merus ho-
mo audiit, Sede à dextris meis? Quomodo verò di-
Ioh. 6. cebat, Antequam Abraham fieret, ego ſum? Et Glo-
rificabis me gloria quam habui antequam eſſet mun-
dus. Qualis verò homo dicet: Deſcendi de cælo non
vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius
qui miſit me? De quo porrò homine dicebat: Erat
lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem
Ioh. 1. in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ip-
ſum factus eſt, & mundus illum non cognouit. In
propria venit, & ſui eum non receperunt. Quomodo
igitur hic merus homo, & quî vt eſſet ex Maria cœ-
piſſet exordium? & non potius Deus verbum? & vni- E
genitus Filius? In principio enim erat verbum, & ver-
bum erat apud Deum, & Deus erat verbum. & alibi:
Prou. 8. Dominus creauit me initium viarum ſuarum, in ope-
ra ſua, ante ſæcula fundauit me, & ante omnes colles
generat me. Quod autem reſurgunt corpora noſtra,
Ioh. 5. dicit: Amen dico vobis, quia venit hora, in qua om-
1. Cor. 15. nes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei,
& qui audierint, viuent. Et Apoſtolus: Oportet, in-
quit, corruptibile hoc induere incorruptionem, &
mortale hoc induere immortalitatem. Et quòd opor-
tet pudicè & iuſtè viuere, conſtat ex iis quæ Paulus
Heb. 12. rurſum dicit: Ne erretis: neque adulteri, neque mol-

A les, neque pædicones, neque conuitiatores, neque e-
brioſi, neque fures, regnum Dei hæreditabunt. Et ſi
mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit, va-
na eſt igitur prædicatio noſtra, vana fides noſtra. Igi-
tur & qui in Chriſto dormierunt, perierunt: Si in hac
vita tantùm in Chriſto ſperamus, miſerabiliores ſu-
mus omnibus hominibus. Si mortui non reſurgunt,
edamus & bibamus, cras enim morimur. Hoc verò *Contra Epicureos.*
modo affectis nobis, quid diſcriminis erit inter nos, &
canes & aſinos, qui futurorum nullam rationem ha-
bentes, ſolùm edendi, & eius, quod tunc ſubſequi ſo-
let, nimirùm coëundi, appetitum habent? Deſtituti e-
nim ſunt ratione mentem intus gubernante. Fruar vo-
bis in Domino. Sobrij eſtote, ſinguli abiicite omnem *Exhortatio Chriſtiana.*
B malitiam, ferinam excandeſcentiam, detractionem,
calumniam, turpiloquium, ſcurrilitatem, ſuſuros, fa-
ſtum, ebrietatem, libidinem, auaritiam, inanem glo-
riam, inuidiam, & his ſimilia. Induite verò Dominum
Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis ad ex-
plendas concupiſcentias. Presbyteri ſubiecti eſtote E-
piſcopo, diaconi presbyteris, populus presbyteris & *Hierarchia Eccleſiaſtica.*
diaconis. Qui hoc ordinis decorum ſeruarint, pro eo-
rum animabus ego libens meam commutauero, &
Dominus ſit cum ipſis perpetuò. Viri diligite vxores *Vxores,*
veſtras, & mulieres veſtros coniuges. Liberi parentes
honorate: parentes educate liberos veſtros in diſci-
plina & exhortatione Domini. Eas quæ in virgini- *Virgines honorandæ.*
C tate degunt in precio habere, velut Chriſti ſacerdo-
tes, viduas in pudicitia permanentes vt altare Dei.
Serui, cum timore dominis miniſtrate. Domini, cum
moderatione & ciuilitate in ſeruos imperium exerce- *Otium fugiendum.*
te. Nemo inter vos ocioſus ſit. Mater enim egeſtatis
inertia. Porrò hæc non impero vobis quaſi ſim ali-
quid, tametſi vinctus ſum, verùm vt frater com-
monefacio. Sit Dominus vobiſcum. Conſequar ora-
tionum veſtrarum fructum, orate vt Ieſum adipiſcar.
Commendo vobis Antiochenam Eccleſiam. Salu-
tant vos Eccleſiæ Philippenſium, vnde & ſcribo hæc.
Salutat vos Philo diaconus veſter, cui & ego gratias
ago, ſtudioſe mihi in omnibus miniſtranti. Salutat vos
D Agathopus diaconus Syrus, qui me ſequitur in Chri-
ſto. Salutate inuicem oſculo ſancto. Saluto vniuerſos
& vniuerſas in Chriſto. Valete corpore, anima, &
ſpiritu vno, & mei ne ſitis immemores. Dominus vo-
biſcum.

*Eiuſdem ad Philippenſes de baptiſmo.* EPIST. 8.

IGNATIVS, qui & Theophorus, Eccleſiæ Dei
miſericordiam conſecutæ in fide & tolerantia, &
charitate non ficta, quæ eſt Philippis, miſericordia &
pax à Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto, qui eſt
Saluator omnium hominum, maximè autem fideliũ.

Memor charitatis veſtræ, & propenſi in Chri-
E ſto erga nos animi, quæ declaraſtis, decere exiſti-
mabant vt ſcriberem ad charitatem veſtram, erga
fratres tam beneuolã & nos adamantem iuxta præce-
ptum Dei, & commonefacerem vos de curſu noſtro
in Chriſto, vt idem dicatis omnes, vnanimes, in ea-
dem fidei regula gradientes, vt Paulus vos admone-
bat. Si enim vnus eſt vniuerſorum Deus Pater Chri-
ſti, ex quo omnia, vnus autem Dominus noſter Ieſus
Chriſtus, per quem omnia: vnus autem Spiritus,
qui operatus eſt, & vim ſuam exercuit, in Moſe,
in Prophetis & Apoſtolis, & vnum baptiſma, quod
in mortem Domini datur, & vna electa Eccleſia
debet eſſe, & vna ſecundum Chriſtum fides. vnus

*Deut.6. Malac.2. Ioh.7. 1.Cor.8. Prou.30. Ephe.4.*

enim Dominus, vna fides, & vnum baptiſma: vnus Deus & Pater omnium, & per omnia & in omnibus. Vnus igitur Deus & Pater, non duo, neque tres. vnus qui eſt, nec eſt alius præter ipſum, ſolus & verus. Dominus enim, inquit, Deus tuus Deus vnus eſt, vnus & Filius verbum Deus. Vnigenitus enim, inquit, qui eſt in ſinu Dei Patris. & rurſus: Vnus Dominus Ieſus Chriſtus. & alibi: Quod nomen illi, & quod nomẽ Filio eius, vt cognoſcamus? Vnus autem & Paracletus. Vnus enim, inquit, & Spiritus. Quoniam vocati ſumus in vna ſpe vocationis noſtræ, & iterum: De vno ſpiritu bibimus, &c. Omnia hæc manifeſtum eſt operari vnum & eundem ſpiritum. Non itaque tres patres, neque tres filij, neque tres paracleti, ſed vnus

*Mat. 28.*

Pater, vnus Filius, & vnus Spiritus ſanctus. Quare & Dominus mittens Apoſtolos ad docendum omnes gentes, præcepit illis vt baptizarent, In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, non in vnum trinominem, neque in tres incarnatos, ſed in tres eiuſdem honoris,

*Ioh.1.*

vnus enim eſt homo factus, neque Pater neque Paracletus, ſed ſolus Filius, non opinione, non phantaſia, ſed reuera. Verbum enim caro factum eſt, & habita-

*Prou.9.*

uit in nobis. Sapientia enim ædificauit ſibi domum. Et natus eſt vt homo Deus verbum cum corpore, id-

*Iſa.7. Mat.1.*

que ex virgine, viri commercio. Virgo enim, inquit, in vtero concipiet, & pariet filium. Verè itaque genitus eſt, verè excreuit, verè comedit & bibit, verè crucifixus & mortuus eſt, & reſurrexit. Qui hæc credit, vt res habet, quod natus eſt, is beatus eſt: qui verò non credit hæc, ſceleſtus eſt, non minus iis qui Dominum

*Crux tropheũ horribile demoni.*

crucifixerunt. Princeps enim mundi huius gaudet, cùm quis crucem negarit: cognoſcit enim crucis confeſſionem ſuum eſſe ipſius exitium. Id enim trophæum eſt contra ipſius potentiam. quod vbi viderit, horret, & audiens timet, & antequàm fabricaretur crux, ſtudebat vt fabricaretur, & operabatur in filiis inobedientiæ, operabatur in Iuda, in Phariſæis, in Sad-

*Pœnitentia Iudæ à demone.*

ducæis, in ſenibus, in iuuenibus, in ſacerdotibus. Cùm autem paranda eſſet crux, tumultuabatur, & pœnitentiam immiſit proditori, & laqueum illi commonſtrauit, & ſuſpendium quo ſtrangularetur, edocuit, terrebat & mulierculam turbans eandem in ſomniis, & vt à crucifigendo ceſſarent, moliebatur, qui prius omnem lapidem mouerat, vt eadem crux pararetur: non quòd pœnitudine, duceretur ob tantum malum: hac enim parte minus fuiſſet ſceleratus, ſed ſentiebat ſuam ipſius perniciem. Crux enim Chriſti prima fuit ipſi condemnationis, mortis & perdionis cauſa. Ideo & in quibuſdam id efficit vt crucem negent, vt paſſionis illos pudeat, & mortem opinione tantùm illum guſtaſſe aſſeuerent, partum virginis circumcidant & mutilent, naturam calumnientur vt deteſtandam. Iudæis

** Vetus interpres ſingulariter legit, cui ſuffragatur Aetiologia, vt de Satana intelligatur.*

* auxiliantur in cruce abneganda, gentibus, magiæ calumniam Chriſto impingendo, hæreticis, prætexendo veritati phantaſiam, varius enim & multiformis eſt dux ille omnis mali, & falſis rationibus mentes fallens humanas, ſibi ipſe contrarius, inconſtans, alia prætexens, alia faciens. Sapiens eſt ad malefaciendum, bonum verò quid ſit ignorat. Ignorantia oppletus eſt propter voluntariam dementiam. Quo enim modo non eſt eiuſmodi, qui nec ante pedes & propatulo poſitam rationem videt? Si enim nudus homo eſt, Do-

*Dæmon ignorans.*

minus conſtans ex anima & carne, quid circuncidis & mutilas natiuitatem communis naturæ humanæ? Quid verò tanquàm inſolens aliquid in homine factum, paſſionem appellas phantaſiam, & mortem hominis mortalis cenſes opinionem eſſe ſolam? Si verò Deus & homo, cur iniquum vocas Dominum gloriæ, qui natura inuariabilis eſt? cur iniquum appellas legiſlatorem, qui animam habet humanam? Verbum

7

caro factum eſt, & perfectus homo, quod in homine habitauit. Quomodo & magus hic, qui olim omnem naturam tam ſenſibilem quàm intelligibilem condidit voluntate Patris? in humanitate autem omnem

*Chriſtus verus Deus.*

morbum, & infirmitatem curauit? Quomodo non Deus hic eſt, qui mortuos ſuſcitauit, claudis perfectum reddidit greſſum, leproſos mundauit, cæcis reſti-

*Ioh.6.*

tuit viſum? ea quæ ſunt vel augens, vt quinque illos panes & duos piſces: vel immutans, vt aquam in vinum, tuum verò exercitum ſolo fugans verbo? Quid

8

verò virgineam improbas naturam, & membra appellas obſcena, qui olim hæc ipſa membra in pompis oſtentabas, mares nudari iubens in conſpectu feminarum, itémque feminas in cupiditatem libidinoſam marium, nunc contra hæc ipſa à te iudicantur obſcena, & honeſtatem ſimulas, qui ſpiritus es fornicatio-

*Quæ ſint obſcœna.*

nis, ignorans tũc demum aliquid eſſe obſcenum, cùm per ſcelus illud polluimus: cùm verò omne abeſt peccatum, nihil turpe cenſendum eſt, nihil malum eorum quæ facta ſunt, ſed omnia bona valde: at tu cùm non videas, improbas ea. Rurſus, quomodo necdum ex virgine natus tibi videtur Chriſtus, ſed Deus Pater, qui eſt ſuper omnia, qui eſt, quique omnipotens eſt?

*Deum patrem non eſſe incarnatum.*

Quis igitur hunc miſit? quis huius dominus eſt? cuius voluntati hic obediuit? cuius legem impleuit? qui nec alicuius voluntati, nec alicuius poteſtati paruit? Et cùm Chriſtum eximis à naſcendi lege, ingenitum doces genitum eſſe, & qui omni principio caret, hunc dicis cruci affixum, quo permittente non poſſum dicere. Verùm tua minimè me latet verſutia, nec ignoro te obliquo & gemino incedere greſſu. Ignoras tu quis ſit ingenitus, qui omnium rerum ſcientiam tibi ven-

*Dæmoni incognita.*

dicas? at multa te latuerunt, Mariæ virginitas, & admirandus ille partus, quis ſit ille qui in corpore eſt, ſtella quæ duxit eos Magos qui in oriente erant, dona offerentes, Archangeli ſalutatio virgini facta, ipſius virginis viro deſponſatæ inſolens conceptus, præcurſoris pueri præconium ob illius præſentiam, qui ex virgine naſciturus erat, illiúſque intra maternum vterum ob ea quæ præuidebat, ſubſultatio, angelorum hymni ob natum puerum, paſtoribus facta bona nuncia: Herodis timor metuentis regnum ſibi eripiendum, mandatum de necandis infantibus, in Aegyptum commigratio, & inde in iſta loca reuerſio, faſciæ pueriles, cenſus & humana deſcriptio, lactantis educatio, patris nomen attributum ipſi Ioſeph, qui tamen nullum ſemen ad generationem attulit, præſepia, quòd nullus alius locus ei eſſet, nec vllus humanus apparatus, incrementi acceſſio, humana verba, fames, ſitis, profectio, labor, ſacrificiorum oblatio (quandoquidem & circumciſionem admiſit) baptiſmus, vox Dei ſuper baptizato audita: Quis eſſet, & vnde profectus, teſtificationes ſpiritus & patris deſuper factæ, vox Iohannis prophetæ ſignificantis paſſionem futuram appellatione agni, diuerſorum ſignorum efficaciæ, curationes variæ, increpatio dominica imperans mari & ventis, maligni ſpiritus fugati, tu ipſe tortus, & poteſtate eius qui apparebat flagellatus neſciens quò te verteres: hæc videns, vertigine æſtuas, virginem eſſe quæ parit, ignoras: at obſtupefaciebant te angelorum laudes, magorum adoratio, ſtellæ exortus. verùm rerum ipſarum vtilitas in ignorantiam denuò te impin-



te impingit, exigua enim quædam tibi videntur faſciæ, paſſiones humanæ, circunciſio, lactantis educatio, vniuerſa hæc Deo indigna tibi viſa ſunt. Rurſus videbas hominem quadraginta dies & noctes perdu-

*Chriſtus tentatus.*

rare ieiunum ſine humano alimento, angelos miniſtrantes, quos & horrebas cùm primum vidiſſes, vt communem hominem baptizatum, cauſámque ignorabas, poſt ieiunium verò eſurientem, ſumpta denuò audacia tentabas, vt communem hominem, neſciens quis eſſet. dicebas enim, ſi filius Dei es, dic vt lapides

*Mat.4.*

hi panes fiant. Illud enim: Si filius Dei es, ignorantiæ argumentum eſt. Si enim id reuera agnouiſſes, ſciuiſſes quòd ex æquo poteſt rerum conditor vniuerſa-

*Dei potentia.*

rum, & facere quod non eſt, & mutare quod eſt. Et ventris ingluuie tentas eum, qui omnes nutrit famelicos, & tentas Dominum gloriæ, oblitus ex animi maleuolentia. Quòd non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Si enim cõgnouiſſes quòd Dei filius erat, ſciuiſſes quòd is qui quadraginta diebus, & totidem noctibus ieiunum corpus ſine omni inediæ noxa conſeruarat, etiam perpetuò itidem conſeruare poterat. Cur igitur eſurit? vt doceret quòd reuera corpus aſſumpſerat iiſdem obnoxium paſſionibus quibus reliqui homines. per illud itaque oſtendit ſe Deum eſſe, per hoc verò hominẽ. Tu itaque qui elapſus es ex altiſſima illa gloria ceu fulgur, audes Domino dicere: Mitte te deorſum, cui ea quæ ſunt, reputantur quaſi non ſint, & ad vanam gloriam prouocare alienum ab omni oſtentatione, & falſo obtendis ſcripturam de illo dicere: Quoniam

*Pſal. 90*

angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, vt non offendas ad lapidem pedem tuum. Cætera ſimulas te ignorare furtim ea ſubtrahens: An non de te tuiſque miniſtris prophetauit: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem? Si itaque tu Dominicis conculcaris pedibus, quomodo tentas Dominum qui tentari non poteſt,

*Deut.16.*

oblitus legiſlatoris præcipientis: Non tentabis Dominum Deum tuum? Sed etiam audes ſceleſtiſſime Dei opera tibi vendicare, tibíque traditum horum dominum, & vt prolapſus tuo more cadat, poſtulas, quæque ipſius ſunt, hæc ipſi te daturum promittis, ſi procidens in terram adoret te. Et quomodo non horruiſti eiuſmodi vocem aduerſus Dominum emittere omnium malorum ſpirituum ſceleratiſſime ſpiritus ob malignitatem. Per ingluuiem victus es, per vanam gloriam dedecore affectus es, per auaritiam & ambitionem pertraheris ad impietatem. Tu Belial, draco, deſertor, transfuga, ſerpens tortuoſe, qui à Deo defeciſti, qui à Chriſto ſeparatus es, qui à Spiritu ſancto alienatus es, qui è choro angelorum pulſus es, legum diuinarum violator, legitimorum hoſtis, qui contra protoplaſtas inſurrexiſti, Dei præcepto non parere feciſti eos qui nihil te læſerunt, qui aduerſus Abel excitaſti homicidam cain, qui aduerſus Iob arma ſumpſiſti. Domino dicis: Si prolapſus adoraueris me. O audaciam, ô veſaniam. ſerue fugitiue & maſtigia recalcitras bono Domino, & tanto Domino Deo omnium ſenſibilium & intelligibilium dicis: Si prolapſus adoraueris me. Dominus verò longanimis eſt, nec in nihilum redigit te qui talia per inſcitiam audes, ſed placidè reſpondet: Vade ſatana. Porrò non ait: Vade poſt me. Nec enim fieri poteſt, vt conuertatur. Sed vade Satana ad ea quæ elegiſti: vade ad ea quæ per

9

maleuolentiam amplexus es & ſectaris. Ego enim qui ſim cognoſco, & à quo miſſus ſum cognoſco, & quem adorare oportet ſcio. Dominum enim tuum adora-

*Deut.16. Luc.4. 10.*

bis, & illi ſoli ſeruices. Noui vnum, ſcio ſolum, cuius tu deſertor factus es, non ſum Deo aduerſus, confiteor excellentiam, cognoui generationis meæ auctorem patrem. Affectus quem erga vos habeo fratres hæc me ſcribere compulit; ad Dei gloriam vos co-

*Officia Chriſtianæ*

hortantem, non quaſi aliquid ſim, ſed vt frater. Subiecti eſte Epiſcopo, presbyteris, & diaconis, diligite vos mutuò in Domino, vt Dei ſimilitudines. videte viri, vt vxores veſtras velut propria membra ametis. Itidem, vxores ament ſuos viros, vtpote quæ vnum ſint

*Caſtitas ſit humilis. Feſta Ieiunium quadrageſimale. Dies dominicus.*

coniunctione. Si quis caſtè, ſi quis continenter viuit, non extollatur, ne perdat mercedem. Feſtiuitates ne dehoneſtetis, quadrageſimale ieiunium ne ſpernatis. Continet enim exemplum conuerſationis Dominicæ. Poſt paſſionis Dominicæ hebdomadam ieiunare quartis & ſextis feriis ne negligatis, ciborum reliquias pauperibus elargientes. Si quis Dominicam diem aut Sabbatum, vno excepto, ieiunarit, hic chriſti interfector eſt. Orationes veſtræ extendantur vſque ad Antiochenam Eccleſiam, vnde & vinctus Romam abducor. Saluto ſanctum Epiſcopum Polycarpum: Saluto ſanctum Epiſcopum Vitalium, & ſacrum presbyterorum collegium, & conſeruos meos diaconos, pro quorum animabus, vtinam commutare meam animam liceat. Ad hæc conteſtor Epiſcopo & presbyte-

*Paſcha Iudæorum.*

ris in Domino. Si quis cum Iudæis celebrat Paſcha, aut ſymbola feſtiuitatis eorum recipit, particeps eſt eorum qui Dominum occiderunt, & Apoſtolos eius. Salutat vos Philo & Agathopus Diaconi. Saluto col-

*Virginum collegium*

legium virginum, & cœtum viduarũ, quibus & fruar. Saluto populum Domini à paruo vſque ad magnum. Tranſmiſi vobis literas meas per Euphanium lectorem, virum à Deo honoratum, & fideliſſimum, fortè nactus eum circa regionem, cùm iam nauem aſcenſurus eſſet. Memores eſtote vinculorum meorum, vt conſummer in chriſto. Valete corpore, anima & ſpiritu, perfecta ſentientes, auerſantes operarios iniquitatis, & corruptores ſermonis veritatis; confortati in gratia Domini noſtri Ieſu chriſti.

## *Eiuſdem ad Philadelphenſes.* EPIST. 9.

IGnatius, qui & Theophorus, Eccleſiæ Dei Patris & Domini Ieſu Chriſti, quæ eſt Philadelphiæ, in charitate miſericordiam conſecutæ, & firmatæ in Dei concordia, exultanti in paſſione chriſti ſine omni hæſitatione, quæ per reſurrectionem eius plenè inſtructa eſt, in omni miſericordia, quam ſaluto in ſanguine Ieſu chriſti, quod eſt gaudium ſempiternum & ſtabile, maximè iis, qui vnum ſunt cum Epiſcopo, presbyte-

*Diaconi deſignati*

ris, & diaconis deſignatis per voluntatem Dei Patris per Ieſum chriſtum, qui ſecundum propriam voluntatem ſuam firmauit Eccleſiam ſuper petram ædificatione ſpirituali citra humanarum manuum operam, in quam colliſa venti & flumina non potuerunt eam ſubuertere, nec id valeant vnquam ſpirituales nequitiæ, ſed infirmentur virtute Domini noſtri Ieſu chriſti.

*Verus Epiſcopus depingitur.*

Conſpecto veſtro Epiſcopo cognoui, quòd non à ſeipſo, neque per homines ad dignitatem euectus eſt vt ſuſciperet miniſterium hoc communis Eccleſiæ, nec per inanem gloriam, ſed in charitate Ieſu chriſti & Dei Patris, qui ſuſcitauit eum ex mortuis, cuius obſtupui modeſtiam, qui tacitus plus poterit quàm alij qui plurima loquuntur. Seſe namque compoſuit ad Chriſti mandata & iuſtificationes, non ſecus atque neruí

nerui intenduntur in cythara ad muſicam harmoniam, eſtque inculpatus non minus atque Zacharias ſacerdos. Quapropter beatam cenſeo illius animam,

*Veri epiſcopi typus.*

quòd cognoſcam illam virtutibus ornatam & perfectam, nullis affectibus obnoxiam, omníſque iracundiæ victricẽ, vt qui viuat in omni manſuetudine Dei. Fugite itaque vt filij lucis & veritatis ſectionem vnitatis, & prauæ doctrinæ hæreticorum, à quibus pollutio egreſſa eſt in omnem terram. Vbi verò paſtor eſt, eodem & vos, vt oues ſequamini. Multi enim lupi velleribus tecti in Dei ſtadio currentes pernicioſis voluptatibus illectos captiuos comprehendunt. verùm in veſtris concordibus animis, nullus dabitur illis locus. Abſtinete itaque vos ab herbis noxiis, quæ Ieſus non excolit, ſed fera humano gaudens ſanguine, non enim ſunt plantationes Dei Patris, ſed ſemen illius maligni. Non hæc ſcribo quòd apud vos inuenerim ſchiſma, ſed præmunio vos, vt filios Dei. Quotquot enim Chriſti ſunt, hi ſunt partium Epiſcopi. Qui verò ab illo declinant, & cum maledictis communionem amplectuntur, hi cum illis excidentur. Nec enim Chriſti agricultura ſunt, ſed diaboli ſementis, à quo eruamini ſemper precibus fidiſſimi & mãſuetiſſimi paſtoris, qui vobis præſidet. Obſecro itaque vos, quotquot pœnitẽtia ducti redierint ad vnitatem Eccleſiæ, ſuſcipite illos cum omni manſuetudine, vt per bonitatem & patientiam veſtram reſipiſcentes ex diaboli laqueis, digni iam Chriſto facti ſalutem conſequantur æternam

*Heretici fugiendi.*

in regno Chriſti. Fratres ne erretis. Si quis eum ſectatur, qui ſe abſciderit à veritate, regnum Dei non hæreditabit: & qui non abcedit à mendaci concionatore, in gehennam condemnabitur, nec enim à piis diſcedendum, nec cum impiis commercia habenda. Si quis graditur iuxta aliena præſcripta, hic non eſt Chriſti, nec particeps paſſionis Chriſti, ſed eſt vulpes & corruptor vineæ Chriſti: cum eiuſmodi non commiſceamini, ne cum illo pereatis, quamuis pater ſit, quamuis filius, quamuis frater, quamuis domeſticus. Non parcet, inquit, oculus veſter ſuper eum. Oſores Dei & vos odiſſe oportet, & ſuper inimicos illius tabeſcere, non autem percutere aut perſequi illos, vt gentes faciunt, quæ ignorant Deum & Dominum, ſed pro hoſtibus habere tales, & ab iis ſegregari. Commonefacere autem eos, & ad pœnitentiã cohortari ſi forte audiãt, ſi forte manus dent, monitíſq; cedãt. Clemens enim eſt Deus noſter, & omnes homines vult ſaluari, & ad veritatis agnitionem venire. Quapropter ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: cuius benignitatis cùm vellet Dominus nos eſſe imitatores, inquit: Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Ego perſuaſum habeo de vobis in Domino, quòd nihil aliud ſentietis.

[redacted]

*Vna Euchariſtia vtendum.*

Quare & confiſus charitati veſtræ Deo dignæ, obſecro vos vt vna fide, vna prædicatione, vna Euchariſtia vtamini, vna enim eſt caro Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vnus illius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt, & vnus calix qui pro omnibus nobis diſtributus eſt, vnus panis qui omnibus fractus eſt, vnũ altare omni Eccleſiæ, & vnus Epiſcopus cum presbyterorũ collegio, & diaconis conſeruis meis.

*Diaconi.*

Quandoquidem & vnus eſt ingenitus Deus & pater, & vnus vnigenitus Filius, Deus verbum & homo, vnus paracletus ſpiritus veritatis, & vna prædicatio, & fides vna, & vnum baptiſma, & vna Eccleſia, quam ſuis ſudoribus & laboribus fundarunt ſancti Apoſtoli à finibus terræ vſque ad fines in ſanguine Chriſti.

*Apoſtoli eccleſiam fundauerunt.*

Et vos itaque oportet vt populum peculiarem, & gentem ſanctam omnia perficere concordibus animis in Chriſto. Vxores maritis ſubditæ ſint in timore Dei: virgines Chriſto, in puritate non abominãtes nuptias, ſed id quod præſtantius eſt amplectentes, non in calumniam matrimonij, ſed vt liberioribus animis diuinæ legis meditationi vacent.

*Virgines non ab hominentur nuptias.*

Filij obedite parentibus veſtris, & amate eos vt Dei cooperatores ad generationem veſtram. Serui parẽte dominis in Deo, vt liberti ſitis Chriſti. Viri diligitè vxores veſtras, vt conſeruas Dei, vt proprium corpus, vt ſocias vitæ, vt cooperatrices procreationis liberorum.

*Vxorum dilectio.*

Virgines ſolùm Chriſtum in precibus veſtris ante oculos habete, & Patrem illius, illuminatæ à ſpiritu. Fruar veſtra ſanctimonia, vt Ieſu filij Naue, vt Melchiſedec, vt Helizei, vt Ieremiæ, vt Baptiſtæ Iohannis, vt dilecti illius diſcipuli, vt Timothei, vt Titi, vt Euodij, vt Clementis, qui in puritate exegerunt hanc vitam. non quòd vituperem reliquos diuos, quòd rei vxoriæ ſe dederint, horum tantummodo memini (opto enim vt dignus ſim in regno cælorum ad horum pedes locum mihi dari) vt Abrahæ, Iſaac, Iacob, vt Ioſeph, Iſaiæ, & aliorum prophetarum: vt Petri * & Pauli, & aliorum Apoſtolorum qui nuptiis operam dederunt, ſed ſtudio virginitatis, de qua loquor, illi in mentem mihi venerunt.

*Sancti virgines.*

[redacted]

** Pauli nomen in antiquiſſ. codicibus Anglicanis & aliis nõ extat. vnde doctiſſ. plerique oſcitantiam ſciolorum aut ſcribarum cenſent aſſumentum.*

Patres educate filios veſtros in diſciplina & admonitione Domini, & docete eos ſacras literas, & artes, vt non dedant ſe otio & inertiæ. Honeſtè (inquit) educat iuſtus pater liberos: in filio ſapienti lætabitur cor eius. Domini beneuolo animo ſitis erga ſeruos, vt S. Iob docet: vna enim eſt omnium natura humana, & vnum genus. In Chriſto neque ſeruus, neque liber eſt. Principes obediant Cæſari, milites principibus, diaconi presbyteris ſacrorum præfectis: Presbyteri, diaconi, & reliquus clerus vnà cùm populo vniuerſo, militibus, principibus, & Cæſare, ipſi Epiſcopo pareant. Epiſcopus Chriſto, vt Chriſtus Patri obediuit, & hac ratione per omnia conſeruabitur vnitas.

*Pueri docendi ſacras literas*

Sint autem viduæ non vagæ, non guloſæ, non circumcurſantes, ſed vt Iudith illa honeſtiſſima, vt Anna illa honeſtiſſima.

*Vidue.*

11\.

Porrò hæc non vt Apoſtolus præcipio: Quis enim ego ſum, & quæ domus patris mei, vt parem me illis dicam? ſed vt commilito veſter, vt monitor quiſpiam. Fratres mei nimis effuſus ſum amore veſtri, & ſupra modum exultans tutos cautóſque vos reddo, non ego, ſed per me Dominus Ieſus, in quo vinctus plus timeo. Necdum enim perfectus ſum, ſed precatio veſtra ad Deum me perficiet, vt id conſequar ad quod vocatus ſum, confugiens ad Euangelium tanquam ad carnem Chriſti, & ad Apoſtolos velut ad Eccleſiæ presbyterorum collegium, & ad Prophetas, vt qui Chriſtum annuntiarint, & eiuſdem Spiritus participes fuerint; cuius & Apoſtoli. Quemadmodum enim pſeudoprophetæ & pſeudoapoſtoli vnum & eundem ſpiritum malum, fallacem & populi ſeductorem acceperunt, ſic & Prophetæ & Apoſtoli vnum & eundem Spiritum ſanctum, bonum, eximium, verum, & doctorem & rectum acceperunt à Deo per Ieſum Chriſtum, vnus enim Deus veteris & noui Teſtamenti, vnus mediator Dei & hominum ad opificium, intelligibilis & ſenſibilis creaturæ, & ad prouidentiam vtilem rebúſque accommodam, & vnus paracletus qui operatus eſt in Moyſe, & Prophetis & Apoſtolis. Omnes itaque ſancti in Chriſto ſaluati ſunt ſperantes in eum, & illum expectantes, & per ipſum ſalutem conſecuti ſunt, digni qui amarentur & admirationi nobis eſſent, à Ieſu Chriſto



Chriſto teſtimonium adepti in Euangelio ſpei communis. Si quis Deum vnum prædicat Legis & Prophetarum, Chriſtum verò negat eſſe Deum, mendax eſt, quemadmodum & pater ipſius diabolus, & eſt hic terrenæ circunciſionis pſeudo Iudæus. Si quis confiteatur Chriſtum Ieſum Dominum, neget autem Deũ Legis & Prophetarum, dicens Patrem Chriſti non eſſe opificem cæli & terræ, hic in veritate non ſtetit, ſicut nec pater eius diabolus, & talis eſt ſectator Simonis Magi, non autem Spiritus ſancti diſcipulus.

*Simon Magus.*

Si quis dicat vnum quidem eſſe Deum, & confiteatur Chriſtum Ieſum, ſed eundem nudum eſſe hominem putet, non autem Deum vnigenitum, ſapientiam & verbum Dei, ſed ſola anima & corpore illum conſtare cenſet, huiuſmodi ſerpens eſt fraudem & errorem prædicans in exitium hominum, & eſt eiuſmodi inops ſenſu cognomento Ebion.

*Ebion ſenſu inops.*

Si quis vniuerſa hæc confiteatur, ſed legitimam commixtionem, & liberorum procreationem, corruptelam & pollutionem appellet, aut cibos aliquos deteſtandos putet, talis apoſtatam illum draconem in ſe habitantem fouet. Si quis Patrem & Filium & Spiritum ſanctum confiteatur, & creaturam laudet, ſed opinionem ſolámque phantaſiam eſſe dicat incarnationem, paſſionémque pudendam dicat, talis fidem negauit, non minus quàm Iudæi, qui Chriſtum necarunt.

12\.

Porrò ſi quis hæc confiteatur, & quòd Deus in humano corpore habitabat verbum exiſtens in ipſo, ſicut anima in corpore, & propter inhabitans verbum Chriſtum eſſe Deum, ſed non fuiſſe in Chriſto animam humanam, & dicat illegitimos concubitus bonum quoddam eſſe, & finem beatitudinis conſtituat voluptatem, vt is qui falſo nomine Nicolaita dicitur, hic nec Dei, nec Chriſti amator eſſe poteſt, ſed propriæ carnis corruptor eſt, & ob hoc Spiritu ſancto vacuus, & à Chriſto alien⁹. Omnes eiuſcemodi columnæ ſepulchrales & mortuorum ſunt monumenta, quibus mortuorum hominum nomina duntaxat inſcripta ſunt.

*Nicolaita.*

Fugite igitur maleficia & inſidias ſpiritus, qui nunc operatur in filiis huius ſæculi, nequando afflicti charitatis affectum in vobis langueſcere permittatis, ſed omnes in vnum ſitis corde indiuulſo, & animo voluntario vnanimes ſemper, eadem de iiſdem ſentientes, in quiete, in periculis, in mœrore & gaudio. Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum, quòd pacatam habeam de vobis conſcientiam, nec habet quiſpiam quod glorietur vel ſecretò vel palàm, me quemquam grauaſſe vel in paruo vel in magno.

*Conſcientia pacata.*

Et omnes oro inter quos locutus ſum, ne illud in teſtimonium conſeruent. Quanquam enim ſecundum carnem voluerunt quidam me ſeducere, at ſpiritus meus non ſeducitur, à Deo nanque illum accepi. Scio enim vnde venit, & quò vadit, & ſecreta coarguit. Exclamaui magna voce inter eos quibus locutus ſum: Non meus eſt ſermo, ſed Dei. Epiſcopo attendite, & presbyteris, & diaconis.

*Diaconis attendendum.*

Si autem ſuſpicamini me hæc dicere, quòd intellexerim quoſdam diſſidere, teſtis mihi is eſt, propter quem vinctus ſum, quòd non cognouerim iſtud ex vno cuiuſquam hominis, ſed Spiritus annuntiauit mihi. *Sine Epiſcopo nihil facite: carnem veſtram vt Dei templum cuſtodite: vnitatem amate: diſsidia fugite: imitatores eſte Pauli & aliorum Apoſtolorum, ſicut & ipſi fuere Chriſti.*

*Oraculum Spiritus ſancti.*

Ego itaque quod meum erat feci, vt homo in vnitatem redactus compoſitúſque, adiiciens & hoc: Vbi animorum diſcordia eſt, & ira, & odium, ibi Deus minimè habitat. Omnibus igitur pœnitentibus remittit Deus, ſi concurrant ad vnitatem Chriſti, & Epiſcopi concilium.

*Diſcordia*

Credo gratiæ Ieſu Chriſti, quòd ſoluet auferétque à vobis omne vinculum iniquitatis. Obſecro itaque vos nihil per contentionem faciatis, ſed omnia iuxta Chriſti diſciplinam. Audiui enim quoſdam dicentes: Niſi Euangelium inuenero in archiuis, non credo. Talibus ego dico, quòd Ieſus mihi pro archiuis eſt, quem nolle audire, manifeſta pernicies eſt.

*Euangelio vnde creditur.*

13\.

Illibatum mihi eſt archiuum crux eius, & mors & reſurrectio eius, & fides horum, per quæ cupio iuſtificari precationibus veſtris. Qui non credit Euangelio, nihil cæterorum credit. Nec enim ſpiritui debent archiua præferri. Durum eſt contra ſtimulum calcitrare, durum eſt Chriſto nolle credere, durum eſt prædicationem Apoſtolorum reiicere: boni ſunt ſacerdotes, ſermoníſque miniſtri, ſed præſtantior eſt Pontifex, cui credita ſunt ſancta ſanctorum. bonæ ſunt adminiſtratoriæ illæ virtutes Dei, ſanctus eſt paracletus, & ſanctum illud Verbum Filius Patris, per quem Pater fecit omnia, omnibúſque prouidet: hæc eſt quæ ad Patrem ducit via, hæc petra, hoc ſeptum, hæc clauis, hic paſtor, hæc hoſtia, hoc cognitionis oſtium per quod ingreſſus eſt Abraham, Iſaac, Iacob, Moſes & vniuerſus prophetarum chorus, & orbis columnæ Apoſtoli, & ſponſa Chriſti, pro qua dotis loco effudit proprium ſanguinem, vt eam redimeret.

*Act. 9. a*

*Dos Eccleſiæ.*

Porrò omnia hæc ad vnitatem vnius & veri Dei ſpectant. Eximium autem quiddam habet Euangelium, nimirum aduentum Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti paſſionem ipſamque reſurrectionem. Quæ namque prophetæ annuntiauerunt: Donec veniat cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium: hæc in Euangelio impleta ſunt, dicente Domino: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

14\.

Omnia igitur in vniuerſum bona, Lex, Prophetæ, Apoſtoli, totúſque cœtus credentium: hoc vnum reliquum eſt, vt nos mutuò diligamus.

*Dilectio finis vtriuſque legis.*

Quoniam per orationem veſtram, & viſcera quæ habetis in Domino Ieſu, nuntiatum eſt mihi pacem habere Eccleſiam Antiochenam quæ in Syria eſt. Decet itaque vos, vt Dei Eccleſiam, eligere Epiſcopum vt obeat legationem Dei, vt concedatur illis in idem loci congregatis, etiam glorificare nomen Dei. Beatus ille in Chriſto Ieſu, qui dignus habitus fuerit eiuſmodi miniſterio, & vos ſtudium veſtrum adhibentes, in Chriſto glorificabimini. Volentibus enim vobis non erit prorſus impoſſibile pro nomine Dei, vt ſemper fecerunt proximæ Eccleſiæ mittere Epiſcopos, nonnullæ verò præſbyteros & diaconos.

15\.

De Philone diacono viro à Cilicia teſtimonium habente, qui & mihi in ſermone miniſtrat, vnà cum Gauia, & Agathopode viro electo, qui à Syria me comitatur, vitæ renuntiantes, qui & teſtificantur vobis, Deo meo ago gratias veſtro nomine, quòd officioſè illos accepiſtis. Suſcipiat & vos Dominus. Qui verò illos ignominia affecerunt, liberentur gratia Chriſti, cuius voluntas non eſt mors, ſed pœnitentia peccatoris. Salutat vos charitas fratrum qui ſunt in Troade, vnde & ſcribo vobis per Burgum, qui miſſus eſt vnà ab Epheſiis & Smyrnenſibus honoris cauſa, quibus beneficium reponat Dominus Ieſus Chriſtus, in quem ſperant, carne, anima & ſpiritu, fide, charitate & concordia. Valete in Domino Ieſu communi ſpe noſtra in Spiritu ſancto.

*Eiuſdem ad Smyrnenſes,* EPIST. 10.

IGnatius, qui & Theophorus, Eccleſiæ Dei patris altiſſimi, & dilecti filij ipſius Ieſu Chriſti, miſericordiam

cordiam conſecutæ in omni domo, plenè inſtructæ in fide & charitate, diuiniſſimæ & ſacroſanctæ, quæ eſt Smyrnæ in Aſia, in ſpiritu immaculato, & verbo Dei, Salutem plurimam.

*Smyrnenſium fides.*

Glorifico Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui per eum ita vos erudiuit. Cognoui enim vos abſolutè perfectos in fide ſtabili, vtpote vnà affixos cruci Domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſpiritu, firmatos in charitate, in ſanguine Chriſti, verè ad plenum inſtructos in Domino noſtro Ieſu Chriſto filio Dei, primogenito omnis creaturæ, qui Dei verbum eſt, & vnicus filius, ſecundum carnem de genere Dauid, ex Maria virgine, baptizatus à Iohanne, vt impleretur ab eo omnis iuſtitia, qui verſatus eſt inter homines ſine peccato, & ſub Pontio Pilato, & Herode tetrarcha affixus eſt cruci pro nobis in vera carne, ex quo & nos ſumus, per diuinam beatámque paſſionem eius, vt aſſumeret nos concorporales in ſæcula
16. per reſurrectionem eius, & coaptandos ſanctis & fidelibus, ſiue Iudæis ſiue Gentibus in vnum corpus Eccleſiæ ſuæ. Omnia enim hæc paſſus eſt propter nos, & verè paſſus eſt, non opinione, ſicut & verè reſurrexit:

*Contra Ebionitas.*

ſed non, vt quidam increduli, quos pudet incarnationis & crucis, dicentes, quòd mortem non in rei veritate obierit, ſed opinione tantùm hominum, nec quòd verè ex virgine corpus aſſumpſit, & quòd ſola opinione paſſus ſit, obliti illius Euangelici dicti. Verbum caro factum eſt, &, Soluite templum hoc, & triduo reſuſcitabo illud. &: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum, An non itaque verbum in carne habitauit? Sapientia enim ædificauit ſibi domum, verbum, ſuum ipſius templum quod ſolutum erat à Iudæis Chriſtum oppugnantibus, excitauit tertia die, & verbum omnia ad ſe traxit ad obtinendam ſalutem æternam, poſtquam caro ipſius exaltata eſt, ad ſimilitudinem ænei illius ſerpentis in eremo. Ego

*Nu. 21. b*

verò non modò in carne veniſſe ipſum cognoſco ex natiuitate, & crucifixione eius, ſed & poſt reſurrectionem ſcio eum in carne fuiſſe, & credo etiam nunc eſſe: &, quando ad Petrum venit, inquit ipſis. Accipite & palpate me, & videte, quòd non ſum dæ-

*Luc. 24. f*

monium incorporale. Spiritus enim carnem & oſſa non habet, quemadmodum me videtis habere. Et Thomæ dicit: Infer digitum tuum huc in fixuram clauorum, & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & continuò credidit quòd ipſe eſſet Chriſtus. Quare & Thomas dicit ipſi: Dominus meus &

*Ioh. 20.*

Deus meus: & ob id mortem contempſerunt, parum enim fuerit ſi dicam iniurias & verbera. Quin etiam & poſt reſurrectionem oſtendit ſeipſum illis, quòd verè, & non per phantaſiam reſurrexerat: & cum illis comedit & bibit quadraginta perpetuos dies, & ita cum carne videntibus illis aſſumptus eſt ad illum qui miſerat eum, cum ipſa carne venturus iterum cum gloria & poteſtate. Aiunt enim oracula:

*Act. 1.*

Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis illum euntem in cælum. Si verò ſine corpore dicunt eum venturum in conſummatione ſæculi, quomodo ipſum videbunt qui illum pupugerunt, & agnoſcentes plangent in ſemet-
17. ipſis? Incorporalium enim rerum neque ſpecies neque figura, nec ſimulachrum eſſe poteſt ceu animantis habentis formam aliquam propter naturæ ſimplicitatē.

*Orandum pro hæreticis.*

De his autem admoneo vos chariſſimi, ſciens vos non aliter atque ego de his ſentire. Sed præmunio vos cōtra feras humanam formam præ ſe ferentes, quas non modò auerſari oportet, ſed etiam fugere, ſolúmque pro iis orare, ſi quando pœnitentia ducantur. Si enim opinione ſola in corpore fuit Dominus, & phantaſia crucifixus eſt, & ego opinione ſolùm vinctus ſum: cur verò meipſum morti prorſus tradidi ad ignes, ad gladios, ad feras? At non opinione, ſed reuera hæc ſuſtineo propter Chriſtum, vt cum illo patiar, ipſo me confortante, nec enim mihi tantæ vires. quem quidam ignorantes negarunt, & patrocinantur mendacio magis quàm veritati, quos nec prophetiæ perſuaſere, nec Moſaica lex, ſed nec ipſum Euangelium in hunc vſque diem, ſed neque noſtri quos ſinguli perferimus, cruciatus. Nam & de nobis idipſum ſentiunt. Quid enim mihi prodeſt ſi quis me laudet, & Dominum meum blaſphemet, non confitens ipſum Deum eſſe carne veſtitum? qui verò id non dicit, prorſus ipſum negauit cadauer circunferens, nec enim libuit eorum infida nomina his literis inſerere: abſit verò à me vt eorum mentionem faciam, donec pœnitentia ducantur.

*Hæretici non nominandi.*

Nemo erret, niſi crediderit Ieſum Chriſtum in carne conuerſatum, & crucem illius confeſſus fuerit, & paſſionem, & ſanguinem quem effudit pro mundi ſalute, non aſſequetur vitam æternam, ſiue rex fuerit, ſiue ſacerdos, ſiue princeps, ſiue priuatus homo, ſiue dominus, ſiue ſeruus, ſiue vir, ſiue fœmina.

*Perſonarum nulla acceptio apud deum.*

Qui capit capiat, qui audit audiat. Locus, dignitas, diuitiæ neminem efferant, ignobilitas & paupertas neminem deiiciant. Totum nanque & præcipuum eſt fides in Deum, & ſpes in Chriſtum, & fruitio eorum quæ exſpectamus bonorum, charitas in Deum & proximum. Diliges enim dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum. Et Dominus inquit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. &, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos mutuò. in his duobus mandatis pendet tota Lex & Prophetæ. Conſiderate itaque eos qui aliena ſectantur dogmata, & diſcite quomodo ignotum aſſerunt eſſe Chriſti patrem, quomodo infidam ſimultatem inter ſe exerceant, charitatis nullam habeant rationem, futura negligunt, præſentia ſeu ſtabilia bona curant, præcepta contemnunt, viduam & orphanum deſpiciunt, oppreſſum deſpuunt, vinctum rident, crucis illos pudet, paſſionem ſubſannant, reſurrectionem pro fabula traducunt: poſteri ſunt & nepotes ſpiritus illius omnis mali primi inuentoris, qui Adam fecit Dei mandatum auerſari per fœminam, Abel per Cain occidit, qui Iob oppugnauit, Ieſum filium Ioſedec accuſauit, qui poſtulauit cribrare fidem Apoſtolorum, qui plebem Iudaicam concitauit aduerſus Dominum, qui & nunc vim efficaciámque exerit in filiis inobedientiæ, à quibus eripiet vos Dominus Ieſus Chriſtus, qui rogauit ne deficeret fides Apoſtorum, non quòd per ſe non poſſet cuſtodire illam, ſed velut gaudens patris excellentia.

*Hæreticorum ingenium.*

*Dæmonis malitia.*

Decet itaque abſtinere ab eiuſmodi, nec in priuato, nec in communi colloquio de illis verba facere, attendere autem Legi & Prophetis, & iis qui annuntiauerunt vobis ſalutarem ſermonem.

*Hæretici nuſquam nominandi.*

Nefandas autem hæreſes, & eos qui ſchiſmata faciunt, fugite, & fontem malorum. Omnes Epiſcopum ſequimini, vt Chriſtus Patrem, & preſbyterorum collegium vt Apoſtolos. Diaconos reuereamini, vt ex Dei præcepto miniſtrantes.

*Epiſcopi honorandi.*

Sine Epiſcopo nemo quicquam faciat eorum quæ ad Eccleſiam ſpectant. Rata Euchariſtia habeatur illa, quæ ſub Epiſcopo fuerit, vel cui ipſe conceſſerit.

*Rata Euchariſtia.*

Vbi



Vbi cōparuerit Epiſcopus, ibi & multitudo ſit, quemadmodum vbi Chriſtus, ibi omnis aſtat exercitus cœleſtis velut imperatori poteſtatis Dominicæ, omníſque intellectualis naturę gubernatori diſpēſatoríque.
18. Non licet ſine Epiſcopo baptizare, neque offerre, neque ſacrificium immolare, neque dochē celebrare: ſed quodcunque illi viſum fuerit ſecundum beneplacitum Dei, vt tutum & ratum ſit quodcunque feceritis. Conſentaneum eſt (vt quod reliquum eſt adiiciamus) ad Deum conuerſos pœnitere. In inferno enim nullus eſt qui confitetur. Ecce enim homo, & opera eius ante faciem illius. Honora, inquit, fili Deum & regem. Ego verò dico: Honora Deum vt omnium auctorem & Dominum, Epiſcopum verò vt principem ſacerdotum, imaginem Dei referentem: Dei quidem propter principatum, Chriſti verò propter ſacerdotium.

*Epiſcopus imago dei.*

Honorare oportet & regem. Nec enim rege quiſquam præſtantior, aut quiſquam ſimilis ei in rebus omnibus creatis, nec Epiſcopo quicquam maius in Eccleſia, qui Deo conſecratus eſt pro totius mundi ſalute. Nec inter principes quiſquam ſimilis regi, qui in pace, & optimis legibus ſubditos moderatur.

*Reges honorandi.*

Qui honorat Epiſcopū, à Deo honorabitur. ſicut qui ignominia afficit illum, à Deo punietur. Si enim iure cenſebitur pœna dignus, qui aduerſus regem inſurgit, vt qui violet bonas legum conſtitutiones, quanto putatis grauiori ſubiacebit ſupplicio, qui ſine Epiſcopo quid volet agere, concordiam rumpens, & decentem rerum ordinem confundens.

*Seditioſi digni pœnæ.*

Sacerdotium enim eſt omnium bonorum quæ in hominibus ſunt apex, qui aduerſus illud fuerit, non hominem ignominia afficit, ſed Deum, & Chriſtum Ieſum primogenitum, qui naturâ ſolus eſt ſummus ſacerdos Patris.

*Sacerdotii dignitas.*

Omnia igitur veſtra decenti ordine perficiantur in Chriſto. Laici diaconis ſubiiciantur, diaconi preſbyteris, preſbyteri Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto, vt ipſe Patri.

*Diſtinguit diaconos à Laicis.*

Quemadmodum me recreaſtis, fratres, ita & vos recreet Ieſus Chriſtus: abſentem me & præſentem dilexiſtis, retribuet vobis Deus, propter quem hæc in vinctum illius contuliſtis. Etſi enim non ſum par beneficiis, at ma-

*Mat. 10.*

gna res eſt animi veſtri propenſio. Qui enim honorat Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, nimirum qui honorat vinctum Ieſu Chriſti, martyrum accipiet mercedem. Quod Philonem, Gaium, & Agathopodem, qui comites mei ſunt, & verbi Dei miniſtri, vt Chriſti miniſtros exceperitis, bene feciſtis, qui & plurimas Deo pro vobis gratias agunt, quòd omnibus modis illos refeceritis. Nihil vobis apud Deum peribit eorum quæ in illos contuliſtis. det vobis Dominus vt inueniatis miſericordiam à Domino in illa die: vtinam meus ſpiritus cum veſtro commutari poſſit, & vincula hæc mea, quæ non faſtidiſtis, nec ob ea erubuiſtis. Quare nec de vobis erubeſcet conſummata ſpes Ieſus Chriſtus. Precationes veſtræ appropinquarunt ad Antiochenam Eccleſiam, & pacem habet: vnde vinctus omnes ſaluto, qui non ſum dignus cùm extremus ſim eorum qui ibi ſunt, iuxta Dei voluntatem ad functionem Epiſcopalem electus, non iuxta conſcientiam meam, ſed ex gratia Dei, quam opto perfectam mihi dari, vt per orationes veſtras Deum aſſequar. Vt itaque opus veſtrum abſolutum ſit ſuper terram & in cœlo, decet ad Dei honorem vt Eccleſia veſtra eli-

*Sacer legatus.*

19. gat ſacrum legatum, vt cùm in Syria fuerit congratuletur illis quòd pacem cōſecutæ ſint, & ſuam receperint magnitudinem, & reſtitutum ſit illis ſuum corpuſculum. Quod operępretium mihi viſum fuit, id eſt, vt aliquem veſtrum mittatis cum epiſtola, vt vnà cum illis glorificet Deum, de tranquillitate quam in Deo conſecuti ſunt, & commodiſſimum obtinuerim Chriſtum per orationes veſtras. Cùm perfecti ſitis, perfecta ſentite. Cupientibus enim vobis feliciter viuere, etiam Deus idem largiri paratus eſt. Salutat vos charitas fratrum veſtrorum quæ eſt Troade, vnde & ſcribo vobis per Burgum, quem miſiſtis mecum vnà cum Epheſiis confratribus veſtris, qui per omnia me refocillauit: & vtinam omnes illum imitentur, qui eſt ſpecimen diuini miniſterij, retribuet illi per omnia gratia Domini. Saluto Deo dignum Epiſcopum veſtrum Polycarpum, & diuinis exornatum dotibus preſbyterium, & Chriſto plenos Diaconos conſeruos meos, & ſigillatim & in vniuerſum omnes, in nomine Chriſti Ieſu, & carnis ipſius, & in ſanguine, paſſione, & reſurrectione corporali & ſpirituali vnitate Dei & veſtra. Gratia vobis, miſericordia, pax, patientia, per omnia in Chriſto. Saluto familias fratrum meorum, cum vxoribus & liberis, & eas quæ in perpetua degunt virginitate, & viduas.

*Perpetuę Virgines.*

Incolumes ſpiritu eſte mihi. Salutat vos Philo ſyndiaconus qui mecum eſt. Saluto familiam Gauiæ, quam opto ſolidari fide & charitate corporali & ſpirituali. Saluto Alcen deſiderabile mihi nomen, & Daphnon incomparabilem, & Eutecnon, & omnes nominatim. Valete in gratia Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, repleti Spiritu ſancto, & diuina ſanctáque ſapientia.

*Eiuſdem ad Polycarpum, Epiſcopum Smyrnæ,*

EPISTOLA II.

IGnatius Epiſcopus Antiochiæ, & martyr Ieſu Chriſti Polycarpo Epiſcopo Eccleſiæ Smyrnenſis Inſpectori, immò qui inſpectus eſt potius à Deo Patre & Ieſu Chriſto, S P.

Commendans animum tuum in Deo firmatum, velut ſuper immobilem petram, ſummis eueho laudibus dignus habitus inculpata tua perſona, qua fruar in Deo. Obſecro te per gratiam qua ornatus es, vt ad curſum hunc tuum incrementa adiicias, omnéſque adhorteris, vt ſaluentur. Vindica & tuere locum tuum cum omni diligentia tam corporali quàm ſpirituali, vnitatis curam habe, qua nil melius, omnes porta quemadmodum te Dominus: omnes tolera per charitatem, ſicut & facis, precibus vaca ſine intermiſſione, poſtula intellectum ampliorem quàm habes, vigilia inſomnem ſpiritum habens, ſingulis iuxta diuinam concordiam loquere, omnium infirmitates perfer vt athleta perfectus, ſicut & omnium Dominus: Ipſe enim (inquit) infirmitates noſtras portauit.

*Epiſcopi officia.*

vbi laboris plus eſt, ibi & plus emolumenti. Bonos ſi amas diſcipulos, nulla tibi eſt gratia. peſtilentiores autem manſuetudine ſubiget. Non omne vulnus emplaſtro curatur, vehementiores morbi acceſſiones inſtillationibus ſeda.

*Manſuetudo Epiſcopalis.*

Prudens in omnibus eſto vt ſerpens, & ſimplex perpetuò vt columba. Propter hoc ex anima & corpore conſtitutus es, ideo corporalis & ſpiritualis es, vt ea quæ palàm oculis ſubiiciuntur corrigas, quæ autem non videntur, poſtula vt ea tibi manifeſtentur ne quicquam tibi deſit, & omni gratia abundes. Tempus flagitat: vt preceris. Vt enim gubernatori ſecundus ventus adiumento eſt, & vt naui tempeſtate quaſſatæ commodi portus ſaluti ſunt, ita & tibi, Deum aſſequi, Sobrius eſto vt Dei athleta, cuius voluntas eſt incorruptio, & vita æter-

na, de qua & tu perſuaſus es per omnia. vtinam pro
tua hanc meam animam commutem, & hæc mea vin- A
cula quæ amaſti. Qui aliena docent, & fide digni vi-
dentur, non te obſtupefaciant: ſta firmus velut incus
quæ verberatur. Magni athletæ eſt ferire & vincere.
Dei autem nomine maximè ſuſtinere oportet omnia,
vt ipſe nos expectet in ſuum transferendos regnum.
Plus adiice huic ſtudio quod in te eſt, ardentiùs curre,
tempus noris. Sicuti hic es, vince. Hic enim ſtadium,
ibi verò coronæ. Expecta Chriſtum filium Dei in
tempore, qui omni tempore caret, palpabilem, om-
nemque contactum refugientem, vtpote incorpo-
reum, propter nos verò in corpore tangibilem & pal-
pabilem, omnibus paſſionibus carentem, propter
nos verò paſſionibus obnoxium factum vt hominẽ, B
quas omnibus modis propter nos tolerauit. Viduæ nõ
*Viduarum cura.* negligãtur: poſt Dominum tu earum curator eſto: nil
ſine tuo arbitrio agatur, nec item tu quicquam præter
Dei facies voluntatem, ſicut nec facis. cõſtans & ſtre-
*Synodi frequentes fiant.* nuus eſto. Crebrius celebrentur conuentus, ſynodíq;:
nominatim omnes inquire, ſeruos & ancillas ne faſti-
dias, ſed nec ipſi inflentur faſtu, ſed ad gloriam Dei of-
ficioſius ſeruiant, vt potiorem libertatem à Deo con-
ſequantur, neque eligant à rep. manumitti, ne ſerui in-
ueniantur concupiſcentiæ. Maleficia fuge, imò verò
*Sorores.* de his verba ne facito. Sororibus meis dicito, vt Do-
minum ament, vt maritis ſuis contentæ ſint, & carne
& ſpiritu: itidem & fratribus meis præcipe, vt coniu- C
*Fratres.* ges ſuas ament ſicut Dominus Eccleſiam. Si quis po-
*Caſtitas ſit humilis.* teſt in caſtitate permanere, ad honorem carnis Domi-
nicæ, vitet iactantiam: ſi gloriatus fuerit, periit, & ſi
idipſum ſtatuatur ſine Epiſcopo, corruptum eſt. Decet
[redacted] verò vt & ducentes vxores, & nubentes, cum Epiſcopi
arbitrio coniungantur, vt nuptiæ iuxta Domini præce-
ptum, non autem ob concupiſcentiam coiiſſe videan-
tur. Omnia ad honorem Dei fiant. Epiſcopo attendi-
*Epiſcopo obedientes* te vt & Deus vobis. Meam animam libens commu-
tauero cum animabus eorum qui Epiſcopo parent,
preſbyteris, & diaconis: faxit Deus vt cum illis mi-
hi portio contingat à Deo. Collaborate vobis mutuò,
*Diaconi.* vnà certate, concurrite, compatimini, vnà ad quietem D
vos componite, vnà exurgite, vt Dei diſpenſatores,
aſſeſſores & miniſtri, placete illi cui militatis, à quo &
ſtipendia referetis. Nemo veſtrûm deſertor inuenia-
tur. Baptiſmus veſter maneat velut arma, fides vt ga-
*Opera Chriſtianorum.* lea, charitas vt haſta, patientia vt panoplia. Depoſita
veſtra ſunt opera veſtra, vt quæ accepiſtis, eadem di-
gna Deo reportetis. Longanimes itaque eſtote inter
vos cum manſuetudine, & Deus ita vobiſcum aget.
Fruar vobis per omnia, quandoquidem Antiochena
Eccleſia, quæ in Syria eſt, pacem eſt nacta (vt ſignifica-
tum eſt) per orationes veſtras, & ego tranquilliori a-
nimo factus ſum in ſecuritate Dei, ſi per paſſionem
* Deum aſſecutus fuero, vt diſcipulus inueniar per ora- E
tiones veſtras. Decet, beatiſſime Polycarpe, conci-
lium cogere ſacroſanctum, & eligere, ſi quem vehe-
menter dilectum habetis & impigrum, vt poſſit diui-
*Curſoris Electio.* nus appellari curſor, & huiuſmodi creare, vt in Sy-
riam profectus laudibus celebret impigram charita-
tem veſtram ad gloriam Dei. Chriſtianus homo ſui
poteſtatem non habet, ſed Deo vacat: hoc eſt opus
Dei & veſtrum, quando idipſum perfeceritis. Credo
enim gratiæ, quod parati eſtis ad benefacta Deo con-
gruentia. Cúmque nouerim firmitatem robúrque ve-
ritatis veſtræ, breuibus literis vos cohortatus ſum.
Quoniam verò omnibus Eccleſiis ſcribere nequiui,
quòd repentè iuſſus ſim à Troade nauigare Neapo-
lim, ſcribes Eccleſiis anteriori loco poſitis, vt qui Dei
voluntatem teneas, quò & ipſi idem faciant, vt qui
pedibus iter conficiant, alij verò epiſtolas tranſmit-
tant per eos qui à te mittentur, vt opere hoc æterno
glorificemini. Quaſi dignus ſim ſaluto omnes nomi-
natim, & Epitropi vxorem cum tota familia ſua &
liberis. Saluto dilectum mihi Attalum. Saluto eum 21.
qui deſignandus eſt vt in Syriam mittatur: erit cum il-
lo ſemper gratia & cum eo qui mittit illum Polycar-
po. Opto vos ſemper valere in Deo noſtro Ieſu Chri-
ſto, in quo manete per vnitatem Dei & Epiſcopi. Sa-
luto Alcen deſiderabile mihi nomen. Gratia. Valete
in Domino.

*Eiuſdem ad Antiochenos,* EPIST. 12.

IGnatius, qui & Theophorus, Eccleſiæ à Deo miſe-
ricordiam conſecutæ, electæ à Chriſto, habitanti in
Syria, & primùm Chriſti appellationem ſortitæ, quæ
eſt Antiochiæ, in Deo Patre, & Domino Ieſu Chri-
ſto Salutem.

Leuia minúſque grauia vincula mea Dominus fe-
cit, vbi didiciſſem vos pacem habere, & in omni con-
cordia & corporali & ſpirituali degere. Obſecro ita-
que vos ego vinctus in Domino, vt ambuletis dignè
vocatione, qua vocati eſtis, cauentes maligni illius
C hæreſes quæ impudenter ſe ingeſſerunt ad fraudem &
exitium illorum qui credunt iis. Sed attendentes Apo-
ſtolicæ doctrinæ, & Legi, & Prophetis credentes, abij-
cite omnem gentilem & Iudaicum errorem, vt nec
multitudinem introducatis deorum, nec pretextu v-
nius Dei negetis Chriſtum. Moſes enim Dei famulus
fidelis dicens, Dominus Deus tuus, Dominus vnus *Scripturæ*
eſt, & vnum & ſolum prædicans Deum, continuò cõ- *teſtimonia*
feſſus eſt & Dominum noſtrum, dicens: Dominus *de Trinitate.*
pluit ſuper Sodomam & Gomorrham à Domino
ignem & ſulphur. & rurſus: Dixit Deus, Faciamus 22.
hominem ad imaginem noſtram. Et, Fecit Deus ho-
minem, ad imaginem Dei fecit illum. Et deinde: Ad
D imaginem Dei fecit hominem. Et quòd fieret homo,
inquit: Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus è fratri-
bus veſtris, ſicuti me. Prophetæ autem dicentes ex
perſona Dei: Ego Deus primus, & ego poſt hæc. &,
Præter me non eſt Deus, de patre vniuerſorum di-
cunt. Et de Domino noſtro Ieſu Chriſto: Filius, in-
quiunt, datus eſt nobis, cuius imperium ſuper hume-
rum eius deſuper, & vocabitur nomen eius magni
conſilij angelus, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis,
poteſtate præditus. Et de illius incarnatione: Ecce vir-
go in vtero concipiet & pariet filium, & vocabunt
nomen eius Emmanuel. Et de paſſione: Tanquam o-
uis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi agnus coram
E tondente ipſum, obmutuit. Et Ego quaſi agnus inno-
cens qui ad victimam ducitur. Et Euangeliſtæ dicen-
tes vnum Patrem ſolum verum Deum, non relique-
runt ea quæ propria ſunt Domino noſtro, ſed ſcripſe-
runt: In principio erat verbum, & verbum erat apud
Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio
apud Deum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo *Ioh. 1.*
factum eſt nihil, quod factum eſt. Et de incarnatione
ipſius: Verbum, inquit, caro factum eſt, & habitauit
in nobis. Et: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Da-
uid, filij Abraham. Apoſtoli verò dicentes quòd
Deus vnus eſt, iidem dixerunt, quòd vnus & me-
diator Dei & hominum: nec de incarnatione, nec
de paſ-



de paſſione eius erubuerunt. Quid enim inquit? Ho- A
mo Ieſus Chriſtus qui dedit ſemetipſum pro mundi
vita & ſalute. Omnis itaque qui annuntiat vnum &
ſolum Deum, vt tollat Chriſti diuinitatem, is eſt dia-
bolus, & hoſtis omnis iuſtitiæ. Et qui confitetur Chri-
ſtum non eſſe filium eius qui mundum fecit, ſed alte-
rius cuiuſdam ignoti, præter eum quem lex annun-
tiauit & prophetæ, inſtrumentum eſt ipſius diabo-
li: & qui incarnationem reiicit, & quem crucis pu-
det, propter quam vinctus ſum, hic eſt Antichriſtus,
& qui Chriſtum dicit nudum hominem, maledictus
eſt iuxta Prophetam, cùm non in Deo confidat, ſed
in homine: quare & infructuoſus eſt vt agreſtes my-
ricæ. Hæc ſcribo vobis ô Chriſti nouella oliua, non B
quòd conſcius ſim vos eiuſmodi ſentire, ſed vt præ-
muniam vos, vobíſque cautum velim vt pater filiis.
23. Cauete itaque improbos operarios inimicos, inimi-
cos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum
24. gloria eſt in cõfuſione eorum. Cauete canes mutos,
ſerpentes in arctum ſe contrahentes, dracunculos
pellium amictu gaudentes, aſpides, baſiliſcos, ſcor-
pios: hi namque ſunt thoes aſtuti, ſimiæ hominum
imitatrices. Pauli & Petri fuiſtis diſcipuli, ne
perdatis depoſitum. Mementote Euodij beatiſſimi pa-
*Euodius* ſtoris veſtri, qui primus poſt Apoſtolos gubernacula
veſtræ Eccleſiæ ſortitus eſt: non ſimus pudori patri,
25. ſimus genuini filij, non autem adulterini. Noſtis C
quomodo vobiſcum conuerſatus ſum, quæ præſens
dicebam vobis, hæc & abſens ſcribo. Si quis non
amat Dominum Ieſum, anathema ſit. Imitatores
mei eſtote, animam meam pro veſtra libens commu-
tem, cùm Chriſtum adeptus fuero. Memores eſtote
*Preſbiteri.* vinculorum meorum. Preſbyteri paſcite gregem
qui inter vos eſt, donec Deus deſignauerit eum qui
principatum in vobis habiturus eſt. Ego enim iam
immolor, vt Chriſtum lucrifaciam. Diaconi agno-
*Diaconi.* ſcant cuius ſint dignitatis, & enitantur vt inculpa-
ti ſint, vt ſint Chriſti imitatores. Populus pareat preſ-
byteris, & diaconis, virgines agnoſcant cui ſeipſas
*Virgines cõſecratæ.* conſecrarunt: viri ament coniuges ſuas, memores D
quòd vna vni viro, non plures vni datæ ſunt in crea-
turæ exordio. Mulieres honorent viros ſuos vt
*Mulieres honorent viros.* propriam carnem, nec ex nomine eos appellare au-
deant, ſint autem caſtæ, ſolos coniuges ſuos viros eſſe
exiſtimantes, quibus iuxta Dei arbitrium iunctæ
26 ſunt. Parentes erudite liberos veſtros ſacris diſci-
*Liberi ſacris diſciplinis erudiendi.* plinis: filij honorate parentes, vt bene vobis ſit. Do-
mini nolite ſuperbè ſeruis vti, imitantes patientiſſi-
mum Iob dicentem: Si verò etiam vilipendi iu-
dicium famuli mei aut ancillæ meæ diſceptantium,
aduerſum me: quid enim faciam ſi acta mea explo-
rauerit Deus? & ea quæ ſequuntur ſcitis. Serui, noli-
te ad iram prouocare dominos in vlla re, ne ipſi vobis E
ſitis auctores immedicabilium malorũ. Nemo iners
*Otium fugiendum.* & otioſus edat, ne vagus fiat & ſcortator. Ebrietas,
ira, inuidia, conuitium, clamor, blaſphemia, ne nomi-
netur quidem in vobis. Viduæ non dedant ſe deli-
ciis, ne intemperanter ſe gerant aduerſus verbum
*Cæſari quomodo obediendum.* Dei. Cæſari ſubiecti eſtote in iis in quibus ſubdi, nul-
lum animæ periculum eſt. Principes nolite irritare vt
exacerbentur, ne anſam detis eis qui illam contra
nos quærunt. De incantatione, homicidio, obſcœ-
no puerorum amore ſuperuacuum eſt ſcribere, quan-
do & gentibus vetitum eſt hæc patrare. Porrò hæc
non vt Apoſtolus præcipio, ſed vt conſeruus veſter
commonefacio vos. Saluto ſanctum preſbyterorum
A collegium, ſaluto ſacros diaconos, optabile illud no-
men eius quem video in ſpiritu, locum meum te-
nere vbi Chriſtum nactus fuero, pro cuius anima
meam libens commutauero. Saluto hypodiaconos, *Ordines*
lectores, cantores, ianitores, laborantes, exorciſtas, *minores*
confeſſores. Saluto cuſtodes ſacrorum veſtibulo- *Eccleſiæ.*
rum in Chriſto Diaconiſſas. Saluto Chriſto affla- *Hypodiaconi.*
tas virgines, quibus fruar in Domino Ieſu. Saluto
populum Domini à paruo vſque ad magnum, & 27.
omnes ſorores meas in Domino. Saluto Caſſia- *Diaconiſſæ.*
num & coniugem illius, & chariſſimos liberos il-
lius. Salutat vos Polycarpus digniſſimus Epiſcopus,
cui & vos curæ eſtis, cuíque vos commendaui in Do-
mino, & vniuerſa Eccleſia Smyrnęorum memor eſt
B veſtri in precibus in Domino. Salutat vos Oneſi-
mus Epheſiorum paſtor: Salutat vos Demas Ma-
gneſiæ Epiſcopus. Salutant vos Philo & Agatho-
pus diaconi, qui vnà me comitati ſunt. Salutate in- *Oſculum*
uicem in oſculo ſancto. Hæc è Philippis ſcribo vo- *ſanctum.*
bis. Is qui ſolus ingenitus eſt per eum qui ante ſecu-
la natus eſt, cuſtodiat vos incolumes ſpiritu & car-
ne: & videam vos in regno Chriſti. Saluto eum qui
in vobis pro me principatum obtinebit. Valete Deo
& Chriſto, illuminati Spiritu ſancto.

*Eiuſdem ad Heronem diaconum Anthiochiæ,*
EPISTOLA 13.

C IGnatius, qui & Theophorus, à Deo honorato,
exoptatiſſimo, ornatiſſimo, Chriſto Spiritúque
pleno, germano filio in fide & charitate Heroni
Diacono Chriſti, famulo Dei. Gratia, miſericor-
dia & pax ab omnipotenti Deo, & Chriſto Ieſu
Domino noſtro, vnigenito eius filio, qui tradidit
ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos
ex ſeculo hoc maligno, & ſaluaret in regnum ſuum
cæleſte.

Obſecro te in Deo, vt adiicias ad curſum tuum,
& dignitatem tuam vindices & tuearis. Concordiæ
D erga cunctos curam habe, imbecilliores geſta, vt im-
pleas legem Chriſti. Ieiuniis & precibus vaca: at caue
ne immodicè id agas, ne ipſe te deiicias, vino & carni-
bus ne prorſus abſtineas, nec enim abominanda ſunt. *Ieiunii modus.*
Bona terræ, inquit, comedetis, &: Edite carnes & ho-
lera. Et: Vinum lætificat cor hominis, & oleum ex-
hilarat, & panis confirmat. Sed omnia hæc modera-
tè vſurpa, velut Deo ſuppeditante. Quis enim edet,
aut quis bibet ſine eo? Quodcunque fuerit bonum,
ipſius eſt, quodcúnque fuerit commodum, ipſius eſt.
Lectioni attende, vt non modò ipſe leges noueris, ſed
& aliis eaſdem interpreteris, vt Dei athleta. Nemo
militans implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei pla-
E ceat qui illum in militiam aſcripſit. Si autem quis
certauerit, non coronabitur, niſi legitimè certaue-
rit. Pro anima tua libens meam commutauerim ego
vinctus. Quicunque dixerit quippiam præter ea quæ
conſtituta ſunt, tametſi fide dignus ſit, quamuis ieiu-
net, quamuis in virginitate degat, quamuis ſigna edat,
quamuis prophetet, pro lupo illum habeas, quíque
ſub ouina pelle exitium peſtémque adfert ouibus. Si
quis crucẽ neget, quemq; crucis pudeat, ſit tibi vt ipſe
aduerſarius, tametſi omnia ſua diſtribuat pauperi-
bus, tametſi tradat corpus ſuum incendio, ſit tibi de-
teſtãdus. Si quis aſpernatur Legẽ aut Prophetas, quos
Chriſtus præſens impleuit, ſit tibi vt Antichriſtus. Si
quis Chriſtum dicat ſolum hominẽ, Iudæus eſt Chri-

ſti interfector. Viduas honora quæ veræ viduæ ſunt. Pupillis patrocinare, Deus enim pater eſt orphanorum, & iudex viduarum. Nihil ſine Epiſcopis facito. Sacerdotes enim ſunt, tu verò ſacerdotum miniſter: baptizant, ſacrificant, eligunt, manus imponunt, tu verò illis miniſtras, vt ſanctus ille Stephanus Iacobo, & presbyteris qui erant Hieroſolymis. Synaxes ne negligas, omnes nominatim inquire. Adoleſcentiam tuam nemo contemnat, ſed forma eſto fidelium in verbo & conuerſatione: famulorum te non pudeat: communis eſt enim & illis, & nobis naturà. Fœminas non abominaberis, ipſæ enim te genuerunt & educarunt: amare itaque eas oportet, vt auctores natiuitatis noſtræ, verùm duntaxat in Domino. Sine fœmina enim nunquam liberos procreabit vir. Honorare itaque oportet cooperatrices generationis noſtræ. Nec vir ſine muliere, nec mulier ſine viro, niſi in protoplaſtis. Adæ namque corpus ex quatuor elementis confectum eſt, Euæ corpus ex ipſius Adæ latere: & inſolens admirandúſque partus ille Domini, ex ſola virgine. non quòd deteſtanda ſit legitima commixtio, ſed quòd eiuſmodi partus decebat Deum. Decebat namque creatorem non conſueto, ſed peregrino & admirando vti partu, vtpote omnium opificem. Superbiam fuge, ſuperbis enim Deus reſiſtit. Mendacium deteſtare, Perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium, inuidiam fuge, auctor enim illius diabolus eſt, & ſucceſſor Cain, qui inuidia ſtimulatus necem illi machinatus eſt. Sorores meas hortare vt Deum ament, & ſolis viris ſuis contentæ ſint: itidē hortare & fratres meos, vt vxoribus ſuis contenti ſint. Virgines ſerua, vt precioſa Chriſti monilia, Longanimis eſto, vt prudentia in te cumuletur. Pauperes noli negligere, ſicubi copia tibi adſit. Eleemoſyna enim & fide expiantur peccata. Teipſum caſtum cuſtodi, vt Chriſti habitaculum, templum Chriſti es, Spiritus es inſtrumentum. Noſti quomodo te enutriuerim, etſi minimus ſum, æmulator mei eſto, imitare conuerſationem meam: non glorior in mundo, ſed in Domino. Heronem filium meum adhortor. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Fruar te filiole exoptate, quem cuſtodiat ſolus ingenitus Deus, & Dominus Ieſus Chriſtus. Ne omnibus credas, ne omnibus confidas, neque ſi quis blandiatur tibi. Multi enim ſunt miniſtri Satanæ, & qui citò credit, leuis eſt corde. Memento Dei, & non peccabis, ne ſis duplici animo in precatione tua. Beatus enim qui non ambigit. Credo enim in Patrem Domini Ieſu Chriſti, & in vnigenitum eius filium, quòd oſtendet mihi Deus Heronem ſuper thronum meum. Præcipio tibi coram Deo vniuerſorum, & coram Chriſto præſente, & ſancto Spiritu, & miniſtratoriis angelorum ordinibus, cuſtodi depoſitum meum, quod ego & Chriſtus tibi commendauimus. Nec indignum te iudica iis, quæ de te oſtenſa ſunt à Deo. Commendo tibi Eccleſiam Antiochenam. Polycarpo vos commendaui in Domino Ieſu Chriſto. Salutant te Epiſcopi, Oneſimus, Bitus, Demas, Polybius, & omnes qui ſunt Philippis in Chriſto, vnde & hæc vobis ſcripſi. Saluto diuinis ornatum dotibus presbyterium. Saluto ſanctos condiaconos tuos, quibus ego fruar & corpore & ſpiritu. Saluta populum Domini nominatim à paruo vſque ad magnum, quos commendo tibi, vt Moſes ipſi Ioſue poſt ſe Duci exercitus. Nec graue tibi videatur aut inſolens quod à nobis dictum eſt: etſi enim non ſumus tales, quales illi, verùm optamus tales fieri: quandoquidem & Abrahæ filij ſumus. Eſto itaque robuſtus ô Hero, virili & heroico animo eſto: Tu enim introduces & educes poſt hac populum Domini qui eſt Antiochiæ, & non erit grex Domini velut oues quibus non eſt paſtor. Saluta Caſſianum hoſpitem meum, & pudiciſſimam eius coniugem, & chariſſimos eorum liberos, quibus det Deus inuenire miſericordiam à Domino in die illa, propter officium & miniſterium erga nos, quos & commendo tibi in Chriſto. Saluta omnes fideles nominatim, qui ſunt Laodiceæ, eóſque qui Tarſi ſunt ne negligas, ſed ſtudio magis continuo eos reſpice & viſita, confirmans eos in Euangelio. Marin Epiſcopum Neapoleos quæ eſt prope Anazarbon, ſalutabis in Domino. Saluta quoque pudiciſſimam Mariam filiam meam eruditiſſimam, & quæ in domo illius eſt Eccleſiam, pro cuius anima meam libens commutem, quæ ſpecimen eſt piarum fœminarum. Incolumem te, & in omnibus probatum pater Chriſti per ſuum vnigenitum cuſtodiat longiſſimo vitæ ſpatio ad Eccleſiæ ſuæ vtilitatem. Vale in Domino, & ora vt conſummer, Chriſtóque conſecrer.

*Diaconi miniſtri ſacerdotum.* *Mulieres amādæ et honorādæ.* *Virgines ſeruandę.* *Eccleſiaſt. 19.a.* *Hero.* *ſancti diaconi.* *Maria.*

*Eiuſdem ad Epheſios,* EPIST. 14.

IGnatius, qui & Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei patris per plenitudinem, prædeſtinatæ ante ſecula, vt eſſet ſemper ad ſtabilem gloriam, & incommutabilem, vnitam & electam in vera paſſione, per voluntatem Dei patris, & Domini noſtri Ieſu 28
Chriſti Saluatoris noſtri Eccleſiæ beatiſſimæ, quæ eſt Epheſi in Aſia, plurimam in Chriſto Ieſu & gaudio inculpato, Salutem.

Commendaui veſtrum in Deo * exoptatiſſimum nomen quod poſſidetis natura iuſta, ſecundum fidem & charitatem in Chriſto Ieſu Saluatore noſtro, cùm imitatores ſitis clementiæ Dei, excitantes in vobis ignem charitatis per ſanguinem Chriſti cognatum opus omnibus ſuis numeris abſoluiſtis, poſtquam audiſtis me vinctum à Syria abduci, idque pro Chriſto communi ſpe noſtra, confiſum veſtris precibus me conſecuturum, vt Romæ aduerſus beſtias pugnem, quo per martyrium diſcipulus eſſe poſſim illius, qui ſeipſum pro nobis obtulit Deo patri oblationem & hoſtiam. Poſteaquam itaque numeroſam veſtrā multitudinem in Oneſimo viro numquam ſatis ob charitatem prædicando, veſtro autē Epiſcopo, exceperim, quem opto, iuxta Chriſtum Ieſum vos amare, omnéſque vos illius ſimiles eſſe. Benedictus Deus, qui donauit vobis, qui tales eſtis, talē habere in Chriſto Epiſcopū. De Birrho autē conſeruo noſtro, & ſecundū Deū diacono veſtro, & in omnibus benedicto, oro vt inculpatus permaneat ad Eccleſiæ honorem, & beatiſſ. Epiſcopi veſtri. Crocus autem & Deo & vobis dignus, quem velut exemplar veſtræ charitatis accepimus per omnia me recreauit, & illum catenæ meæ non puduit, quomodo & ipſum refrigeret Pater Ieſu Chriſti, vnà cum Oneſimo, Birrho, Euploe & Frontone, per quos, omnes vos quo ad charitatem vidi. Fruar vobis perpetuò ſi dignus fuero. Decet itaque vos omnibus modis glorificare Dominum Ieſum Chriſtum, qui glorificauit vos, vt obedientia vna ſitis perfecti, eadem mente, eadēque ſententia, idēque dicatis de eodē omnes, vt ſubiecti Epiſcopo & presbyteris per omnia ſitis ſanctificati. Non præcipio vobis quaſi ſim aliquid: quāuis enim vinctus ſum propter nomē eius, nec

** Alludit ad Epheſiorum nomen: nam ἔφεσις Grecè, deſiderium eſt Latinè.* *Crocus.*



dum tamen perfectus ſum in Chriſto Ieſu. Nunc incipio diſcipulus eſſe, & alloquor vos vt conſeruus. Oportebat enim vt vos me commonefaceretis fide, admonitione, patientia, longanimitate: at quando charitas non ſinit me tacere de vobis, propterea anteuerti vos admonere, vt coaptetis vos Dei voluntati, etenim Ieſus Chriſtus omnia iuxta voluntatem facit Patris, vt ipſe quodam loco dicit: Ego quæ illi placita ſunt facio ſemper. Igitur & nos oportet viuere iuxta voluntatem Dei in Chriſto, & eum ſectari, vt Paulus: Imitatores enim mei, inquit, eſtote, ſicut & ego Chriſti. Hinc & vos decet accedere ſententiæ Epiſcopi, qui ſecundum Deum vos paſcit, quemadmodum & facitis edocti à Spiritu: Nam memorabile ſacerdotum veſtrorum collegium dignum Deo, coaptatum eſt, conſentítque Epiſcopo, vt chordæ ipſi citharæ, ita colligati conſenſu & concordi charitate, cuius & dux & cuſtos Ieſus Chriſtus, & vos ſinguli vnus chorus eſte, vt per concordiā in nullo diſcrepantes, Deóq; coniuncti per vnitatem vnum ſitis concordia animorum Deo Patri, & dilecto filio eius Ieſu Chriſto Domino noſtro. Da enim ipſis, inquit, pater ſancte, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, & ipſi in nobis vnum ſint. Vtile itaque vobis eſt per inculpatam vnitatem coniunctos Deo imitatores eſſe Chriſti, cuius & membra eſtis. Si enim ego breui temporis ſpatio talem conſuetudinem contraxi cum Epiſcopo veſtro, quæ non humana, ſed ſpiritualis eſt, quanto vos beatiores iudico, qui dependetis ab illo, vt Eccleſia à Domino Ieſu, & Dominus à Deo Patre ſuo, vt omnia per vnitatem conſentiant. Nemo erret, Niſi quis intra altaris ſepta ſit, priuatur pane Dei. Si enim vnius atque alterius precatio tantarum virium eſt, vt Chriſtum inter illos ſtatuat, quanto plus Epiſcopi & totius Eccleſiæ oratio conſona aſcendens ad Deum exorabit, vt omnia quæ petiuerint in Chriſto, dentur ipſis. Quiſquis igitur ab huiuſmodi ſeparat ſe, nec conſentit voluntati ſacrificiorum aut Eccleſiæ primogenitorum conſcriptorum in cœlis, lupus eſt, ſub ouina pelle faciem indutus manſuetam. Enitimini chariſſimi ſubiecti eſſe Epiſcopo, & presbyteris & diaconis. Qui enim his obedit, obedit Chriſto qui hos conſtituit. Qui verò his reluctatur, reluctatur Chriſto Ieſu: qui autem nō obedit Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Præfractus enim, contentioſus, & ſuperbus eſt, qui non obtemperat præſtātioribus. Superbis autem, inquit, reſiſtit Deus, humilibus autem dat gratiam. &: Superbi iniquè agebant vſquequaque. Dicit quoque Dominus ad ſacerdotes: Qui vos audit, me audit, & qui me audit, audit Patrem qui miſit me. Qui autem ſpernit vos, me ſpernit, qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Quanto itaque taciturniorem videritis Epiſcopum, tanto magis eum reueremini. Quemcunque enim paterfamilias mittit ad gubernandam familiam, hunc ita accipere debetis vt illum ipſum qui mittit. Epiſcopum igitur profectò aſpicere oportet vt ipſum Dominum, cùm Domino aſſiſtat. Regibus autem aſſiſtere oportet perſpicacem & acrem operibus virum: non autem oportet ſegnibus hominibus eiuſmodi aſſiſtere? Oneſimus ſupra modū laudat veſtrum decentem compoſitúmque ordinem, quódque omnes ſecundum veritatem viuitis, & quòd inter vos nullus ſit hæreſi locus, ſed nec auditur nomē illius, quàm ſolius Ieſu Chriſti veri paſtoris & magiſtri, & eſtis vt Paulus vobis ſcripſit, vnum corpus, & vnus ſpiritus, propterea quòd vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Quandoquidem & vnus Dominus, vna fides, & vnum baptiſma, vnus Deus pater omnium & in omnibus. Vos itaque eſtis eiuſmodi à talibus inſtructoribus eruditi, à Paulo Chriſti pleno, & fidiſſimo Timotheo. Nonnulli autem improbiſſimi ſolent malo dolo nomen quidem circumferre, ſed patrant quædam indigna Deo, & ſentiunt ea quæ pugnant cum Dei doctrina in exitium proprium, & eorum qui illis credunt, quos oportet vos vt feras euitare. Iuſtus enim declinans ſaluabitur: at velox iamque parata, & quæ gaudium ferat aliis impiorum perditio. Sunt enim canes muti, non valentes latrare, rabidi, clàm mordentes, quos vitare oportet: laborant enim incurabili morbo. Medicus autem eſt ſolus Deus ingenitus, & inacceſſus, vniuerſorúmque Dominus, vnigeniti autem pater & genitor. Habemus etiam medicum Ieſum Chriſtum ante ſecula vnigenitum, & verbum: poſtea verò & hominem factum ex Maria virgine. Verbum enim caro factum eſt, incorporeus in corpore, impaſſibilis in corpore paſſibili, immortalis in corpore mortali, vita in corruptione, vt à morte & incorruptione liberaret, & curaret animas noſtras, impietate & malis concupiſcentiis ægras. Ne quis igitur vos ſeducat, ſicut nec ſeducimini. Toti namque eſtis Dei. Cùm enim nulla in vobis ſit concupiſcentia, quæ vos inquinet, & ſupplicium adferat, profectò ſecundum Deum viuitis. Et erit Chriſti purgamentum veſtrum, & puriſſimæ Epheſiorum Eccleſiæ celeberrimæque, & ab omnibus plurimùm laudandæ ſeculis. Carnales ſpiritualia exercere nequeunt. Igitur nec fides, quæ incredulitatis ſunt, nec incredulitas quæ fidei ſunt. Vos autem pleni ſancto Spiritu nil carnale, ſed ſpiritualia omnia exercetis. In Chriſto Ieſu perficimini, qui ſaluator eſt omnium hominum, maximè autem fidelium. Noui nonnullos per vos tranſeuntes habere peruerſam doctrinam peregrini & maligni ſpiritus, quibus negaſtis tranſitum ad ſpargendum zizania, obturatis auribus, ne reciperetis errorem quem docent, perſuaſum habentes ſpiritum illum populi ſeductorem, non Chriſti, ſed ſua ipſius loqui. Mendax enim eſt: Sanctus autem Spiritus non ſua, ſed Chriſti loquitur, nec à ſeipſo, ſed à Domino: quemadmodum & Dominus ea quæ à Patre accepit, annuntiauit nobis. Sermo enim, inquit, quem audiſtis, non eſt meus, ſed qui miſit me Patris. Et de Spiritu ſancto: Non loquitur, inquit, à ſeipſo, ſed quæcunque audierit à me. Et de ſeipſo loquitur ad Patrem: Glorificaui te ſuper terram, opus quod dediſti mihi conſummaui, manifeſtaui nomen tuum hominibus. Et de Spiritu ſancto: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Verùm erraticus ille & falſus ſpiritus ſeipſum prædicat, ſua loquitur, ſibi nanque placet, ſeipſum glorificat, plenus enim faſtu eſt, mandax, fraudulentus, aſſentatione & adulatione gaudens, ſubdolus, * verſuum conſarcinator, nugax, inconſtans, verboſus, lubricus, meticuloſus: à cuius vi liberet vos Ieſus Chriſtus, qui ſupra petram vos fundauit, ceu lapides electos, coaptatos in diuinum Patris ædificium, ſublatos in alta per Chriſtum pro nobis crucifixum, ſancto Spiritu vtentes pro perpendiculo, fide ſubuectos, charitate eleuatos à terra ad cœlum, vnà cum immaculatis ambulantes. Beati namque, inquit, immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Porrò via omnis erroris expers eſt Ieſus Chriſtus. Ego enim, inquit, via, veritas, & vita: du-

*Ioh. 8. d* *1. Cor. 11.* *Epiſcopi & ſacerdotes vt chordæ cytharæ.* *Panis dei intra altaris ſepta.* *Oratio Eccleſię.* *Schyſmaticus omnis eſt lupus.* *Diaconi à Chriſto conſtituti.* *Iac. 4.* *Epiſcopi honorandi* *Segnes procul à regibus eſſe oportet.* *Pauli Epiſtola ad Epheſios. ἑαλωσιός.* *Eph. 4.* *Epheſii tranſitum negauerunt hereticis.* *Hæreticorum ſpiritus erraticus.* *Verſuum cōſarcinator.* ** Nam verſibus ferè reſpondebant conſului demones, & ſubinde Homericis: nam Greca vox hoc loco eſt*

cit via ad Patrem. Nemo enim venit ad Patrem niſi per me. Beati itaque eſtis vos, qui Deo Spiritúque pleni, qui templum, qui ſancta fertis, per omnia ornati præceptis Ieſu Chriſti, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus quem Deus ſibi peculiariter vendicauit, propter quos exulto, dignus habitus verba communicare cum ſanctis qui ſunt Epheſi, fidelibus in Chriſto Ieſu, per quos ſcribo. Gaudeo itaque de vobis quòd non attenditis vanitati, neque carnaliter vos mutuò amatis, ſed iuxta Dei præceptum, & pro aliis hominibus indeſinenter oratis. Eſt enim ipſis ſpes pœnitentiæ, quòd Deum nanciſcentur. Num enim qui cadit, nō reſurgit? & qui auertit, non cōuertitur? Conuertite itaque ipſos, vt veſtræ diſciplinæ ſe tradant. Eſtote miniſtri Dei, & os Chriſti. Si ſeparaueritis pretioſum à vili, quaſi os meum eritis. Sitis vos aduerſus iras eorum humiles, eorum maledictis opponite vos intenſas continuáſque preces.

*Vitæ Chriſtianæ officia.*

Ipſis errantibus vos firmi permanete in fide, efferos mores illorum manſuetudine vincite, iracundiam lenitate. Beati enim mites. Et Moſes mitis erat ſuper omnes homines, & Dauid admodum manſuetus. Quare admonet Paulus: Seruum, inquiens, Domini non oportet depugnare, ſed manſuetum eſſe erga omnes, aptum ad docendum, patientem, docentem cum manſuetudine eos qui refragantur, non enitentes vt vlciſcamur nos de iis qui nos lædunt. Si retribui, inquit, retribuentibus mihi mala, efficiamus eos fratres nobis ciuilitate & humanitate. Dicite autem odientibus vos, fratres noſtri eſtis, vt nomen Domini glorificetur, & imitemur Dominum, qui conuitiis læſus, non regeſſit conuitia, cùm crucifigeretur, non obnitebatur, cùm pateretur, non comminabatur, ſed pro inimicis orabat: Pater dimitte illis, neſciunt quid faciunt. Si quis plus læſus plura toleret, hic beatus eſt. Si quis defraudatur, ſi quis ſpernitur propter nomen Domini, hic verè eſt Chriſti. Cauete ne germen diaboli in vobis inueniatur, amarum eſt enim & ſalſum quid. Sobrij eſtote

*Nouiſſima tempora.*

& temperantes in Chriſto Ieſu. Nouiſſima iam ſunt tempora, reuereamur & timeamus Dei longanimitatem, ne diuitias bonitatis & patientiæ eius contemnamus. Aut enim futuram timeamus iram, aut præſens gaudium in hac vita amemus, nimirùm vt in Chriſto Ieſu ad veram obtinendam vitam: & ſine hoc, ne reſpirare quidem aliquando velitis. Hîc enim mea ſpes, hîc mea gloriatio, hîc meæ indeficientes diuitiæ, in quo à Syria Romam vſque hæc vincula circumfero, ſpirituales margaritas, in quibus contingat mihi conſummari precibus veſtris, & participem fieri paſſionum Chriſti, & mortis ipſius, & ex mortuis reſurrectionis, & vitæ æternæ conſortem, quam faxit Deus vt aſſequar, vt inueniar in ſorte Epheſiorum Chriſtianorum, qui & cum Apoſtolis in virtute Ieſu Chriſti ſemper conuerſati ſunt, Paulo, Iohanne, & fideliſſimo Timotheo. Scio qui ſum, &

*d. Ignatii humilitas.*

quibus ſcribo: Ego minimus Ignatius, ſimilis iis qui periculo & iudicio obnoxij ſunt. vos autem miſericordiam aſſecuti, firmati in Chriſto Ieſu. Traditus quidem ſum vnus è numero eorum, qui propter Chriſtum interempti ſunt à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Ignatij minimi. Pauli ſymmyſtæ eſtis, qui ſanctificatus & teſtimonium conſecutus eſt, quod vas electionis ſit. Contingat mihi vt ad eius, & reliquorum ſanctorum veſtigia locum inueniam, vbi Ieſum Chriſtum nactus fuero, qui ſemper in precibus ſuis eſt memor veſtri. Date itaque operam vt crebriùs

*Euchariſtia.*

congregemini ad Euchariſtiam & gloriam Dei. Quā-
A
do enim ſæpius in idem loci conuenitis, labefactantur vires Satanæ, & ignita illius ad peccatum iacula irrita reſiliunt. veſtra enim concordia, & conſenſus fidei, exitium illius & ſatellitum eius ſupplicium eſt.

*Pax Chriſti.*

Nil præſtantius pace Chriſti, qua frangitur aboletúrque omne bellum tam aëriorum quàm terrenorum ſpiritum. Nec enim luctandum nobis eſt aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus imperatores tenebrarum, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Non itaque vos lædet aliqua diabolica cogitatio, ſi vt Paulus perfectam habueritis in Chriſtum & fidem & charitatem, quæ initium vitæ & finis eſt.

*Fides & charitas hominem perſificiūt.*

Principium
B
vitæ fides, finis eiuſdem charitas: hæc autem duo quoties in vnum coëunt, Dei hominem perficiunt. Omnia verò alia ad probitatem conſectanea ſunt. Nemo qui fidem prædicat, peccare debet: nec qui charitatem poſſidet, odiſſe fratrem. Qui enim dixit: Diliges Dominum Deum tuum, etiam dixit: Et proximum tuum ſicut teipſum. Qui profitentur ſe Chriſti eſſe, non modò ex iis quæ dicunt, ſed & ex iis quæ faciunt, cognoſcuntur. Ex fructu enim arbor dignoſcitur. Præſtat enim eſſe & tacere, quàm loqui & non eſſe. Non in ſermone regnum Dei, ſed in virtute. Corde creditur, ore fit confeſſio: illo quidem ad iuſtitiam, hoc verò ad ſalutem. Bonum eſt docere, ſi qui

*Facere & docere.*

C
dicit, idem faciat. Qui namque fecerit, & docuerit, hic magnus in regno cœlorum. Dominus noſter & Deus Ieſus Chriſtus filius Dei viuentis primùm fecit, & tunc docuit, vt teſtatur Lucas, cuius laus eſt in Euangelio.

*Lucas.*

Nihil latet Dominum, ſed & arcana noſtra in illius conſpectu. Omnia itaque faciamus, vt Deo in nobis habitante, vt illius ſimus templum, & ipſe in nobis Deus. Chriſtus in vobis loquatur, vt in Paulo. Spiritus ſanctus doceat & vos, ad illius ſimilitudinem ea loqui quæ Chriſti ſunt. Ne erretis fratres mei: Familiarum corruptores regnum Dei non hæreditabunt. Si autem ij qui humanas domos corrumpunt, morte plectuntur, quanto grauio-
D
res pœnas dabunt, qui moliuntur Chriſti doctrinam adulterare, pro qua crucem & mortem ſuſtinuit Dominus Ieſus Dei vnicus filius, cuius doctrinam ſi quis impinguatus & dilatatus ſpreuerit, in gehennam ibit. Similiter & omnis homo qui diſcernendi vim à Deo accepit, ſupplicio ſubiicietur, ſi imperitum ſequatur paſtorem, falſam opinionem amplectatur pro vera.

*Ignorantia nō excuſat.*

Quæ communio luci cum tenebris? Chriſto cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? aut templo Dei cum Idolis? Ego verò etiam dico: Quæ communio veritatis cum mendacio? aut iuſtitiæ cum iniuſtitia? aut vere opinioni cum falſa?

*2. Co. 6. a*

Ob id & Dominus in capite accepit vnguen-
E
tum, vt Eccleſia ſpiret incorruptionem. Vnguentum enim effuſum eſt nomen tuum: propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, traxerunt te, poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus.

*Cant. 1. a*

Non vngatur tetro aliquo odore, nimirùm doctrina huius ſeculi, ſancta Dei Eccleſia non captiuetur illius aſtutia, vt prima illa mulierum. Cur enim cum ratione vtamur, non ſumus prudentes? Cur accepta à Chriſto inſita nobis diiudicandi facultate in ignorantiam prolabimur, & per ſocordiam non agnoſcentes donum quod accepimus, imprudenter perimus? Crux Chriſti incredulis ſcandalum eſt, credentibus verò ſalus & vita æterna. Vbi ſapiens? vbi diſputator? vbi gloriatio



gloriatio eorum, qui dicuntur potentes? Filius enim Dei ante ſecula genitus, vbi iuxta Patris voluntatem & arbitrium omnia cōdidiſſet, is in vtero geſtatus eſt, ex Maria iuxta diſpenſationem natus eſt ex ſemine Dauid, conceptus de Spiritu Sancto: Ecce enim, inquit, virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur Emmanuel. Hic natus eſt, hic à Iohanne baptizatus eſt, vt ratum faceret oraculum à Deo traditum Prophetæ: & principem huius mundi latuit Mariæ virginitas, & partus ipſius, ſimiliter & mors Domini.

*Dæmones ignorantes.*

Tria myſteria clamoris quæ ſilentio patrata ſunt, at nobis manifeſtata ſunt: Stella fulſit ſplendore exuperans omnes quotquot antè fuerant.

*Stella magorum.*

29.

Lux enim illius inenarrabilis erat, & ſtuporem incuſſit omnibus aſpicientibus eum, rei nouitas. Omnia autem reliqua aſtra vnà cum ſole & luna chorus fuêre ſtellæ illius, ipſa verò claritate exuperabat omnes, Turbabanturque vnde prodiret hæc quæ apparebat nouitas: hinc euanuit mundi ſapientia, præſtigiæ factæ ſunt nugæ, magia riſus, omnes ritus malitiæ aboliti, ignorantiæ caligo fugata, & tyrannicus principatus deſtructus, cùm Deus vt homo apparuit, & homo vt Deus operabatur. Verum nec illud opinio erat, nec hoc erat mera humani-

30

tas. Sed illud veritas, hoc diſpenſatio. Principatum veto accepit id quod à Deo omnibus ſuis partibus abſolutum erat: vnde omnia commouebantur, quod meditaretur mortis abolitionem. Firmi ſtate, fratres, in fide Ieſu Chriſti, & in eius charitate, in paſſione eius & in reſurrectione. Omnes nominatim congregamini, vnà & communi fide Dei Patris, & Ieſu Chriſti, vnigeniti illius filij, qui & primogenitus eſt omnis creaturæ. Iuxta carnem vero ex genere Dauid, ducem ſequentes paracletum, obedientes Epiſcopo, & presſbiterio mente indiuulſa frangentes panem vnum, quod pharmacum immortalitatis eſt, mortis antidotum, vitamque in Deo concilians per Ieſum Chriſtum, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala.

*Panis vnus.*

Vtinam meam pro veſtra liceat commutare animam, & pro iis quos ad honotem Dei miſiſtis Smyrnam, vnde & ſcribo vobis, gratias agens Domino, diligens Polycarpum ſicut & vos. Memineritis mei, ſicut & veſtri Ieſus Chriſtus benedictus in ſecula. Orate pro Eccleſia Antiochena, quæ eſt in Syria vnde vinctus Romam abducor, nouiſſimus fidelium eorum qui ibi ſunt, qui ad honorem Dei has geſtare catenas dignus habitus ſum. Valete in Deo Patre & Domino Ieſu Chriſto, communi ſpe noſtra, in Spiritu Sancto. Valete. Amen. Gratia.

*Eiuſdem ad Romanos.* EPIST. 15. *& vltima.*

IGnatius, qui & Theophorus, miſericordiam conſecutæ in magnificentia altiſſimi Dei Patris, & Ieſu Chriſti vnigeniti eius filij. Eccleſiæ ſanctificatæ & illuminatæ, per voluntatem Dei operati omnia, quæ pertinent ad fidem & charitatem Ieſu Chriſti, Dei & Saluatoris noſtri, quæ præſidet in loco Romanæ regionis, Deo digna, decentiſſima, beatificanda, laudanda, digna qua quis potiatur, caſtiſſima, & eximiæ charitatis, Chriſti & Patris nomen fruens, Spiritúque plena, quam & ſaluto in nomine Patris omnipotentis, & Ieſu Chriſti filij ipſius, qui & ſpiritu & corpore coniuncti ſunt omnibus mandatis ipſius, repleti omni gratia Dei abſque hæſitatione, & repurgati ab omni alieno colore, plurimum in Deo Patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto immaculatè gaudere iubeo.

*Eccleſiæ Romanæ tituli.*

A
Deprecatus Deum obtinui, vt viderem diuinas veſtras facies, quas plurimùm expetebam Vinctus enim in Chriſto Ieſu, ſpero me ſalutaturum vos, ſi voluntas ſit, vt dignus iudicer ad metam peruenire: exordium enim fauſtum eſt, & bene ſe habet, ſi modò gratiam conſequar, vt ſortem meam ſine impedimento ad finem vſque percipiam Metuo enim charitatem veſtrā, ne ipſa me lædat. vobis enim facile eſt, quod vultis facere, mihi verò difficile eſt Deum aſſequi: Si vos mihi peperceritis prætextu carnalis amicitiæ. Nolo autem vos hominibus, ſed Deo placere, ſicut & placetis. Nec enim ego habiturus ſum eiuſmodi occaſionē Deum aſſequendi, nec vos: ſi taceatis, præſtantiori operi ſubſcribere poteritis. Si enim de me tacueritis, ego Dei
B
ſiam, Si vero carnem meam dilexeritis, denuo currendum erit mihi. At vos potius operam date, vt immoler Deo: quandoquidem adhuc altare paratum eſt, vt in charitate chorum conſtituentes, canatis Patri & Chriſto Ieſu, quòd Epiſcopum Syriæ voluit inueniri, ab Oriente in Occidentem accerſitum, teſtem ſuarum paſſionum vocans, vt è mundo ad Deum profectus, in ipſo exoriar.

*Ignatius Epiſcopus Syriæ.*

Nunquam inuidiſtis cuiquam, alios docuiſtis. Ego autem volo, vt & illa rata ſint quæ docentes præcipitis. Id ſolùm petite mihi, vt vires & intus & foris ſuppetant, vt non modo dicam, ſed & velim: vt non ſolum dicar Chriſtianus, ſed & inueniar. Si enim inuentus fuero, etiam dici potero, & tunc fi-
C
delis eſſe, cum mundo non apparuero. Nihil perpetuum quod videtur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna. Non perſuaſionis hoc opus, ſed magnitudinis eſt. Chriſtianus cùm odio habetur à mundo, diligitur à Deo. Si enim de mundo, inquit, fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Nunc verò non eſtis de mundo, ſed ego vos elegi de mundo: manete apud me.

*Ioan. 18.*

Ego omnibus Eccleſiis ſcribo quòd voluntarius morior, ſi modò vos non prohibueritis Obſecro vos ne intempeſtiua beneuolentia me complectamini. Sinite me ferarum eſcam fieri, per quas licebit Deum adipiſci, frumentum ſum Dei, dentibus ferarum molor
D
vt mundus panis Dei inueniar. Immò blanditiis demulcete potius feras, vt mihi ſepulchrum fiant, vt nihil de corpore meo relinquant, ne mortuus moleſtus cuiquam inueniar. Tunc ero verus Ieſu Chriſti diſcipulus, cùm mundus nec corpus meum viderit. Deprecemini Dominum pro me, vt per hæc inſtrumenta Deo efficiar hoſtia. Non vt Petrus & Paulus hæc præcipio vobis. Illi Apoſtoli Ieſu Chriſti, ego verò minimus. Illi liberi, vtpote ſerui Dei, ego verò etiamnum ſeruus: at ſi paſſus fuero, libertus fiam Ieſu Chiſti: &
" reſurgam in illo liber. Nunc in ipſo vinctus diſco nil mundanum concupiſcere aut vanum. A Syria Romam vſque terra marique cum beſtiis depugno, no-
E
ctu diúque alligatus decem leopardis, quę eſt militaris cuſtodia, qui & beneficio affecti peiores fiunt. At ego eorum iniuriis magis erudior. Verùm non in hoc iuſtificatus ſum. Fruar beſtiis mihi paratis, quas opto truculentiores mihi inueniri, quas & blanditiis demulcebo, vt crudelius me deuorent, non, vt quoſdam

*Locū hunc citat d. Hier. in cathalogo ſcript. Eccleſiaſt. in vita d. Ignatii.*

metuentes non attigerunt, & illæ ſi ſpontè nolint, e- "
gò illas vi adigam. Ignoſcite mihi: quid mihi vt ile ſit, "
ego noui. Nunc incipio diſcipulus eſſe, cùm nihil ex- "
petam aut viſibilium aut inuiſibilium, vt Ieſum Chri- "
ſtum aſſequar. Ignes, crux, ferarum concurſus, ſectio- "
nes, laniena, oſſium diſcerptiones, membrorum con- "
ciſiones, totius corporis ſolutio, diaboli tormenta in "
me veniant,

me veniant, tantummodo vt Ieſum nanciſcar. Nil me iuuabunt fines mundi, nec regna huius ſeculi. Melius mihi emori propter Ieſum Chriſtum, quàm imperare finibus terræ. Quid enim prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Dominum deſidero filium veri Dei & Patris Ieſum Chriſtum: Illum quæro qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit. Ignoſcite mihi, fratres, ne mihi impedimento ſitis, ne ad vitam perueniam. Ieſus eſt enim vita fidelium. Ne me velitis mori. Mors namque eſt, vita ſine Chriſto. Cumque velitis me Dei eſſe, ne gratificemini mundo: Sinite me purum lumen haurire: cùm illic fuero, homo Dei ero. Permittite mihi vt æmulator ſim paſſionis Chriſti Dei mei. Si quis ipſum hîc poſſidet, intelligat quid volo, & compatiatur mihi, cùm ſciat quæ me conſtringunt. Princeps huius ſeculi rapere me vult, & animam meam voluntatemque quam erga Deum habeo, corrumpere. Nullus itaque præſentium opituletur illi, potius, mei ſitis, id eſt Dei Ne loquamini Ieſum Chriſtum, & mundum præferatis. Inuidia in vobis non habitet, neque ſi ego præſens vos obſecrem, obtemperetis. Verùm his potius credite quæ vobis ſcribo: Viuens enim ſcribo vobis, amore captus moriendi propter Chriſtum. Meus amor crucifixus eſt. Non eſt in me ignis quippiam amans, ſed aqua viua ſaliens in me, intus mihi dicit: Veni ad Patrem. Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus huius vitæ, panem Dei volo, panem cæleſtem, quæ eſt caro Chriſti filij Dei, qui factus eſt poſterioribus temporibus ex ſemine Dauid, & Abrahæ, & potum volo ſanguinem illius, quæ eſt charitas incorruptibilis, & vita æterna. Nolo amplius ſecundum hominem viuere: Id autem fiet, ſi vos velitis. Cum Chriſto crucifixus ſum, viuo autem non amplius ego, quandoquidem in me viuit Chriſtus. Breuibus literis oro vos ne mihi negetis. Credite mihi quòd Ieſum amo pro me traditum. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Ipſe autem Deus & Pater, & Dominus Ieſus Chriſtus manifeſtabit vobis hęc, quod verè dicam. Et vos vnà mecũ orate, vt ſcopũ aſſequar in Spiritu ſancto. Non ſecundũ carnem vobis ſcripſi, ſed ſecundum Dei arbitrium. Si patiar, adamaſtis me: ſin reijciar, odiſtis me. Memores eſte in precibus veſtris Eccleſiæ quæ eſt in Syria, quæ pro me, iam Chriſto paſtore vtitur, qui dixit: Ego ſum paſtor bonus, & ſolus ipſam curabit, viſitabítque, & veſtra in ipſum charitas. Me verò pudet, vnum de illorum numero dici. Nec enim dignus ſum, cùm nouiſſimus eorum ſim, & abortiuum quiddam, ſed per miſericordiam Dei obtinui, vt aliquis ſim, ſi Deum aſſequar. Salutat vos meus ſpiritus, & charitas Eccleſiarum, quæ me acceperunt in nomine Ieſu Chriſti non quaſi obiter prætereuntem, & ea quæ me nil contingebant, deduxerunt quà ad vrbem itur. Scribo autem vobis hæc à Smyrna per Epheſios meritò beatiſſimos. Eſt vna mecũ cum aliis multis exoptatum mihi nomen Crocus. De his qui è Syria Romã adeũt ad gloriam Dei, credo vos cognouiſſe, quibus & ſignificate me propè eſſe. Omnes enim ſunt Deo digni & vobis, quos decet vos per omnia refocillare. Scripſi vobis hæc ante IX. Cal. Sept. Valete in perpetuũ in patiẽtia Ieſu Chriſti.

*Mat. 16. d.*

*Regat Romane eius Martyriũ impediat.*

*Panis cæleſtis, caro Chriſti.*

*Chriſti ſanguis vita æterna.*

## SCHOLIA IN EPISTOLAS D. IGNATII.

1. *Ad Mariam Caſſobolitem.* Hanc Mariam eandem eſſe opinor, quam & Apoſtolus Paulus inter cæteros officioſè ſalutat in Epiſtola ad Rom. cap. 16. Salutate, inquiens, Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Quibus verbis indicat, Apoſtolus hanc Mariam eximiæ fuiſſe pietatis fœminam, quæ religionem Chriſtianam apud fideles Romæ habitantes plurimùm promouerit: vnde & Diuus Ignatius hac prima epiſtola ſua miris laudibus eam euehit, tribuens eidem non vulgarem diuinarum ſcripturarum ſcientiam. vnde eam πάνσοφον, i. ſapientiſſimam appellat in hac Epiſtola. & in Epiſtola ad Heronem diaconum, quæ ordine decima eſt, eandem Mariam ſalutans, πολυμαθεστάτην, i. omnibus diſciplinis inſtructiſſimam appellat, quam & domi ſuæ fouiſſe Eccleſiam ſcribit. Nec temporum ratio huic noſtræ opinioni aduerſatur, cum ex hac prima epiſtola ſatis conſtet Ignatiũ vixiſſe, cùm Romæ apud Anacletũ Papam Maria hæc diuerſaretur, qui cum Lino viuente adhuc Petro in partem curæ pontificiæ eſt aſſcitus ab Apoſtolo Petro: & quanquam Petrus Clementem ſibi ſucceſſorem elegiſſet, ille tamen ſingulari vſus modeſtia, Linum & Cletum ſibi prætulit. Secundus itaque poſt Petrum Romanæ vrbis Pontificatum ſuſcepit Linus: tertius Cletus, qui & Anacletus: quartus Clemens, Vnde & ex hoc loco Diui Ignatij argui poteſt, eum quem Cletum appellamus, eundem eſſe quem Anacletum appellat in hac Epiſtola Ignatius, cùm disertè hîc ſcribat, huic Anacleto ſe adhuc viuo ſucceſſiſſe Clementem, cùm hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Clementem ſcribant ſucceſſiſſe Cleto, & Anacletum ſucceſſiſſe Clementi, & Damaſus Papa, vt auctor eſt Platina in vita Anacleti, oſtendat Cletum ab Anacleto, patria, & genere mortis differre. At pro nobis facit Euſeb. lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 12, Titus, inquit, filius in imperio ſucceſſit, cuius ſecundo regni anno, Linum duodecim annis in ſacerdotio tranſactis, vrbis Romæ Epiſcopatum tradidiſſe Anacleto ferunt. Et cap. 14. in vrbe verò Roma, duodecim Anacletus annis in Epiſcopatu exactis, ſacerdotij ſedem Clementi tradidit. hic vides Cleti nullam factam mentionem, ſed tantùm Anacleti.

2. *Epiſcopo ſubiecti eſtis.* Vetus interpres, & hunc ſecutus Morelius, verterunt: Subiecti eſtote Epiſcopis, Imperandi modo: nobis magis placet Indicatiuus modus, nam ὑποτάσσεσθε verbum ambiguum eſt. Cùm enim Ignatius hos laudet, vt per omnia imitatores Chriſti, & ante hæc verba, profiteatur eos nihil facere ſine nutu Epiſcopi, ridiculum eſſet ſtatim ſubijcere quaſi ſui oblitus eſſet, Subiecti eſtote Epiſcopo.

3. *Oportet & Diaconos.* Interpres vetus hoc loco Datiuo caſu vertit, Diaconis, cũ Græcè ſit Accuſatiuus: δεῖ τοὺς διακόνους ἀρέσκειν, i. oportet Diaconos placere, nimirũ Deo, & toti Eccleſiæ, cuius miniſtri ſunt.

4. *Dignus habitus exoptato nomine.* vel Chriſtianum nomen intelligit, quod primùm in Antiochia Eccleſia fidelibus inditum eſt, vt in Actis teſtatur Lucas. vel martiris nomen intelligit, cùm ob fidem Chriſti vinctus, damnatus eſſet, vt beſtiis obijceretur.

5. *Non pridiana comedens, & tepida bibens, & ad præſcripta ſpatia obambulans.* Hunc locum neuter interpretum ſatis intellexit. Vetus interpres ita reddidit: Non omnia comedens, tepida bibens, & menſuratè ambulans. Morelius ſic vertit: Non in craſtinũ crapulã colligens, tepida bibẽs, & modulatè incedẽs. Porrò Græca ſic habent: οὐκ ἐν ἕωλα ἐσθίων, καὶ χλιαρὸν πίνων καὶ μεμετρημένα βαδίζων. Damnat enim Ignatius ritus illos Iudaicos, iam per Euangelicam veritatem abolitos, qui-



tos quibus Iudæi ſuperſtitiosè ſe aſtringebãt ad obſeruandum Sabbatum, adeò vt nec focum excitarent in ædibus, ſed pridiana & iam marcida ederent, & tepida biberent, & tantum viæ carperent quantum licebat in Sabbato: quod ſpacium ob id, iter Sabbati in Euangelicis literis appellatur ne videlicet violarent Sabbatum, vel vltra præſcriptum ſpatium excurrendo, vel coquendis cibis ſe occupando, quos ob id pridie parabant, vnde & feria ſexta Paraſceues appellationem ſortita eſt à parandis in Sabbatum cibariis.

6. *Et coronando ſpirituali Stephano.* Alludit ad nomen Stephanus: nam στεφανὸς Græcè, corona eſt Latinè. hinc & Prudentius hymnographus eruditiſſimum poema edidit, cui titulum fecit, περὶ στεφάνων, id eſt, de Coronis, quòd in eo celebret laudes Martyrum.

7. *Et perfectus homo, quod in nomine habitauit.* Hic locus videtur mihi nõ carere mendo. Nã Græcus codex ſic habet: ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ κατοικήσας, id eſt, verbum caro factum eſt, & perfectus homo, quod non in homine habitauit. Certè verbum, i. Dei filius in homine habitauit, iuxta illud Iohannis: Et habitauit in nobis, & illud Pauli. Erat Deus in Chriſto mundum reconcilians ſibi. & alibi: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quare illud, οὐκ expungendum videtur, aut loco κατοικήσας, legendum eſt interrogatiuè κατῴκησεν, i. habitauit, hoc ſenſu, verbum caro factum eſt, & perfectus homo nonne habitauit in nobis.

8. *Qui olim in pompis hæc ipſa oſtentabas.* Hæc olim fieri ſolita in myſteriis illis impuriſſimis Dionyſij ſiue Bacchi ſacris ex variis auctoribus conſtat. Moris enim erat inter cætera pompæ illius impudicæ fercula, à viris muliebri cultu indutis geſtare inſolitæ magnitudinis virilia membra, quos Græco nomine phallos & ithyphallos appellabant, & hæc ipſa membra in templorum propyleis & in ipſis templis nudata omnium oculis proponi: vt auctor eſt Lucianus ille Samoſatenus in libello quem ſcripſit de Siria dea, quam alij Rheam ſiue Cybelen, alij Iunonem eſſe volunt.

9. *Vade Satana ad ea quæ elegiſti, vade ad ea quæ per meleuolentiam amplexus es.* Codex Græcus ſecundo loco habet: ὕπαγε ἐν οἷς ἠρεθίσθης, i. vade ad ea ad quæ prouocatus es: ſic enim vertit Morelius, & ſimiliter vetus Interpres. Ego legendum puto pro ἠρεθίσθης, ᾑρετίσθης, i. elegiſti, ſectatus es, ſiue amplexus es.

10. *Noui vnum, ſcio ſolum.* Hæc niſi ſanè & ſobriè intelligantur, poſſent videri duriùs & contumelioſiùs dicta in filium Dei, quòd Patrem ſe maiorem & excellentiorem fateatur, cùm credamus in ſanctiſſ. Trinitate omnia paria, & iuxta Athanaſij axioma, in ea nihil eſſe maius aut minus, nihil prius aut poſterius, ſed tres perſonas coæternas ſibi eſſe, & coæquales. Verum ſcire oportet, Græcos Theologos, inter quos facilè primum locum obtinent Gregorius Nazianzenus & Baſilius Magnus, non vno loco fateri illud Iohannis: pater maior me eſt, quod nos ferè accipimus iuxta Chriſti humanitatem dictum, etiam iuxta diuinitatem intelligere Patrem maiorem eſſe Filio non quidem natura, aut tempore, ſed ſola ratione principij, & hactenus modò excellentiorem eſſe Filio, quòd fons ſit & origo omnis diuinitatis: vt videre licet apud Baſilium in lib. contra Eunomium. & libro 9. de Trinitate apud D. Hilarium.

11. *Sed vt commilito veſter, vt monitor quiſpiam.* Quòd hîc vertimus monitorem, Grecè eſt ὑπωφήτης. Quam vocem Morelius vertit, Succentor. Ego verò, ſi coniectura in eiuſmodi vt liceret, legerem ὑποφήτης, quæ vox Græcè ſignificat non propriè vatem aut prophetam, ſed eum qui acceptum ab alio oraculum promit & interpretatur cæteris. Vnde & à Dionyſio in lib. de cæleſti Hierarchia, Angelorum ordines appellantur τάξεις ὑποφητικαὶ, quòd ea quæ à ſuperioribus ordinibus acceperũt, inferioribus ordinibus quaſi per manus tradant, & illi rurſus viris ſanctis enunciant & communicant.

12. *Non fuiſſe in Chriſto animam humanam.* Chriſtum non habuiſſe animam rationalem vt cæteri homines, ſed ipſam diuinitatem ſuppleuiſſe locum animæ rationalis auſus eſt dicere Apollinaris quidam Laodicenus, vt auctor eſt Socrates in Eccleſiaſtica hiſtoria ſua: cuius tamen dogmatis non tam inuentor quàm renouator fuit, ſi Ignatij ætate, vt videtur, hæc hæreſis ſparſa erat in Eccleſia Catholica. Niſi hac fortè ratione nouæ hæreſis auctor videri poſſit Apollinaris, quòd poſteà errorem ſuum, vt ipſe putabat, corrigens, dicebat in Chriſto animam fuiſſe, ſed eam caruiſſe mente, & diuinitatem verbi pro mente fuiſſe.

13. *Ieſus mihi pro archiuis eſt.* Archiuum penultima longua & ch aſpirato, locus eſt publicus, in quo ſcripta & acta vrbis & ciuium recondi ſolent? Latinè Tabularium vocatur, quòd in ceratis tabulis omnia ſcribi ſolent olim. Græcè dicitur ἀρχεῖον quaſi ἀρχαῖον, quod in eo ſcripta & acta priſca & antiqua reperiantur.

14. *Donec veniat cui repoſitum eſt.* Locus eſt Geneſis 49. de Chriſti aduentu continens celebre vaticinium Iacob patriarchæ, quod tamen apud 70. Interpretes in Græcis codicibus hodie ſic legitur ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, i. donec veniant ea quæ repoſita ſunt ei. Ad Hebraicam veritatem vertit pro eo D. Hieronymus: Donec veniat qui mittendus eſt.

15. *Mittere Epiſcopos.* Codex Græcus habet ἔπεμψαν, id eſt, miſerunt. forte legendum πέμψαι, id eſt, mittere, ſicut nos vertimus: aut id verbi ſubaudiendum erit in priori orationis partè. vt hic ſit ſenſus: Vobis volentibus non erit prorſus impoſſibile, ſupple, mittere Epiſcopos, vt proximæ Eccleſiæ ſemper miſerunt.

16. *Vt aſſumeret vos concorporales.* Ita nos vertimus hunc locum, pro quo Morelius vertit, vt tolleret ſignũ in ſecula, quo quid ſignificare velit, prorſus non intelligo. Græcè eſt, ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ego legendum puto loco σύσσημον, συσσώμους, id eſt, concorporales, qua voce & Apoſtolus vtitur cap. 3. epiſtolæ ad Epheſios, εἶναι τὰ ἔθνα συγκληρόνομα καὶ σύσσωμα, i. Gentes eſſe cohæredes & concorporales, i. coaptandas in myſticum Chriſti corpus, quod eſt eccleſia. & ita legiſſe videtur vetus Interpres. Sic enim vertit, Vt tollat ſecum ſibi coniunctos in ſecula.

17. *Nec ſimulachrum eſſe poteſt.* Codex Græcus hoc loco habet τμῆμα, quod ſegmentum aut ſectionem ſignificat. Morelius vertit, particulam. Ego μίμημα hoc loco legendum puto, id eſt ſimulachrum, quomodo & veterem Interpretem legiſſe opinor, qui vertit, effigiem.

18. *Neque dochen celebrare.* Reliquimus hîc Græcam vocem, quæ conuiuium ſignificat Latinè: ſic dictum ab accipiendo, quòd omnes promiſcuè acciperentur. videtur autem id conuiuium idem fuiſſe cum eo quod Tertullianus in Apologetico ſuo Agapen ſuo ſeculo appellatum ſcribit. Quamuis & beatus Iu-

das in epiſtola ſua eadem voce Agape vſus ſit, pro conuiuio eiuſmodi. ὅτι, inquit, εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπίλαδες συνευωχούμενοι ἀφόβως. Quod noſter interpres vertit, Hi ſunt in charitatibus veſtris maculæ, &c.

19. *Eligat ſacrum legatum.* Interpretes reliquerunt Græcam vocem Θεοπρεσβύτην. nos vertimus, ſacrum legatum, quales ſunt legati pontificij cum mittuntur ob negotia Eccleſiæ componenda.

20. *Inſpectori, immo qui inſpectus eſt à Deo.* Illud, Inſpectori, de noſtro adiecimus, vt redderemus quantum licet, iucundam illam proſonomaſiam quæ eſt in Græcanicis illis vocibus: ἐπισκόπῳ, μᾶλλον δὲ ἐπεσκοπημένῳ.

21. *Epitropi vxorem.* Quia hanc vocem in Græco codice capitali litera maiuſcula ſcriptam inuenimus, quod in propriis nominibus ferè fit, reliquimus vt proprium nomen, quæ alioqui Curatorem aut commiſſarium ſignificat.

22. *Dominus Deus tuus Dominus vnus eſt.* Citat D. Ignatius illud Deuter. 6. iuxta editionem 70. Interpretum, cùm iuxta Hebraicam veritatem interptete Hieronymo, legamus: Dominus Deus tuus Deus vnus eſt, quomodo & Chriſtus ipſe allegat Marci 12. cap. rogatus quod eſſet primum mandatum in Lege: Audi, inquit, Iſrael, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Diliges Dominum, &c.

23. *Dracunculos pellium amictu gaudentes.* Græce eſt: τὰ φιλόδερμα δρακόντια, Nam δέρμα Græcè, pellem Latinè ſignificat. Vetus Interpres, & hunc ſecutus, Morelius, verterunt, Squamoſos dracunculos: minus rectè meo iudicio. Quamuis enim natura dracones ſquamoſi ſunt, Ignatius tamen non ad naturam draconum, ſed ad hæreticorum ingenia mihi reſpexiſſe videtur quos & Chriſtus ſub ouium veſtimentis luporum feritatem occultare docet.

24. *Thoes aſtuti.* Thoes genus eſt luporum, vt auctor eſt Plinius, maximè mordax & ſanguinarium, quod & ceruis inſidiatur: vnde & Theodorus Gaza apud Ariſtotelem Lupum ceruarium vertit.

25. *Noſtis quomodo vobiſcum conuerſatus ſum.* Codex Græcus hoc loco habet συνανεστρέφην, ſed mendoſè, vt opinor: cùm legendum ſit συνανεστράφην, i. conuerſatus ſum. & ita legit & vertit Interpres vetus.

26. *Nec ex nomine eos appellare audeant.* Compellare enim quenquam proprio nomine, contemptum quendam præ ſe ferre videtur. vult itaque Ignatius vt vxores eos appellent vel dominos, vel certè maritos.

Quod & Apoſtolus Petrus præcipere velle videtur fœminis in Epiſtola ſua, prouocans eas exemplo Saræ ad honorem maritis deferendum, quæ Abraham virum ſuum appellabat Dominum.

27. Quanquam hodie nullus in Eccleſiis Diaconiſſarum vſus ſit, olim tamen ordinem quendam Diaconiſſarum fuiſſe conſtat ex conſtitutionibus Apoſtolicis per D. Clementem conſcriptis, cœptum iam ab ipſis Apoſtolorum temporibus. Harum officium erat fœminarum corpora ad Baptiſma veniētium, honeſtè nudare, & eadem veſtire, ne quid inuerecundius ſacerdotum oculis ingereretur: præterea eorum officium erat (vt ex hoc loco etiam patet, veſtibula ianuáſque, intra quas fœminæ orabāt recluſæ, tempore ſacrificij obſeruare. Eiuſmodi & Phœben illam fuiſſe opinor, per quam miſſa eſt è Corintho Epiſtola ad Romanos ſcripta ab Apoſtolo, quæ Diacona ſiue Diaconiſſa fuit Eccleſiæ Cencreenſis.

28. *Ad ſtabilem gloriam, & incommutabilem, vnitam & electam.* Clarior ſenſus eſſet, ſi Accuſatiui illi, vnitam & electam, in Datiuo caſu. Ad Eccleſiam referantur, & legamus, Vnitæ & electæ.

29. *Tria myſteria clamoris.* Clamorem illum mihi ſignificare videtur Ignatius, quem edidit Chriſtus iam emittens ſpiritum in cruce. Huius itaque clamoris myſterium explicat hoc loco Ignatius, nimirùm Chriſtum hoc clamore ſignificaſſe iam per fidem Euangelicam omnibus reuelanda quæ certa diſpenſatione antè clauſa & occulta erant etiam dæmonibus.

30. *Principatum vero accepit, &c.* Per id quod omnibus ſuis partibus abſolutum eſt ſignificare mihi videtur Chriſti humanitatem, ſiue hominem Dominicum, quo nihil vnquā abſolutius aut perfectius fuit in natura humana. Chriſtus autem iuxta hominem aſſumptum diuina morte principatum accepit à Deo Patre. vnde apud Matthæum ca. vltimo: Data mihi eſt, inquit, omnis poteſtas in cælo & in terra. Quare minus rectè hoc loco. Morelius Græcam vocem, quæ polyſema & ambigua eſt, vertit, per initium. Vetus Interpres, quamuis in plurimis hallucinatus eſt, hoc loco vertit Principatum.

31. *Et potum volo ſanguinem.* Codex Græcus hoc loco niſi mendoſus ſit, habet, καὶ πόμα θέλω πόμα αὐτοῦ. id eſt, & potum volo, potum ipſius. Sed cùm vetus Interpres, & eum ſecutus Morelius, legant, Et potum volo, ſanguinem ipſius, conſtat exemplar vitioſum eſſe hoc loco, & ſecundo loco legendum, non πόμα, ſed αἷμα, id eſt, ſanguinem.

FINIS SCHOLIORVM.

# SANCTI MARTYRIS POLYCARPI SMYRNÆORVM EPISCOPI VITA.

Ex D. Hieronimi Scriptorum Eccleſiaſticorum Cathalogo.

*Volaterr. Anthrop. lib. 18.*

POLYCARPVS, *Ioannis apoſtoli diſcipulus, & ab eo Smyrnæ epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit. Quippe qui nonnullos apoſtolorum, & eorum qui viderant Dominum magiſtros habuerit & viderit. Hic propter quaſdam ſuper die paſchæ quæſtiones, ſub Imperatore Antonino Pio eccleſiam in vrbe regente Aniceto Romam venit, vbi plurimos credentium, Marcionis & Valentini perſuaſione deceptos, reduxit ad fidem. Cumque fortuito obuiam fuiſſet Marcion, & diceret: Cognoſcis nos? Reſpondit: Cognoſco primogenitum Diaboli. Poſtea vero regnante M. Antonio & L. Aurelio Commodo, quarta poſt Neronem perſecutione Smyrnæ, ſedente proconſule & vniuerſo populo in amphitheatro aduerſus eum perſonante igni traditus eſt. Scripſit ad Philippenſes valde vtilem Epiſtolam, quæ vſque hodie in Aſiæ conuentu legitur.*

POLYCARPI



# D. POLYCARPI MARTYRIS SMYRNÆORVM EPISCOPI, DISCIPVLIS IOHANNIS EVANGELISTAE, AD PHILIPPENSES, EPISTOLA.

*Polycarpus & qui cum eo ſunt presbyteri, eccleſiæ Dei quæ eſt Philippis, miſericordia vobis, & pax à Deo omnipotente & Ieſu Chriſto Saluatore noſtro abundet.*

CONGRATVLATVS ſum vobis magnifice in domino noſtro Ieſu Chriſto, ſuſcipiēs inimitabilia verba dilectionis quam oſtēdiſtis in illis qui præmiſſi ſunt viris ſanctis, decoris vinculis connexis, quæ ſunt coronæ electæ Deo illius veri regni per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & quia firmitas fidei veſtræ à principio vſque nunc permanet, & ſanctificatur in Domino Ieſu Chriſto qui ſuſtinuit pro peccatis noſtris vſque ad mortē, quē reſuſcitauit Deus, diſſoluēs dolores inferni, quem cum non videritis nunc diligitis, in quem nunc non aſpicientes, creditis. Credentes autem gaudetis gaudio inenarrabili & glorificato, in quo multi deſiderant introire ſcientes quia grati facti eſtis non ex operibus, ſed in voluntate Dei per Ieſum Chriſtum. Propter quod ſuccincti lumbos veſtros, ſeruite Domino cum timore & in veritate dimiſſo inani vaniloquio & multo errore. Credite ergo in illum qui reſuſcitauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex mortuis, & dedit gloriam & ſedem in dextera ſua. Huic ſubiecta ſunt omnia, cœleſtia, & terreſtria, & ſubterranea, cui omnis ſpiritus ſeruit, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Huius ſanguinem requirit Deus ab eis qui non crediderunt in eum qui & reſuſcitauit eum à mortuis, qui & nos reſuſcitaturus eſt ad vitam, ſi fecerimus voluntatem eius & ambulauerimus in mandatis ipſius, & dilexerimus quæ & ipſe dilexit, auocantes nos ab omni iniuſticia, hoc eſt à concupiſcentia, ab auaritia, à detractione, à falſo teſtimonio, non reddentes malum pro malo, aut iniuriam pro iniuria, aut cōtumeliā pro cōtumelia, aut malitiā pro maledicto. Memētote quòd Dominus docēs dixit: Nolite iudicare ne iudicemini, & dimittite & dimittetur vobis, miſeremini, & Domin⁹ miſerebitur veſtri. Qua enim mēſura menſi fueritis, remetietur eadē & vobis. Mementote & illius quod dictum eſt: Beati pauperes Spiritu, & qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Hæc autem fratres mei non à meipſo imperans ſcribo vobis de iuſticia, ſed quoniam vos prouocaſtis. Propterea quia neque ego, neque ſimilis alius mei poterit ſequi ſapientiam beati & glorioſi Pauli qui fuit apud vos & viſus eſt ſecundum faciem illis qui tunc erant hominibus, qui docuit certiſſimè atque firmiſſimè verbum veritatis, & qui abſens ſcripſit vobis Epiſtolas, ad quas deffleſtimini vt poſſitis ædificari in fide quæ data eſt vobis, quæ eſt mater ominum noſtrûm, ſubſequente ſpe, præcedente dilectione, quę eſt in deo & in Chriſto, & in proximo. Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit mandatis iuſtitiæ, & habuerit dilectionem, longe ab omni peccato. Principium omnium malorum eſt auaritia. Scitote autem quia nihil intulimus in hunc mundum, neque auferre poſſumus. Armemur armis iuſtitiæ, & doceamus noſmetipſos primum ambulare in mandatis Domini, & poſthæc mulieres veſtras in fide quæ data eſt eis & dilectione, & caſtitate, amantes ſuos viros in omni veritate & charitate, diligentes omnes æqualiter in omni continentia. Et filios erudite in omni diſciplina, & timore Dei. Viduæ vero pudicæ circa fidem Dei interpellent inceſſanter pro omnibus, elongantes ſe ab omnibus diabolicis detractionibus, & falſo teſtimonio, & ab omni malo, cògnoſcentes ſeipſas, quia ſunt ſacrarium Dei, quoniam omnia Deus proſpicit, & nihil eum latet, neque cogitatio, neque conſcientia, neque aliquod abditum cordis. Scientes autem quia Deus non irridetur, debemus dignè in mādatis eius & gloria ambulare. Similiter diaconi inculpabiles ſint in conſpectu iuſtitiæ eius, ſicut Dei & Chriſti miniſtri & non hominum, nō criminatores, neque detractores, neque auari, ſed omnia tolerātes, in omnibus miſericordes, diligentes, in omnibus ambulantes in veritate Domini, qui factus eſt miniſter omnium. Huic ſi placeamus in hoc ſeculo, percipiemus ea quæ futura ſunt ſecundum quod repromiſit reſuſcitate nos à mortuis. Et ſi dignè in eo conuerſati fuerimus, & ſi crediderimus, conregnabimus cum eo. Iuuenes ſimiliter inculpabiles ſint in omnibus omnem ignorantiam præuidentes, refrenātes ab omni malo. Bonum eſt enim abſcindi ab omnibus concupiſcentiis, quoniam omnis concupiſcentia aduerſus ſpiritum militat, quia neque fornicatij, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt, neque illicita facientes. Propter quod abſtinere oportet ab omnibus his. Subiecti eſtote preſbiteris & diaconis ſicut Deo & Chriſto *Virgines caſta conſcientia audiente presbiteri ſimplices ſint*, in omnibus miſericordes, omnes ab errore conuertētes, omnes infirmos viſitantes, viduas, pupillos, & pauperes non negligentes, ſed ſemper prouidentes bona coram Deo & hominibus. Abſtinete vos ab omni iracundia & iudicio iniuſto. Longe ab omni auaritia eſtote, non citò conſentiatis aduerſus aliquem, ne præuaricemur in iudicio, ſcientes quia debitores ſumus peccati. Si ergo deprecamur Dominum vt nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante conſpectum oculorum domini ſumus, & omnes oportet nos aſtare ante tribunal Chriſti, ei vnumquenque pro ſe rationem reddere. Seruiamus ergo ei cum timore & reuerentia, ſecundum quod Euangelizauerunt nobis Apoſtoli domini, & prophetę annunciauerunt aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti. Zelantes bona, abſtinete à ſcandalis & falſis fratribus, qui in vanum portant nomen Domini, qui oberrare faciunt inanes homines. Omnis enim qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, hic Antichriſtus eſt. Et qui non confitetur myſterium crucis, è diabolo eſt. Et qui deuiauerit eloquia Domini ad propria deſyderia, & dixerit neque reſurrectionem neque iudicium eſſe, hic primogenitus ſatanæ eſt. Propter quod relinquentes vanitates multorum, & falſas doctrinas, ad illud quod traditum nobis à principio verbum reuertamur. Sobrij ſimus in orationibus, ieiunia tolerantes, & ſupplicationibus petentes omnium proſperatorem Dominum, ne nos inducat in tentationem, ſecundum quod dicit Dominus: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Indeficienter autem toleremus propter ſpem noſtram & pignus iuſtitiæ, quod eſt Chriſtus, qui ſuſtulit peccata noſtra in corpore ſuper lignum, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ſed propter nos omnia ſuſtinuit, vt viua-

Side notes printed in the margins:

*Matth. 6.* (beside "iniuria, aut cōtumeliā pro cōtumelia")

*Matth. 5.* (beside "Mementote & illius quod dictum eſt")

*D. Pauli Epiſtolæ ad Philip.* (beside "hominibus, qui docuit certiſſimè")

*Mulierum officium.* (beside "intulimus in hunc mundum")

*Viduarū officium.* (beside "Dei. Viduæ vero pudicæ")

*Diaconi.* (beside "Similiter diaconi inculpabiles ſint")

*Presbyteri honorandi, & eorum officia.* (beside "Subiecti eſtote preſbiteris")

*Deuiare eloquia Dei.* (beside "Et qui deuiauerit eloquia Domini")

mus in ipſo. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ e- A ius,& ſi paſſi fuerimus pro nomine eius, glorificemus eum, hoc enim Iudicium poſuit de ſeipſo, & nos hoc credimus Rogo igitur omnes vos inſiſtere verbo iuſtitiæ & patientiæ, quam oculata fide vidiſtis, non ſolùm in beatiſſimis illis, Ignatio ſcilicet & Zozymo & Rufo, ſed in aliis, qui ex vobis ſunt, & in Paulo, & in cæteris Apoſtolis confidentes,quia hi omnes qui non in vacuum cucurrerunt,ſed in fide & iuſtitia,& ad debitum ſibi locum cum Domino,cui & compaſſi ſunt, abierunt. quia non hoc ſeculum dilexerunt, ſed eum qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt,& à Deo reſuſcitatus. In his ergo ſtate, & Domini exemplar ſequimini, B firmi in fide & immurabiles fraternitatis amatores,diligentes inuicem in veritate ſociati,manſuetudinem Domini alterutri præſtantes,nullum deſpicientes. Quum poteſtis benefacere, nolite differre, quia eleemoſyna de morte liberat. Omnes vobis inuicem ſubiecti eſtote, conuerſationem veſtram conſiderantes irreprehenſibilem in gentibus, vt ex bonis operibus veſtris & vos laudem accipiatis, & Dominus in vobis non blaſphemetur. Væ autem illi per quem nomen Domini blaſphematur. Sobrietatem ergo docete omnes in qua & vos conuerſamini. Nimis contriſtatus ſum pro Valente, qui preſbiter factus eſt aliquando apud vos,quòd ſic ignoretis locum qui datus C eſt ei. Moneo itaque vos vt abſtineatis ab auaritia, & ſitis caſti, veraces. Abſtinete ab omni malo. Qui autem in his non poteſt ſe gubernare, quomodo aliis pronunciet hoc? Si quis non abſtinuerit ab auaritia, ab idololatria, coinquinabitur,& tanquam inter gentes iudicabitur. Quis ignorat iudicium Domini? An neſcimus quia ſancti mundum iudicabunt? ſicut Paulus docet.Ego autem nihil tale ſenſi in vobis vel audiui,in quibus laborauit beatus Paulus,qui eſtis in principio epiſtolæ eius, de vobis etenim gloriatur in omnibus eccleſiis, quæ Deum ſolæ tunc cognouerant, nos autem nondum noueramus. Valde ergo fratres contriſtor pro illo & coniuge eius, quibus det Domi- D nus pœnitentiam veſtram.Sobrij eſtote & vos in hoc,

*Fraternitas.*

*1.Cor. 6.*

& non ſicut inimicos tales exiſtimetis, ſed ſicut paſſibilia membra & errantia eos reuocate, vt omnium veſtrum corpus ſaluetis, hoc enim agentes, voſipſos ædificatis. Confido enim vos bene exercitatos eſſe in ſacris literis,& nihil vos latet,mihi autem non eſt conceſſum modo, vt his ſcripturis dictum eſt: Iraſcimini & nolite peccare.Et ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Beatus qui meminerit, quod ego credo eſſe in vobis. Deus autem & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ipſe ſempiternus pontifex Dei filius Chriſtus Ieſus ædificet vos in fide & veritate & omni manſuetudine, & ſine iracundia, in patientia & longanimitate & tolerantia & caſtitate,& det vobis ſortem & partem inter ſanctos ſuos, & nobis vobiſcum, & in omnibus qui ſunt ſub cœlo, qui credituri ſunt in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & in ipſius Patrem, qui reſuſcitauit eum à mortuis. Pro omnibus ſanctis orate.Orate etiam pro regibus & poteſtatibus & principibus,atque pro perſequentibus & odientibus vos, & pro inimicis crucis, vt fructus veſter manifeſtus ſit in omnibus, vt ſitis in illo perfecti. Scripſiſtis mihi & vos & Ignatius,vt ſi quis vadit ad Syriam,deferat literas meas, quas & dedero ad vos, ſi habuerimus tempus opportunum, ſiue ego ſeu legatus quem miſero pro vobis.Epiſtolas ſanè Ignatij,quæ tranſmiſſæ ſunt vobis,habeo,& alias quantaſcunque apud nos habuimus,tranſmiſimus vobis,ſecundum quod mandaſtis, quæ ſunt ſubiectæ huic Epiſtolæ, ex omnibus enim vobis magnus erit profectus. Continent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem, ad Dominum noſtrum pertinentem. Et de ipſo Ignatio, & de ipſis qui cum eo ſunt quod certius agnoueritis, ſignificate.Hæc vobis ſcripſi per Creſcentem, quem in præſentem Diem commendaui vobis, & nunc commendo. Conuerſatus eſt nobiſcum inculpabiliter, credo quia vobiſcum ſimiliter. Sororem autem eius habetis commendatam, cum venerit ad vos. Incolumes eſtote in Domino Ieſu Chriſto in gratia cum omnibus veſtris, AMEN.

*Pſal. 4.*
*Ephe. 4.f*

*Orandum pro regibus.*

*D. Ignatij Epiſtolæ.*

# D. MARTIALIS APOSTOLI MARTYRIS ET EPISCOPI LEMOVICENSIS, AD BVRDEGALENSES EPISTOLA.

*D. Martialem Lemouicenſium Epiſcopum fuiſſe teſtis eſt, d. Greg. Tur. 1. lib. Hiſt. Francorum, cap. 30.*

CAPVT I.

MARTIALIS ſeruus Dei & Apoſtolus Ieſu Chriſti cum Sancto ſpiritu qui repleuit corda noſtra, qui ſubdidit ſibi omnem mundum, qui alligauit Diabolum & peccatum, Burdegalenſibus iam in Chriſto renatis per aquam & Spiritum Sanctum filiis & filiabus E cum ſorte & hæreditate Dei,quæ data eſt per orationem. Pax vobis & miſericordia, quia cognouiſtis veritatem. Manifeſtaui enim vobis nomen Creatoris, qui ſolus eſt Creator. Cœlum enim, & terram,mare, & omnia quę in eis ſunt,ipſe creauit & perfecit & benedixit.Vos autem ignorabatis ipſum genus veſtrum. nec vos de vno patre & vna matre creatos eſſe noueratis. Sed & vindictam, quæ facta eſt per diluuium, neſciebatis: in quo omni mundo punito, quia contra creatorem ſe erexerat in omnem ſuperbiam, ille qui ſolus iuſtus inuentus eſt cum filiis in ſpirituali eccleſia,quæ nunc in vobis apparet,reſeruatus eſt. Nam & in illo ſeculo, ex quo primus homo cœpit à Deo formatus de limo, congregatio filiorum Dei, quæ iam congregatur, proclamabatur,donec pater generis noſtri, & Hebræorum,qui vocatus eſt Abraham,iuſtum filium ſuum dilectiſſimum Iſaac,quem vnicum ſuſceperat, Deo ſuper altare immolandum hoſtiam obtulit.Vnde & fortis Deus eum non permiſit occidi,quia non delectatur, ſed valde magis offenditur effuſione ſanguinis hominum. Victima autem arietis.quæ debita erat in lege Hebræorum, pro homine cæſa eſt, ſed Deus non ſanguine arietis,ſed voluntate patris & filij iuſta delectatus eſt.

*Aries cæſus pro Iſaac.*

CAPVT 2.

IPſa figura fratres, videntibus oculis noſtris,in filio Dei,noſtro tempore perfecta eſt.Deus enim qui pater eſt omnium gentium, vnicum ſuum, quem ſolum genuit & vnicè dilexit, ad mortem venire iuſſit. Mori enim potuit quia homo fuit, & quia de virgine Maria natus eſt homo. Filius Dei ante principium fuit, & quia Deus erat, diu teneri in morte non potuit. Reſurrexit enim ante lucem in die tertia de

*D. Martialis teſtis Reſur. & Aſcenſionis Chriſti*

loco in



loco in quo eum ſepeliri vidimus, & apparuit nobis, A & lætificauit nos. Teſtes enim ſumus, quia eum aſcendere in cœlum vidimus, nec tamen à cœlis vnquam receſſit. Scitote autem quia de cœlis contemplatur bonos & malos, & bonos quidem remunerabit ineffabiliter,malos autem puniet miſerabiliter.Itaque nolite retro reſpicere ad idola, quæ coluiſtis & fabricaſtis, ſed ipſum ſolum quem vobis prædicaui Deum vnum colite & adorate per omnem locum. Ipſe enim eſt cuius oculos nemo poterit effugere, cuius poteſtatem nemo euadere poteſt. Sicut autem ſimulacra veſtra antiqua diruiſtis,ita ſubuerſa ſit infidelitas à cordibus veſtris.

*Dei prouidentia.*

CAPVT 3.

B HOnorabatis ſacerdotes qui decipiebant vos ſacrificiis ſuis, qui mutis & ſurdis ſtatuis offerebant quæ nec ſe nec vos iuuare poterant: nunc autem multo magis ſecerdotes Dei omnipotentis,qui vitam vobis tribuunt in calice & viuo pane, honorare debetis. Quem enim vobis conſtitui Dei iuſſu, iuſtum eſt à vobis conſeruari. Ipſe enim Sigibertus, qui ante conſulebat dæmonia ſeruus creaturæ, nunc in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti perfectus, ſoli Creatori ſeruiens, pro ſtercore reputat ipſa dæmonia quibus ante ſeruiebat. Ignotum verò Deum, quem non nouerat modo cognitum non ſanguine beſtiarum, ſed fide ſincera & iubilatione confeſſionis ſibi & vobis C propitiabilem facit.Nam dū altaria dæmonū in puluerem redigerentur,aram ignoti Dei ad conſecrationem reſeruari iuſſimus: quia dedicata in nomine Domini Dei Iſraël & ipſius teſtis Stephani,qui pro eo a Iudæis paſſus eſt,non hominis cultū,ſed Dei in ea frequentatis. Stephanus enim non Deus, ſed amicus Dei fuit: qui pro teſtimonio eius, animam ſuam poſuit: cuius ſanguine ipſa menſa eſt decorata,quia ſuo ſanguine Ieſus Chriſtus comprobatus eſt eſſe Deus: & qui crediderit,ornamenta fidei maiora perceperit. Sacrificium enim Deo creatori offertur in ara,non homini,neque angelo.Nec ſolum in ara ſanctificata,ſed vbique offertur Deo oblatio munda,ſicut teſtatus eſt:cuius corpus D & ſanguinem in vitam æternam offerimus, dicentes: Spiritus eſt Deus,& eos qui adorant eum,in ſpiritu & veritate oportet adorare.Ipſe enim corpus habens & immaculatum & ſine peccato, quia conceptus eſt de Spirituſancto,natus ex Maria virgine,in ara crucis ipſum permiſit immolari.Quod autem Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius à terra abolere:nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſāctificata proponimus,ſcientes hoc ſolo remedio nobis vitam præſtandam,& mortem effugandam, hoc enim ipſe Dominus noſter iuſſit nos agere in ſui commemorationem.Nam de ſacrificijs idolorum notum vobis à me factum eſt:quia ea maximè de cauſa dominabatur vobis diabolus. Et ſicut communio viui Dei eſt vobis E vita:ſic participatio menſæ ſimulachrorum erat vobis æterna mors:infirmitates, & corruptiones, & nimiæ tribulationes huius ſeculi.

*Sacerdotes honorādi.*

*Panis viuus.*

*Sigibertus ſacerdos Burdegalenſium.*

*Ara ignoti Dei dedicata in nominè Dei et d. S. Stephan.*

*Sacrificiū Chriſtianorum.*

*Ioh. 4.*

CAPVT. IIII

SEd etiam poſtquam baptizati eſtis,oportet vos caſtos eſſe à malicia, vt menſa diuina digni ſitis. Nolite autem vnum & idem putare eſcam humanam, & diuinam,quę nobis viſibilis eſt,ſed tamen in fide perfecta tota cœleſtis.Per vnam enim corp⁹,per alteram anima viuit.Cauete autem ab homicidiis, ne forte & vos occidamini. Eſt enim indignus mēſa Domini,qui hominem occiderit. Nā ſi pręſumit Euchariſtiam,re⁹ eſt mortis animę & corporis ſui.Reuiuiſcit enim anima per baptiſmum,& moritur per homicidium.Corpus verò,quod tanto peccato eſt ſubditum, in impiorum pœnis æternaliter excruciabitur cum anima ſua, poſt illum diem, quando verus Deus & verus homo iudicabit omnes gētes.Nolite ergo cōcupiſcere terrena quia iā acquiſiſtis cœleſtia, qui per cupiditatē mūdi huius exardeſcunt mētes in homicidia in inuicem. Vnde & animæ pereunt,& quas Chriſtus leuauerat aqua ſanctificationis,hoſtis vitę acquirit in perditionē ſuæ mortis,eò quod cum à Deo recedūt,peccatis mortis ſe inuoluunt.

*Menſa diuina.*

*Homicidium cur fugiendū.*

*Euchariſtia.*

*Pœnæ æternæ poſt iudicium.*



CAPVT 5.

SCribere autem vobis neceſſarium duco, vt velut paruuli malitia,ſanctificatos vos Domino præbeatis attendentes quia gratiſſimum Deo hoſpitium eſt mens munda à cupiditatibus & ſimulatione. Nam ſicut perturbationes maris videtis, ſic in vobiſmetipſis fluctus vitiorum ſentietis. Deo autem claritatem ſuæ miſericordiæ ſuper vos extendente, non conturbabimini,ſed exultabitis in tranquillitate poſiti. Beati verò eritis,ſi cū exultatione Deo ſeruientes,libidini reſtiteritis,vnde maxima corona remunerationis impertietur vobis.Nec beſtiales mores oportet vlterius eſſe in eis qui vaſa Domini munda ſunt in adoptionem filiorum æternæ hæreditatis, ſed honeſtate rationabili omnes homines vti.Hæc enim agentes ſecuri terram poſſidebitis.& omnia irrationabilia ſubiecta erunt vobis,Ipſa quoque elementa, quibus ante ſeruiebatis, ſeruient vobis tanquam cultoribus & magnis amicis Dei.Prædicationem autem meam nolite in vanū ducere quaſi nouam, neque obliuiſcamini mirabilium Dei quæ per me vidiſtis, quia & vos multa gratia digni eritis cū Euangeliū Chriſti in laude & reuerentia habebitis. Itaque ſicut frequenter adorabatis opera manuum veſtrarum, ſic potius & multo frequentius vnum Deum qui vos creauit,vobis vitam tribuit,adorate,quia abipſo adiutorium habebitis,nō ſolū in hoc ſeculo,ſed etiā in futuro. Et aſſidue Deo gratias agite qui de tenebris mortis vos abduxit, & iam cœli ciues fecit.Sed & ſpiritū Dei ſanctificate in cordibus veſtris, per ipſum enim vobis peccatorū remiſſio tribuitur. Itaque ſpinas cordis auellita,vt in ſuauitate Dei requieſcatis. Hæ ſunt enim ſpinæ quæ per multas amaritudines & inuidias & doloſitates,non ſinunt gaudium & oleum Spiritus ſancti in vobis dominari.

*Corona remunerationis.*

CAPVT 6.

SEd neque metuatis eos,qui necdum receperint viā ſalutis. Obcæcauit enim illos diabol⁹ tenebris ſuis ne ſe facile eruant à morte. Mors nanque eorum, eſt delectatio ſeculi.In deſiderijs enim animæ ſuæ moriētur,& in adinuentionibus ſuis peribunt, & iniquitas eorum in caput eorum deſcendet.Habentes enim naturalem ſenſum, Deum qui illos creauit, qui eis vitā & intellectum dedit,abnegant,& dum ipſi malè agūt, bene agentes impugnant, Linguas ſuas,ſicut ſerpētes exacuūt, & venenum aſpidum ſub labiis eorum. Contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum. Propterea illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, ſicut Spiritus ſanctus hæc loquutus per os vaticinātis regis proteſtatus eſt.Nec ſentiūt ſe iā in

*De nō metuendis infidelibus.*

abyſſum demerſuros cum iam ſint iudicatj Qui enim non credit iam iudicatus eſt, quia non credit in no- A mine Vnigeniti filij Dei qui nos ſaluauit, & illuminauit claritate diuinitatis ſuæ, apparens homo per carnem ſine peccato, in ſimilitudiue carnis peccati. Nolite ergo carnales timere, ſed magis vos ſpirituales eſtote, & creſcite in gratia Dei, & ſuſtinete patienter eos qui in vobis Chriſtum perſequuntur, in quem credidiſtis, & cuius ſpiritu ſanctificati eſtis in æternam ſalutem.

CAPVT 7.

*Inuidia fugienda eſt.*

NVLLA ſit in vobis inuidia: per hanc enim Spiritus ſanctus mentem derelinquit. Recedente autem Spiritu Sancto à tabernaculo mentis, euacuatur homo dulcedine & impletur omni amaritudi- B ne nullúſque locus ei eſt in cœlo quia alienum ſe fecit à bonitate. Efficitur cubile draconum, & habitatio immundorum ſpirituum. Inde ab auaritia abſorbetur & ab omni dulcedine infructuoſus & ſterilis contabeſcit miſer & derelictus. Vos autem oculos veſtros aſſiduè ad miſericordiam diuinitatis erigite & malitiam diaboli calcate, quia & iam per trophæum Chriſti deuictus eſt, & per crucem domini ligatus eſt.

CAPVT 8.

*Crux tenenda in ſigno.*

CRucem Domini, in quem credidiſtis Deum verum & Dei filium, ſemper in mente, in ore, vt ſi- ſigno tenete. Crux enim Domini armatura veſtra in- C uicta contra Satanam, galea cuſtodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem & angelicas inſidias peruerſæ poteſtatis ſibi propinquare nullo modo ſinens. Hoc ſolo ſigno cœleſtis victoria data eſt nobis, &

*Baptiſma per crucem ſanctificatum*

per crucem baptiſma Dei ſanctificatum eſt, Neque in veneficiis, neque in furtis imitemini peſſimos: & ipſi enim tales à regno Dei excluduntur. In fide autem perfecti eſtote pro certo ſcientes, quia Ieſus Chriſtus ipſe eſt filius Dei viui, qui ſedet à dextris eius & vos protegit vt regnum Diaboli diſperdat. Sed tamen in ſua diſpenſatione occulta ab humano intellectu, permittit diabolum dominari in ſuos & D perſequi bonos in diuerſis tentationibus quibus electi probantur, & examinantur. Examinati verò, poſtea coronabuntur. Qui verò eos tentant vltionem

*Bonorum tentationes, & tẽtatores.*

non effugient quia omnes oportet aſtare ante tribunal Chriſti, qui iudicabit in iuſtitia orbem. Beati autem eritis fratres mei in illo die ſi conſcientiam veſtram puram coram Deo nunc exhibueritis. Et ſicut vnam fidem, vnum baptiſma tenetis à Deo in vobis:

*Reſurrectio corporum.*

ſic angelis cohæredes eritis. naturam quidem humanam, charitatem verò angelicam habituri. Non quidem euacuabitur veritas corporis, ſed non erit pondus & fragilitas corruptionis. Nunc morimur per Adam, & tunc reſurgemus per Chriſtum. Nunc fragili- E tate circundamur, tunc virtute induemur. Et ſi enim morimur corpore, ſed tamen nunquam moriemur ſpiritu. Spiritus enim ſine morte creatus eſt à Deo.

CAPVT 9.

*De Chriſti beneficiis in homines*

ET maximè viuimus per paſſionem agni incontaminati, qui à Iudæis in cruce pro ſalute mundi paſſus eſt. Ipſius ſanguis vulnera lauit noſtrarum animarum, quibus à morte fatigati, & per lignum veritum vſque ad paſſionem Domini & mortificati, & conſopiti ineffabili dolore proſternebamur. Nunc autem, ex quo reſurrexit à mortuis, iam viui, iam fortes, iam immortales, iam in ſanitate plena & per- A petua exultabimus. Superna enim Dei gratia clarificauit corda noſtra, ad gloriam & illuminationem gentium. Gloria, ſalus noſtra, & illuminatio noſtra. De illuminatione noſtra, illuminatio veſtra manat,

*Sacerdotum illuminatione plebs illuminatur.*

quia Dum potentia ſua Rex regum nos inſtruere curauit, per nos æternam vobis claritatem miſit. Quæ ergo eſt nebula peccatorum, quæ ſplendorem veſtrum obſcurare poſſit? Nam ſi ad horam obſcuret, cito tamen pertranſiet. Claritas autem Domini in æternum permanebit, quæ nunc in vobis paulatim accenditur. Virtute autem Dei & ſapientia quæ manet in æternum vſque ad perfectum clareſcens, illuminabitur tanquam lumen perpetuum angelorum. B Ex hac enim claritate, quæ illuxit in cordibus veſtris per fidem qua in mortẽ Domini credidiſtis, conſummabitur in vobis æterna beatitudo, quæ neque in Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto, & Spiritu Dei initium, nec in vobis finem operabitur.

CAPVT 10.

*De incomprehẽſibili ſancta trinitate.*

SAnè de myſterio trinitatis, quàm bonus & beatus & ſuauis Deus Rex regum per noſtram annunciationem reuelare dignatus eſt vobis, ſcitote intelligentes quia vltra omnem ſenſum angelicarum poteſtatum & virtutum, vera diuinitas excellit, quam impoſſibile eſt etiam à ſpiritibus angelicis comprehen- C di Sola enim trinitas in diuinitate vnitatis ſeipſam nouit. Hæc enim ante ſecula in claritate ſuæ æternitatis permanebat, nihil in ſe diminutũ, vel quod augeri poſſet, intra ſe continens, ſed vnius æternitatis, vnius voluntatis, vnius eſſentiæ, vnius ſanctitatis, vnius puritatis, vltra omnem puritatem, vltra omnen gloriam in charitate, in veritate, in bonitate habitauit. Nunc vero in finè temporum propter nos ad quos bonitatis ſuæ magnitudinem extendit, gloriam tantæ maieſtatis reuelauit ſanctis ſuis, quibus & efficaciam ſuæ virtutis multotiens dignanter præbuit. Vnde quidam ex noſtris in amore & intelligentia magnus proteſtabatur populo ſuo dicens: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus *Deut. 6.* D vnus eſt. Hoc enim vnus & ſolus Deus, dum mitteret quem elegit & ad deducendũ populum ſuum de ſeruitute, dignatus eſt pandere dicens, Ego ſum Deus Abraham Deus Iſaac, Deus Iacob, hoc nomen memoriale meum in æternum. Rurſum trinitatem in vnitate deſignauit dicens: Ego ſum qui ſum. Hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. Hæc autem fratres mei ſcitote, qui a verbum in quod credidiſtis, filius eſt Vnigenitus ante omnem ſubſtantiam, ante omne initium. Ipſe eſt enim principium, quia de principio ineffabiliter genitus eſt.

*Principiũ de principio.*

In noſtro vero tempore mirabiliter ab angelo annunciatus, & in veritate incomprehenſibili de virgine Maria natus eſt, nihil diminu- E tus à diuinitate maieſtatis ſuæ, cuius nos teſtes ſumus. Spiritus verò Dei qui vos ſanctificauit credentes in ipſum, qui filium naturalem & ſibi ſecundum æternitatem coęqualem per omnia, reſuſcitauit tertia die à mortuis, nõ eſt genitus ſicut Verbum, quia & ipſe ſpiritus in diuina ęqualitate glorioſus proceſſit ineffabiliter ab eo qui genuit, & ab eo quoque qui genitus eſt.

*Spiritus ſancti proceſſio à patre et filio.*

Itaque ſpiritus Domini non genitus, non factus, non creatus, ſed procedẽs eſt à patre & verbo. Verbo autẽ Domini cœli firmati, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Itaque nihil diſcretum in diuinitate trinitatis ſentiatis, quia vobis vnus & idem deus, qui cuncta creauit Pater: &



Pater: & vnus & idem Dominus per quem omnia A facta ſunt, filius eius Ieſus Chriſtus, & vnus idemque Deus Spiritus ſanctus, in quo omnia ſubſiſtunt. Et hæc in perſonis tria diuiſa: in diuinitate vnus Deus indiuiſus eſt.

CAPVT 11.

*De vltimis tẽporibus.*

HOc etenim fratres vobis ſcribere neceſſarium duxi, ſicut & præſens vos docui per Euangelium Chriſti, volens vos confirmare in veritate fidei noſtræ, per quam ſanati eſtis ab infidelitate: vt firmam fidem veſtram cuſtodiatis, obſeruantes immaculatam tunicam veſtram in conſpectu æternæ claritatis Dei, quia in nouiſſimis temporibus (vt dum in cœlo cum Chriſto, quem Deum & hominem in terra adorauimus, B quem ad cœlos aſcendentem vidimus, erimus ſoluti à corpore: venturi verò poſt nos, in hac terrena pugna conuerſabuntur) oportet multos diſcedere retro, dum Deum qui illos creauit & vocauit, abnegare non timebunt. Et inimicus qui nunc à cordibus veſtris proiectus eſt, venturus eſt, vt ſuperſeminet populo Dei grana errorũ. Sed firma eccleſia Dei & Chri-

*Eccleſia nõ poteſt cadere.*

ſti nec cadere nec dirumpi poterit vnquam. Venient autem præſumptores abſque gratia Dei loquentes, quorum gloria labiorum procedit ex ſuperbia: ſimiles illi qui ſuperbia cœlum præſumens habitare, mox de cœlo cum angelis ſuis ſequacibus ruit in æternam vo- C

*Hereſis ex ſuperbia.*

raginem. Hi docebunt aliam doctrinam quæ aliena A eſt à Deo, amica autem diabolo: per quem ipſe ſpiritus erroris animas poſt ſe trahere feſtinabit.

CAPVT 12.

*Exhortatio ad verã fidẽ.*

VOs itaque filij mei, quos in Chriſto per Euangelium genui, ſolum patrem cognoſcite Deum, & ſolum Dominum cognoſcite Ieſum Chriſtum, & ſolum dominantem viuificatorem cognoſcite Spiritum ſanctum: & vnam fidem, vnum baptiſma, vnum Deum creatorem omnium diligite, ipſumque ſolum timete, & in mandatis eius quę à me audiſtis, vſque ad mortem patienter perſeuerate, expectantes aduentum eius. Seculares fabulas declinate, quæ corda veſtra poſſint ſenſim à diuino amore deflectere.

CAPVT 13.

*Officia Chriſtiana*

B ET vt verbum Chriſti habitet in vobis cum gratia orate aſſiduè. Inuicem voſipſos in verbo exhortationis & conſolationis ædificate, alterutrum diligentes, in ſynceritate ambulantes, in gratia Dei abundantes. Euigilate in operibus fructuoſis: & maximè laborate propter ſpem remunerationis: quæ magna promiſſio eſt vobis in cœlis.

*Remuneratio.*

Solum autem Deum timentes eum qui in fidelibus dominatur, Satanam nolite timere. Nihil enim gregi Chriſti poterit nocere, quem fortem videt in fide eius qui eum emundauit vt non haberet immunditiam ſed plenam & perpetuam gratiam. Gratia & pax vobis fratres cum benedictione C Dei æterna. AMEN.

# D. MARTIALIS APOSTOLI MARTYRIS ET EPISCOPI LEMOVICENSIS AD TOLOSANOS EPISTOLA.

CAPVT 1.

SERVVS Dei, Apoſtolus Ieſu Chriſti Martialis Cephas, omnibus fratribus qui ſunt Toloſæ, cum ſacerdotibus & miniſtris ſpiritualibus Eccleſiarum Dei: gratia vobis & veritas & D pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratias agite Deo inceſſanter filij: qui eripuit vos à profunda caligine damnationis æternæ, & circumſpicite diligentiſſime caput veſtrum, quod eſt Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula, AMEN.

Vos enim eſtis membra eius & corpus immaculatum, nec aliqua re coinquinatum, neque ſordibus ob-

*Chriſti virtutes.*

uolutum. Iam enim ſanctificati & mundati eſtis aqua regenerationis. Videbo autem vos in proximo, & viſitabo in Spiritu ſancto, in gratia & fide caſtitatis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus E eſt pro nobis, & reſurrexit in veritate reſurrectionis: quem gens Hebræorum iudicans purum hominem, per inuidiam damnauit morte. Sanauerat enim videntibus oculis noſtros ægrotos & languidos eorum: curauerat paralyticos, mundauerat leproſos, dæmoniacos liberauerat, & quod maius eſt, mortuos eorum tanquam de ſomno reſuſcitauerat. Nam &

*Lazari ſuſcitatio.*

quendam iam fœtentem quatriduanum, rogantibus ſororibus eius, ita de monumento facile reſuſcitauit, vt ad ſolum eius verbum continuò de monumento reſurgeret, ligatus ſudario mortuorum. Cæcis etiam viſum reddebat, vnde & nato cæco oculos præbuit. Et innumera alia magnalia operatus eſt in populo Iudæorum, ſicut prædico & annuncio vobis, teſtificans vera eſſe quæ de eo à me per Euangelium veritatis audiſtis.

CAPVT 2.

HVnc enim Dominum & magiſtrum noſtrum, qui verè Chriſtus filius Dei eſt, poſt tanta & in- D numera beneficia, quæ in eis operatus erat, turbæ Iudæorum, ſuadentibus principibus ſacerdotum & ſcribis. ſine aliquo reatu mortis, dum cauſa non inueniretur in eo, poſtulauerunt interimi in ligno.

*Chriſtus crucifixus*

Propter quod magnis vocibus acclamabant Iudæi dicentes: Crucifige, crucifige. Mors autem eius lignum crucis eis extitit. Vnde triumphus crucis vita noſtra eſt in æternum. Per crucem enim vita nobis reſtaurata eſt, & mors mortua eſt.

CAPVT 3.

*Chriſti vita poſt reſurrectionem.*

ECce vt vobis iam notum feci, & iterum vobis notum facio quod Chriſtus poſtquàm reſurrexit de ſepulchro, conuerſatus eſt nobiſcum per dies qua- E draginta, & conueſci nobiſcum non eſt dedignatus, vt ſe in veritate carnis viuum nobis demonſtraret. Et præcepit nobis prædicare & teſtificari gentibus potentiam & remiſſionem peccatorum, & regnum cælorum. Aſcendit autem in cœlum, & ſedet à dextris Dei æternus in maieſtate, in gloria patris. Vnde iudex viuorum & mortuorum apparebit in die nouiſſimo: ad cuius vocem omnis caro reſurget, & ſancti renouabuntur in incorruptione immortalitatis æternæ.

CAPVT 4.

ET nunc fratres, quem impij occidere putantes, morti tradidêre, immortalem vos adorate Deum & Saluatorem veſtrum Dominum Ieſum Chriſtum. In cuius nomine niſi quis baptiſatus fuerit per

aquam regenerationis, ſaluari non poteſt. Ipſe enim
ad hoc venit in mundum, vt omnes homines vocaret A
in ſaluationem: quæ amiſſa erat per ſerpentem in pri-
mo Adam. Qui ergo iam Deo per dilectionem man-
datorum ac per myſteria ſacramentorum eius con-
iuncti eſtis, oculos mentis veſtræ attollite in gloriam
maieſtatis & magnitudinis eius.

*Myſteria ſacramentorum.*

CAPVT 5.

*Exhortatio ad pietatem & charitatē.*

ANte omnia autem & ſuper omnia, cœleſtis ſit
conuerſatio veſtra: nihílque terrenum, nihil dia-
bolicum, nihílque carnale ſapiatis. Gratia enim Sal-
uati eſtis. Nec vllo modo dubitetis, promiſſiones Dei
æternas, quas à me audiſtis, & quas per memetipſum
olim tradidi vobis. Iis autem qui ſunt increduli, nec
acquieſcunt veritati, tribulatio & indignatio & ignis B
æternus, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius,
Amplitudo denique & altitudo charitatis per vos
diffundantur, per quam alterutrum inuicem diliga-
tis. Quia Deus & charitas & veritas eſt, nihílque in
eo triſte vel mendacium. Incommutabilis enim eſt, &
virtus Dei vltra omnem modum, & omnem ſenſum
inæſtimabilis.

CAPVT 6.

*Contra Idola.*

BEne igitur facietis ſi abhominamini idola quæ du-
dum deos eſſe credebatis. Hæc autem ſunt opera
manuum hominum, non videntia, neque audientia,
quia nec flatum habent, quæ nec ſe, nec vos quic-
quam iuuare poſſunt. Quin potius cultores ſuos in C
malitiam æternæ tribulationis ſubmerſerunt, quia in
ipſis manufactis dæmones damnati, ſpiritus erroris
ſubintroierunt, qui hactenus per longa ſecula creatu-
ram ad imaginem Dei factam, in morte deceperunt:
donec nouiſſimo tempore inſequente virtus crucis
Dei viui eos diſperdidit, & ibi illuſionibus quibus an-
te vos lædebant, coercuit.

*Dæmones in idolis.*

CAPVT 7.

*Dæmones coacti exire ex ſtatuis.*

VIdiſtis enim per me in nomine Domini quem Iu-
dæi crucifixerũt, & qui tertia die reſurrexit à mor-
tuis, dæmones exire coactos de ſtatuis manu factis, in
quibus reſponſa fallacia & plena deceptionum culto-
ribus ſuis dabant, & eas iuſſu meo in nomine Dei per D
virtutem Chriſti in puluerem redegiſſe. Ecce enim
tempus quo dæmonibus ablata eſt poteſtas decipien-
di & nocendi, vt non dominentur hominum fidelium
& vt nihil eos qui in Deum viuum crediderint, vltra
lædere præualeant. Liberati itaque à poteſtate Satanæ
gaudete in Domino qui liberauit vos, & nollite ex-
tollere cornu veſtrum aduerſus veritatem maieſtatis,
quam ſemel per me cognouiſtis, & in potentia ſigno-
rum & curationum efficacem copioſe probaſtis. Non
eſt enim alius Deus in cœlo & in terra, in quo opor-
teat vos ſaluos fieri, niſi dominus Ieſus Chriſtus, quem
vobis oſtendi crucifixum à Iudæis, & tertia die reſur-
rexiſſe à mortuis, cuius nomen glorioſum erit in ſe- E
cula. Ecce autem ipſe rex noſter.

CAPVT 8.

*Stephanus tyrannus a d. Martiali baptizatus.*

STephanus qui iam cognouit veritatem Dei Crea-
toris ſui, & Baptiſatus eſt à me cum tyrannis &
ſatellitibus ſuis, in gratia Dei quotidie creſcit noua ſe-
ges geminis viui, quã Dominus noſter Ieſus Chriſtus
vſque in finẽ ſeculi per eos quos nouit & prædeſtina-
uit, ſibi multiplicabit ſecundum diuitias gratiæ ſuæ.
In cuius nomine, ſicut multi veſtrûm viderunt, tyran-
num eius reſuſcitaui à mortuis, qui & ipſe cum ſatra-
pis baptiſatus à morte duplici ſubſtractus eſt. Virgo
autem Valeria ſponſa regis terreſtris, ſed melius

*Tyrannus quidam ſuſcitatis.*

A ſponſa regis cœleſtis, quæ per meam prædicationem
virginitatem mentis & corporis Deo deuouerat, gla-
dio decollata, dum vitam temporalem contempſit, æ-
ternam inuenit, & temporalem mortem pro Chri-
ſto ſuſcipere non recuſans, æternam mortem deui-
cit. Hæc enim per orationem meam Spiritu ſan-
cto repleta, magna effecta eſt in gratia Dei. Et i-
deo prudens virgo ad cœleſtia regna peruenit, & dia-
bolum triumphauit. Hæc porrò Spiritus Dei in
illa eſt operatus, qui omne bonum operatur in
nobis in Chriſto Ieſu, pro cuius amore & teſtimo-
nio inuincibiles ſemper non cunctamur ferre cum
omni patientia gladios carnificum. Pro cuius teſti-
monio grata fuerunt nobis vincula, tribulationes,
B carceres, anguſtiæ, fames, diuerſęque paſſionum acer-
bitates. Ipſe enim locutus eſt nobis, dicens: Confidite
ego vici mundum, Cuius enim gratiæ debetur om-
nis plena victoria, niſi eius qui de morte triumpha-
tor morte ſua mortem vicit, & Satanam ligans, infer-
num ſpolians, captiuum eſſe fecit? Sponſus autem
virginis à Deo eſt effectus teſtis paſſionum Chriſti,
vt in corpore ſuo cœleſtem conuerſationem iam
præbeat ſubditis, deſideria carnis ſuæ crucifigens, re-
gnum diaboli minuens, nec ſolùm Chriſto cui credi-
dit, Eccleſias per ſuum regnum ſecundum quod Spi-
ritui ſancto & nobis viſum eſt diſponere, & fabricare
gaudeat, ſed antiqua templa dæmoniorum, & ſpur-
C ciſſima fana idolorum deſtruere perfectus in fide
videatur. Ipſius enim iuſſu idola Cadurci oppi-
di ac Tholoſanæ vrbis & confinis eius iam nuper di-
ruta ſunt. Cui etiam obedire debetis in omnibus,
quia princeps à Deo vobis eſt conſtitutus, à quo om-
nis poteſtas & paternitas in cœlis & in terra origi-
nem ac fortitudinem ſumpſit. Quem principem bo-
num ad hoc tantum munus perduxit gramen nouel-
læ fidei, per quam nouus homo factus, nouo homini
coniunctus eſt, vt pro ſuauitate quoque præmij futuri
illectus, copulam carnalium nuptiarum deuitauerit
per meam prædicationem, quatenus liberior Deo fa-
mulari poſſit, & multas cateruas populorum ſubdere
D fonti regenerationis.

*Valeria virgo, & Martyr.*

*Ioh. 16. g*

*Fidelis ædificat Eccleſias.*

*Idola Cadurc. & Tholoſanorum diruta.*

*Sponſus Valeriæ Martyris Nuptias deuitauit & cur.*

CAPVT 9.

*De Nuptiis.*

NEc ideò tamen prohibemus nubere legitimo
connubio, cum & hoc coniugium honeſtum
conceſſum ſit, & conſtitutum à Deo ab initio mun-
di, in multiplicationem generis humani. In tantum
enim Dominus meus & magiſter Ieſus Chtiſtus legi-
timum & immaculatum thorum connubij approba-
uit, iis qui in ſanctificatione & honore caſtitatis nu-
bere volunt, vt ad quaſdam nuptias inuitatus, eas
præſentia ſuæ maieſtatis ſanctificauerit, & miraculo
magnificè ſtupendo lætificauerit. Ibi ſex hydrias ple-
E nas aqua factas, aqua in vinum mutata, viniferas
oſtendit, & cunctos qui aderant, beneficio tanto val-
de lætificauit. Hebræis quoque eum interroganti-
bus, ſi liceat homini dimittere vxorem, reſpondit
dicens: Non legiſtis, quia qui creauit ab initio homi-
nem, maſculum & fœminam creauit eos, & benedi-
xit eis dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete
terram, & terror veſter ſit ſuper cuncta animantia ter-
ræ? Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Nam &
pater noſter Adam primus fact^9 ex limo, vxorem cœ-
pit ex coſta propria plaſmatam, de qua proteſtatus eſt
dicens. Hoc nunc os ex oſſibus meis, caro de carne
mea. Hæc vocabitur virago, quia de viro aſſumpta eſt.
Qua-

*Iohan. 2. a*

*Mat. 19. a*



Quapropter relinquet homo patrem ſuum & ma-
trem ſuam, & adherebit vxori ſuæ, & erunt duo in car- A
ne vna. Vnde Dominus & magiſter meus Hebræis
ſciſcitantibus, hæc quoque ſubintulit dicens: Ego au-
tem dico vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem
ſuam, excepta fornicationis cauſa, mœchatur: &
qui dimiſſam ab alio duxerit, mœchatur. Vltra
hunc autem gradum homini licitè conceſſum, vi-
duitatem in præmio maiori conſtituit. Sed & tertium
excellentem gradum honeſtatis in virginitate demon
ſtrauit nobis perfectum, & per omnia ſimilem an-
gelicæ dignitati. Ad quem inuitabat nos dicens:
Non omnes capiunt verbum hoc, ſed qui poteſt cape
re capiat.

*Viduitatis præmium maius quam Coniugij.*

*Mat. 19. b*

CAPVT 15.

*Viduitatis recompenſatio.*

IDeò prædico vobis, quicunque in vobis viduita-
tem propter recompenſationem elegerint, non
fraudabuntur munere claritatis Dei. Qui verò in ſu-
blimitate ex celſiori permanſerint, virgines eſſe eli-
gentes, centuplicatam in perpetua benedictione glo-
riam conſequentur. Nam qui in virginitate ſingulari
virginitatem matris ſuæ elegit, qui mortuus & reſur-
rexit primogenitus ex mortuis, magnificentius ſecum
qui tales eſſe elegerint, in benedictione & regno pa-
tris exaltabit. Omnis autem per Eccleſiam Deo rege-
neratus, incorruptionem fidei poſſideat, ne corrum-
patur perfidia ſerpentis, quia eccleſia ſancta & virgo
effecta eſt, quam Chriſtus reſurgens à mortuis, ſan- C
guine ſuo ſanctificauit, & per omnia immaculatam
conſtituit.

CAPVT 11.

*Suffocata ne edant.*

DE aliis verò admonere vos volo, vt cuſtodiatis
vos ab immolatione & ſuffocatis, vt ſit omnis
fornicatio longè à vobis. Immunditiam fugite,
quia iam ſanctificati eſtis, & in ſanctitate Deo ſer-
uite. Cauete autem à furtis & rapinis, & ab om-
ni auaritia, & nolite inuicem inſidiari. Certi eſtote,
neminem effugere poſſe præſentiam Dei viui, qui de
cælo reſpicit ſuper filios hominum. Cui ſi attentius
ſeruietis, omnem malitiam & venenum diaboli con-
culcabitis.

*Dei prouidentia.*

CAPVT 12.

*Regnum Dei.*

MEmentote verò ſermonis mei quem ſæpè dice- D
bam vobis, quanta & qualia in cœlo præparata
ſunt ſanctis & timentibus Deum. Omnis enim poten-
tia & gloria in regno Dei indeſinenter permanent,
quę nec augeri, nec minui poſſunt. Ibi enim ſunt the-
ſauri ſapientiæ & ſcientiæ perennes, in eo qui nos vo-
cauit in regnum & gloriam ſuam. Ibi ordines multi-
tudinis laudantium Deum angelorum & virtutum,
quæ per ipſum verbum, per quod omnia facta ſunt,
creatæ in laudibus Creatoris ſui quieſcunt. Ipſe laus &
requies eotum, & ſpectatio noua in quam ſemper de-
ſiderant proſpicere. Vbi locum habet virginitas, con-
tinentia, caſtitas, longanimitas, expectatio, charitas. E
Quo fides & ſpes, timor & munditia tendunt. Ibi ve-
ritas & iuſticia, & pax & obedientia mãdatorum Dei,
locum paratum habent ab origine mundi. Multa mil-
lia illic poteſtatum & archangelotum in intima luce
gloriæ Dei Creatoris ſui contemplari deſiderant. Hæc
autem vobis communia erunt, ſi proximi Deo fueri-
tis, ſi amatores eius, ſi imitatotes. Ille enim paſtor pa-
ſtorum, & rex regum vobis reliquit exemplum, quod
decenter ornat conſcientiam veſtram.

CAPVT 13.

*De Chriſti benignitate, & fugienda auaritia.*

AVdiſtis namque à me exemplum patientię ipſius,
quia cum malediceretur, non maledixit, qui ſicut
agnus innocens, ante tribunal corruptibilis iudicis
A ſe iudicari permiſit. Nam & diſcipulo ſuo à quo
tradendum ſe nouerat dulcedine ſuæ bonitatis,
nobis trementibus & intuentibus ſæuitiam eo-
rum qui eum comprehendere venerunt, oſculum
dedit. Qui autem eum tradidit, condiſcipulus
nobis erat, ſed merito auaritiæ ſuæ plenus iniqui-
tate qua pretium mundi vendidit, obligatus in ne-
quitia deſperationis ſuæ, vt etiam venia ſemet-
ipſum indignum faceret, non ſuſtinuit pœnitentiam,
donec laqueo mortis ſemetipſum conſumpſit. Tan-
tam ergo iniquitatem auaritiæ execramini filij mei
amantiſſimi, gloria mea & corona, & nolite iterum
vos tradere in mortem æternam, quam iam per Dei
B electionem euadere meruiſtis. Et nolite reuerti ad
priſtina noxia, in quibus ſedueamini ſecundum car-
nem, ſapientes tantum ea quæ carnis ſunt, nondum
enim tunc noueratis ſapere ſecundum ſpiriritum.

*Oſculum Iudæ datum.*

*Auaritia fugienda.*

CAPVT 14.

*De conſciẽtia bona retinenda, et improbis non metuendis.*

DE cætero itaque gaudete, quia euaſiſtis laqueos
auaritiæ, facti ſinceri & irreprehenſibiles coram
Deo & hominibus, & ſine offenſa. Veritatem ex
corde puriſſimam oſtendite, vt nunquam in ipſum
mentiri inueniamini. Habemus enim teſtem veri-
tatis & conſcientiæ noſtræ Deum magnum omni-
potentem, & filium eius ſaluatorem noſtrum, & pa-
racletum ſpiritum, qui charitatem Dei infudit cordi-
C bus noſtris. Cui per omnia ſemper placentes inue-
niamur veritatis amici, ne timeamus vllo modo
filios mendacij, qui inuidia & multis peccatis obcę-
cati, indigni ſunt cognoſcere veritatem Dei, & ſi co-
gnoſcunt, non eam diligunt, quin potiùs perſequntur
quantum in ipſis eſt. Quorum vindicta in proximo
inſtat, quia quod nolunt, recuſant, quod volunt, ap-
probant, quorum taciturnitas (ſi non eam per ſe per-
ſequerentur) ſufficeret illis ad damnationem gehen-
næ, nunc autem quia cognitam perſequuntur, cen-
tuplicatam ſibi gehennam adquirunt. Ne ergo ti-
mueritis, neque formidetis, ſed neque admiremini
eos. Vapor enim eſt nebulæ malitia eorum, quæ
D citò pertranſibit, ſicut fumus noxius oculis. Deus au-
tem & veritas in ſempiternum permanet. Et verita-
te delectatur Dominus Deus noſter, mendacio au-
tem irritatur. Non enim eſt mendacium ex Deo, ſed
ex diabolo.

*Veritas & mendacium.*

CAPVT 15.

*De oratione.*

ROgate tamen pro talibus obſecrationem ad Do-
minum facientes, vt ſi non cognoſcunt clarita-
tem veritatis quomodocunque, ſaltem ab ignoran-
tiæ nocte reſurgant, & aperiantur oculi eorum ad
intelligenda diuina, & pietatis plena myſteria. Qui
verò puritatem veritatis cognoſcunt quidem, ſed non
diligunt, orate pro eis, vt purgentur à malitia & ne-
E quitia cordis ſui. Pro vobis ſine intermiſſione orate,
vt nunquam veritas in intelligentia veſtra obnubila-
tionem aliquo modo capiat (quod abſit) ſed ſem-
per quotidie augmentetur ad ſalutem veſtram in
gloria Dei patris. Oratio ſiquidem vobis neceſſaria
eſt. Inſtantes itaque orationi, inſtate quotidie, quia
aduerſarius veſter in circuitu quærens, vt fera peſſima
quẽ ex ouibus Dei dilaceret. Qui maximè per fidem
ſtabilem & orationem puram atque aſſiduam fugit
ab ouili Dei. Orate autem in gloriam Domini, &
quicquid exhibetis fratribus, per gloriam Dei exhi-
bete, non per inanem gloriam, & voſmetipſos in glo-
riam Dei continete. Petitiones in ſalutem æternam

*Vis orationis.*

*Oratione quid petendum.*

quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius petere maximè deſiderate, & cuncta neceſſaria vobis à Deo tribuentur. Patrem omnium, Deum in cœlis regnantem ſemper inuocate, vt veniat eius regnum deprecantes, fiatque eius voluntas in vobis ſicut in angelis cœlorum.

CAPVT 16.

*De odio & detractione.*

VObiſipſis inuicem donate, vt ſine impedimento fiant orationes veſtræ, & odium fratribus nolite tenere, neque alicui detrahere inueniamini, & inſuper aures à detractoribus auertite. In hoc enim cognoſcent nos omnes verè oues Chriſti eſſe, ſi dilectionem ſimplicem & ſanctam habuerimus ad inuiem. Tunc autem amici Dei eritis, nec iam vos vocabit ſeruos, ſed amicos ſuos, quia in dilectionem conſummabitis.

CAPVT 17.

*De non metuendis conciliis malignantium.*

QVum verò impietatem amantes qui ſunt longè à dilectione Dei & mandatorum eius conuenticula contra veſtram, imò contra gloriam Dei, vt verum eius lucidiſſimum in æternum obſcurare in aliquo poſſint, inter ſe egerint, nolite dubitare in fide Dei, ſed voſmetipſos in SpirituSancto cohortantes in laudes gratiſſimas Deo datori omni id bonorũ credite, qui vos gloria ſua dignos efficiet, & ſub omni celeritate tanquam oriens ſol in ſerenitatę lucidiſſima atque placidiſſima poſt tetram noctem ad vos dignabitur per gratiam venire, & caligines omnium inimicorum veſtrorum in momento ad nihilum rediget. Vobis autem dabit lætitiam angelorum, & claritatem cœleſtem ſuperabundanter quam petitis aut intelligitis. Deo enim cura eſt de vobis, & nouit nequitiam inſidiantium vobis, vt puniat eam tempore congruenti. Vos autem ereptos à malitia diripientium, ſuperiores illis faciet, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro.

Vobis enim eſt teſtis ſcrutator renum & cordium. In eius obedientia nihil arroganter, nihil ſuperbè, nihil temerè præſumere, ſed tanquam puſillus grex Dei, voluntatem eius adimplere ſtudete in verbis ſanctis & operibus bonis. Etenim frequens & aſſidua Dei cuſtodia ſuper vos, qui moderatur vos in bonitate clementiæ ſuæ, annuens vobis ſecundum dignitatem & omnipotentiam magnitudinis & maieſtatis ſuæ.

CAPVT 18.

*De contemptu mundi. Retributio.*

VÆ autem illis qui præſentibus intenti, Deum non diligunt, & vos perſequuntur, non enim vos, ſed Deum perſequuntur. Patitur enim Deus in vobis qui in eum creditis, & retributionem eius expectatis cum conſcientia & fide apud eum integra. Quando autem patimini propter iuſtitiam, gaudete, & de iis quæ in triſtitia cordis veſtri accidunt, nolite mirari. Eſt enim permiſſio iuſta, probans & examinans corda veſtra, ſi verè diligitis. Aduenæ eſtis & incolæ huius mundi, & velut peregrini, ideoque expectate hæreditatem regni Dei, quod poſt exilium mali huius ſeculi à Deo cum gaudio poſſidendum percipietis, & ſi quotidie peregrinamini in multis tentationibus & caſibus dolorum & ærumnarum, quas perferetis. Quid ad vos delectatio mundi? Mundus enim ſine fide, infidelis, vos autem in fide & remuneratione gratiæ.

CAPVT 19.

*De futura Chriſtianorum libertate.*

COnfido autem de vobis in Domino, quod liberabimini velociter à ſerpentibus inſidioſis, & aduerſariis qui vobis propter iuſtitiam Dei detrahunt, qui vos volunt habere in confuſionem, & in opprobrium, & in damna temporalia. De quibus etiam eripiat vos mirabiliter omnipotens Deus, qui nunc vos habent in deriſum & ſimilitudinem improperij, qui valde torquentur in veſtra bona fama, & glorioſa coram Deo & ſanctis eius fiducia, dicentes vos in caſſum laborare propter Deum, & tanta mundi huius delectamenta propter vim virtutis & præceptum Dei inane contemnere. Eſt enim qui vobis fidem tribuit, & cui curatis placere cuiuſque voluntati concordare maluiſtis, & cõcordatis, prout noſtis & poteſtis, protector & cornu ſalutis veſtræ, exaltatio atque refugium veſtrum in die viſitationis, quando cuncta diſcernet in veritate & equitate, iudicaturus vnumquemque iuxta vias ſuas, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum, vos autem adinuentionibus veſtris nihil agitis, nec ſapitis. Nec enim poſt cor veſtrum ambulare debetis; ſed potius in puritate Deo gratiſſima voluntatem conſtitutionis Dei adimplere paratis. Eſtis enim populus Dei, audientes eum, & in viis eius ambulantes, Ideò inimici noſtri pro nihilo humiliabuntur à Deo, & ſuper tribulantes vos erit manus Domini in vindictam & vltionem debitam. Qui enim mentiti ſunt Deo, inimici eius ſunt, & erit tempus eorum in ſecula in tormentis ſecundum rectitudinem iuſti iudicij Dei, quem expectamus vt conſoletur vos, ſicut & conſolari dignatus eſt nos.

CAPVT 20.

*De futura fidei Chriſtianæ gloria.*

ECCE per eum qui in me loquitur, Dominum meum & magiſtrum Ieſum Chriſtum annuntio vobis. Iam inſtat regnum eius, iam fulget ſupra ſolem nomen eius, iam prædicantur per omnem terram opera magna & mirabilia. Iam ſubdidit ſibi principem harum prouinciarum, & futurum vt ſubdat ſibi principes totius orbis. Iam excuſſit iugum diaboli de ceruicibus ſuorum fidelium, iam ex integro confirmabit gloriam regni ſui in vobis. Vnde omnis eccleſia exultatione inenarrabili replebitur, ſine vlla cunctatione feſtinanter, & gaudio quod nunquam poſſit auferri à diligentibus & deſiderantibus claritatem & veritatem, & gloriam Dei. quæ eſt Ieſus Chriſtus Dominus noſter benedictus in ſecula, AMEN. Confracta eſt denique catena diaboli, qua ligatos Dei ſeruos incredulitate tenebat, cuius ſectatores maligni in ſuis iniquitatibus aſſumentur, & ſupercilio ſuo deiicientur vſque ad profundum nouiſſimi, in quo non eſt aqua, ſed ariditas perpetua cum igne æterno, vnde nunquam extrahentur. Quod ſi reſipuerint à malitia ſua, liberabuntur ab eo cui nihil eſt impoſſibile. Deo enim omnia ſunt poſſibilia. Et ſi liberatio eorum peruenerit, & hoc donum, & victoria, & immenſa gratia erunt in eis ſicut & in vobis.

CAPVT 21.

*Orationi inſtãdum contra infidelium tyrannidem.*

VOs enim ſcitis quomodo reſiſtant veritati, ſed gratias Deo ago, qui liberauit vos à lege peccati & mortis, qui inſpirauit cordibus veſtris ea velle quæ & ipſe deſiderat, atque in vnitate ſuæ bonitatis per gratiam adoptionis vos adunauit. Nunquam ergo deficiatis ab oratione pura, nunquam de Dei noſtri largitate deſperetis, quia ſalubriter quæ deſideratis adhuc differt, vt accendantur multo magis deſideria veſtra in eum.

*Hypocritæ fugiendi.*

Obſeruate autem eos qui in hypocriſi loquuntur mendacium, vt vos de via veritatis quam cum Deo elegiſtis, auertant in ſemitas incongruas iniquitatum & negligentiæ. Et quanto magis per ipſos pulſat oſtium mentis veſtræ ſatanas volens



volens irrumpere intrò, & germen in vos pietatis obruere, eò magis ſolidi in charitate & firmi in fide, & alacres in ſpe Dei gloriæ, talibus reſiſtite viriliter, ſciẽtes quod pertranſibunt ſub omni celeritate quæ vobis contraria ſunt, Deo pro vobis pugnãte: permanebunt autem in æternum quæ per gratiam Spiritus Dei conſtituta ſunt vobis. Eſt autem hæc hora nouiſſima in qua oportet ab infidelibus veritatem reprobari, fabulas autem quæ ipſis placent, pro firmitate muri ſpiritualis extolli, quum ſit citiſſima caſura parietis eorum, quia linitus eſt abſque temperatura, nec ſunt veraces qui linunt eum, & prophetantes mendacium. Sed & plantatio eorum ſi aliquid etiam germinis emerſerit, eradicabitur, vt non appareat veſtigium laborum eorum. Veſtra autem plantatio, quam in vobis pater cœleſtis plantauit, nullo modo eradicabitur, & vſque ad cœlos cœlorum & ante conſpectum Dómini ſine ſine coronanda amplificabitur, in augmentatione dexteræ virtutis Dei, qui humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit.

CAPVT 22.

*De retributione bonorum, et dei gratia.*

VNde fratres mei vobis erit magna Dei retributio in bonis gloriæ ſuæ, qui ei obeditis, qui eum imitati fuiſtis, cuius voluntas requieuit in vobis, qui pro eius nomine tanta ab inuidia ſerpentis antiqui paſſi eſtis hucuſque. Non autem vos eſtis qui vincitis inuidiam ſatanæ, ſed Deus & pater omnis gloriæ fortitudinem incredulorum & aduerſantium atque inſidiantium vobis in vobis deuincit. Nec enim vos eſtis victores, ſed Deus omnis gratiæ, in quem fideliter creditis & aſpiratis, quem verè diligitis.

„ Ideóque nihil

„ meritis veſtris aſcribatis, quaſi non egentes Dei gratia, quia ſine Deo nihil poteſtis facere.

CAPVT 23.

*De fugiendo murmure, metuenda gehenna.*

COmmendo autem vos Deo in gratia eius in qua ſtatis, vt liberet & cuſtodiat vos à malis omnibus, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et valde congratulor fidei veſtræ, in qua Deo ſeruientes, attentius ei placere deſideratis. Porrò à murmuratione cuſtodite corda veſtra, & timete tormenta æterna, tormenta amara & intolerabilia, quibus peccatores & qui Deum non nouerunt, punientur, & qui cognitum non dilexerunt.

*Tribulationes ſunt exemplũ gehennæ.*

In quo exemplo cruciatuum gehennæ, ſæpè videtis tribulationes quibuſdam imminere in corporibus ardentibus, quas tamen qui in gratiarum actione ſuſtinent, coronam ſibi acquirunt. Non ergo admiremini, videntes ignita in ferocitate cruciari innoxios. Quos enim diligit Dominus, flagellat. Ipſos autem qui mei filij ſunt, ſi ſentimus in contumacia proteruitatis poſt baptiſmum, nullo modo perturbamur, ſed magis condolemus illis.

CAPVT 24.

*De orando pro infidelibus.*

VEſtra autem oratione tales opus habent, vt oretis pro eis, quatenus diabolus à cordibus eorum auferatur, qui eos ad hoc incitat contra nos, vt in æternum demergat interitum.

*D. Martialis Charitas erga Tholoſanos, & eius pro illis orationes.*

Quando autem præſens fui vobis corpore, vnanimi dilectione me habuiſtis in charitate Chriſti, ideóque plurimum congratulatus ſum in Domino veſtræ ſanctæ fidei & dilectioni. Et hac de re oratio noſtra continua pro vobis eſt ad Deum, vt hic & in futuro à malis omnibus vos eripiat. Abſens verò corpore erga vos eãdem dilectionem poſſideo, & ideò maximè, quia ſcio eam vos erga memetipſum poſſidere. Talis enim dilectio amabilis Spiritui ſancto eſt, per quam venietis ad gaudia claritatis Domini, vbi cuncta vobis gloria affluet, quæ nunquam minoratur in perſecutionibus. Denique quia ſuſtinetis eas à ſuperbis huius ſeculi, nolite à fiducia Dominl deſperare, ſed ad eum corda veſtra conuertite, qui vos liberabit à præſenti & futura ira.

CAPVT 25.

*Tempora non obſeruanda.*

OBſeruationes autem dierum & temporum atque aſtrorum nolite attendere, quibus Gentes idolis deditæ intendunt, & tali obſeruatione à diabolo decipiuntur, & à veritate relinquuntur. *Gal. 4. b* Confidite ergo in potentia Domini Ieſu Chriſti, cuius clementia immenſurabilis eſt, cuius poteſtas ineffabilis, cuius gloria ſemper & in æternum deſiderabilis, quia nunquam derelinquet vos, ſed in omnibus vbique vobis aderit, ſicut ipſe nobis pollicitus eſt, dicens: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. *Mat. 28. d* Ipſi enim omnia abſcondita patent, & nihil ſine eius voluntate poterit vobis euenire. In illius contemplatione mentem veſtram aſſiduè figite, & præter eum nihil diligatis, quoniam ipſi cura eſt de vobis.

CAPVT 26.

*Victoriam & pacem promittit Tholoſanis.*

QVod verò in veſtra poſtulatione à me petitis, ſcitote confidentes, quia à Deo tribuetur vobis vltra quàm petitis & intelligitis. Ipſe enim eſt pax ipſe omnia ſuperat bella, ipſe vobis victoriam de inimicis, pacem firmam & ſine ſanguine dabit. Hæc eſt enim voluntas eius & gloria, & de veſtro bono deſiderio congaudet. Nóſque ei gratias referimus, qui ſedet ad dexteram Dei patris in gloria Spiritus ſancti.

CAPVT 27.

*Orandum pro impiis*

SAlutate in perfectione pacis qui diligunt Dominum Ieſum Chriſtum. Pro impiis verò aſſiduè orate, vt ad veritatem Dei conuertantur, per quam gloriam & in qua permanemus, & cum qua ſine fine perpetuam Dei viſionem contemplabimur. Pro qua etiam millies corpus noſtrum ſub omnibus tormentis morti dare optamus. Eſt enim viſio Dei qua ſola angeli perfruuntur, & omnes perfecti in dilectione eius, ad quam peruenire deſideramus quotidie ſuſpirantes ad illius inæſtimabilem gloriam.

CAPVT 28.

FAtigari autem vos nolo vſque ad me, quouſque nuncium meum videntes ſine aliqua hæſitatione ad præſentiam noſtram veniatis, vt præſentes inuicem in gloria Chriſti gaudeamus, qui abſentes eius dilectionem & præſentiam omnipotentiæ ſuæ omni hora præ oculis habemus. Pax verò & omne bonum, omniſq; conſolatio; oro Deum vt iugiter maneat vobis, languorem autem ac nequitiam & omne peccatum, & quicquid eſſe poteſt moleſtum procul faciat Dominus à vobis, vt animæ veſtræ in gloriã Dei ſine corruptione perueniant, & abſque metu diaboli: corpora autem veſtra ſine macula peccatorum præſententur Domino in reſurrectione carnis ad diem vniuerſalis iudicij, Amen.

FINIS.

*Hæ duæ Epiſtolæ his temporibus à Domino reuelatæ ſunt, & repertæ in ſacrario Baſilicæ S. Petri, in Vrbe Lemouica, vbi hactenus latuerunt, defoſſæ in arca ſaxea ſub terra, quæ præ nimia vetuſtate vix legi potuerunt.*

# PII I. PONT. ROM. VITA.

Ex libro pontificali Damaſi Papæ.

*Pius natione Italus patre Ruffino frater Paſtoris, Aquileienſis, Anthonini Pii temporibus ſedit annos 19. menſes 4. dies 3. Sub eius Epiſcopatu frater ipſius Hermes ſcripſit librum in quo mandatum continetur quod ei præcepit Angelus domini cum ad eum veniret in habitu paſtoris, vt ſanctum paſcha die dominico celebraretur &c. Vixit ad annum 147.*

*Hermetis Paſtor.*

Ex Euſeb. Eccleſiaſt. Hiſt. libro. 4. Cap. 10.

*Hygino poſt quartum ſui Pontificatus annum defuncto, Pius Eccleſiæ Romanæ procurationem obtinet. Nonus à Petro & Paulo: Niceph. lib. 3. cap. 10.*

## PIVS EPISCOPVS ROMANVS.

FRATRI IVSTO EPISCOPO S.

*Euprepia Titulum aſſignare. Miſſas agere. Vienna.*

ANtequam Roma exiiſſes, ſoror noſtra Euprepia ſicut bene recordaris titulum domus ſuæ pauperibus aſſignauit, vbi nunc cum pauperibus noſtris commorantes, miſſas agimus. De te autem ſuperbeate poſtquàm ad ſenatoriam vrbem Vienneſem perrexiſti, quid factum ſit, noſſe cupimus, & vt ſementem Euangelij iam ſparſeris, audire multùm deſideramus. Preſbyteri illi qui ab Apoſtolis educati vſque ad nos peruenerunt, cum quibus ſimul verbum fidei partiti ſumus, à Domino vocati in cubi- A libus æternis clauſi tenentur. Sanctus Timotheus & Marcus per bonum certamen tranſierunt. Vide frater vt illos imiteris ſequendo, neque vinculis mundi illigeris. Feſtina palmam perſeuerabilem cum ſanctis Apoſtolis tenere, quam per multas paſſiones Paulus ſuſcepit & Petrus, cui crux charitatem Chriſti tollere non potuit. Salutant te Soter & Eleutherus digni preſbyteri: Saluta fratres qui tecum viuunt in domino: Cherintus primarches ſatanæ multos auertit à fide: Gratia Chriſti habitet in corde tuo. B

*Claudi cubilibus æternis.*

*Digni preſbyteri.*

*Cherynthus.*

## PIVS EPISCOPVS ROMANVS.

FRATRI IVSTO EPISCOPO. S.

*Epiſcopi collegæ. Fratres.*

*Colobium Epiſcoporum.*

*Martyrii ſepultura.*

ATtalus Epiſtolas Martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis inæſtimabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis ſanctum Verum collegam noſtrum victorem de mundi principe triumphaſſe: Tu verò apud ſenatoriam vrbem Viennenſem eius loco à fratribus conſtitutus & colobio epiſcoporum veſtitus, vide vt miniſterium quod accepiſti, in domino impleas: Cura autem ſanctorum Martyrum corpora ſicut membra Dei quemadmodum curauerunt Apoſtoli Stephanum. Carceres ſanctorum viſita, ne aliquis tepeſcat in fide. Martyria ſancta, Spiritu ſancto proba, vt perſe- C uerent in fide, eis incitator inſiſte. Preſbyteri & diaconi non vt maiorem, ſed vt miniſtrum Chriſti te obſeruent, plebs vniuerſa ſanctitate tua protegatur. Fratres noſtri quos per Attalum recognoſces, de tyranni ſæuitia iam liberati requieſcunt in Domino. Preſbyter Paſtor titulum condidit, & dignè in domino obiit. Reuelatum mihi eſſe ſcias collega beatiſſime citius me finem huius vitæ facturum. Vnum flagitabo, in communione ſta & mei ne obliuiſcaris. Salutat te ſenatus pauper Chriſti apud Romam conſtitutus. Saluta omne collegium fratrum qui tecum ſunt in Do- D mino.

*Epiſcopi officium.*

*Fratres pro chriſtianis.*

*Titulum condere.*

*Communio.*

*Senatus Chriſti Romæ. Collegium Fratrum.*

# CORNELII PAPÆ ROM. VITA.

Ex D. Hieronimi Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo.

*Cornelius Romanæ vrbis Epiſcopus, ad quem octo Cypriani extant epiſtolæ, ſcripſit epiſtolam ad Flauianum, Antiochenæ eccleſiæ Epiſcopum de Synodo Romana, Italica, Aphricana, & aliam de Nouatiano, & de his qui lapſi ſunt: tertiam de geſtis ſynodi: quartam, ad eũdem Flauianum valde prolixam, & Nouatianæ hæreſeos cauſas & anathema continentem. Rexit eccleſiam annis duobus ſub Gallo & Voluſiano cui ob Chriſtum martyrio coronato ſucceſſit Lucius.*

## CORNELIVS EPISCOPVS ROMANVS.

FRATRI LVPICINO VIENNENSI EPISCOPO S.

*Arca domini vento perſequutionis agitata.*

*Miſſas agere.*

SCias frater chariſſime arcam dominicam vento perſecutionis acerrimè commoueri & edictis Imperatorũ Chriſtianos vbique tormentis variis affici, nam in vrbe Roma imperator ad hoc conſtitutus eſt, vnde publicè neque in cryptis notioribus miſſas agere Chriſtianis li- E cet. Exhortetur itaque charitas veſtra omnes credentes in Chriſtum ne timeant eos qui occidunt corpus, ſed potius eum qui habet corpus & animam poteſtatem perdendi. Iam plures fratrum martyrio coronati ſunt. Ora vt perficiamus curſum noſtrum nobis à Domino reuelatum. Vale frater in Domino & ſaluta omnes qui nos amant, in Chriſto.

*Exhortatio ad Martyrium.*



# S. PATRIS DIONISII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI VITA.

Ex D. Hier. ſcriptorum Eccleſiaſt. Catalogo.

*Dionyſius Alexandrinæ vrbis Epiſcopus, ſub Heracla ſcholam κατηχήσεων presbyter tenuit, & Origenis valde inſignis auditor fuit. Hic in Cypriani & Africanæ ſynodi dogma conſentiens, de hæreticis rebaptizandis ad diuerſos plurimas miſit epiſtolas, quæ vſque hodie extant: & ad Flauianũ Antiochenæ vrbis Epiſcopum ſcripſit de pœnitentia, & ad Romanos per Hippolytum alterã: ad Xyſtum, qui Stephano ſucceſſerat, duas epiſtolas & ad Philemonem, & ad Dionyſium Romanæ eccleſiæ presbyteros, duas epiſtolas: & ad eundem Dionyſium poſtea Romæ epiſcopum, & ad Nouatianum cauſantem quod inuitus Romæ epiſcopus ordinatus eſſet, cuius epiſtolæ hoc exordiũ eſt: Dionyſius Nouatiano fratri ſalutem. Si inuitus, vt dicis, ordinatus es probabis, cum volens ſeceſſeris, Eſt eius ad Dionyſium & ad Didymum altera epiſtola, & ἑορταστικαὶ de paſcha plurimæ declamatorio, ſermone conſcriptæ & ad Alexandrinam eccleſiam de exilio & ad Hieraclam in Aegipto epiſcopum: & alia de mortalitate, & de ſabbato, & περὶ γυμνασίου & ad Hermammonem, & alia de perſecutione Decij: & duo libri aduerſum epotem Nepiſcopum, qui mille annorum corporale regnum ſuis ſcriptis aſſeuerat, in quibus & de Apocalypſi Ioannis diligentiſſime diſputat. Et aduerſum Sabelliũ & ad Ammonem Beronices epiſcopum, & ad Teleſphorum & ad Euphran, & quatuor libri ad Dionyſium Romanæ vrbis epiſcopum & ad Laodicenſes de pœnitentia. Tem ad Cononem de pœnitentia, & ad Origenem de martyrio. Ad Armenos de pœnitentia, & de ordine delictorum, de natura ad Timotheum, de tentationibus ad Euphranorem. Ad Baſilidem quoque multæ epiſtolæ, in quarum vna ſe aſſerit etiam in Eccleſiaſten cœpiſſe ſcribere commentarios. Sed aduerſus Paulum Samoſatenum, ante paucos dies quàm moreretur, inſignis eius fertur epiſtola, Moritur duodecimo Galienj anno.*

## B. DIONYSII ARCHIEP. ALEXANDRINI EPISTOLA. I.

DIONYSIVS BASILIDAE DILECTO MIHI FILIO ET FRAtri in ſacris comminiſtro, deóque fideli & morigero, in domino ſalutem.

*Ieiunium Paſchæ.*

*Reſurrectionis Chriſti hora nõdum accuratè conſtat.*

*Mat. 28. a*
*Ioh. 20.*
*Luc. 24. a*
*Mar. 16. a*

MIſiſti ad me fideliſſime & ſapientiſſime fili mi, interrogans qua hora dies paſchæ ſit ieiunandus. Dicis enim aliquos fratres dicere, quòd oporteat hoc in galli cantu facere, alios vero, quòd id ſit faciendum veſpere. Qui enim Romæ ſunt fratres, vt aiunt, gallum expectant. De iis autem qui hic ſunt, dixiſti quòd citius. Horam autem exactam & valde demenſam quæris imponere, quod quidem eſt difficile, & lubricum. Quod enim poſt reſurrectionis domini tempus oportet eos feſtum lætitiámque inchoare, qui ad illud vſque animas ieiuniis humiliant, erit apud omnes ſimiliter in confeſſo. Per ea autem quæ ſcripſiſti, probaſti (ſane admodum diuinorum euangeliorum ſenſu percepto) quod nihil ab eis accurate perfectéque traditum de hora qua reſurrexit, apparet. Diuerſe enim euangeliſtæ ad monumentum veniſſe ſcripſerunt mutatis temporibus, & omnes ſurrexiſſe iam dominum dixerunt inueniſſe: Et veſpere ſabbatorum, vt dixit Matthæus: Et cum mane adhuc eſſet obſcurum, vt ſcribit Ioannes: Et ſummo diluculo, vt Lucas, Et valde mane orto iam ſole, vt Marcus. & quando ſurrexit quidem nemo aperte reſpondit. Quòd autem veſpere ſabbati luceſcente vna ſabbatorum, qui ad monumentum venerunt, eum nõ amplius iacentem inuenerunt, hoc in confeſſo eſt. Ac neque diſſentire nec ſibi aduerſari inter ſe euangeliſtas exiſtimemus. & quanquam parua quædam eſſe circa id quod quæritur controueſia eſſe videbitur, ſi omnes in vna nocte mundi lucem dominum noſtrum exortum eſſe conſentientes in hora diſſentiunt: nos tamen, quæ ab eis dicta ſunt, piè & fideliter conciliare ſtudeamus. Quod à Matthæo quidem dictum eſt, ſic habet.

*Veſpere ſabbatorum, luceſcente vna ſabbatorum, venit Maria Magdalene, & alia Maria ad ſpectandum ſepulchrum, & ecce fuit magnus terræmotus: Angelus enim domini cum de cælo deſcendiſſet, accedens deuoluit lapidem, & ſedit ſupra ipſum, erat autem ſpecies eius vt fulgur, & indumentum eius album vt nix. à timore autem eius concuſſi ſunt qui ſeruabant, & facti ſunt vt mortui. Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus, Ne timete vos, ſcio enim quod Ieſum crucifixum quæritis, non eſt hic, Reſurrexit enim ſicut dixit.*

*Veſperè quid ſit.*

*Summum manè.*

*Hora lætitiæ Paſchalis.*

Id autem quod dictum eſt veſpere, alij quidem exiſtimabunt ſecundum verbi communitatem ſignificare, veſperam ſabbati: ſapientiores autem id exaudientes, non hoc, ſed profundam noctem eſſe dicent, tarditatem & longum tempus veſpere ſignificãte. Et quod noctem dicit & non veſperam, ſubiunxit: *Illuceſcente in vna ſabbatorum & venerunt*, nondum vt reliqui dicunt, aromata ferentes, ſed ad ſpectandum ſepulchrũ. Inuenerunt autem factum eſſe terræmotum, & angelum ſuper lapidem ſedentem, & audiuerunt ab ipſo, *non eſt hic, ſurrexit*. Similiter Ioannes, *In vna ſabbatorum*, inquit, *Maria Magdalene venit mane cum eſſent tenebræ, ad monumentum, & videt lapidem ſublatum à monumento*. Sed iuxta eum cum adhuc eſſent tenebræ, præceſſerat. Lucas autem dicit, *Sabbato quidem quieuerunt ſecundum præceptum. Vna autem ſabbatorum ſummo mane, ad monumentum venerunt ferentes quæ parauerant aromata: inuenerunt autem lapidem à monumento deuolutum.* Summum mane fortaſſe matutinum ſplendorem qui prius ſubapparet, ſignificat vnius ſabbatorum. Et ideo iam perfecte præterito cum tota conſequente nocte ſabbato, & alio die incipiente, venerunt aromata & vnguenta ferentes, quando iam videlicet diu ante ſurrexerat. Hoc Marcus quoque ſequitur, dicens: *Emerunt aromata, vt venientes Ieſum vngerent: & valde mane vnius ſabbatorum veniunt ad monumentum orto iam ſole.* Valde enim mane hic quoque dixit, quod idem eſt ac ſummo diluculo, & ſubiunxit, *Orto iam ſole*. Profectio quidem, & iter earum ſummo diluculo & valde mane incœpit, in itinere autem, & circa monumẽtum moram traxerunt vſque ad ortum ſolis. & eis quidem tunc dicit adoleſcens candidatus: *Reſurrexit, non eſt hic*. Hæc autem cum ita ſe habeant, hoc iis qui accuratius ſubtiliúſque conſiderant enunciamus quota hora, vel etiam ſemihorula vel quarta horæ oportet incipere lætitiam ob Domini noſtri à mortuis reſurrectionem, & eos quidem qui nimium feſtinant & ante mediam noctem ſurgunt, vt contemptores & intemperantes reprehendimus, vt qui propemodum antequam par ſit curſum abruperint, dicente viro ſapien-

ἀσπαϱόλογον. te, Non parium eſt in vita* quod parum abeſt. Eos autem qui differunt, & plurimum perferunt, & ad quartam vſque vigiliam fortiter abſtinent, in qua etiam pluribus ſeruator noſter in mari ambulans apparuit, vt generoſos & laborum tolerantes ſuſcipimus: iis autem qui interea vt moti ſunt, vel vt potuerunt quieſcunt, non valde moleſti ſumus: quando quidem nec ſex ieiuniorum dies ęqualiter, nec ſimiliter omnes expectant. Sed alij quidem, vel omnes tranſmittunt ieiuni permanentes, alij duos, alij tres, alij quatuor, alij nullum. Et iis quidem qui in illis tranſmittendis valde laborauerunt, deinde defeſſi ſunt, & propemodum deficiunt, ignoſcendum eſt quòd celerius guſtent. Si qui autem non modo tranſmiſſis, ſed ne ieiunatis quidem, vel etiam in delicatis opipariſque conuiuiis, conſumptis præcedentibus quatuor diebus, ad duos eóſque ſolos extremos dies cum venerint, illis à ſe cibo non guſtato, tranſmiſſis paraſceue, & ſabbato, magnum quid & egregium ſe facere exiſtimant, ſi ad auroram vſque permanſerint: non exiſtimo eos ex æquo certamen ſubiiſſe cum iis qui ſe pluribus diebus prius exercuerunt. Hæc quidem, vt ſentio, conſulens ſcripſi.

*Ieiunium inæqualè ante Paſcha.*

*B A L S. Cum epiſcopus quiſpiam magnum hunc Antiſtitem interrogaſſet, qua hora ſurrexit Chriſtus, vt vſque ad horam quæ illam præceſſit ieiunaret, propoſuit Antiſtes quod feſtum Paſchæ, poſt quam dominus ſurrexerit incipit, & eo vſque debemus ieiunare. Quia autem non poterat dicere horam qua CHRISTVS reſurrexit, reſpondit ex diuerſis verbis euangeliſtarum, quod & ſi ex iis horam qua debemus ieiunare cognoſcere non liceat, eos tamen qui ante mediam noctem ſoluūt ieiunium, vt contemptores, & intemperantes vituperamus: eos autem, qui ad quartam vſque vigiliam, ſeu ad diluculum vſque, fortiter perdurant, amplectimur: eos vero qui interquieuerunt, non reprehendimus quia nec ſex paſsionis domini hebdomadæ dies, omnes ſimiliter peragunt. Alij enim omnes ieiunant, alij vero duos vel tres, alij autem plures, alij nullum. Iis ego qui pluribus diebus ieiunarunt & laborarunt, ſi alimentum citius guſtauerint, venia danda eſt: eos autem qui quatuor dies non ieiunarunt, ſed delicate opiparéque vixerunt, in paraſceue autem & ſabbato, ieiunauere, exiſtimare non oportet magnum quid facere, ſi vſque ad matutinum reſurrectionis ſine cibo ieiuni permanſerint: neque enim ſimile certamen adeunt. Atque hæc quidem eſt patris reſponſio. Tu autem lege lxxxix. canon. ſynodi in Trullo, ſtatuētem ieiunari ad medias vſque noctes magni ſabbati, aliis autem diebus ſalutiferæ paſsionis in ieiunio, & oratione, & compunctione verſari oportere. Quoniam autem extrinſecus ab eodem canone declarata eſt hora CHRISTI reſurrectionis ex diuerſis ſcripturis, quo ad eius fieri potuit: verum enim ſolus nouit, qui reſurrexit deus, debemus dicere quod vſque ad horam ſextam, & ipſum nocturnum ſabbatum, debemus ieiunare. Ab hora autem ſeptima, quoniam incipit dominicus quo reſurrexit Chriſtus (eſt autem veriſimile vel ſeptima, vel octaua fuiſſe reſurrectionem) eis ieiunare non debemus, nec abſtinere ne videamur repugnare canonibus qui ſtatuunt nos diebus dominicis non debere ieiunare. Etſi enim dies tertius reputetur dominicus, ſolum tamen propterea quod trium dierum reſurrectio eum attingat, tertius dicitur. eſt enim primus. & lxxxix. canon ſynodi in Trullo conuenienter, die ante horam ſeptimam nocturni Sabbati debere nos abſtinere in quacunque hora voluerit quiſpiam ex ſex primis horis, ídque omnino ex libera vniuſcuiuſque poteſtate & arbitrio.*

*Can. ij.* De mulieribus quæ ſunt in abſceſſu, an eas ſic affectas oporteat domum dei ingredi, ſuperuacaneum vel interrogare exiſtimo. Neque enim eas exiſtimo ſi ſint pię & fideles, ſic affectas, auſuras vel ad ſanctam menſam accedere, vel corpus & ſanguinem domini attingere, Neque enim, quæ xij. annorum fluxum habebat, ipſum ad medicinam tetigit, ſed ſolam eius fimbriam. Orare enim quomodocunque ſe habeat aliquis, & vtcunque ſit affectus domini meminiſſe, & auxilium implorare, non eſt reprehendendum. Ad ſancta autem ſanctorum, qui anima & corpore purus non eſt, accedere prohibebitur.

*Mat. 9. c* [redacted]

*B A L S. Hebraicæ mulieres quando fuerit eis profluuium menſtruum, in loco ſolitario ſedentes quieſcunt donec ſeptē dies præterierint & mēſtruorum fluxus expurgatus ſteterit. Vnde acceptum eſt illud, In abſceſſu, pro eo quod eſt, ſeparatas eſſe ipſas à reliquorum ſede, vt immundas. Interrogatus ergo ſanctus de fidelibus mulieribus, an eas oporteat quando à menſtruis vexantur eccleſiam ingredi, reſpondit non oportere hoc fieri: & mulierē quæ ſanguinis profluuio in euangelio laborabat, aptè in exemplum adduxit non auſam dominum tangere, ſed ſolam ipſius fimbriam. Orare enim & domini, meminiſſe, inquit, ne in hoc quidem tempore prohibebitur. Templum autem ingredi, vel ſanctorum ipſas eſſe participes non conuenit, Hæc cùm Antiſtes definierit, videmus hodie & maxime in mulierum monaſteriis, mulieres ſecurè ſtare in templorum veſtibulis quæ ſanctis omnis generis imaginibus exornata, & ad dei laudem deputata ſunt. & cum interrogamus quomodo hoc fiat, audimus eas non eſſe in eccleſia, quod mihi quidem non ita eſſe videtur. Non ſunt enim veſtibula communia vt eccleſiarum atria, ſed pars ſunt ipſarum, mulieribus attributa quæ in eccleſia verſari non prohibentur. Quod quidem veſtibulum eſt locus pœnitentiæ qui dicitur Audientium, & in ipſo ne viris quidem ſtare permittitur quibus impoſita eſt pœna ne in eccleſia verſentur, ſed extra ipſum deflere. Oportet ergo eiuſmodi loca in quibus ſtabunt eiuſmodi immundæ mulieres, eccleſiarum locum directô non implere, vt etiam ſacerdotes cum diuinis in Cherubico hymno tranſeant, & ſepulcra quæ illic forte ſunt ſuffiant, & ſanctos & ſacrarum precum myſteria peragant, vel etiam cum epiſcopali permiſsione eiuſmodi loca ſeparare vt immundæ mulieres in eis ſine præiudicio ſtare poſsint. Ego autem vidi etiam eiuſmodi mulierem in veſtibulo ſtantem, & * arræ orationem ab Antiſtite accipientem, quod quidem ſum admiratus. Olim autem, vt eſt veriſimile, mulieres ad altare accedebant, & è ſancta menſa participabant. Propterea enim altaris quoque canon meminit. Lege xxxxiiij. canonem ſynodi Laodice. & lxix. vj. ſynodi. ſimiliter lege & xiij. nouellam Regis Domini Leonis Sapientis hæc in ſui parte tractantem. Statuimus de mulieribus quæ pepererunt, & de iis quæ naturali purgatione detinentur, ſiquidem earum vita à nulla alia morboſa affectione perturbetur, vt quæ non ſunt quidem initiatæ, non ſint illuminationis participes: quæ autem ſunt in diuinis myſteriis initiatæ, impolluta myſteria non participent, vſque ad xxxx. dierum terminum. Quod ſi morbus inuaſerit, & ſe vitam abrupturum minetur, vt ſint omnino ſacramenti participes. Et poſt nōnulla ipſa rurſus iubet de infantibus nouella, vt morbo quidem non vrgente ij poſt octauum diem baptiZentur. Quod ſi mors immineat, ij etiam ante viij. baptiZentur. Sed quia audiui quendam dicentem non debere ſegregatos laicos extra veſtibulum ſtantes diuinas Pſalmodias audire, ſed neque pſallere: ei reſpondeo, quod quæ in præſenti canone ſcripta ſunt, tibi ô homo qui hæc dicis, os occludunt. Quemadmodum enim quæ in eccleſia verſari non ſinuntur mulieres, orare non vetantur, ita nec qui ſunt ſegregati, per ſe orare prohibebuntur: ſed nec extra eccleſiæ veſtibulum ſtare, & diuinas Pſalmodias audire. hoc enim fit ad maiorem eorum exercitationem,*

*Imo neq; ad templum.*

*Imagines in Eccleſiarum veſtibulis.*

[redacted]

ἀῤῥαϐῶνος. *Arræ oratio.*

*Mulieribus morituris non neganda communio*

*Laici extra Eccleſiæ veſtibulum ſtent.*

Porro



*Can. iij. Continentia coniugatorum ad tempus*

Porro & qui conſenuerunt, debent eſſe ſui idonei iudices. Quod enim à ſe inuicem ex conſenſu ad tempus abſtinere conueniat vt vacent orationi & rurſus conueniant, Paulum dicentem audiuerunt.

*1. Cor. 7. a* *B A L S. Vt eſt veriſimile, fuerat ſanctus interrogatus, an admittat coniuges qui conſenuerunt, quo tempore debent orare, à coniunctione abſtinere: & dicit quod qui tales ſunt, debent eſſe ſui iudices, & aliquando à ſe inuicē ex conſenſu, ſeu ex communi voluntate abſtinere, quo ſcilicet tempore orare ſtatuerunt, cum omni continentia verſentur, & rurſus ſimul conueniant. Nam & magnus Paulus hoc ſtatuit, Et canon quidem dicit de iis qui conſenuerint. eſt autem etiam intelligendus de omnibus coniugibus. Rectè autem dixit illud, Ex conſenſu.* *1. Cor. 7. d* *Neque enim vir habet ſui corporis poteſtatem, nec mulier, ſecundum magnum Apoſtolum. Propterea ergo eos oportet inter ſe continendo conſentire, vt vacent orationi & ieiunio: niſi enim ex conſenſu abſtineant, pars quæ non vult omnino coniunctionem, fruſtratur eam quæ poſtulat: & quomodo videbitur habere poteſtatem partis corporis eius, qui non permittit ea quæ quærit coniunctionem, & cui non permittitur? Accidit enim vt alterius continentia alterius partis damno cedat. Si enim à cupiditate vincitur & non ſit ei poteſtas, in coitum illegitimum incidet. Dicit autem quiſpiam, cum canon dicat ſeparandos eſſe coniuges vt orationi vacent,* *1. Theſ. 5. a* *definit autem apoſtolus nos debere ſine intermiſsone orare: ſempérne oportet eos qui cohabitant inter ſe abſtinere? Sed non de quauis oratione agitur, ſed de meliore, ac præſtantiore, ſanctorum ſcilicet ieiuniorum. Nam & per Moſem Deus Iudæis diuinas voces in monte audituris præcepit vt à propriis vxoribus abſtinerent.* *Ioël. 2. d* *Et propheta Ioel, Sanctificate, inquit, ieiunium, & exeat ſponſus ex cubili ſuo, & ſponſa ex ſuo thalamo. Cum hæc autem ita ſe habeant, non video quibusnam pœnis ſubiiciātur qui hæc non ſeruant. Exiſtimo autem quod pro iudicio eius qui audit confeſsionem, medicina adhibebitur perſonis, & neceſsitati naturæ. Lege cij. can. ſyn. in Trullo.*

*Confeſsionis auditor.*

*Can. iiij. Pollutio nocturna diſcernenda.*

Qui autem in non voluntario nocturno fluxu fuerint, ij quoque propriam conſcientiam ſequantur, & ſeipſos an de eo diſcernant an non, conſiderent. Quemadmodum in cibis, qui diſcernit, inquit, ſi comederit condemnatus eſt, in his quoque bonæ ſit cōſcientiæ, & libere loquatur ſecundum propriam cogitationem qui ad deum accedit. *Rom. 14. d* Hæc tu quidem nos honorans (non enim ignorans ô dilecte) nobis quæſtiones propoſuiſti, nos vt eiuſdem ſententiæ, ſicut & ſumus, eiuſdemque animi ſimul præparans. Ego autem, non vt doctor, ſed vt cum omni ſimplicitate conuenit nos inuicem diſſerere, meam ſententiam in commune edidi: quam cum tu examinaueris fili mi ſapientiſſime, quod tibi iuſtum meliúſque apparuerit, vel an ſic etiam de his haberę exiſtimas, reſcribens, valere te dilecte fili mi in pace domino miniſtrantem opto.

*B A L S. Interrogatus pater an ſacramentorum debent eſſe participes, qui inuoluntarium ſeminis fluxum paſsi ſunt, dixit, quod qui hoc paſsi ſunt iudicem habeant propriam conſcientiam, vt ſi nulla præcedente animi perturbatione hoc eis acciderit, natura ſua ſponte hanc fluxionem tamquam excrementum excernente, non impedientur eſſe ſacramentorum participes. Si quibus autem ex rationis perturbatione præextitit cupiditas, eámque effluxio conſecuta ſit, vel ex cibi potúſque intemperantia hoc euenerit, ij puri non ſunt, non propter fluxum ſeminis (non eſt enim hoc immundum, ſicut nec caro, cuius eſt excrementum) ſed propter malam cogitationem, quæ mentem polluit. Qui eſt eiuſmodi, non habet bonam conſcientiam, & non habet ideo poteſtatem ad Deum accedendi. Subiungit autem & ex magno Paulo ſententiam, qui ſcripſit de idololothytis, quod qui diſcernit, ſi comederit condemnatus eſt. De fluxu autem ſeminis quære magni quoque Athanaſij epiſtolam ad Ammûm monachum.*

*Pollutio ex multiplici cauſa*

# SANCTI PATRIS GREGORII EPISCOPI
## NEOCAESARIENSIS VITA.

Ex D. Hieronimi Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogo.

*THeodorus, qui poſtea Gregorius appellatus eſt, Nicocæſareæ Ponti Epiſcopus, admodum adoleſcens, ob ſtudia Græcarum & Latinarum literarum, de Cappadocia Berytum, & inde Ceſaream Palæſtinæ tranſiit, iuncto ſibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidiſſet Origenes, hortatus eſt eos ad Philoſophiam, in qua paulatim Chriſti fidem ſubintroducens, ſui quoque ſectatores reddidit. Quinquennio itaque eruditi ab eo remittuntur ad matrem, è quibus Theodorus proficiſcens, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας ſcripſit Origeni: & conuocata grandi frequentia ipſo quoque Origene præſente recitauit, qui vſque hodie extat. Scripſit & μετάφρασιν. In Eccleſiaſten, breuem quidem, ſed valde vtilem. Et aliæ huius vulgo feruntur epiſtolæ: ſed præcipue ſigna atque miracula quæ iam Epiſcopus cum multa eccleſiarum gloria perpetrauit.*

## SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII EPISCOPI NEOcæſarienſis, qui Thaumaturgus dictus eſt, de iis qui in Barbarorum incurſione idolothyta comederunt, & alia peccarunt, Epiſtola Canonica Theodori Balſam: Patriarchæ Antiocheni Commentariis ampliſs. explicata, Gentiano Herueto interprete.

NOn cibi nos grauant ſancte Papa, ſi captiui ea comederint quæ qui in eos dominium obtinent, eis appoſuerunt, maxime quando vna de omnibus fama eſt, barbaros, qui in noſtras regiones incurſiones fecerunt, idolis non ſacrificaſſe. *1. Cor. 6. c* Dicit autem Apoſtolus, Eſcæ ventri, & venter eſcis, deus autem & hunc & has deſtruet. Sed ſeruator quoque omnes cibos mundás, Non quod intrat, inquit, coinquinat hominem, ſed quod egreditur. Et hoc quoque, quòd captiuæ mulieres corruptæ fuerunt barbaris earum corporibus inſolenter abutentibus. *Nu. 15. d* Sed ſi prius quoque damnata vita fuerat, in res varias abeuntibus oculis fornicatoribus, vt ſcriptum eſt, fornicarius ſcilicet habitus eſt etiam tempote captiuitatis. Et non oportet facile orationibus cum eiuſmodi communicare, ſed ſiquidem aliqua quæ in ſumma continentia vixerit, & puram ab omnique ſuſpicione alienam priorem vitam oſtenderit, nunc vi & neceſſitate in probrum contumeliámve lapſa ſit, habebimus exem- *Deu. 22. d*

plum quod eſt in Deuteronomio, de adoleſcentula quam homo in agro inuenit, & ea vi compreſſa cum ipſa dormiit. Adoleſcentulæ, inquit, nihil facietis non erit adoleſcentulæ peccatum mortis: quia quemadmodum ſi quis homo aduerſus proximum ſuum inſurrexerit & ipſius animã morte affecerit, ſic hanc rem adoleſcentula proclamauit, & non erat qui ei opem ferret. Hæc quidem certè ita ſe habent.

*BALS. Sanctus interrogatus quid oporteat fieri Chriſtianis qui à barbaris capti ſunt, & quæ ipſis ab eis apponebãtur idolothyta comederunt, reſpondit, Hi cibi non grauant, pro eo quod eſt, non graue damnum afferunt, & maximè quando vno ore ab omnibus dicitur, idolis non ſacrificaſſe barbaros qui in noſtra incurſiones fecere. Adducit autem & ex Apoſtolo & ex euangelio ſententias. Ex Apoſtolo quidem, Eſcæ ventri, & venter eſcis. Deus autẽ & eum & has deſtruet. Qui quidem locus Apoſtolicus loquitur de repletione & ingluuie: & eſcas quidem nominat ea quæ ſunt ſuperuacanea, luxúmque ac delicias: ventrem autem, voracitatem ac ingluuiem. Porro ventrem Græcè dixit à concauitate κοιλίαν, non γαστέρα. Per hæc autem dicit Apoſtolus, quod exaturatio, & luxus ad ingluuiem pertinet, ſed neque ad deum deducit: luxui autem ciborúmque deliciis ingluuiei vitium familiare redditur, & alterum alteri ſeruit. Deus autem ea deſtruet. Græcè eſt καταργήσει, id eſt, ea ocioſa & inefficacia efficiet, vt nulli ab eis lædantur. Ex euangelio autem vſus eſt verbis euangelij quæ dicunt, Quod intrat per os non coinquinat hominem. Deinde dicit de captiuis quoque mulieribus quibus coniuncti barbari ſtuprum attulerunt & dicit, quòd ſi prima quidem eorum vita eſſet condemnata, ſuſpectas eas ſed facit fornicarias habitas etiam tempore captiuitatis. Et propterea non oportet facile cum eis orare, demum poſt quàm pœnis videlicet impoſitis ſe ſubmiſiſſent. Eſt autem habitus longa conſuetudo quæ tempore quoque confirmata eſt, quæ ad naturam etiam ſimilitudine quàm proxime accedit. Quare quæ non tales ſunt violatæ, non peccarunt. Exemplo autem vſus eſt legis quæ in Deuteronomio habetur, de virgine cui in ſolitudine per vim probrum illatum eſt. Videtur autem ſanctus ex eo quod dixit non inferri graue damnum iis qui idolothyta comederunt eis à barbaris appoſita, & ex eo quòd dicit, omnes aſſerere barbaros idolis non ſacrificaſſe, & ex eo quòd vtitur dictis Apoſtolicis quæ de luxu & ingluuie diſſerunt, ſimiliter & euangelicis quæ eadem tractant, non feciſſe ſimplicem reſponſionem, ſed quæ diuiditur in eos qui idolothyta per delicias ſua ſponte comederunt, in eos qui vt à barbaris coacti comederunt, in eos qui propter naturæ neceſſitatem eas eſcas fecerunt, & in eos qui ad hæc vi compulſi ſunt à barbaris qui idolis non ſacrificarunt. Vnde vt mihi videtur, nullus erit eorum qui non ſit pœnæ affinis. Qui ea enim propter luxum & delicias comederunt, maioribus pœnis ſubiicientur. Qui propter neceſſitatem & corporis nutrimentum, & vt qui non poſſint aliter nutriri, minus punientur. Reliqui quoque propter eſum execrabilem mitius punientur, eo quod ſanctus quoque dicit non graue eſſe idolothyta comedere quæ ab iis apponuntur qui idolis non ſacrificarunt, non eſt tamen ab omni penitus reprehenſione alienum. Interrogauerit autem quiſpiam cum xiiij. canon beati Petri archiepiſcopi Alexandrini & martyris contineat, eos qui vi tyrannica compulſi idolothyta comederunt & itidem ſacrificarunt, non puniri, ſed potius eſſe etiam in clero, ſi ſint clerici, quomodo decernit præſens hæc epiſtola, eos qui idolothyta comederunt, non grauiter lædi, vt ex eo appareat, ipſos mediocriter lædi.*

*1.Cor.6.* — *Mat. 18.* — *Habitus quid.* — *4. Gradus eorum qui idolothyta comederunt.*

*SOL. Sanctus martyr Petrus, in xiiij. ſuo canone, etiam in ipſo immolatorum eſu athletas martyres fuiſſe & teſtimonium præbuiſſe perhibet. Dicit enim quòd etiam ferramentum in os ipſorum iniectum eſt, & manus eorum vſtæ ſunt, & vt ſemel dicam, ad immolatis veſcendum nullo modo conſenſerunt, nec etiam ad idolis ſacrificandum. Præſens autem canonica epiſtola tractat in principio, captiuos quidem appoſita ſibi idolothyta vi comediſſe, ſed non etiam eo ipſo tempore quo comedebant, tyrannica violentia compulſos fuiſſe, & ideo vult eos vt qui omnino tyrãnorum voluntati ceſſerint, moderate puniri. Exiſtimo autem ego, quòd quemadmodum idolothyta comedere à barbaris qui non ſacrificarunt, cõpulſum, non eſt omnino à ſupplicio remotum, ita nec barbaricum ſtuprum vi perpeſſum eſſe, nã hoc quoque modice punietur. Et ſi enim lex ciuilis dicit in libro lx. tit. xxxvij. ca. xij. themate vj. quod etiã ea quæ ab hoſtibus eſt adulterata ac reuerſa, à viro accuſatur, niſi hoc vi paſſa eſt, & hoc modo ei cui vis allata eſt ignoſcitur, nec id & matrimonium dirimit. Sed lex eccleſiaſtica, eam quæ omnino à barbaris polluta eſt, à pœna puram eſſe non ſinet. Lege & ciij. nouellam Imperatoris domini Leonis ſapientis, quæ hæc in fine proſequitur: Nullo ergo modo decernimus, eum qui captiuitatem non expertus manſit, ad alterius coniunctionem venire, & cætera. Hæc autem nouella tollit Iuſtiniani cxvij. nouellam, quæ ſita eſt in libro xxviij. titu. vij. & dicit, nonnunquam ſolui matrimonium, quando captiua à barbaris non eſt polluta. Si quid autem eiuſmodi factum ſit, locum habent, quæ ſunt in dicto capite, lx. libri.*

*Can. ij.*

Grauis res eſt auaritia & plura habẽdi cupiditas, nec poſſunt vna epiſtola proponi ſcripturæ in quibus non ſolum prædari fugiendũ horrendúmque prædicatur, ſed plura etiam concupiſcere, & aliena propter turpe lucrum attingere, & quicunque eſt eiuſmodi, is eſt à dei eccleſia abdicatus. In tempore autem incurſionis, in tanto luctu tantíſque fletibus, auſos eſſe aliquos, tempus quod omnibus exitium afferebat exiſtimare eſſe ſibi lucri tempus, eſt hominum impiorum & deo inuiſorum & quorum improbitati nihil poteſt adiici. Vnde eis omnibus eiuſmodi interdicere viſum eſt, eóſque abdicare ne forte ad totum populum ira veniat, & in eos primum qui præſunt & non inquirunt. Vereor enim, vt ait ſcriptura, ne impius iuſtum vnà ſecum perdat. Fornicatio enim, inquit, vt auaritia, per quæ venit ira dei ad filios inobedientiæ: ne ſitis ergo eorum participes. Fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, Vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate, probantes quid ſit deo acceptum, & ne communicate infrugiferis operibus tenebrarum, ſed potius etiam redarguite. Quæ enim ab ipſis fiunt clanculum, turpe eſt vel dicere. Omnia autem à luce conuicta manifeſtantur. Hæc quidem Apoſtolus. Si autem qui propter priorem plura habendi cupiditatem, quæ in pace fuit, pœnam dant, in ipſo iræ tempore rurſus ad auaritiam cõuertuntur, lucrum facientes ex ſanguine, & pernicie euerſorum hominum captiuorum, interfectorum, quid aliud expectandum eſt, quàm vt auaritia decertantes iram ſibi & vniuerſo populo accumulent?

*Auari ab Epiſcopis cohercendi* — *Prou. 21. c* — *Eph. 5.*

*BALS. in tempore incurſionis, quidam ex orthodoxis corripuerunt res quæ captiuorum deprædationem effugerunt. De his ergo interrogatus ſanctus dicit, quod quiſquis eſt auarus, eſt ab eccleſia abdicatus, id eſt eiectus & alienus. Dicuntur enim abdicari filij quando propter aliqua crimina ab hæreditate paterna alienantur. In tempore autem talis calamitatis audere aliquem facinus eiuſmodi, exiſtimare aliorum calamitatem eſſe ſui lucri occaſionem, eſt impiorum hominum, & deo inuiſorum & qui omnem improbitatem ſuperant. Vnde viſum eſt eos abdicare, pro eo quod eſt apertè eccleſia expellere, & à fidelium multitudine ſeparare ne propter ipſos dei ira ad omnes veniat, & ante alios ad omnes qui præſunt, qui eiuſmodi*

*Abdicare filios quid*



*modi homines non inquirunt, & examinãt. Deinde ſubiungit etiã teſtimonia ſcripturæ, & circa finem infert: Si qui autem propter ſuã auaritiam, quæ fuit tempore pacis, puniti, in barbarorũ incurſione eadem peccauerint, ij, inquit, non ſolũ dei iram in ſe attrahent, ſed etiã aduerſus omnẽ populũ. Hæc cũ ita habeant, nota ex hac præſenti epiſtola, quòd epiſcopis permittitur auarorum pluráque habendi cupidorũ potentiam pœnis impoſitis coërcere, & eos quidem qui quæ ex captiuitate relicta ſunt rapiunt, fideles magnis eccleſiaſticis animaduerſionibus caſtigare: qui non ſunt autem eiuſmodi, mediocriter punire. Quiobrem ex eiuſmodi cauſis laicos quoque Epiſcopi ritè cõdemnent. Quomodo enim eos punient ſi non prius veritas apparuerit? Propter auaritiam autem à fideliũ communione aliquem abdicare, magnum eſt, & væ auaris. Lex verò ciuilis, eum qui rapit ex incendio vel ex ruina ædium, intra annum quidem in quadruplum condemnat: poſt annum autem in ſimplum: & lege 2. cap. 20. tit. 62. lib. Similiter autem puniuntur pœna pecuniaria, qui expugnata domo rapiunt. Dicit enim primum reſponſum thematis eiuſdem tituli & libri hæc expreſſe: Si à domo vel vico qui oppugnatur raptum quid fuerit, legi locus eſt.*

*Auari ab epiſcopis coercendi.*

*Ioſ. 7. a* — *Can. 3.*

Nam ecce Achaz Zare filius, in eo quod deo dedicatum erat peccauit, & in omnẽ Iſrael ſynagogã ira peruenit? Atqui hic vnus ſolus peccauit, ſed non ſolus in ſuo peccato eſt mortuus. Nobis autem quicquid non noſtrum, ſed alienum eſt ab hoc tempore lucrũ, deo dicatum eſſe exiſtimandũ eſt. Nam & ille quidem Achaz ex præda accepit, & ipſi nunc ex præda accipiunt. Ac ille quidem ea quæ erant hoſtium, qui verò nunc ſunt, ea quæ ſunt fratrum pernicioſo lucro lucrifacientes.

*BALS. Cùm dixiſſet ſanctus à fidelibus abdicari eos qui ea rapiunt quæ ad eos qui in bello capti ſunt pertinent, & ex barbarica præda relicta fuerũt, & quod propter eos qui ſic ſæpe lapſi & minime correpti ſunt, in populũ quoque ira dei ſæpe accumulata ſit, ad eorũ confirmationẽ inducit Achaz hiſtoriam in libro Ieſu Naue deſcriptã. Narrat enim quòd cum Ieſus nouiſſet omnia deo eſſe dedicata ſpolia quæ ex Hierico capta eſſent, aurea lingua & aliqua veſte ſurrepta, ea infodit in ſuo tentorio. Cùm autem deus propterea ſuccenſuiſſet, in eo bello Iſraelitæ victi ſunt. Quia autẽ nõ manifeſta erat ira dei, miſſa eſt ſors & cecidit ſuper Achaz. Ille autem interrogatus, furtum confeſſus eſt, & quæ ſurrepta ſunt protulit, & lapidibus obrutus eſt ipſe, et omnes ſui, & animalia, & tota eius ſupellex. Et dicit, Ecce vnus peccauit, & ex eo quòd deo dedicatum eſt ſuſtulit, & propter illius peccatum, multi perierunt in bello ex ſynagoga ſeu cœtu Iſraelitarũ, & rurſus vltio facta eſt non in illum ſolum ſed in omnes ſuos. Eis autem qui fortaſſe dixerant eſſe differentiam eorum quæ ad priuatos aliquos pertinent, reſiſtit ſanctus & oſtendit hanc rapinam eſſe illa auaritia deteriorem, & quòd eo tempore quo prædæ ab hoſtibus aguntur, res fratrũ relictæ tanquam deo dedicatæ reputantur, & quòd quamuis æqualitatem habeant quæ ab Achaz direpta fuere & quæ ab eis rapta ſunt, eorum tamen culpa maior eſt. Achaz enim res hoſtium abſtulit, ij autem quos plura habendi libido nunc inuaſit, bona fratrum rapuerunt, eorum calamitatem lucrum pernicioſum rati. Nota præſentem canonem propter eos qui res eccleſiarum & monaſteriorum rapiunt, & vt ſemel dicam, propter eos qui quæ ſunt deo dedicata tanquam propria vendicant.*

*Furium Achaz.*

*Can. 4.* — *Deu. 22. a*

Nemo ſeipſum ſeducat tanquam inuenerit, neque enim fas eſt ei qui inuenit, lucrifacere, ait Deuteronomium, Viſo fratris tui vitulo, & oue errante in via, ea ne deſpexeris, ſed ea, reſtitutione reſtitues fratri tuo. Sin autẽ frater tuus ad te nõ approximet neque ipſum noueris, coges ipſum & erit tecũ donec ea frater tuus quæſierit & reddes ea, & ſic facies de eius aſino & ſic facies de eius veſte, & ſic facies poſt omnẽ perditionẽ fratris quæcunq; ipſi perierint, & tu ea inueneris. Hæc Deuteronomium. In Exodo autem, non ſolum ſi quis res fratris, ſed etiam inimici inuenerit, reſtitutione, inquit, reſtitues ipſa domui domini ipſorum. Si autem ab eo qui in pace, & in ocio delicatè vitam tranſigit, vel etiam ab inimico non licet lucrari, quanto magis ab eo qui rebus aduerſis premitur, & fugit, & neceſſitate coactus propria relinquit?

*Exo. 23. a*

*BALS. Eſt veriſimile dixiſſe aliquos ſe non rapuiſſe res fratrum ſuorum captiuorum, ſed eas, inquiebant, diſiectas inuenimus, nec ſciebamus cuiuſnam erant & propterea nulla in nos cadit reprehenſio. Aduerſus eos ergo opponit ſanctus Deuteronomium, & Exodum, & dicit quod etiam ſi diſiectas neglectuíque habitas eo tempore res inuenerit, ipſarum autem dominum ignorauerit, ne ſic quidem eas lucrari permittitur. Debet enim eas ſeruare donec earum dominus illas cõgnouerit & quæſierit, & infert, Quòd ſi lege Moſayca nulli licet ea quæ ad alios pertinent, tanquam ſua ſibi propria aſcribere, ſiue ij ſint amici ſiue inimici, etiam ſi tempore pacis neglectui habita ſint, ſed cogetur dominis ipſorũ reſtituere quãuis luxurioſè & delicatè viuant, nec proprias res inuenire curent, quãto magis debet is qui inuenit res fratris rebus aduerſis oppreſſi & in captiuitatem abducti vel barbaros fugientis, & qui tanta neceſſitate ſua neglecta reliquit eas tam infortunato homini reſtituere. Atque hæc quidem ſanctus deſcribit, & docet deinceps quomodo puniri debeant, & qui res eas rapuerunt & qui nõ rapuerunt ſed inuenerũt, & qui poſt quã inuenerũt eas nõ reſtituerũt: Lex autẽ ciuilis hæc expreſſè dicit in themate 5. cap. 43. tit. 12. lib. 60. Qui rem alienã abiectam accipit vt eã lucretur, etiã ſi ignorat cuius ſit, eſt furti actioni obnoxius, niſi forte dominus eã ita reliquerit vt cuius nullã curam gerat. Tunc enim etiam ſi vt ea furans ceperit, quoniam ipſius eſſe deſiit, furti non tenetur. Non enim fit furtum niſi ſit cui furtum fiat. Si autem quod non eſt pro derelicto habitum, pro derelicto eſſe habitum exiſtimauit; non eſt fur: ſi autẽ nec pro derelicto habebatur, nec pro derelicto haberi exiſtimauit, accepit autem vt domino inuento redderet, actione furti nõ tenetur etiam ſi pro inuẽtione precium acceperit. Similiter & 61. cap. 3. tit. 50. lib. ſic habet, Si quis abſentis rem vacantem detinuiſſet, non tenebatur olim vel interdicto de vi, vel interdicto, quod vi aut clam, niſi vtique rei vendicatione, quatenus erat abſens dominus. Nos ergo volumus eum vt qui ſit poſſeſſor, generali de vi interdicto teneri. Eſt enim ridiculum dicere quod proprium exiſtimabant id quod eſt alienum, quemadmodum & de furti in duplum actione diximus: quod qui præter domini ſententiam ac voluntatem contrectat, furtum committit. Hæc autem dicimus niſi 30. annorum ſpacii præterierit ex quo poſſeſſionem apprehendit. Nota ergo quod etiam & canonibus, & legibus, non ſolum qui captiuorum res deprædantur & diripiunt, puniũtur & tenentur, ſed etiam ij qui rem immobilem vacantem inueniſſe dicuntur, & non ſtatim rem aperiunt, & eam nomine domini poſſident, ſecundum legem quidem eccleſiaſticam eis pœnitentia iniungetur, ſecundum ciuilem autem vel vt fures puniuntur, ſi res erit mobilis, vel interdicto de vi, ſi erit immobilis. Quando autem quod inuentum eſt pro derelicto habetur, non ſimiliter punitur qui id detinuit. Sed ſi ſit quidem res mobilis, cogitur eam domino reſtituere, & ſolum, niſi eius dominum aſſecutus ſit, vt bonæ fidei poſſeſſor intra triennium. Si autem illud immobile quod pro derelicto detentum eſt, niſi eius factus ſit dominus intra decennium. Vacantis autem, & eius quod pro derelicto habetur, magna eſt differentia. Quod enim vacat, animo poſſidemus, etiam ſi id naturaliter non poſſidemus. Quod autem pro derelicto, nec ciuiliter nec naturaliter poſſidemus, & ideo à bonæ fidei poſ-*

*ſeſſore eius dominium acquiritur, hoc autem locum non habet ab iis quæ à captiuis derelicta ſunt, & ideo qui ea detinent* A *& non reſtituunt, vt ſuperius dictum, citra vllam diſtinctionem, & tenentur, & puniuntur.*

*Nota quæ hic ſcripta ſunt de rebus eorum qui captiui abducti ſunt. lege & librum 34. tit. 1. cap. 15. qui dicit, Agros qui ab hoſtibus capti ſunt, priores domini recipiunt, neque enim prædæ loco ſunt, nec publici fiunt. Qui enim ex hoſtibus capiuntur, fiunt publici.*

Can. 5. Alij autem ſeipſos ſeducunt, pro propriis quæ perierunt, aliena quę inuenerunt detinentes. Vt quoniam Boradi, & Gotthi eis hoſtilia fecerunt, ipſi ſint aliis Boradi & Gotthi. Propterea ergo fratrem & conſenem noſtrum Eufroſynum, ad vos miſimus, vt ſecundum formam quæ hic eſt dei ſimilis, & quorum accu- B ſationes admittere oporteat, & quos à precibus abdicare, iſthic ſimiliter diſponat.

*BALS. Poſtquàm ſanctus, quæ erant conſentanea reſpondit iis qui dicebant ſe vt diſiectas & neglectui habitas res captiuorum inueniſſe, & propterea ſibi vendicaſſe: nunc iis reſpondet, qui, quæ ad captiuos pertinebant, pro iis quæ ſibi ab hoſtibus prius ablata fuerant, vendicabant. Dicit enim hoc eſſe fraudem & inanem prætextum. Neque enim æquum eſt, vt qui ex bello barbarico detrimentum acceperint, non toleranter ferant, ſed ſint ipſi hoſtes fratrum, & alij in ipſos barbari appellentur. Propterea, inquit, miſimus ad vos fratrem Eufroſynum vt iuxta formam hic traditam, ſeu quemadmodum hic fecimus, iſthic quoque det formam vt ſic vos faciatis.* C *Deinde dicit, Eufroſynus vos docebit quoſnā et aduerſus quos accuſantes admittere, & quoſnā ab eccleſia abdicare oporteat.*

Can. 6. *De iis qui captiuos ex barbaris fugientes vi detinent.* Denunciatum autem eſt nobis quidpiam factum eſſe in noſtra regione incredibile vel vtique infidelibus, & impiis, & qui ne nomen quidem domini nouere, quod nonnulli eo inhumanitatis crudelitatíſque proceſſere, vt captiuos aliquos qui effugerunt vi retineant. Mittite aliquos in regionem, ne vel fulmina in eos cadant qui hæc agunt.

*BALS. Accepit ſanctus, quod quidam captiui orthodoxi, poſtquàm manus barbaricas euaſere, vi à quibuſdam detinentur, nec domum reuerti ſinuntur. Dicit ergo iis ad quos* D *ſcriptum hoc epiſtolare miſſum eſt, quòd hoc ei incredibile viſum eſt: eſt enim infidelium & impiorum opus. Sinautem factum eſt, non remanebit impunitum. Et ideo debent hæc diligenter inquiri, & mitti in regionem qui hæc perſcrutentur. Exiſtimat enim, quòd etiam fulmen, ſeu ignis ſit caſurus, & eos qui hæc agunt exuſturus.*

Can. 7. *De iis qui inter barbaros annumerati ſunt, & abſurda quædam in eos qui ſunt ſui generis fecerunt.* Eos itaque qui inter barbaros enumerati ſunt, & cum eis in captiuitate inuaſerunt, obliti ſe eſſe Pōticos & Chriſtianos, efferati autē barbaríque redditi, vt & eos qui ſui ſunt generis vel ligno vel ſuffocatione interficiant, vias autem vel domos neſcientibus barbaris oſtendant, etiā E ab auditione arcere oportet, donec de iis congregatis ſanctis aliquid communiter viſum fuerit, & ante eos ſancto ſpiritui. (*Auditio.*)

*BALS. Eos quidem, qui poſtquam captiui facti ſunt, barbaris conſenſerunt. & cum eis veluti barbari effecti ſunt, & ſui generis Chriſtianos interfecerūt, vel vias barbaris ignotas, & ad Chriſtianos ducentes oſtenderunt, vel eorum ædes hoſtibus manifeſtas fecerunt, ne ad diuinarū quidem laudum auditionem admittendos eſſe decernit, ſed eos omnino extra eccleſiam ſtatui in loco deflentium, poſt confeſſionem ſcilicet vel condemnationem, donec ſancti ſimul congregati de iis cōmuniter ſtatuerint. Sanctos autem epiſcopos appellat, illud autē ante ipſos ſancto ſpiritui ſubiunxit, oſtendens, quòd quæcunque* A *in cōmuni conſideratione ab epiſcopis diſpenſantur & ſtatuūtur, ſpiritus ſanctus ea ſuggerit. Et lex quidē eccleſiaſtica ipſos ſic punit. Lex verò ciuilis eos καθοσιώσεως crimini ſubiicit. Dicit enim primū caput 26. tit. 60. lib. Lex de inſidiatoribus ſimilis eſt ei quæ eſt de ſacrilegis, & ea tenetur qui aduerſus populū Romanum offendit, & qui ſtuduit præter iuſſum Imperatoris vt obſides dolo interficerentur, vel vt ſint homines armati in rempublicā, vel vt locus, vel ſacra detineantur, vel ſeditioſa fiat coitio, vel vt occidatur magiſtratus, & qui miſit ad hoſtes nuncium, vel literas, vel dedit eis ſignū, vel aliter eis tulit auxiliū, vel milites corrupit, & ad ſeditionē aut tumultum aduerſus remp. ſollicitauit, & cap. 3. eiuſdem tit. & lib. quomodo qui hoſtes ſollicitauit, & eis rēp. tradidit, capite* B *punitur, & deinceps diſſerit de aliis quibuſdā ſimilibus. Et hæc quidē de iis qui in captiuitatē abducti ſunt, & hoſtibus tamen cōſenſerunt, & de iis itidē qui nō in captiuitatē abducti ſunt, cū hoſtibus tamē conſenſerunt, & aduerſus Romanū imperium conſpirarunt. Qui autem cum iis qui terrā maréque depopulantur vnà deprædati ſunt, magis vt mihi videtur, punientur, maior enim eſt eorum improbitas: Hoſtes enim aperta fronte, & nudo, vt aiunt, capite bellū comparant. Latrones autem ac prædones inopinatam cædem moliuntur. Quanto ergo præuiſi periculi pugna leuior eſt inopinato malo, tanto hoſtium inſultus eſt tolerabilior latronum inſidiis.*

(*Concilia Epiſcoporum.*)

Can. 8. *De iis qui alienas domos aggredi auſi ſunt in barbarorum incurſione.* Eos autem qui alienas domos inuadere auſi C fuerint, ſi accuſati quidē conuicti fuerint, nec auditione dignos exiſtimare. Sin autē ſeipſos enunciarint & reddiderint, in eorū qui cōuertūtur ordinē * ſubſterni. (* ὑποπίπτειν.)

*BALS. Poſtquā ſanctus craſſius confuſiuſque, tractauit de iis qui rapuerunt, vel quorundā captiuorū res inuenerunt, quòd ad pœnarū rationē attinet, nūc quoque ſpecies pœnitentiæ, ſiue eccleſiaſticarū pœnarū incipit dicere. Et ſtatim decernit, vt nec ſtent cum audientibus ſed cum deflentibus extra eccleſiam qui rem captiui rapuerunt & eam non reſtituerunt, ſed accuſationē & probationē expectarunt propter inficiationem. Eos autē qui ſeipſos denunciarunt & ſua ſponte quod debebant ante actionē dederunt, ſtatuit vt propter pœnitentiā comprecentur, ſeu conſiſtant cū fidelibus. Subſternantur autē,* (*Subſterni.*) D *ſeu ſint ſubtus, eo quòd coguntur egredi cū catechumenis. Ac lex quidē eccleſiaſtica eos ſic punit. Lex verò ciuilis raptores quod ab ipſis raptū eſt etiam ante condemnationem offerentes non admittit, ſed condēnat in quadruplū. Dicit enim cap. 6. 17. tit. 60. lib. Raptor à pœna non liberatur rē offerēs ante iudiciū. Et thema 7. 2. cap. eiuſdē lib. & tit. intra annū verū rei precium quadruplat, non autē id quod intereſt. Quod autem hîc dicit ſanctus de iis qui ante condēnationem, & accuſationem rē reſtituunt, lex iubet id fieri in eos qui aliquid ex aliquo metu acceperūt. Dicit enim 5. thema. 13. cap. 2. tit. 5. lib. Actio quod metus cauſa eſt libera, & licet ei aduerſus quem agitur, ad ſententiā vſque rē reſtituere & non dare quadruplū. Eſt autem & alia differentia eorum qui vires auferunt, & eo-* E *rum qui aliquid ab aliquo metu accipiunt. Raptores enim vna cum quadrupli reſtitutione infamātur. Qui autē metū intulerunt, in exiſtimatione tantum labem aliquam contrahunt.* (*Raptores.*)

Can. 10. *De iis qui in agro vel in ædibus ea quæ à barbaris relicta ſunt inuenerunt.* Eos autē qui in cāpo aliquid inuenerūt, vel in ſuis ædibus à barbaris relictum, ſi accuſati quidem conuicti fuerunt, ſint ſimiliter in iis qui ſubſternuntur. Sinautem ſeipſos enunciauerint & reddiderint, etiam precibus digni habeantur.

*BALS. Dictū eſt ſuperius de iis qui dicunt ſe inueniſſe res captiuorum neglectui habitas, & earum ſibi proprietatem vendicaſſe. Nunc autem decernit ſanctus, eos qui res in captiuorū domib⁹ inuenerūt, vtpote nō à barbaris ablatas, vel in viis abiectas*



*abiectas fortaſſe propter pondus, ea quidē quæ inuenerunt amice reſtituentes, in ſuo perfecto gradu ſtare debere cū fidelibus. Sinautem condemnati fuerint, collocari cū iis qui ſubiiciuntur, ſeu ſubſternūtur ſcilicet egredi cum cathecumenis. Hæc cū ita ſe habeāt, dixerit quiſpiā, eos ſic puniri, qui pro re inuēta reſtituenda condemnationem expectant, eſſe iuſtiſſimum, quoniam facti quoque actione tenentur: ſin legem. quæ dicit, Fur eſt qui rem alienam contrectat præter domini voluntatem ſciens id illi moleſtum eſſe.* (*Fur quis ſit.*) *Cum fidelibus autem conſiſtere, & ne ſacramentis quidem dignari eum qui ſe ipſum denunciauit,* B *& amicè rem inuentam dederit, nouum eſt, eſt enim potius Euchariſtia dignus, vt qui rem captiui ſeruauerit, & ipſam reſtituerit. Et ideo dicunt nonnulli, cum fidelibus conſiſtentiam, ſacramentorum quoque participationem tacitè conſequi.*

Can. 10. Eos autem qui ſeruant mandata, abſque omni turpi lucro ſeruare oportet, nec indicationis, vel cuſtodiæ, vel inuentionis precium, vel quocunque nomine appellant, exigentes.

C *BALS. Cùm admiſiſſet ſanctus bonam eorum voluntatem qui ſe ipſos denunciauerunt, & inuentum beneuolè reddiderunt, adiicit quòd ſi ij velint mandati dei obſeruatores videri, debent abſque quouis turpi lucro rem inuentam reddere. Definitū autem eſt non exigere oportere eum qui dixit, vel indicationis, vel cuſtodiæ, vel inuentionis precium, vel* A *aliquid aliud, eo quòd non ex negligentia dominorum, vel etiam fortuito res amiſſa ſit, ſed magna calamitate & barbarica incurſione. Qui enim res dominorum negligentia, vel fortuitò perditas inuenerunt & eas reſtituunt, inuentionis precium rectè exigunt, quemadmodum ex legibus ſuperius poſitis apparet.* (*De 5. Pœnitentium locis.*)

Can. 11. Fletus, ſeu luctus eſt extra portam oratorij, vbi peccatorem ſtantem oportet fideles ingredientes orare, vt pro ſe precentur. (*Fletus.*) Auditio eſt intra portam in loco B quem νάρθηκα vocant in ferula, vbi oportet eum qui peccauit ſtare poſt cathecumenos vſque ad cathecumenos, etiam illinc egredi. (*Auditio.*) Audiens enim, inquit, ſcripturas, & doctrinam, eiiciatur, & precatione ne dignus cenſeatur. Subiectio autem ſeu ſubſtratio eſt, vt intra templi portam ſtans cum cathecumenis ingrediatur: (*Subiectio.*) Congregatio ſeu conſiſtentia eſt, vt cum fidelibus conſiſtat & cum cathecumenis non ingrediatur: (*Congregatio.*) poſtremo eſt participatio ſacramentorum.

C *BALS. Præſens quidem ſanctus, declaratis quinque locis eorum qui agunt pœnitentiam, nec eorum exercitij tempora declarauit, nec peccata propter quæ pœnitētia definita eſt. Magnus autem Baſilius in ſuis canonicis epiſtolis, hæc omnia exactè tradidit. Verùm hic quoque pœnarum medelam epiſcopali arbitrio reliquit.*

# IN SANCTI PATRIS GREGORII EPISCOPI NÆOCÆSARIENSIS.

## Metaphraſim in Eccleſiaſten Salomonis. Præfatio. Ex commentariis Nobiliſs. & erudițiſs. viri D. Iacobi Billij Prunæi in ſuum Nazianzenum.

*HOC opus, an ſit huius Gregorij, apud Græcos in controuerſia eſt. Certè in eo libro, qui à permultorum veterum opuſculorum collectione & conſarcinatione μικροπρεσβυτικὸν dicitur, non Gregorij Nazianzeni, ſed Næocæſarienſis nomen præfert, quem & ex Euſeb. Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 25. & ex Hieronymo in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſt. & ex Haymone Epiſcopo Halberſtatenſe lib. 7. cap. 8. de Chriſtianarum rerum memoria, luculentam Metaphraſim in Eccleſiaſten ſcripſiſſe conſtat. Quantum etiam ex ſtilo coniecturam facere licet, tametſi negari non poſſit, quin ſit hominis apprimè eruditi & copioſi, tamen non vſquequaque refert elaboratum illud & ἀπεξεσμένον dicendi genus, quod paſſim in Nazianzeni ſcriptis lucet. Connexiones ſententiarum aliquanto duriores, tranſitúſque abruptiores. Quòd ſi quædam verba quandóque intertexta fuiſſent, multò mollior eſſet tota contextus facies, minúſque inter ſe coirent ſententiæ. Verùm hoc idcirco fortaſſe non facit, quia minimè libero cāpo decurrit oratio: ſed tranſlationis quaſi cancellis quibuſdā circūſcripta eſt. In Reginæ tamē codice, literis capitalibus ſcripto, ac Gregorij noſtri Naziāzeni antiquitatē propemodū æquāte, inter germana ipſius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti eſt vt, quanquam reclamante ſtilo, vix tamen hanc lucubrationem inter ψευδεπίγραφα numerare auderem: niſi Hieronymus omnem dubitationis anſam nobis eximeret, atque hunc fœtum vero ſuo parenti aſſereret. Explicans enim hunc locum Eccleſiaſtæ cap. 4. Melior eſt puer pauper &c. Vir ſanctus, inquit, Gregorius Ponti Epiſcopus, Origenis auditor, In Metaphraſi Eccleſiaſtæ ita hunc locum intellexit: Ego verò intelligo adoleſcentulum pauperem & ſapientem, rege ſene meliorem & ſtulto: cui nunquam venit in mentem, quod poſſibile ſit quenquàm, de his, quos vinxerat ad regnum exire de carcere: & ſeipſum de iniqua deinceps poteſtate ſua corruere. Euenit enim interdum vt hi qui ſub adoleſcentulo ſapiente fuerint, abſque mærore ſint: ita tamen vt ſub ſene rege ante verſati ſint. Qui enim poſteà nati ſunt, quia mala præterita neſcierunt, nec adoleſcentulum laudare poſſunt, qui poſteà conſurrexit abducti opinione peruerſa & impetu ſpiritus aduerſantis. Hæc ille ex Gregorio Ponti epiſcopo (quem & Næocæſarienſem, & ab editione miraculorū θαυματουργὸν vocant) tranſtulit. Atqui hæc verba habentur 4. cap. huius Metaphraſis. Non eſt itaque dubium, quin verus illius author ſit Næocæſarieſis. Quod autē huic quoque noſtro Naziāzeno aſcripta fuerit, cōmune nomē in cauſa fuit. Nec verò hoc cuiquā mirū videri debet. Frequens eſt enim in ſcriptis Eccleſiaſticis, vt idem liber duobus atque etiam pluribus attribuatur: ſed diuerſa de cauſa. Multi enim ex neotericis, vel ipſi partus ſuos, parum alioqui felices, claſſicis authoribus ſuppoſuerunt, in eorúmque nomen & familiam inuaſerunt: in aliorum videlicet nomine apparere præoptantes, quam in ſuo cōculcari, & in tenebris iacere: vel hominum ignorantia & ſtupore clariſſimis viris indigniſſimè attributi ſunt. At in veterum monumentis præſertim facundis & eruditis, quoties idem accidere videmus, temporum quæ poſteà ſecuta ſunt infelicitati & librariorum incuriæ id aſſignandum eſt. Nec enim veriſimile eſt, doctiſſimos viros ab aliorum laboribus laudem ſibi libare, atque alienis, vt dicitur, pennis ſeſe impudenter ornare voluiſſe. Huius rei duo exempla à nobis inter legendum annotata proferemus. Baſilij Præfatio Græca in Pſalmos cum Latina Auguſtini Præfatione prorſus eadem eſt. Id quod tamen fortaſſe Notariis, à quibus ille Auguſtini in Pſalmos tractatus exceptus fuiſſe dicitur, tribuendum videri poſſit. Eſt & alia Baſilij, ſiue, vt alij malunt, Euſtathij Sebaſtienſis, in Aſceticis, Homilia de Spirituali militia, quæ in Chryſoſtomi operibus extat, Tomo 5. Plura huiuſmodi deprehendet, qui antiquos ſcriptores ſedula manu verſabit.*

(*Baſilij prefatio in Pſalmos.*)

HIs verbis Salomō, Dauidis regis & prophetę filius rex mortaliū, omniū clariſſimus, & Propheta ſapiētiſſimus vniuerſam Dei Eccleſiā affatur: Quā vana & inutilia ſunt omnia ea hominū negocia & ſtudia, quæ in humanis rebus ſuſcipiuntur. Nemo enim eſt, qui vtilitatē vllā iis adnexā dicere poſſit, quæ homines humi reptantes & corporibus & animis perficere contendunt, rebus caducis & temporariis addicti: ſupra ſidera autem generoſo animæ oculo ne tantillum quidem aſpicere volentes. Ac mortalium vita conteritur die diei ſuccedente, anníque partibus & conuerſionibus, ſolíſque curſibus certis ac definitis, nunc antecedentibus nunc ſenſim recedentibus. Nec diſſimilis eſt hæc res torrentum tranſitui, cum magno ſtrepitu ac tumultu in immenſum maris profundum illabentium. Et quidem ea que hominum cauſa à Deo creata ſunt, eadem manent, velut quod à terra gignantur, quod in terram abeant, quod terra ipſa firma & ſtabilis ſit, quod Sol ea tota decurſa ad eundem rurſus terminum punctúmque circunuoluatur, fluuiíque itidem tanto numero in mare influentes, & venti incurrentes, nec ipſum fines ſuos excedere cogant, nec ipſi rurſus legem ſibi conſtitutam infringant. Atque hæc ſanè, quæ nobis ad hanc vitam, vſum & adiumentum afferunt, ita decreta ſunt & conſtituta. At quæ ab hominibus excogitantur, tam res quàm verba modum finémque non habent. Ac verborum magna quidem eſt copia, cæterùm fructus nullus à ſeducta & errore circunfuſa loquacitate & nugacitate. Verùm ita à natura comparata eſt hominum ratio, vt inexplebilis ſit eorum & loquendi & audiendi ſitis: ac præterea vanis oculis ea omnia, quæ accidunt, intuendi cupiditas. Quid autem in poſterum fieri queat, quod non iam confectum fuerit, aut geratur ab hominibus? quid nouum, quod nondum experimento compertum fuerit, dummodo inſigne ſit & memorabile? Vt quidem mea opinio fert, quiſquis ſecum reputabit atque conſiderabit, nihil nouum aut recens inueniet, priſciſque incognitum. Quemadmodum autem præterita, obliuione tecta ſunt: ſic præſentia quoque progreſſu temporis ad poſteros in obſcuritatem ibunt. Nec verò temere hæc nunc dico Eccleſiaſten agens: verum mihi Hebræorum regnum Hieroſolymis fidei meæ commiſſum habenti, diligenter & accuratè omnia cogitata & perpenſa ſunt. Porrò totam rerum terrenarum naturam perſcrutatus, atque ingenioſè & ſapienter in ea cogitatione verſatus, eam maximè variam comperi. Homini etenim in terra laboribus vexari datum eſt, aliàs alia ærumnæ occaſione fruſtra inuoluto. Spiritu autem prodigioſo & execrando omnia hæc inferiora plena ſunt: adeò vt ea colligere nemo queat, immò ne omninò quidem cogitare, quanta res humanas abſurditas inuaſerit. Nam cùm mecum ipſe aliquando reputaſſem, atque exiſtimaſſem me omnium, qui ante me fuiſſent, hac in re ſapientiorem eſſe: in animum induxi tum parabolas intelligere, tum rerum naturas. Cæterùm incaſſum mihi ad eam rem animum conferre viſus ſum: quod, vt ſapientiam ſcientia ſequitur, ita ſcientiæ comites ſint labores.

*Vita hominū qualis.* — *Incertæ hominum cogitationes.* — *Nihil nouum.* — *Omnium obliuio.* — *Salomonis ſapientia & ſtudii.* — *Scientiæ comites, labores.*

CAPVT 2.

HAec igitur ad hunc modum ſe habere arbitratus, alterum vitæ genus capeſſere propoſui, deliciiſque memet tradere, variáſque voluptates experiri. Verùm nunc omnia hęc vana eſſe intellexi: atque hinc riſum ſolutum, temeréque vagantem compeſcui, hinc voluptatem ad temperantiam coercui, acerbéque ei ſuccenſui. Ad hæc cùm eam vim eſſe animæ cogitaſſem, vt temulentam corporis naturam atque inſtar vini diffluentem, ſiſtere poſſit, rurſúſque continentiā cupiditatem domari: perſpiciendum mihi eſſe conſtitui, quidnam tandem hominibus propoſitum ſit ſerium, veréque bonum & honeſtum, quod in hac vita conficiant. Nam reliqua omnia, quæ præclara & expetenda cenſentur percurri, velut excelſiſſimarum ædium ſubſtructiones, & vitium conſitiones, atque inſuper hortorum ſtructuras, frugiferarúmque omnis generis arborum collectiones, ſtudioſáſque excultiones: vbi etiam ingentes lacus ad aquarum exceptiones confecti ſunt, ad vberem & copioſam arborum rigationem diſtributi. Iam verò domeſticorum quoque agmine ſeptus fui, tum famulis tum ancillis: eóſque partim externè comparaui, partim apud me natos poſſedi. Quin etiam plures quadrupedum animantium greges, tum boum tum pecudum in meam, quam in cuiuſquā eorum qui olim extiterunt, poteſtatem venerunt. Sed & auri & argenti theſauri mihi affluebant, vtpote qui reges omnes eò adduxiſſem, vt mihi & munera afferrēt, & tributa perſoluerent. Præterea chori complures ad meam oblectationem agitabantur, virorum ſimul & fœminarum, concinniſſimum cantum & modulatiſſimum efficiētium. Conuiuia porrò & pocillatores (nā ea in hanc voluptatis partem retuleram) ex vtroque hominum ſexu delectos, & eximios, nec numero quidem complecti poſſim. Adeò his, omnes qui ante me Hieroſolymis regnarunt, antecellui. Hinc autem contingebat, vt mihi & ſapientia imminueretur, & vitioſa cupiditas creſceret. Nam cum omnibus oculorum illecebris & impotentibus petulantibúſque cordis deſideriis vndiq; incurſantibus totas habenas permiſiſſē, ac voluptatum ſpei me ipſum dedidiſſem: miſeris omnibus deliciis animi voluntatem aſtrinxi Meæ nanque cogitationes eò infelicitatis prolapſæ ſunt, vt hæc honeſta & egregia, dignáque quæ facerem, arbitrarer. Tandem verò expergefactus, atque oculis reſtitutus, ea quæ in manibus habebam, flagitioſa ſimul acerbitatiſque plena eſſe perſpexi, ſpiritúſque non boni opificia. Neque enim vllum hominum ſtudium vitæque inſtitutum comprobandum mihi nunc videtur, nec recto iudicio expetendum. Proinde collectis & ſapientię bonis, & ſtultitię malis, magna hunc virum admiratione proſecutus fuerim, qui cùm præceps ferretur temeréque vagaretur, poſteà mente recepta ad virtutem officiúmque rediit. Prudentia enim & dementia magno interſtitio diſiunctæ ſunt, nec minus inter vtramque eſt diſcriminis, quam inter diem & noctem. Quocirca qui virtutem amplexus eſt, haud mihi ab eo differre videtur, qui rem vnamquāque perſpicuè cernit, ſurſumq́ue proſpectat clariſſimæq́ue lucis tempore iter facit. Contrà qui ſe vitio implicuit, omniſque generis erroribus, haud abſimilis eſt homini in profunda caligine oberranti, quippe qui cæcitate affectus ſit, atque à negociorum tenebris exoculatus. Denique vtriuſque harum vitarum differentiam animo aſſecutus, nihil poſtea reperi: quin illud potius fore, vt ſi me ad ſtultorum ſocietatem & ſodalitium contuliſſem, ſtultitiæ præmia perciperem. Quid enim ex argutiis illis commodi referri, aut quid fructus ex prolixis ſermonibus colligi poteſt, cùm quidem loquacitatis importunæ flumina ab inſipientia

*Voluptates vanæ.* — *Salomonis deliciæ & opulentia.* — *Ex deliciis ſapientia imminuitur.* — *Qui vir dignus admiratione.* — *Vita duplex.*



tia velut à fonte oriantur? Sapienti porrò & væcordi nihil commune eſt, nec quantum ad hominum memoriam, nec quantum ad Dei remunerationem. Res autem humanas, cum adhuc oriri videntur, iam finis arripit. Sapiens eiuſdem cum ſtolido finis nunquā eſt particeps. Quare vitam omnem meam execrari cœpi, quam in rebus vanis traduxeram atque cōſumpſeram, terrenis laboribus intabeſcens. Etenim, vt vno verbo complectar, omnia mihi magna cum moleſtia elaborata ſunt, præcipiti animi impetu ita me pertrahente: atque ea alius excepturus eſt, ſapiens an excors & ſtolidus neſcio, frigidos inquam laborum meorum fructus. His autem excuſſis atque proiectis, mihi vera bona hominibus propoſita apparuerunt, hoc eſt ſapientiæ cognitio, & fortitudinis adeptio. Quòd ſi quis harum cura neglecta, alius cuiuſpiam rei cupiditate incitatur, hic & mala bonis anteponit, & vitium pro benignitate & virtute conſectatur, & ærumnam pro quiete, variis tumultibus diſtractus, noctu atque interdiu diuexatus, tum vrgentibus corporis laboribus, tum perpetuis animæ curis pectore illi ob abſurda negocia ingemiſcente & palpitante. Neque enim ſummum & perfectum bonum in eſculentis & poculentis conſiſtit: & ſi alioqui maximè Dei beneficio alimenta mortalibus contingunt. Nihil enim eorum, quæ nobis ad ſalutem data ſunt, citra ipſius prouidētiam exiſtit. Verùm probitate præditus vir, ſapientiámque Dei dono conſecutus cœleſti voluptate fruitur: ſceleratus autem malis diuinitùs immiſſis ſtimulatus, auaritiæq́ue morbo correptus multa congerere ſtudet, atque eum quem Deus honore affecit, in omnium Domini conſpectu probris inceſſere feſtinat, dona inutilia porrigens, inſidioſa ſimul & vana animæ ſuæ miſeræ ſtudia faciens.

*Remuneratio.* — *Salomonis pœnitentia* — *Vera hominum bona.* — *Improborū perturbationis.* — *Prouidentia Dei.* — *Auarus.*

SCHOLION.

1. *Quippe qui cæcitatem) in Gr. erat,* τυφλός τε ὢν τὴν πρόσοψιν, καὶ ὑπὸ τοῦ σκότους τῶν πραγμάτων ἀφῃρημένος. *ſed nihil dubium eſt, quin legendum ſit,* τυφλός τε ὢν, καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπὸ τοῦ σκότους, *&c.* Ἀφαιροῦμαι *enim in præteritis ſemper iungitur accuſatiuo.*

CAPVT 3.

ENimuerò boc tempus rebus inter ſe maximè cōtrariis plenum eſt, partus & mortis, ortus ſtirpiū & euerſionis atque interitus, curationum & cædium, extructionis ædium & deſtructionis, gemitus & riſus, planctus & ſaltationum. Nunc terræ fructus aliquis colligit, nunc rurſus eiicit: nunc mulierem deperit atque inſano amore complectitur, nūc eam impenſè odit & auerſatur: nunc aliquid quærit, nunc amittit: nunc diligenter aſſeruat, nunc proiicit, nunc interficit, nunc obtruncatur: nunc loquitur, nunc ſilentio acquieſcit: nunc amat, nunc odio inſectatur. Res enim humanæ nunc bello affligantur, nunc tranquillæ & pacatæ ſunt: tantáque eſt earum inconſtantia, vt quæ modò ſecundæ eſſe videbantur, celeri momento in certiſſima mala delabantur. Ac proinde vanis laboribus exerceri deſinamus. Hæc enim omnia vt mihi quidem videtur, ad homines virulentis aculeis concitandos poſita ſunt, atque peruerſus quidem explorator occaſioniſque captator huic ſæculo inhiat, Dei figmentum delere ac perdere omni contentione adnitens, vt qui à principio ad extremum vſque cum eo confligere inſtituerit. Perſuaſum itaque habeo animi tranquillitatem & beneficentiam maxima homini bona eſſe, atque adeò temporariam hanc ſolam voluptatem diuinitùs obuenire, ſi rebus gerendis iuſtitia præeat: At verò æternarum rerum corruptioniſque expertium, quas Deus firmiſſimè conſtituit, nec aliquid detrahere, nec addere quiſquam poteſt. Verum formidoloſæ ſimul & admirabiles illæ ſunt: atque eę quidem, quæ iam fuerunt, ſtabiles manent: quæ autem futuræ ſunt, iam ſecundum præſcientiam extiterunt. Cæterum is, qui iniuſtè læſus eſt, Deo auxiliatore vtitur. Porrò in inferis partibus ſuplicij barathrū vidi, impios excipiens: piis contrà ſedem alteram patefactam. Illud quoque cogitaui, apud Deum æqualia omnia eſſe, exiſtimari & iudicari, idem eſſe iuſtos & iniuſtos, idem animalia ratione vtentia & bruta. Tempus enim omnibus æque ad menſum eſſe, & mortem impendere, idémque apud Deum eſſe hominum & iumētorum genus, ſola tantum articulata vocis prolatione inter ſe differre, reliqua autem omnia ipſis eodem modo contingere, 1. nec mortem magis in cætera animalia quam in homines graſſari. Omnibus enim æqualem ſpiritum eſſe, nec quicquam omnino amplius homines habere, ſed cuncta, vt vno verbo dicam, vana eſſe, ab eadem terra coagmentationem habentia, atque in eandem terram dilapſura. Incertum enim eſſe, tum de humanis animabus, an ſurſum conuolaturæ ſint, tum de reliquis, quas animalia ratione carentia acceperunt, an deorſum diffluxuræ ſint. Ac mihi nullum aliud bonum eſſe videbatur, quàm deliciæ, & præſentium commodorum perceptio. Neque enim fieri poſſe putaui, vt quiſquam rurſus ad perciendas voluptates accedat, poſteaquam mortem ſemel deguſtarit.

*Temporis varietas, & rerum humanarū inconſtantia.* — *Animi tranquillitas.* — *Res æternæ certæ.* — *Præſciētia. Impiorum ſupplicia, & piorū ſedes.* — *Cogitationem hanc vt iniuemilem impietatem hîc proponit ac deinde retractat & auerſatur Eccleſiaſtes capite ſequenti.*

SCHOLION.

1. *Nec magis mortem in cætera animalia) Hoc dicit, inquit Hieronymus, non quòd animam putet perire cum corpore: vel vnum beſtiis & hominibus præparari locum: ſed quòd ante aduentum Chriſti omnia ad inferos pariter ducerentur. Quod ne putemus dici etiam de anima, intulit: Omnia facta ſunt de terra, & reuertentur in terram. De terra autem nihil niſi corpus factum eſt.*

CAPVT 4.

AB iis omnibus cogitationibus animum reuocās, conſideraui, atque auerſatus ſum omnia ſycophantiarum genera inter homines errantia, quibus nō nulli iniquè circunuenti 2. ac per vim deiecti lachrimas fundunt atque ingemiſcunt, vndique ab amicis prorſus inopes, qui eorum cauſam tueantur, aut certè afflictos conſolentur, qui autem legiones vim faciunt, tyrannidiq́ue ſuæ iura ſubſternunt, in ſublime vehuntur, ob eamq́; cauſam corruēt. Enim verò ex conſceleratis & audacibus, ij qui ex hac vita migrarunt, meliori conditione ſunt, quam qui etiamnum viuunt. Vtriſque autem pręferendus, qui ſimilis eorum futurus eſt, nec creatus adhuc eſt, quoniam hominum improbitatem nondum attigit. Perſpicuum mihi quoque factum eſt, quanta proximorum inuidia egregium virum ſequatur, œſtrum impuri ſpiritus: quódque is qui hanc ſuſceperit, ac velut pectore complexus fuerit, nihil aliud habet quàm quod animam ſuam exeſt & diſſecat, ſimulq́; cum corpore abſumit, mœrorem acerbiſſimum nec ſolatio vllo mitigabilem aliorum proſperitatem exiſtimans. Atqui præoptarit vir ſapiens & cordatus alteram manū cum facilitate & lenitate implere, quā vtranque cum ærumna & fraudulenti ſpiri-

*Clarus ſequitur inuidia.*

tus calliditate & verſutia. Eſt & quiddam aliud, quod A præter fas & æquum homini ob improbam voluntatem contingere ſcio, qui vndiq; ſolus relictus, nec fratrem nec filium habens, facultatibus & copiis affluẽs, *Auarus.* inexplebili cupiditate ardet, nec beneficentiæ atque humanitati ſeipſum vllo modo tradere cupit. Ex eo igitur lubens quæſiuerim, quam ob cauſam laboribus ſe conficiat, boni quidem aliquid facere ſummopere fugiens, multiplicibus autem quæſtus alicunde faciendi cupiditatibus diſtractus. Quantò tandem hoc B meliores, qui vitæ ſocietatem inierunt, ex qua optimos fructus decerpere queant? *Sodalitij vtilitas.* Duobus enim viris, rebus iiſdem rectè incumbentibus, etiam ſi alteri quidpiam aduerſi accidat, tamen haud leue ſubſidium in ſodali & contubernali ſuo poſitum habet. Grauiſſima autem eſt calamitas homini aduerſa fortuna vtenti, carere amico, qui iacentem luctúque afflictum excitet ac recreet. At qui contubernij neceſſitudine iuncti ſunt, & proſperi ſucceſſus voluptatem ſibi inuicem conduplicant, & rerum præter voluntatem fluentium tempeſtatem leniunt: adeò vt & diu mutua libertate ſplendeſcant, & noctu honeſtate & grauitate fulgeant. Contrà qui vitam ab omni hominum ſocietate ſemotam ducit, horrendam quandam vitam traducit, non intelligens eum temere ac periculosè ſibi conſulere, qui multos homines mutuo præſidio circunſeptos adortus fuerit, ac præterea funem triplici nexu contextum haudquaquam facilè perſringi ſolere. Ego verò iuuenem pauperem modò prudentia ornatum, ſeni regi ſtolido antepono, cui in *Rex ſtolidus.* mentem non venit, fieri poſſe, vt quiſpiam ex ergaſtulo ad regni gubernacula conſtituatur: ipſe autem poſteà iniquo principatu iuſtè exturbetur. *Regnorum mutationes.* Nonnunquam enim euenit, vt qui iuueni quidem cæterùm cordato ſubſunt, mœſtitia vacent, ³ ſaltem maiores natu. Nam qui poſteà in lucem prodierunt, quoniam alterius periculum non fecerunt, ne hunc quidem laudare poſſunt, abducti videlicet inconſulto conſilio, aduerſariiſque ſpiritus impetu præcipites acti. Quiſquis autem Eccleſiaſtæ munere fungeris, il- *Duo Eccleſiaſtæ preſtanda.* C lud ob oculos habeto, vt & rectum vitæ iter teneas, & pro ſtultis preceris, vt accepta prudentia malorum actiones vitare ſciant.

## SCOLION.

*2. (Ac per vim deiecti.) Gr.* βίᾳ καταβεβλημένοι τῶν ἐπαμυνόντων ἢ ὅλως παραμυθησομένων αὐτοῖς πάσης πανταχόθεν κατεχούσης ἀπορίας. *Poſt participium* καταβεβλημένοι *collocanda eſt virgula. vt genitiuus ſequẽs* ἐπαμυνόντων *regatur à genitiuo* ἀπορίας. *non autem à datiuo* βίᾳ. *Neque enim vi deiicimur ab iis, qui nobis ſuccurrunt.* ἐπαμυνόντων *autem* ἀντὶ τοῦ ἐπαμύνειν ὀφειλόντων *accipere, vt Vuolfangus facit, nimis violentum mihi videtur.*

*3. Saltem maiores natu.) Gr.* ὅσοι πρεσβύτεροι, *ſubodoror aliquid deeſſe in græco. Neque enim his verbis perfecta eſt ſententia. Hieronymus hunc locum vertens in commentario quem ſcripſit in Eccleſ. ad hunc modum tranſtulit, ita tamen vt ſub ſene rege ante verſati ſint. Quare aut in meliorem codicem incidit, aut ad explendam ſententiam quædam de ſuo addere non dubitauit.*

### CAPVT 5.

*Lingua moderãda.* Lingua parcè vti pręclarum, atque ad loquendi ſtudium, grauitatem conſtantiamque cordis adhibere. Non enim nos inconſulto loquẽdi ſtudio teneri oportet, eáque quæ in mentem veniunt, quamuis abſurda, proferre atque emittere: verùm cogitare quòd li- D cet magno interuallo à cœlo diſtemus, certum eſt tamen ſermones noſtros à Deo exaudiri: *Sermones noſtri à Deo audiuntur. Simili.* atque vtile eſt lapſum in loquendo cauere. Quemadmodum enim varias animæ curas multiplex inſomniorum ſpecies ſubſequitur: ad eundem quoque modum ſtultitiæ verborum nugacitas coniuncta eſt. *Votũ præſtandum. Deut. 3.* Pollicitatio voto facta finem per opus accipiat. Eſt hoc ſtultorum proprium, vt reiectitij ſint. Ac tu promiſſi veritatem præſta, ſciens longè tibi ſatius eſſe non vouere, nec facturum aliquid polliceri, quã poſt conceptum votum id relinquere. *Verba turpia fugienda.* Omni autem ratione fugiendum eſt turpium verborum profluuium: nec enim Deo inaudita erunt. Nam ad eum qui hæc cogitat, nulla alia vtilitas redit, quám vt ſentiat opera ſua à Deo labefa- E ctari atque corrumpi. *Simil.* Vt enim plerunque inſomnia vana: ſic etiam pleraque verba. *Timor Dei* Timor autem Dei hominibus quidem ſalutaris, cæterùm rarus. Quocirca nihil eſt, cur mireris ſi & pauperes calumniis opprimi, & iudices legibus impoſturam facere videris. Cauendum porrò eſt, ne iis, qui potentia præſtant, maiores eſſe videamur. Nam etiam ſi hoc acciderit, tamen ex horrendis cruciatibus, in quos incidemus, nequaquam nos improbitas ipſa liberabit. *Alia ſimil.* Quemadmodum autem facultates raptu collectæ ac per vim extortæ pernicioſiſſimæ & ſceleratiſſimæ ſunt: *Auaritia inſatiabilis.* ſic etiam homini pecuniarum cupiditate flagranti nunquam ſatietas, nec proximorum beneuolentia proueniet: quamlibet maximam vim argenti quæn ſierit. Hoc enim . vanum eſt & inane. At probitas familiares ſuos maiorem in modum oblectat, fortéſque efficit, rem vnamquamque perſpiciendi facultatem præbens: ſed & huiuſmodi curis minimè inhæſiſſe, animúmque defixiſſe magnum cenſendum eſt. *Pauper.* Enimuerò pauper licet ſenectute prematur, ventrémque ſuum nequaquam largius impleuerit: tamen ſuaui ſomni requie fruitur: *Contra diuites auaros.* opum autem cupiditas indiuulſas comites habet vigilias & animæ labores. Quid porò abſurdius eſſe queat, quàm cùm magno ſtudio & cura reconditas opes conſeruare, ac ſexcentorum malorum occaſiones ſibi ipſi cuſtodire? *Iob. 20.* Ac diuitias quidem illas labefactari ac perire neceſſe eſt, *Sent.* ſiue ei qui has adeptus eſt, liberi ſint, ſiue nulli: *Iob. 1.* ipſum autem vel inuitum ac repugnantem talem in terram cadere atque diſcedere oportet, qualis erat, cùm in hanc lucem prodiit. Ita vacuis manibus abſceſſurus peccatum ſuum augebit, perinde atque hoc non cogitans, natiuitati ſimilem vitæ finem ſibi imminere, ſeque inani labore torqueri, atque in quendam potiùs venti impetum quàm ſuo ipſius ſtudio inſeruiens, totam vitam ſuam in impuriſſimis cupiditatibus, temerariiſque appetitionibus, ac præterea in mœroribus morbiſque conſumit. Atque, vt compendiò dicam, huiuſmodi homini dies tenebræ ſunt ac vita luctus. Quanquam illud minimè reiiciendum eſt. Dei enim beneficio homini contingit, vt laboribus ſuis cum animi oblectatione perfruatur, diuinitùs acceptas ac non vi extortas opes poſſidens. Neque enim ille mœroribus affligitur, nec vt plurimùm, malis & perditis cogitationibus ſeruit: quin potius beneficentiis & largitionibus vitam ſuam metitur, in omnibus rebus animi tranquillitate fruens, atque ob Dei donum lætitia geſtiens.



### CAPVT VI.

Iam verò infélicitatem apud homines maximè fre A quenté atque graſſantem oratione perſequar: *Frequens apud homines infelicitas.* cùm nimirum Deus cuipiam omnia, quæ ipſi cordi erant, abũdè ſuppeditauerit, nec vlla omnino re ex omnibus, quæ animum cupiditate tentant, eum ſpoliauerit, non operibus & facultatibus, non gloria & ſplendore, non reliquis alijs omnibus, qua mortales ad ſtuporẽ vſque admirantur. Ille autem omnibus rebus circumfluens (quaſi hac vna calamitate diuinitus inflicta implicitus teneatur, quod earum fructu careat) alij ſua aſſeruat, inutilis prolapſus & ſibi proximis. Hoc ſanè argumentum magnum, ſignumque perſpicuum extremæ cuiuſdam improbitatis eſſe cenſeo. Quin illum quoque hominem, qui plurimorum liberorum pater B ſine vlla offenſione nominat⁹, vitaq́ue in longum producta, benignitate tamen ac deliciis animum tãto tẽpore nõ expleuerit mortis interim periculo haudquaquam facto, hunc equidem nec numeroſæ prolis nec diuturnitatis vitæ nomine beatum duxerim: immò verò fœtum è materno ventre pręmaturè excidentem atque abortu egeſtum ipſi præferendum puto. Illud enim vt incaſſum venit, ita clanculum etiam & cum obliuione diſcedit, non deguſtatis huius vitæ malis, nec Sole proſpecto. *Duo quæ homines ad paupertatem ducunt.* Quod quidem leuius eſt, quàm quod peruerſo illi & profligato accidit, qui licet in mille annos vitam ſuam propagarit, vitæ tum commoda non agouit. Vtriuſque porrò finis mors. Cæterum hic C maximè ſtultus conuincitur, quod nulla cupiditate ſatietur & expleatur. At prudens & moderatus his affectibus minimè retinetur. Ferè fit autem vt vitæ rectitudo & integritas hominem ad paupertatem ducat. Multos verò de mentis gradu deijiciunt procaciũ oculorum aſpectus, animam incitantes, ac per inanem videndi cupiditatem ad inutile ſtudium pertrahentes, Enimuerò ea, quæ nunc facta ſunt, iam cognita ſunt, perſpicuumque eſt hominem ijs, quæ ſupra ſe ſunt, reluctari atque obſiſtere non poſſe. Cæterum nugæ & ineptiæ inter homines verſantur, eorum, qui ijs vtuntur, amentiam augentes.

### CAPVT VII.

*Curioſitas hominum.* NAm cùm nihilo maiorem vtilitatem is percipiat qui ea quæ ex animi ſentẽtia ſibi in vita euentura ſunt, perfecta habet (fingamus id enim:) tamẽ hoc quoque hominum curioſitas comminiſcitur, vt ea etiam que poſt mortem alicuius futura ſunt anxiè inquirere ac ſcire videatur. *Fama bona. Prou. 22.* Porrò fama bona ſuauior eſt animæ quam oleum corpori, *Mors.* & vitæ exitus melior natiuitate: *Luctus.* atque optabilius & præſtabilius lugere quam commeſſari, ac mœrentibus adeſſe, quàm vino ſe obruentibus. *Ira prudens.* Sic enim ſe res habet, quòd ſi quis hunc vitæ finem nactus fuerit, de his quæ circa ſe ſunt, nec timore nec ſolicitudine afficiatur, Conſimili modo prudens ira riſui præferenda eſt. *Sapientis obiurgatio* Seuera enim vultus habitudine anima ad rectum honeſtumque componitur. Ac ſapientum quidem animæ triſtitia contrahuntur. Stultorum autem animæ lætitia elatæ diffunduntur, Atqui multò magis optandum ſapientis vnius obiurgationem excipere, quam totius chori improborum & miſerorum hominum cantantium auditorẽ fieri. Stolidorum etenim hominum riſus ſpinarum multarum vehementi igni ardentium ſonitui haud abſimilis eſt. *Calumnia Modeſtia.* Sed profecto grauiſſimum malum eſt calumnia: hæc enim ſapiẽtum animabus inſidias ſtruit, ac generoſam bonorum virorum conſtantiam obluctationemq́: labefactate molitur. *Temperãtia.* Porrò autem hunc laudidus efferre conuenit, non qui initium, ſed qui dicendi finem fa- A cit. Morum etiam moderatio laudibus complectenda, nõ elatío & arrogantia: Inſuper animi furorẽ ſummo ſtudio frænare & coercere neceſſe eſt, nec promptè & temere in iram ruere, cui ſtulti ſeruiunt. Erant autem, qui meliorem vitam maioribus noſtris datam eſſe affirmant: nec intelligunt ſapientiam opum copia longè præſtantiorem eſſe, tantoque clariorem, quantò argentum vmbra ſua ſplendidius apparet. *Vitæ longitudo.* Vita enim hominis non ex caducarum & fragilium opum collectione & poſſeſſione, verũ ex ſapientia prouenit. Quis enim oro te, tantam tamque benignam Dei prouidentiam verbis conſequi poterit? aut quis ea quę ſumma cum ratione à Deo neglecta eſſe videntur, re- B uocare? Ego vero minus rectẽ id quidem faciens, omnia conſideraui, & iuſtum in iuſtitia conſtanter perſtãtem, nec ab ea toto vitę curriculo deſciſcentem, immò etiam propter eam inſidijs petitum: & iniuſtum ſimul cum ſcelere ſuo morientem. Illud tamen homini iuſtitia prædito videndum eſt ne admodum talis eſſe videatur nec ſupra modum ſapiens: ne ſi qua in re offenderit, multis partibus cupioſius peccet. *Non plus ſapere quã oportet.* Illud etiam tibi cauendum, ne audax & temerarius ſis: ne alioqui te intempeſtiua & præmatura mors obripiat. Maximum autem bonum, Deum complecti & apprehendere, atque in eo manentem ab omni peccato abſtinere. Res etenim maculæ omnis expertes impura manu contre- C ctare nefarium & execrabile eſt. *Temeritas* Qui autem cum Dei timore cedit, ſeque ſubmittit, aduerſa omnia effugit. *Maximun bonum.* Sapientia auxilii in ciuitate plus poteſt, quàm potentiſſimorum hominum acies. Quæ etiam plerunque, iis, qui ab officio aberrarunt, iuſtè ignoſcit. Nemo enim eſt, qui non interdum labatur. *Sapientia.* Eſt autem tibi prouidendum, ne ad impiorum ſermones vllo modo accedas: ne maledicta in te iacta tuiſmet auribus hauriẽs quemadmodum improbi ſerui loquacitatem, atque ea re animo commorſus, in multis poſteà actionibus ad regerenda conuitia ipſe quoque abducaris. Hæc omnia ego noram, ſapientiam à Deo conſecutus, qua deinde amiſſa, iam mei ſimilis eſſe nequitiam. *Cor mulieres.* Sapien- D tia enim à me in infinitam longitudinem fugit & in immenſam profunditatem: vt mihi eam arripere vltrà non liceret. Quare ab ea quoque inquirenda omnino abſtinui, iamque nec in animo habebam impiorum amentias & vana conſilia, vitamq́ue miſerè palantem conſiderare. Sic autem animo conſtitutus, in hæc deuolutus ſum: ac mortifera cupiditate correptus mulierem cognoui, hoc eſt terram quandam, aut ſi quid aliud eſt huiuſmodi. Cor etenim eius pertranſeuntes irretit, ac ſi vel manum tantum manui cõnexuerit, non minus ſtrictè retinet, quàm ſi vinculis cinctos traheret. Nec verò ab ea aliter liberari queas, Deum propitium ac begnigno oculo intuentem na- E ctus. Nam qui peccati ſeruitute premitur, haud quaquam effugerit. Porrò cùm per omnes mulieres pudi- [redacted] citiam earum quæſiuiſſem, in nulla reperi. Ac virum quidẽ pudicitia ornatum inter mille fortaſſe perſpexeris: mulierem autem minimè. Illud verò maximè animaduerti, quod homines animis ſimplices à Deo creati, varias cogitationes rationiſque diſcurſus ſibiipſis attrahunt, atque infinitas quæſtiones, ſapientiæque, inquiſitionẽ profitentes circa dictiunculas tẽpus terũt. *Curioſitas*

### CAPVT VIII.

SApientia, cùm in homine exploraretur, domini quoque vultum ſplendore perfundere cernitur: quemadmodum impudentia eum, in quo domicilium

habet,ſtatim vt viſus eſt, odio dignum eſſe coarguit.
Regis ſermonibus diligenter aduertere conuenit, ac
*Iuſiurandum fugiendum.*
iuſiurandum omni ratione fugere, idque præſertim,
quod in Dei nomẽ cõcipitur:interim tamen nõ æquũ
fuerit ſermoni malo imminere,verùm cauere ne blaſ-
phemiam vllam inDominum effundamus.Non enim
de eo pœnam aliquam infligente queri licebit, nec
vnius illius Domini & regis placitis obſiſtere.Melius
autem & conducibilius fuerit ſacroſanctis mandatis
acquieſcentem ab improbis ſermonibus remoueri.
Cordatus enim vir tempeſtiuum illud iudicium iu-
ſtum fore ſcit atque prænoſcit. Omnes enim vitæ hu-
manæ res ſupernam pœnam manent: verùm ſcelera-
tus haud admodum ſcire videtur, quod cùm multa ſu
per ſe Dei prouidentia ſit, nihil prorſus in poſterum la
tebit.Non enim ſcit quæ poſtea futura ſunt: Neque
quiſquam eſt,qui aliquid eorum pro dignitate expo-
nere queat:quoniam nemo tantis viribus futurus eſt,
*Angelus mortis. Mors nulla arte expellitur.*
vt angelum animam ipſius extorquentem arcere ac
prohibere poſſit,nec ars omninò vlla & aſtutia inue-
nietur,quæ mortis tẽpus repellat, ac velut exceptione
ſubmoueat: verùm quẽadmodum in medio bello ca-
ptis fuga omnis vndique præcluſa perſpicitur, atque
omnis hominis impietas ſimul perit. Enimuerò quo-
ties cõtẽplor,quæ & quanta mortales in proximorũ
perniciem ſtudioſè excogitarunt,totus obſtupeſco.Il-
lud quidem compertum habeo prius quoque ex hac
vita abripi impios, ac de medio tolli:eo quòd vanita-
*Dei prouidentia & clementia.*
ti ſeipſos dediderunt. Quoniam enim Dei prouiden-
tia propter ſummam æquanimitatem & clementiam,
haudquaquam omnes confeſtim perſequitur,nec ma
lus ſtatim poſt admiſſa flagitia pœnis afficitur:ob eam
cauſam ſibi fas eſſe putat vir ſceleſtus diutius peccare,
quaſi innoxius diſceſſurus:illud videlicet nõ intelligẽs,
quòd etiam poſt longum à perpetrato ſcelere tempus
Dei ſcientiam non fugiet.Illud verò præſtantiſſimum
bonum,pio Dei timore præditum eſſe,à quo cùm im
pius exciderit,haud diu ſtultitia ſua abutetur. Peſſima
autem & falſa opinio per homines plerumque graſſa-
tur,tum de iuſtis,tum de ſceleratis. De vtriſque enim
contraria exiſtimant. Nam & qui iuſtitia præditus
*Iudicium de hominibus præpoſterum.*
eſt,non talis habitus eſt: & rurſus impius,cordati viri
opinionem tulit. Quem quidem errorem in primis
grauem & pernicioſum eſſe ſtatuo. Quin etiam ali-
quando ſummum bonum in cibo & potu ſitum eſſe
iudicaui: eumq́ue Deo chariſſimum,qui toto vitæ ſpa
tio his,quàm maximè fieri poteſt, frueretur, atque
huiuſmodi cupiditatem, vnicum vitæ ſolatium arbi-
tratus ſum.Ac proinde in nullam aliam rem, quàm in
*Ac multi ita hodie ſentire videntur.*
hanc opinionem incumbebam, vt nec noctu nec in-
terdiu quicquam eorum quæ ad luxum à mortalibus
inuenta ſunt,mihi interdicerem, ab eoque me abdu-
cerem. Cæterùm hoc cognoui, quòd quiſquis ſe his
rebus inquinauerit, ne quamlibet quidem longo la-
[illegible]
bore verum bonum vnquam reperiet.

CAPVT IX.

TVm enim homines omnes iiſdem rebus dignos
habitos eſſe putabam.Ac ſi quis ſapiens iuſtitiam
ſtudioſè coluiſſet,atque ab iniuſtitia receſſiſſet,animi
que dexteritate & facilitate, omnium odium fugiſſet,
*Impiorum & atheorũ errores*
(quod quidem Deo gratũ eſt) hic mihi inanem labo-
rem haurire videbatur. Denique vnum eundemq́ue
finem eſſe arbitrabar iuſti & iniuſti,boni & mali, puri
& impuri,Deo ſupplicantis minimeque ſupplicantis.
Nam cùm iniuſtus & probus, peierator & iuſiuran-
dum omne fugiens ad eundem finem ſpe atque opi-
nione mea contenderent: ſubibat animum ſiniſtra
A quædam cogitatio,omnes in eadem deſinere. Nunc
verò perſpectum habeo ſtultorum eſſe has cogitatio-
nes,ac fraudes & impoſturas. Ac multis verbis illud
occinunt, eum qui mortem obiit penitus interire:
ac viuentem,etiam ſi tenebris obſitus iaceat, mortuo
prẹferendum eſſe. Et enim eos qui vita fruuntur,hoc
ſaltẽ ſcire, quòd morituri ſint: eos autem qui vita fun-
cti ſunt, nihil prorſus cognoſcere. Præmia porrò pœ-
naſque nullas poſt expletum vitæ curſum proponi.
Odium inſuper & beneuolentiam erga eos qui vitam
*[illegible]*
cum morte commutarũt,finem habere. Eorum enim
tum inuidiam atque æmulationem defeciſſe, tum vi-
tam obſcuratam atque extinctam eſſe. Poſtremò nul-
B lius rei participem eſſe, qui ſemel ex hac vita migra-
rit.Hæc,error accinens,huiuſmodi quoque conſilium
porrigit.Heus tu,quid facis, ac non delicijs indulges,
nec omnis generis edulijs ingurgitaris, vinoque te
immodicè exples? An,non intelligis,tibi hæc diuino
munere concedi,vt arbitrio tuo ac ſine impedimento
fruaris? Quin tu veſtem recèns ſordibus deterſam in-
duis,capiteque vnguentis delibuto hanc atque illam
mulierem cernis,vanamque vitam vanè tranſigis?Ni-
hil enim præter hæc tibi reliquum eſt,nec in hac vita,
nec poſt mortem.Facito igitur, quæ temere & vltro
occurrunt. Neque enim rationem horum quiſquam
*Infernus.*
à te exiget:nec hominum facta,niſi apud homines vl
C lo modo cognoſcuntur. Orcus autem,quicunque tã-
dem ille eſt,ad quem abire dicimur, ſapientiæ & ſen-
ſus eſt expers.Atque hæc vani homines loquuntur.E-
go verò certum habeo, nec eos qui pedum leuitate
præſtare vidẽtur,magnum illum curſum peracturos:
nec eos qui potẽtes & formidabiles apud homines ha
biti fuerint, bellum illud formidabile confecturos.
*Prudentia*
Nec verò prudentia in ciborum copia exploratur,nec
ſagacitas quicquam commune habere cum opibus
conſueuit. Nec iis gratulandum puto,qui omnes ad
eadem peruenturos eſſe arbitrantur. Graui enim ſo-
pore oppreſſi mihi videntur,qui res huiuſmodi cogi-
tant,nec ſecum reputant fore,vt piſcium inſtar atque
*Sapientia.*
D auium abrepti in malis verſentur, ac ſubito pro ſce-
lerum merito pœnas luant. At enimuerò ſapientiam
tanti facio atque æſtimo,vt paruam etiam ciuitatem à
paucis habitatã,atque adeò à magno rege cũ exercitu
circunſeſſam magnam & frequentem exiſtimẽ: ſi vel
pauperem vnum ſapientem virum ciuem habeat.Hic
enim tum ab hoſtium impetu, tum à circũuallationi-
*Vt Archimedes Syracuſanus Sapientiæ robur etiam ſi deſint opes.*
bus & oppugnationibus ciuitatem ſuam incolumem
tueri poſſit.Et quanuis alij pauperem illum ſapiẽtem
non agnoſcant, ego tamen ſapientiæ vires,populari
huic potẽtiæ longè antepono. Verùm hîc quidem ia-
cet& contemnitur ſapientia quę cum paupertate con
iuncta eſt,cæterum poſtea audietur altiorem vocem
E edens, quam principes & tyrãni malorum cupidita-
te flagrantes. Sapientia enim ferro etiam ipſo fortior
eſt,ſtultitia autem vnius,multis periculum accerſit: e-
tiam ſi multis leuis & contemptibilis ſit.

CAPVT X.

NAm muſcæ in vnguentum prolapſæ&ſuffocatæ,
indecorum ſuauis illius liquoris aſpectum & vn
ctionem reddunt:ſapiẽtię autem & ſtultitię ſimul me-
miniſſe nihil conuenit.Sapiens quippe ad res dextras
*Sapiẽtis et ſtulti comparatio.*
& honeſtas ſibi ipſi dux eſt,ſtult⁹ autem ad læuas pro-
pendet,nec vnquam ad res præclaras duce ſtultitia v-
tetur.Quin ipſius quoque cogitationes vanæ ſũt,ſtul-
titia oppletæ.Quòd ſi te,ô amice,Spiritus hoſtilis ali-
quando



quando odoratus fuerit,forti animo reſiſte,ſciens Deũ
vel ingentem peccatorum multitudinem benignitate
ſua donare poſſe. Tyranni autem patriſque malitiæ
hæc opera fuerint,ſtultum quidem in ſublime attolli j
prudentiæ autem opibus,affluentem deprimi: & pec-
catorum quidem ſeruos,equis vectos,ſacroſanctos ve
rò homines pedibus iterim honeſtè faciẽtes conſpici,
improbis exultantibus. Quòd ſi quis alteri inſidias
moliatur, imprudens ſibi ipſi primo & ſoli inſidias
ſtruit.Qui autem alterius ſecuritatem euertit,in ſerpẽ
tis morſum prolabetur,Quin is etiam,qui lapides ex-
trahit,laborem haud paruum ſufferet,& qui ligna cõſ
cindit,in ſuimet armis periculum feret. Quòd ſi fortè
ſecuris è manubrio exilierit, tumultuabitur qui huic
operi incumbit, haudquaquam fauſtè comportans,
ſuaſque iniuſtas & breui perituras vires ipſe adaugẽs.
Eſt verò morſus ſerpentis furtiuus & clandeſtinus: ni-
hil ſolatij afferent incantatores, vani enim ſunt. Eni-
muerò bonus vir tum ſibi, tum proximis bona ope-
ratur:contrà ſtultus inepta ſua loquacitate in perni-
ciem incidet. Cùm ſemel os aperuerit,ſtultè orditur,
&ſtatim dicendi finem facit, ſtoliditatem ſuam vbiuis
oſtendens. Fieri autem minimè poteſt, vt homo, ea
quæ à principio fuerunt, aut poſtea futura ſunt, co-
gnoſcat,& ab homine diſcat. Quis enim erit,qui ape-
*Ciuitas infælix & beata.*
riat? Homo,qui in bonam ciuitatem proficiſci neſcit,
& oculis & toto vultu affligitatur.Huic autem ciuita-
ti mala prænuncia,cuius & rex adoleſcens eſt,& prin-
cipes helluones.Contrà bonam illam terram beatam
prædico, cuius filius liberi regnum tenet: vbi tempe-
*Piger & deriſor.*
ſtiuè bonis fruuntur,qui illic præfecturis & dignitati-
bus ornati ſunt.Piger & ignauus domum minuunt,de
riſores & ſcurræ facti,atque ad ingluuiem ſuam rebus
omnibus abutentes, argento ductiles, exigui precij
cauſa turpiter & abiectè quiduis facere ſuſtinentes.
*Regi & magiſtro obediendũ. An neſcis longas regibus eſſe manus?*
Regi autem & præfectis aut principibus audientem
eſſe conuenit,ac non ipſis in offenſam venire,nec mo-
leſtum vllum verbum in eos proijcere. Periculum e-
nim eſt,ne id etiam quod per ſolitudinem dictum fue-
rit, in lucem fortè veniat.Et enim ſoli & diuiti & ma-
gno regi nuncij celeres & pennati omnia proferunt,
ſpirituali ſimul & rationali miniſterio fungentes.

CAPVT XI.

INſtum eſt autem egenti panem&,ea quæ ad vitam
tuendam neceſſaria ſunt,impertiri. Quamuis enim
*Eleemoſyna.*
id ſtatim perdidiſſe quibuſdam videaris, quemadmo-
dum ſi panem in aquam conieciſſes:tamen progreſſu
temporis nequaquam infrugifera tibi apparebit bene
ficentia. Quin liberaliter quoque porrige, pluribuſ-
que tuas facultates diuide. Non enim tibi notum eſt,
quid tandem poſtera dies efficiet. Nam neque nubes
copioſam ſuam pluuiam retinẽt, ſed imbrẽ in terram
fũdunt:nec arbor perpetuò ſtat, verum& iam ſi homi
*In Aſtrologos.*
nes ei perpecerint,à vento certè conuelletur.Iam mul
ti quæ à cœlo euẽtura ſint,pręſcire geſtiunt, nec deeſt
qui in nubes intuens ventumque expectans, à meſſe
aut ventilatione abſtinuerit, re inani confiſus & per-
ſuaſus,nec eorum,quæ diuinitùs futura ſunt, quicquã
cognoſcens: quemadmodum nec quid mulier præ-
gnans paritura ſit.Cùm autem ſementem tempeſtiuè
feceris,fructus collige atque comporta,cùm huius rei
tempus aduenerit.Incertum eſt enim, quænam ex his
quæ conſita ſunt,meliora futura ſint. Vtinam autem
omnia bona ſuccedant. At enimuerò cùm quiſpiam a-
nimo reputat,quòd & Sol pulcher, & ſuauis hæc vita
& bonum,longa tempora in pecpetuis voluptatibus
A explere,& res formidoloſa mors, malumque ſempi-
ternum,atque in nihilum ducens:faciendum ſibi cen-
ſet,vt præſentibus vitæ commodis ſpeciemque iucun
ditatis habentibus perfruatur. Atque etiam iuuenes
admonet,vt ætatis flore abutantur,animas ſuas in om
nem voluptatem laxantes,cupiditatibuſque obſequã-
tur,atque & quę ipſis viſa fuerint faciant,& quæ oble
ctationem afferunt,ſpectent, & quæ aliter ſe habent,
auerſentur.Ad quem hoc tantùm dixerim: Parùm ſa-
næ mentis es,ô homo, qui Dei iudicium hæc omnia
vindicaturum non expectas. Sed & flagitioſa eſt co-
meſſatio,& libido, & impura corporum noſtrorum
contumelia pernicioſa: Iuuentutis enim aſſecla eſt
ſtultitia:ſtultitia autem ad exitium ducit.

B CAPVT. XII.

OPerepræcium autem eſt, dum iuuenili adhuc æ-
tate flores, Dei timore affici, priuſquã malis
teipſum tradas, priuſquam veniat dies Domini ma-
gnus & formidoloſus, cùm iam nec Sol ſplendorem
edet,nec Luna,nec reliqua ſidera,verùm ſupernæ vir-
tutes in illa rerum omnium tempeſtate atque tumul-
tu mouebuntur,hoc eſt,angeli orbis cuſtodes,vt & vi
ri prępotentes conquieſcant, & mulieres operandi fi-
nem faciant,in obſcuras & caliginoſas ædium partes
*Expectandũ Dei iudicium. Iuuentutis aſsecla ſtultitia.*
fugientes,ianuis omnibus clauſis,ac mulier quædam
molæ operam dare ob metum deſinens perexili voce,
inſtar tenuiſſimæ auiculæ,vtetur, atque omnes neffa-
C riæ mulieres in terram corruent, & vrbes,& earum
magiſtratus immanes & ſanguinarii ſupernum ſupli-
cium expectantes, ingruente acerbiſſimo & cruento
tempore quaſi florente amygdala, continuiſque pœ
*Dies Domini formidoloſus*
nis incumbentibus, velut numeroſo quodam volan-
tium locuſtarum agmine,ac de medio eiectis &ſubla-
tis flagitioſis hominibus,haud ſecus ac nigra quadam
& diſpicabili capparide.Ac vir quidem probitate cla-
rus in domum ſuam ſempiternam lætus proficiſcetur:
improbi autem ſua omnia planctibus implebunt,nec
iam argentum reconditum,nec aurum probum vtili-
tatis quicquam habiturum eſt. Magna etiam plaga
omnia occupabit, ad hydriam etiam vſque ad fon-
D tem aliquem ſtantem, & rotam vehiculi, quam in ci-
ſternæ concauitate relictam eſſe contigerit,hoc nimi-
rum 4.ablutionem ferente ſæculo, & circunuolutio-
nis & eius vitæ, quæ per aquam comparatur, tempus
prætergreſſo. Hominibus porrò in terra iacentibus
*Quæ hominibus ſalutis ratio.*
hæc vna ſalutis ratio eſt,vt eorum animæ eum agnoſ-
cant,atque ad eum conuolent, à quo creatæ ſunt. Ita-
que vt ea,quæ prius dixi,repetam,admodũ vanè mor-
tales affecti ſunt, tantaque eſt rerum, quæ ab illis ex-
cogitantur,vanitas, vt ad earum magnitudinem acce-
dere nihil omninò poſſit. Ac mihi quoque inanis &
ſuperuacaneus labor ſuſcipitur, ſapienter & eruditè
concionanti: quippe qui populum hunc docere ag-
E grediar,ita miſerè perditeque affectum,vt nec doctri-
nam nec curationem admittat. Opus eſt autem vi-
ro forti & generoſo, ad hoc vt ſapientiæ ſermones
intellectu aſſequi queat. Ego verò iam grandis natu,
longumq́ue vitæ ſpatium emenſus, in iis, quæ Deo
grata & accepta ſunt,per veritatis myſteria,exquiren-
dis animum defatigaui. Illud autem exploratum ha-
beo,animos non minùs extimulari ſapientum præce-
*Sapientũ præcepta pro ſtimulo.*
ptis, quàm ſolent corpora ſtimulo aut clauo confixa
& perforata.Nonnulli autem ſapientiſſima illa docu-
menta à bono vno paſtore & magiſtro accepta, quaſi
ex vno ore omnes atque inter ſe concordes dabunt,
creditam ſibi doctrinam copioſius & ornatiùs expe-

*Scribendi modus.*

nentes. Cæterùm verborum multorum nulla eſt vtilitas, nec tibi, vir amice, author fuero, vt ea quæ minus conuenit, inutili opera conſcribas, ex quibus præter inanem laborem nihil commodi percipiatur. Reliquum iam eſt, vt huiuſmodi quodam epilogo vtar: O homines, en vobis apertè breuiterque denuncio vt Deum omnium Dominum & inſpectorem timeatis, eiusque præcepta ſeruetis, vobisque perſuadeatis, omnia poſteà iudicium ſubitura, atque vnumquemque operum ſuorum tam bonorum quàm malorum mercedem pro dignitate accepturum.

*Merces operum.*

## SCHOLION

4. *Ablutionem ferente ſæculo. Gr.* λȣ̈ϱοφόϱȣ αἰῶνος. *Sic hoc noſtrum ſæculum vocat: quòd quandiu in hac vita ſumus, nulla eſt tam fœda peccati labes, quæ cum Dei ope & miſericordia detergi atque ablui non poſsit. Vel etiam fortaſſe* λȣ̈ϱοφόϱον *vocat ſæculum propter myſtici lauacri ablutionem.*

# S. PATRIS ANTONII MERITO MAGNI ABBATIS VITA.

Ex D. Hieronimi Catal. Scriptorum Ecleſiaſtic.

*ANtonius Monachus, cuius vitam Athanaſius Alexandrinæ vrbis Epiſcopus inſigni volumine proſequutus eſt miſit Egyptiace ad diuerſa Monaſteria Apoſtolici ſenſus, ſermoniſque Epiſtolas 7. quæ in græcam linguam tranſlatæ ſunt, quarum præcipua eſt ad Arſenoitas, floruit ſub Conſtantino, & eius filiis regnantibus. Vixit annos.* 105.

Ex Trithem.

*Antonius Monachus & Abbas, natione Egyptius, vir ſanctiſs. eremique cultor inſignis, cuius laudum præconia orbis vniuerſus perſonat, multis religioſæ & beatæ vitæ normam præbuit, Qui etſi literas non didicerit, in diuinis tamen ſcripturis adeo fuit eruditus vt nullus doctorum ſe ei præferre præſumeret, Habebat memoriam prolibus, intellectum & ſenſum pro literis, gratiam pro ſtudio lectionis: Dictauit Ægyptiaco ſermone ad diuerſa coenobia Apoſtolici ſenſus 7. Epiſt. ſcriſit quoque celebre opus duorum librorum quod Meliſſa, id eſt Apicula nominatur, &c. Claruit multis coruſcans miraculis ſub Conſtantino. Anno.* 330.

# EX EPISTOLA SYMPHORIANI CAMPERII AD HECTOREM DALLVM, SEDIS APOSTOLICÆ PROTHONOTARIVM.

VEnio igitur ad diui Antonij Epiſtolas, quas & Aegyptiacè ſcriptas, & Gręcè interpretatas, nuper verò à Valerio Saraſio Latinè ſcriptas, ad me miſiſti. Quarum grauitatem ne, an ſuauitatem plus admirer, neſcio. Nanque aptiſſime exorditur Antonius, lucide prophetarum narrat hiſtorias, inuehit acriter, varie ornat, artificioſe complectitur, tam apte, tam ornate, tam copioſe, tam pulchre in epiſtolis orauit Antonius. Quid hac Antoniana oratione perfectius? Quid abſolutius? Quis modus? quis ordo? Nunquam mi Hector ęque delectatus ſum. Huius Antonij vitam ſcripſit Athanaſius, teſtatus quod viſitauerit Maximianum imperatorē, vt martyr fieret, qui & pręuidit in ſpiritu futurū ſcandalum Eccleſiæ per Iulianum apoſtatam, de Chriſtiano futurum paganum. At hinc deſcendens per Thebaidem, viſitauit Didymum epiſcopum Alexandriæ, à natiuitate cæcum. Paulum primum eremitam, Deo iubente, ſepeliuit. Nec eſt idonea cauſa, cur aliquis Diuum Antonium theologiæ ignarum fuiſſe cenſeat. Namſi ſic res haberet, Aegypti ſacerdotes Antonium, vt ſymbolo fidei magni Athanaſii teſtimoniū daret aduerſum Arrianos, non conuocaſſent. Eodem argumento & Athanaſius & Didymus, cæterique Aegyptij qui Antonium conuocarunt, Theologiæ rudes dicerentur. Obiit autem hic ſanctiſſimus pater omni præconio dignus, in Thebaide, Anno Domini ccclx ætatis ſuæ anno centeſimo quinto. Cuius cum corpus diu latuiſſet, poſtea imperante magno Imperatore, diuina reuelatione repertum fuit, & ex Thebaide Alexandriam primò delatum, poſtea in Galliam Allobrogum translatum prope Viennam, vbi condigno honore nunc vſque requieſcit. Quod à ſummis pontificibus Innocentio octauo & Alexandro ſexto fuit confirmatum.

*Symbolū Athanaſij*

# DIVI ANTONII MERITO MAGNI, ABBATIS SANCTISSIMI. AD FRATRES SVOS EPISTOLA. Prima

*Electi vocantur à Deo tribus modis.*

PRimum ſaluto vos in Domino. Exiſtimo autem animas quaſcunque apprehenderit gratia Dei vocantis ad prædicationem ſuam per verbum propriū, habere tres modos ſeu maſculos ſeu fœminas. Quidam enim per teſtamentariam legem & inditum in eis ſemel bonum, à prima ſui conditione pertingere verbo Dei ad eos morati nō ſunt, ſed perrexerūt parati cū eo, ſicuti & noſter progenitor Abrahā, cui primò, quia porrexit indaginē Deus per teſtamētariam legē, apparuit dicens: Exi de terra tua & de cognatione tua. & de domo patris tui, & veni ad terram quā oſtēdero tibi. At ille in nullo hæſitās, paratus fuit in vocatione. Hic autem figura erat primæ vitæ huius inſtitutionis quæ nuncuſque perſiſtit in eis qui eius ſequuntur veſtigia. Vnde & iterum ſi animæ ſic ſuſtineant & ita egerint, facile eaſdem virtutes aſſument, eo quod parata ſint corda earum repleri Spiritu Dei. Et hæc inſtitutio prima. Huic-uero ſecūda exiſtit de iis qui audiūt ſcriptam legem teſtificantem eis vniuerſa ſupplicia quæ peccatoribus præparantur, & annunciantem de ſanctis

*Vocatio diuina per internā inſpirationē.*

*Gen. 12. a*

*2. Vocationis diuinæ genus per lectionem ſcripturæ, huc autem pertinet.*



ſanctis promiſſionibus ad eos qui proficiunt, quibus & per teſtimonia inſcriptæ legis ſobria voluntas exiſtit, & per hanc quæſierunt intrare in vocatione vacantis. Sic & Dauid teſtificatur dicens: Lex Domini immaculata conuertens animas. Et in hoc eodem loco: Declaratio (inquit) ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Sed & alia quàm plurima, de quibus modo non poſſumus enarrare. Porrò tertia inſtitutio eſt, in te qua duris cordibus ſæpè vitia & in peccati operibus permanentibus, aliquotiens benignus Deus infert labores ad increpandum, donec ſentiant per ærumnam, & pœnitentes ex toto, accipientes & ipſi virtutes quemadmodum & illi de quibus prædixi. Hæ igitur ſunt introductiones tres in animabus quæ ad pœnitudinem veniunt, donec adipiſcantur gratiam & vocationem filij Dei. Sed puto quod ęos primus vocet ſpiritus qui ingrediuntur ex toto corde certamen, & ordinant ſemetipſos ad ſuſtinendum in omni luctatione aduerſarij donec deuincāt eum. Præſtat verò eis & lenitate in omnibus iuuans eos ſpiritus, vt indulcentur in illis opera pœnitentiæ. Ponit eis terminos per modum quendam pœnitudinis in corpore & anima eorum vſque quo doceat eos etiam conuerſionis modum ad conditorem proprium Deum. Nec nō & præbet eis violentiæ compulſionem in anima diſcurrentem & corpore vt vtraque ſanctificari queant, vt eodem modo hæreditatem vtraque ſumant. Corpus quidem in ieiuniis crebris & vigiliis atque ſolertia miniſteriis quoque quæ facit in corpore. Conandum hoc in omni fructificatione carnali. Spiritus quoque pœnitentiæ deductor efficitur, & in iſtis tētant eum in his, ne qua ſit inimicitia ad conuertendum forte retrorſum. Tum verò ille deductor ſpiritus incipit adaperire animæ oculos ad pœnitentiam exhibendā, & vt ſanctificetur etiam ſenſus, diſtinctionem intermediā, præbet incipiens doceri à Spiritu ſanctificare corporis & animæ pęnitentiam, ſenſu per ſpiritum edocto deducentem nos ad illud animæ corporiſque agendū, qui ſanctificans omnia ac diſtrictionem præbens vt carnis miſceatur fructus ad vniuerſa corporis naturalia ex quibus tranſgreſſio fuit, & adducit vnumquodque corporum naturalium ad priorem conditionem, non habens aliquid alienum aut hoſtile ſpiritus. Corpus ſiquidem religatur ſub poteſtatem ſenſus doctum à ſpiritu ſecundum eloquium Pauli: Obculco corpus meum & in ſeruitutem redigo. Quoniam verò ſenſus antea ſemetipſum ſanctificat in eſcis & potationibus à ſopore, & ſemel ac ſimpliciter in cunctis motibus ſuis, quique & naturalem copulam ſegregauerat ſanctificationi propriæ. Reor autem tres corporis exiſtere motus. In ipſo enim eſt naturale corporis concretum illi, quod tamen non operatur aut efficit aliquid ſine animæ voluntate, niſi quòd indicat in corpore ſolum. Nam & alius motus exiſtit ex paſtu corporis multorum ciborum ac potuum, ex quibus adinflatio ſanguinis orta, per eſcas oppugnat totius animæ corpus epularum ſumptione permotum. Ob hoc & Apoſtolus ait: Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Deinde Domino nunciante diſcipulis ſuis in Euangelio dicitur. Videte ne quando grauentur corda veſtra in eſca & potu, ſiue delitiis. Inquirentibus præſertim menſuram ſanctificationis debitum eſt iſtud efferre. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Tertius verò motus eſt ſpirituum malignorum tētantium per liuorem, ac volentium flaccidiores efficere eos qui conantur ſanctificare ſemetipſos. Veruntamen ſi in iiſdem tribus modis ſuſtineat anima ſemetipſam teſtimoniis quibus ſpiritus docuerit ſenſum, ſanctificabitur in vtroque ab illo languore triformi. Sin vero dimiſerit ſemetipſum ſenſus à teſtimoniis quibus ſpiritus teſtificatur ei, tunc maligni ſpiritus ſuperſerunt congregationi corporis, & oppugnant illo motu vſque dum anima fatigetur & incipiat requirere vnde auxiliū veniat, conuerſaque reapprehendat ſpiritus teſtimonia, ac ſanetur. Tunc etiam ei dat quòd vnica ſit requies poſtulanda à Deo, & quia ſic fit pax eius. Hæc autem aſſerui ad pœnitendum in corpore & anima, & qualiter oportet mūdari eam, cumque ſumpſerit tale certamen, tunc nūcia ſpiritus adſunt, & incipit diſcernere & iam ægritudines animales quæ accedunt & per proprias voluptates. Tunc ſiquidem erit participatio ſpiritus cum ſenſu, per cuſtodiam mādatorum quæ ei tradidit. & docet eum curare omnem languorem propriæ animæ, vnūquodque eorum diſcernens ei permixtione accepta in corpore naturaliū ac reliquorum quæ ſunt peculiariter ei extra corpus à capite vſque ad pedes, propriam voluntatem permixtam habens in illis, & oculis quidem terminum vt rectè confidenter conſpiciatur, nihil vltra peregrinum gerentes. Deinde vt aures audiant in pace, nec oblectentur amplius obtrectationem ac contumelias ſpirituales audire, ſed potius vt omnium correctionem & miſerationem inſeſſuram præ omni deſiderēt poſſeſſione. Quoniam in illis ęgrotabat prius, deinde rurſus vt linguam propriam doceat ſanctitatem, quoniā huiuſmodi languor inſederat ei dudum, vt quibus ægrotabat, ex ipſis ſemper aliquid loqueretur, tardans linguæ promenda organo, vt pote extanti ſibi. Hic ergo languor tardantius magnificatus eſt illi in hoc mēbro quod eſt lingua. Vnde & Iacobus Apoſtolus teſtificatur: Si quis videatur religioſus eſſe non refrænans propriam linguam, ſemetipſum fallit, & huius religio vana eſt. Idemque tibi ait Et lingua parua pars eſt maculans totum corpus, & alia multa, que non poſſum adiicere cuncta. Quod ſi præualuerint ſenſus ſumere ab ſpiritu, ipſe prius ſanctificabitur, & tandem perſcrutans ſermones, tradet quidem propriæ linguæ, ſed nihil habentes prauum aut animæ volūtarium, per quæ verbum Salomonis implebitur dicētis: Mei ſermones dicti ſunt à Deo, nec eſt in illis aliquid prauum atque perplexum. Idem rurſus in alio loco ait: Lingua ſapientium ſanat, & alia quàm plurima. Deinde iterum manuum motus intra me ſi erant aliquando motæ in quibus nō oportebat, animę voluptatibus, ſed nunc ei ſpūs vnus terminat ſenſum, vt in ſanctitate in orationibus & miſericordiis moueātur, huiuſmodique opera perficiant. Quin etiā in his illud eloquiū compleatur orationum cauſa prolatum, Eleuatio manuum mearū ſacrificium veſpertinum. Idem alibi Salomon: Et quia manus fortium ditantur. Sicque poſtmodum vt ipſam eſcam ventris & potum emundet, etiam ſic ad ſatietatem eis vtatur. Aut ſi aliquando illis animæ voluptas paululum in deſideriis fuerit, conſiderās quod nonnulli in ſatietate eſcæ vel potus dæmonibus obtemperarint, de quibus Spiritus per Dauid ait: Superbo oculo & inſatiabili corde, cū hoc non edebam. Nam & iſti ſi iterum Domini inquiſierint ſanctitatem etiam ſpiritus rurſum terminat eis eadem ſanctimonia, vt moderate & ſufficienter ad ſuſtinendum corpus vtantur, & vltra non habeant in eo concupiſcentiam aut voluptatem. Sicque eloquium Pauli complebitur dicentis: Siue comeditis ſiue bibitis, ſiue quid

*Pſa. 18.* *Pſa. 118.*

*3. Vocatio per tentationes afflictionum.*

*Qui nam ſint vocati prima vocatione.*

*1. Cor. 9 d*

*3. Motus corporis vnus à natura, alter à victu et rebus externis, tertius à Dæmone.*

*Eph. 5. d* *Luc 21. g.* *1. Cor. 9d*

*Ordo tentationum.*

*Iac. 1.*

*Prou. 8. a* *Prou. 12. c*

*Pſ. 140 a.* *Prou. 10 a*

*Pſ. 1006.*

aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Deinde & hii quæ per cogitationẽ coitus ſub aluo metitur, rurſus ſenſus ab ſpiritu doctus, diſcretionem tribuit motibus eorum in ſupra dictis tribus modis, & innititur ad ſanctificationem, auxiliatorem ſpiritum habens. Extinguitur etiam motus ille per virtutem ſpiritus pacificantis totum corpus, & perimentis totum illum, motum. Hoc eſt verum eloquium quod à Paulo prædictum eſt: Mortificantes membra veſtra quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, concupiſcentiam malam, & quæ deinceps. Sic denuo pedes, qui licet aliquando non erant, habentes incolumem greſſum, nec ſecundum Deum ambulabant, hos iterum ſenſus qui ſub ſpiritus fuerit voluntate ad pergendum miniſtrare operibus optimis cogit, vt immutatum corpus fiat ſub ſpiritus poteſtate. Sed æſtimo quod talis habitatio iam acceperit etiam in hæc partem quandam ſpiritualis corporis quam acceptura erat in reſurrectione iuſtorum. Hæc verò dixi propter animæ ægritudines quæ vſurpant permixtionem inter naturalia corporis, cum inde anima mouetur in illis ſectatrix effecta malignorum ſpirituum vt operentur in membris. Sed etiam prædixit quod habeat propriè etiam ipſa diſcretionem horum, Nam ſuperbia languor eſt eiuſdem corporis, iactantia vero, ægritudo eſt ei extra corpus: Item inflatio, odium, inuidia, ira, atque puſillanimitas, impatientia quoque ac reliquæ minutiæ horũ. Quòd ſi verò crediderit ſe Deo ex toto corde, tunc benignus Deus tribuit ei ſpiritum pœnitentiæ, & teſtificatur illi vt denuo quoque languore pœniteat. Propter quę aduerſarij prohibent ea tẽtãtes vſurpare ſibi, nec ſinunt pœnitere. Qui ſi ſuſtinuerit obediens, hortantem ſe ſpiritum ad pœnitendum, creator quoque illius miſerationis viſceribus motus ſupra labores eius quibus in egeſtatibus corporeis, id eſt ieiuniis plurimis, in vigiliis, in meditationibus multis, in verbo Dei, ac precibus largis, vel in abdicationibus mundanis, in humilitate, in paupertate ſpiritus, in quibus cunctis ſuſtinentem, Deus benignus aſpiciens & conſiderans, & patientiam eius in tentationibus perdurantem, miſerans adiuuabit eam.

*1. Co. 10.* *Col. 3 a.* *Dæmon impedit pœnitentiam.*

*Sancti Antonij Abbatis, ad Arſenoitas, Epiſtola ſecunda.*

ANtonius omnibus dilectiſſimis qui ſunt in Arſenoite & in parochia eius, vel qui cũ illis in Domino ſalutem. Vniuerſos vos paratos abire ad Deum ſaluto in Domino chariſſimi à minore vſque ad maximum, & à maſculis vſque ad fœminas. O filij Iſraelitæ, ſecundum ſenſualem veſtrã extantiam. Verè etenim filioli grandis vobis in generatione veſtra promiſſio, dicebat, quippe vos propter eum qui viſitationẽ veſtri fecit, nequaquam fatigari certantes, donec voſmetipſos offeretis ſacrificium Deo in omni ſanctimonia ſine qua nemo poterit hæreditare Deum. Nam pro certo, chariſſimi magnum eſt vobis iſtud, vt percontemini de cognitione ſenſualis extantiæ, in quo non eſt maſculus neque fœmina, ſed ſubſtãtia tantum immortalis exiſtit, habens quidem principium, finem verò nequaquam, debitumque vobis erat cognoſcere & de eo quomodo omnino deciderit in tãtam humilitatem & confuſionem eximiam, quæ pertranſiens in omnibus vobis aduenit. Igitur quando ſubſtantia immortalis exiſtit non conſoluenda corporibus, hanc ob cauſam Deus eandem plagam aſpiciens irremediabilem affectam, & quia magnificata eſſet vehemẽter per ſuam indulgentiam, viſitationem eorum faciens propter propriam bonitatem poſt aliquantum temporis legem poſuit eis, vnde & operatus eſt per Moſem præbendo legem. Et Moſes quidem fundauit eis veritatis domum, curare volens eandem validam plagam. Sed perficere nequiuit ædificium domus. Inſuper, autem & omnis ſanctorum chorus collectus in vnum, petiit patris bonitatem de ſalutari noſtro, vt calcaret in terris pro noſtra cunctorum ſalute. Ipſo vt pote extante noſtro magno & fideli pontifice ac medico vero, qui ſolus ſanare poſſet hanc enormem plagam. Vnde & voluntate patris exinaniuit ſemetipſum propria gloria, Deuſque exiſtens formam ſerui aſſumpſit, tradens ſe propter noſtra peccata. Et delicta quidem noſtra humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Quamobrem dilectiſſimi filioli in Domino, ſcire vos volo quod pro noſtra ſtultitia elegit ſtulta, & pro noſtra infirmitate formam infirmitatis aſſumpſit, ob quam noſtram pauperiem effectus eſt pauper, & ob noſtrã mortem figuram induit mortis. Ergo quia in his omnibus ſuſtinuit propter nos, verè dico dilectiſſimi in Domino, quia non debemus dare ſomnum oculis noſtris, neque palpebris noſtris dormitationem, poſtulantes ac perurgentes Dei patris inæſtimabilem bonitatem vſquequo egrediatur nobiſcum, & in hoc requiem habeamus, aduentus Ieſu atque virtutis, vt obſequamur ſanctis qui nos excolere feſtinant tempore negligentiæ noſtræ, alacritatem animorum dantes ei, ad iuuandum nos in tempore tribulationis noſtræ. Tunc enim ſeminans pariter cum metente gaudebit. Noſſe etiam vos cupio filioli quàm plurimum dolorem meum quem habeo pro vobis aſpiciens grandem illam confuſionem quæ ſuper vniuerſos aduenit, & conſiderans multum illum laborem ſanctorum omnium atque gemitum, quem emittunt pro vobis ſemper ad Deum, cernentes laborem proprij conditoris, omneſque malitias paruipendentes, nec non & decipulas diaboli, & angelorum eius inſidiantium, iuges ad perditionem noſtram. Quoniam etenim portio eorum in infernum habet ire, idcirco & illi volunt noſtrum quoque ſtudium vnà ſecum attrahere. Verè igitur chariſſimi in Domino ſicut prudentibus loquor, vt cognoſcatis cunctas opificis noſtri diſpenſationes, pro nobis factas, quæ & viſitationem noſtri faciunt per manifeſta & occulta præconia. Nos ſumus rationabiles nuncupati, ſed gerimus irrationabilem ſenſum dum ignoramus occultas calliditates, & artes diaboli multiformes, quæ ſint, qualeſque noſcãtur. Quando enim compererint conari nos confuſionem noſtram cognoſcere, & quòd quæramus modum efficacię illorum, operantes in nobis, & non tantum vt non obediamus malitiis eorum, aut hortamentis quæ diſſeminãt in cordibus noſtris, ſed & ne quamplurimi noſtrorum, profiteantur ſtudia eorum, ipſi quoque cognoſcentes indulgentiam conditoris quod mors his fiat in terris, illis vero ſit præparatum hæreditare gehẽnam propter negligentiã ſuam. Scire autem vos volo filioli quod non deſino obſecrãs pro vobis Deum nocte ac die, vt ipſe aperiat oculos cordis veſtri ad prouidendum crebrius occultam malignitatem illorum, quam per ſingula ſuper nos effundunt in iſto nunc tempore. Quæſo etiam vt concedat vobis ſcientiæ cor, ac diſcretionis ſpiritum præſtet, vt poſſitis offerre proprium cor, hoſtiam ſanctam in cõſpectu patris in multa ſanctitate, & ſine querela. Vere enim filioli inuident nobis per omnem horam in ſuo maligno conſilio & perſecutione quamplurima, & malitia,

*Moſes.* *Dæmonũ inuidia.*



malitia ſua, nec non & ſpiritibus erroris ſiue cogitationibus blaſphemis, infidelitatibus noſtris quoque quę ſeminantur ab ipſis in cordibus, ac doloribus multis, quæ irrogant nobis per omnem horam, animi etiã defectionibus, in quibus per ſingula labefacere animum non deſiſtunt, in vniuerſis quoque iracũdiis ſuis & obtrectationibus quas docent nos habere, & aduerſus alterutrum, & vt iuſtificemus noſmetipſos in iis quæ facimus, & condemnationem quæ ſeminatur ab ipſis in mentibus noſtris etiam cum exiſtimus ſingulares, cumque faciunt nos proximum iudicare, nec tamen ipſo extante nobiſcum, præſumptionibus ſiquidem quas ingerunt cordibus noſtris, in ſuperbia duri cordis extantes, & inuicem ſpernentes, amaritudinẽ habentes: omni hora vituperantes alterutrum, & non noſmetipſos, opinantes laborem noſtrum, & propria conſtare virtute, iudices exiſtentes manifeſtorum, totum intra domum noſtram mutante latrone, & in iurgiis atque ſimultatibus aduerſumque alterutrum affectibus, donec ſermonem proprium conſtare faciamus, vt pereamus in conſpectu noſtro iuſtificati animoſitatem nobis præbentes ac, facientes ſtudia quæ tamen impoſſibile eſt geri. Intempeſtiuè enim facientes nos reſolui, ob id quod ſumus ex illo, quod emolumenti eſt vobis. Propter quæ ridere nos faciunt tempore fletus, & flere in tempore riſus: Et vt ſemel atque ſimpliciter dixerim, tranſponunt ſemper è recta via in aliis quàm plurimis erroribus, per omnia noſipſos ſibimet in famulos redegerunt, quorum tempus nõ eſt in propatulo fieri modo. Cumque verò his omnibus corda noſtra repleuerint & inebriati fuerimꝰ illis, tũc indulget Deus quãdiu gerit malitia noſtra, ac de reliquo viſitationem noſtri facientes reſolutione, grauiſſimi corporis huius relinquẽtibus illud, tũc maligna opera quæ gerebamꝰ male, reuelat nobis in corpore pœnæ expoſito quod induti fuerimus per indulgentiam cõditoris. Tunc etiam fiunt nouiſſima noſtra peiora prioribus. Propter quod nolite affligi obſecrantes benignitatem patris, vt ſemper poſſitis habere vobiſcum adiutorium eius, doceátque vos cognitionem ſui, qui ſe bene habet. Vere etenim dico vobis nati mei, quia vas iſtud in quo ſumus inhabitantes, in perditionem nobis exiſtit, & domus eſt plena bellis. Pro certo filioli dico vobis, quod omnis homo illectus in voluptatibus ſuis, & proſtratus à cogitationibus propriis, complexuſque à maligno, ſeminauit in corde: Qui cõgaudet eis, & recipit ſenſu veluti magna exiſtentia ſacramenta in eo quod agit, iuſtificans ſemetipſum, huiuſmodi anima coexiſtit malignis ſpiritibus conſiliatrix in malum, corpus quoque illius cuſtodia eſt horrendorum quæ occultat in ſemetipſo. Præualebunt autẽ aduerſus huiuſmodi, quoniam non traduxit eos corã omnibus. At nunquid & ipſi neſcitis quod non huiuſmodi capturas habent quas nos cognoſcentes procul dubio fugiamus? Cæterum & ſi quæſieris non inuenies peccatum eorũ nec iniquitatẽ corporaliter manifeſtã. Corpus enim eſt animæ recipiẽs malignitatẽ eorũ, quam cum ſuſceperit, tunc ſi velit in propatulo punit per corpus iſtud in quo ſumus inhabitãtes. Nũc itaque filioli nõ demꝰ ei locũ vllũ, alioquin nobiſmet Dei excitabimus irã, & illi permiſcentur in domibus noſtris irridentes nos, quoniã hoc nouerũt quod perditionis eſt noſtræ, quæ tamen & ipſa de proximo conſiſtit, ſicuti & vita de propè. Quis enim vnquã Deũ aſpexit vt videns cõgauderet ei, de re tãta apud ſemetipſũ ne forte aufugeret eũ, ſed vt adiudicaret etiã veluti habitãti in hoc põdere tanto? aut quis aliquãdo aſpexit diabolũ oppugnantẽ nos, & prohibẽtẽ beneficia adipiſci, aduerſantẽ nobis & ſtantẽ in loco corporali ſecreto, vt præuidẽs fugeret ab ipſo? Sed illi quidẽ habitãt in occulto, nos autẽ propalamus eos per ſtudia meliora. Quoniam igitur ex vno creatore ſunt omnes ſecundum ſenſualem extantiam eorum, in fugiendo verò eos à Deo, & multa diuerſitas eſt, in illis effecta ob diuerſas operationes ipſorũ, idcircò autẽ omnia hæc nomina adiecta ſunt iſtis, propter vniuſcuiuſque eorũ operationem, ideò & nunc quidam ipſorum vocantur archangeli, alij Sedes & dominationes & poteſtates, & Cherubim. Hæc autem eis nomina ſunt addita, pro eo quòd conditoris proprij cuſtodierunt voluntatem. Item ob crimen aliorum motum, neceſſariũ fuit nominari etiam iſtos, propter malignas adinuentiones ipſorum diabolum, & Satanam. Porrò alij nuncupati ſunt dæmones ſpirituſque maligni, etiam mundi, flatus erroris, principes quoque ſeculi huius. Aliæque complures in eis aduerſitates exiſtunt. Rurſum verò & qui obuiauerũt illis in grauiſſimo corpore iſto in quo & ſumus inhabitantes, & ipſi etiam nũcupati ſunt quidẽ, quidam Patriarchæ, alij verò Prophetæ & reges ac ſacerdotes, nonnulli iudices & Apoſtoli, atq; alii multi electi effecti propter egregiũ motũ ſuũ. Vniuerſa autẽ hæc nomina adſcita ſunt eis ſiue maſculi, ſiue fœminæ ob diuerſitates operationis eorum, & iuxta principatum ipſorum, quia ex vno ſunt omnes. Propterea ergo quicunque in proximum peccauerit, in ſemetipſum delinquit, & qui male fecerit proximo, ſemetipſum efficit malum. Itidem qui bene fecerit proximo, ſibimet hoc facit. Si verò quis erit qui aliquando peccare potuerit in Deum, vel quis eſt qui eum vnquam reficere queat? Quis verò erat qui ei miniſtrauerit aliquando, aut quis benedicat eum vnquam, vt opus habeat benedictione eius. Quis enim potuit honorare illum vt ipſe honorandus exiſtit, vel quis eſt qui valeat exaltare eum ſicut excelſus habetur? Quamobrem dum ſumꝰ veſtiti grauiſſimo corpore iſto, alieno inuitamento ſuſcitemus Deum in nobis, vt hoc agẽtes cõmẽdemꝰ illã circa nos bonorũ viſcerũ eſſentiam. Non autẽ ſimus noſmetipſos amãtes. Sin minꝰ, illorũ incõſtãtis portionis erimus. Nã qui cognouerit ſemetipſũ, vniuerſos cognouit. Ideò & ſcriptũ eſt: Qui vocauit ex nihilo vt eſſent cũcta. Hoc autem dicẽtes ſignificant de ſẽſuali natura quæ occulta eſt in hoc corruptibili corpore, extãte in principio, increpãda ab eo. Aut qui potuerit diligere ſemetipſum, nihilominꝰ diliget omnes. Chariſſimi filioli mei quæſo vos vt non laboretis neque fatigemini inuicẽ diligẽtes, ſed tollite corpus quod eſtis induti, & facite illud altare, ponentes deſuper omnem deliberationem veſtrã, omnéque malignũ inſtructum relinquite in cõſpectu Domini. Extollite manus cordis veſtri ad eum, id eſt, ſenſus agendorum, & precamini Deum vt donet vobis illum inuiſibilem & magnum ignem, qui deſcendẽs cœlitus comedat altare & omnia quæ in eo, vniuerſique ſacerdotes Baalim, qui quidẽ exiſtunt operationes aduerſæ, timeant fugientes à facie veſtra, quemadmodũ Heliæ Prophetæ. Tunc demũ videbitis veſtigium hominis in mari adducẽs ſpecialẽ imbrẽ quod eſt paracleti ſpiritus conſolatio. Dilectiſſimi mei nati in Domino filii Iſraelitæ ſanctiſſimi, nõ opus eſt beatificari corporũ noſtrorũ vocabula trãſitura, nec enĩ ignoratis charitatẽ quã habeo in vobis, quia nõ eſt charitas corporalis, ſed ſpiritualis & amãs Deũ. Dilecti in hoc & repleor

*Exercitia dæmonũ.* *Lucæ. 11.* *Sapien. 1.* *Hebr. 12.* *Pſal. 133.* *3. Reg. 18*

quod beatitudo vobis facta ſit tempore iſto. [A] Sermo igitur vobis exiſtat iudex, ac non æſtimetis perfectum veſtrum inſtitutum, quod eſt ergo obſequium Dei veſtram tãtum operationem exiſtere? Sed eſt virtus quædam cooperans vobis. *Rom. 12.* Certantes itaque vos ipſos offerre hoſtiam Deo, continuè præbete cooperanti vobis virtuti & requiem Chriſti Ieſu. Quoniam vnita eſt vniuerſo ſanctorum choro, ſed & mihi deterrimo habitanti in hac lutea & tenebroſa domo. Quam enim ob cauſam differerem vobis, niſi vt requiem exhiberem? Vnde & obſecro, vt quia omnes creati ſumus vnius ſubſtantiæ inviſibilis & initium habentis ſine fine, vnice diligamus alterutrũ, quotquot enim cognouerint ſemetipſos, cognoſcent quod vnius ſubſtantiæ immortalis exiſtant. [B] Scire quoque vos volo quod Ieſus Chriſtus Dominus noſter ipſe patris verus eſt ſenſus, in quo omnis plenitudo totius naturæ rationabilis effecta eſt, eorum maximè qui ſunt imaginis eius *Rom. 8.* conformes effecti, caput totius creaturæ & corpus Ec *1. Cor. 6.* cleſiæ. Nam & idcirco nos omnes membra ſumus in *1. Cor. 12.* alterutrum & corpus Chriſti. Nec poteſt dicere caput *Ephe. 5.* pedibus, non vos habeo opus, ſed ſi patitur vnum membrum, totum corpus mouetur cum eo & patitur. Alienatorum verò membrorum corporiſque propria nõ ſunt capiti ſociata, ſed fœditati dedita, propter proprias libidinũ paſſiones irremediabilis eorũ effecta eſt plaga, quia obliuionem acceperunt principij atque finis. [C] In quo & creaturarum genitor, viſceribus motus pro plaga noſtra quæ ſanari non poterat niſi per ſolam ipſius bonitatem, miſit Vnigenitum nobis, vt per ſeruitutem noſtram, ſeruitutis aſſumeret formam, *Gal. 4.* traderetque ſe pro peccatis noſtris. Et peccata, quidẽ no*Iſa. 53.*ſtra humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſa*1. Pet. 3.*nati ſumus. Hic congregauit nos ex omnibus regioni*Iſaie. 53.*bus, vſquequo reſurrectionem cordium noſtrorum de terra faceret, docens cunctos nos vnius eſſe ſubſtãtiæ, & membra in alterutrum. Propterea debemus diligere vehementer, quia quicunque dilexerit proximum, diliget animam propriam. Et hic ſermo manifeſtus ſit vobis chariſſimi nati in Domino filij Iſraëlitæ ſancti, qui paraſtis voſmetipſos ad Deum ire, [D] offerre voſmetipſos hoſtiam Deo in omni ſanctitate, quoniam nec poteſt hæreditatem capere quiſpiam ſine ſanctitate. Aut nunquid ignoratis dilectiſſimi quod aduerſarij virtutis, veritati ſemper inſidiantur: Et idcirco chariſſimi, *Pſal. 131.* obſeruate ne detis oculis ſomnum, aut dormitationem palpebris, proclamantes ad proprium conditorem die ac nocte, ſi forte regrediatur vobis adiutorium ab excelſo, quo protegente ſint corda veſtra & cogitationes in Chriſto. Nam verè ô filioli in domo ſumus latronis inhabitantes, & in vinculis mortis extamus vincti. Pro certo etiam dico vobis quod noſtra negligentia & humiliatio, extranea commotio non nobis ſolis eſt detrimento, [E] ſed angelis labor exiſtit, & omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, quia nondum vſque requieuerunt propter nos. Vere nati mei, hæc noſtra humiliatio illis omnibus triſtitia eſt. *ute lege* Sicut iterum ſalus & gloriatio noſtra lætificationem eis ac requiem omnibus præbet, vt autem cognoſcatis quia benignitas patris non ceſſat à quo motio facta eſt beneficiis fulciens ſemper vſque in hodiernum, vt obnoxios faceret nos propriæ morti, quoniam in noſtra ſumus poteſtate creati, *Liberum arbitrium* vnde & illi poſtulant pro nobis ſẽper. Sed ſcriptũ eſt: *Pſal. 33.* Immitit ſe angel⁹ Domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Ergo filioli ſcire vos volo, ex quo factus mũdus vſque nunc vniuerſa quæcunque extra virtutem fuerunt, [A] completa malitia ipſorũ & ipſi cognoſcunt ſe inter filios eſſe diaboli reputatos, propterea quod conãtur vnicuique noſtrũ ingerere propriã voluntatẽ. Nam pro certo eſt quod *Magnos viros tentari ſuperbia.* cum ſe nouerit diabolus per ſuperbiam & inanem gloriã cœlitus fuiſſe deiectum, ideo & ille eos qui peruenerint in magnã mẽſurã aggreditur, in primis artifices exiſtentes, per ſuperbiam & inanẽ gloriã, vt ſint aduerſum ſe alterutrum, ſciẽtes quod per iſta ſegregent nos à Deo. Et quia nouerunt quod qui dilexerint proximũ diligant Deum, & ideò & illi cum ſint virtutis inimici, proprium ſeminant fomitem ſimulationum in corde *Diſcordia* noſtro vt poſſideam⁹ inimicitiã magnam aduerſus alterutrum, ne vel de longè proximo colloquamur. [B] In totum verè filioli volo vos etiam iſtud cognoſcere, eſſe quàmplurimos qui ſuſtinuerint maximum certamẽ in conuerſatione ſanctiſſima, ſed indiſcretio interfecit eos. *Indiſcretio.* Verè filioli, quia non eſt tantum mirandum ſi negligatis voſmetipſos, quãtum ſi nõ diſcernẽtes proprium opus incidatis in menſuram diaboli, arbitrãtes quod iam vicini Dei ſitis effecti, & expectantes fortẽ lucẽ, tenebris occupemini. Quid enim omnino fuerat opus vt præcingens ſe Ieſus linteo, ac ponens peluim *Ioan. 13.* inferiorum ſibi, lauaret pedes? Sed exemplum iſtud effecit ſignificans de conuerſuris ad proprium illud ſuperumque principium. Initium quippe motus ſuperbia exiſtit, quæ facta eſt in primis. [C] Et ne ſi rurſus poſt multa conſiſtens in corde tuo, & in tota anima tua, & in toto ſpiritu tuo, in tota etiam anima & corpore toto non poteris hæreditatẽ capere regnum Dei. Vere filioli mei in Domino, quæſo creatorem meum die ac nocte, à quo & habeo ſpiritum commendatum, vt aperiat oculos cordis veſtri ad cognoſcendam dilectionem noſtram à vobis, quam habeo erga vos, & vt pateſiãt auditus animæ veſtræ ad cõſpiciendã confuſionẽ propriam. Quiſquis etenim cognouerit dedec⁹ ſuum, hic demum requiret & electam gloriam ſuam. Et quicunque cognouerit propriam mortem, *Cognitio ſui.* iſte iterum cognoſcet etiam ſuam æternam vitam. Quaſi prudentibus loquor vere filioli, quia timeo ne forte fames nos [D] comprehẽdat in via, & in loco quo poteramus diuites fieri ſi velimus. Volebã ante videre vos ad faciẽ in corpore, ſed iam expecto tempus quod eſt propè, in quo poſſimus ex ipſo nos contuitu, alterutrum peruidere *Apoc. 7.* cum aufugerit dolor, triſtitia, ac gemitus, cumque ſuper caput exultatio ex titerit vniuerſorum. Erant & alia multa quæ velim dicere, ſed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientor erit. *Prou. 9.* Saluto omnes deſideratiſſimos meos & natos in Domino per nomen.

### *Beati Antonij Abbatis Epiſtola. III.*

[E] SCitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod propter nos pauper factus eſt cum diues eſſet, vt nos paupertate illius ditaremur: *1. Cor. 8.* ſeruitus autem illius liberauit nos, & infirmitas eius conſtituit validos. Stultitia illius nos ſapientes effecit. Si tamen iterum per mortem propriam reſurrectionem faciat noſtram, vt in hac poſſimus vocem magnam eleuare dicentes.

Tametſi nouimus ſecundum carnem, *1. Cor. 5.* ſed creatura eſt in Chriſto noua. Verè chariſſimi in Domino dico vobis quod iuxta minutias verbi libertatis in qua *Ioan. 16.* cuncti liberi ſumus effecti, alia habeo multa quæ dicam vobis, ſed non eſt horum tempus dicendi modo. Saluto interim vos omnes chariſſimi mei nati in Domino, filij Iſraelitæ ſancti ſecundum veſtram



ſenſualem extãtiam. [A] Verè inquam decebat, vobis quaſi propinquantibus proprio conditori ad inquirendam ſalutem animarum veſtrarum per teſtamentariã legem, licet propter multitudinem malitiæ & malignitatis diſtinctionem ac libidinum voluptates refrixerit teſtamentaria illa lex, animæque veſtræ ſenſus officio obierint, & idcircò nequaquam potueritis animaduertere ſenſualem & glorioſam eſſentiam propter mortem qua corruerunt. Ideoque ſcriptum eſt in *1. Cor. 15* ſcriptura diuina, quòd ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Ergo iſte eſt vita totius rationabilis naturæ creatæ in ipſo ſecundum effigiẽ imaginis eius. Ipſe etiam exiſtit ſenſus verus patris. Sed imago quidem genitoris inuerſabi[B]lis eſt quæ aſſumpta eſt, præter illam vobis accidit malitia, In qua & vniuerſi mortui ſumus. Extra naturam ſiquidem eſt ſubſtantiæ ſenſualis in Deo. Ergo omnibus, inquit, extra naturam eſt. Acquiſiuimus domum tenebroſam ac præliis plenã. Et in hoc teſtificamur vobis, quod totius vigoris ſcientia deficit à nobis. Ob quã etiam cauſam aſpiciens genitor noſter Deus infirmitatem noſtram, quod impoſſibiles ſimus effecti geſtare veritatem, ex quo huius rei gratia bonitate propria venit viſitationem facere creaturarũ ſuarum per miniſterium ſanctorum. Obſecro vos vniuerſos in domino chariſſimi, vt intelligatis quę ſcribo vobis. Quia *Charitas ſpiritualis* non dilectionem corporalem habeo in vos, ſed cha[C]ritatem ſpiritus culturæ Dei. *Ioel. 2.* Præparate voſmetipſos ad conditorem veſtrum ire. Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. *Dei beneficia erga homines* Et ſcitote quid poſſimus reſtituere Domino pro cũctis donationibus quæ dedit nobis, cuique & vſque & hic in iſta habitatione memoriam noſtri facit, propter immenſam bonitatem ſuam & infinitam dilectionem non faciens nobis ſecundum peccata noſtra. Qui & ſolem vſque fecit mini*Angeli hominum miniſtri.*ſtrare nobis in tenebroſa domo. Lunã quoque, ac ſydera cũcta iubẽs deſeruire vanitati perituræ, propter corporum conſtabilitionem. Aliaſque virtutes multas nobis miniſtrare præfecit, quas neque vidimus corporis oculo. Quid ergo dicemus quaſi in aliquo boni frau[D]demur ab eo quod ipſe non fecerit nobis? Nunquid Patriarchæ non paſſi ſunt pro nobis, aut ſacerdotes docuerunt nos? Nunquid Prophetæ pro nobis mortui non ſunt? Aut Apoſtoli perſecutionem non ſuſtinuerunt pro nobis? Nũquid filius Dei dilectus nõ pro nobis omnibus mortuus eſt? Ob quæ vniuerſa debemus & ipſi properare ad pergendum in omni ſanctitate ad proprium conditorem, qui cernens creaturam non poſſe curare plagam quæ facta fuerit Iudæis, propriis videlicet membris, pater ipſe creaturarum ſciens infirmitatem ſenſus eorum, eſt motus viſceribus circa eos, & ſecundum multam dilectionem ſuam non pepercit Vnigenito filio ſuo, ſed ob noſtram omnium ſalutem tradidit eum, propter noſtra peccata. [E] Et iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, liuore autem eius nos omnes ſanati ſumus. Hic congregauit nos ex omnibus regionibus verbo virtutis ſuæ, donec illam ſenſus noſtri reſurrectionem effecerit, docens nos alterutrum exiſtere membra. Docet idcirco vniuerſis nobis properantibus ad proprium conditorem exercere habitudines noſtras ac ſẽſus officia ad agnoſcendam dignitatem, boni malique diſcrimen, vt ſciatis omnes illas Ieſu diſpenſationes quas in proprio de*Iſ. 53. b*dit affectu ſimilis nobis factus per omnia excepto pec*1. Pet. 2. d*cato. Propter verò multam malitiã noſtram diſtrictione que malitiæ & grauedinẽ incõſtantiæ noſtræ factus eſt aduentus eius quibuſdam quidem ſtultitia, [A] aliis verò ſcandalum, alteri parti emolumẽtum, itemque aliis ſapientia & virtus, porrò aliis reſurrectio & vita. Hoc quoque manifeſtum ſit vobis, quod aduentus illius factus ſit omni mundo iudiciũ. *Iere. 31.* Ecce enim (ait) veniũt dies dicit Dominus, & omnes ſcient me à minimo vſque ad maximum eorum, & auditũ faciã vſque ad extremum terræ, vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo. *Rom. 1.* Quia cum cognouiſſent Deum, non vt creatorem proprium glorificauerunt, & id propter vecordiam ſuam, per quam nec potuerunt capere *Chriſtus cur incarnatus.* ſapiẽtiam eius. Sed vnuſquiſque noſtrum vendidit ſemetipſũ propriis voluptatibus in mala, & ipſis ſeruus dictus eſt. *Philip. 2. a* Ob quæ ipſe Ieſus exinaniuit ſemetipſum [B] à gloria, formam ſerui accipiens, vt illius ſeruitus nos liberaret. Stulti fuimus, & in ſtultitia noſtra facinus geſſimus. Aſſumpſit ille habitus ſtultitiæ, vt nos faceret ſapientes. Inopes eramus, & in paupertate noſtra omnis defecerat vigor à nobis. Item ille hic aſſumpſit inopiæ formam, vt paupertate ſua nos in omni ſapientia & intellectu ditaret. Non ſolum autem hæc, ſed inſuper & infirmitatis noſtræ figuram aſſumpſit, vt propria infirmitate nos robuſtos efficeret, obediens factus patri in omnibus vſque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Vt in ſua morte & humilitate illam cunctorũ reſurrectionem efficeret, eumque deſtrueret, qui mortis habebat imperium, hoc eſt diabolum. [C] Igitur ſi pro certo liberabimus noſmetipſos in eius aduentum, profecto inueniemur diſcipuli Ieſu, & diuinæ hæreditatis inſtituemur hæredes. Clariſſimi in Domino turbor vehementer & moueor in ſpiritu meo, quod nominibus amicti ſumus, & cunctorum ſchemata baiulamus in conſpectu infidelium gloriantes. Sed metuo ne illud Pauli oraculum impleatur in nobis, quo ait: Haben*2. Tim. 3.*tes formam pietatis, virtutem autem eius negantes. De charitate verò quam habeo in vos, pro vobis ad Deum, vt conſideretis vitam veſtram, & hæreditate capiatis ea quæ non videntur. Nam verum filioli eſt quod etiãſi demus noſipſos ex tota virtute inquirere Deum, nec ſic quidem condigna gratia erit. [D] Id enim inquirimus quod noſtrum exiſtit, & quod naturale eſt *Ro. 12. a* ſubſtantiæ noſtræ. Verè etiam chariſſimi in Domino qui in omni ſanctitate paraſtis voſmetipſos offerre hoſtiam Deo, qui nihil de iis quæ expediebant cælabimus vobis, ſed perſpicua facientes teſtificabimur ea, quæ aduerſarij virutis ſubripiunt veritati. Hoc quoque cognoſcite ſcientes, quod hic qui ſecundum carnem eſt, ſemper inſectetur eum qui ſecundum ſpiritum, & quod omnis qui voluerit pie viuere in Chriſto *1. Tim. 3.* perſecutionem patitur. Propter quod Ieſus cognoſcens tribulationes omnes ac tentamenta, veniens in *Carnales ſemper infeſti ſpiritualibus.* mundo ad Apoſtolos, & ſciens quod per patientiam ſuam reſolueret vniuerſam inimici virtutem, id eſt, i[E]dololatriam, conſolabatur dicens: Vos tribulationem habebitis in mundo, ſed conſtantes eſtote, quia ego vici mundum. Docebatque eos dicens: Nolite timere mundum, quia omnes afflictiones mndi condignæ non ſunt ad eam quæ expectatur gloriam. *Ioh. 18.* Nam ſi eos qui ante vos fuerunt Prophetas inſecuti ſunt, & vos perſequentur, & ſi me oderunt, & vos oderint. Sed confidentes eſtote, quia veſtra ſapientia ſoluetis omnem inimici virtutem. De minutia verò verbi libertatis in qua liberati ſumus, habeo alia multa dicere vobis, ſed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit. Opus tamen habemus conſolari inuicem exiguis quiſbuſque ſermonibus, quo ſi verè perſpexerit mens, iam

nequaquam egebit loquelæ corporalis mẽdacio. Gaudeo autem in omnibus vobis dilecti in Domino viri Iſraelitæ ſancti ſecundum propriam ſenſualem extantiam. Quia primum quidem decebat rationalem virum cognoſcere ſemetipſum, deinde vt cognoſcat ea quæ ſunt Dei, & vniuerſas ipſius gratias quaſcunque ſemper cum eo facit. Ac deinceps nouerit quod omne peccatum & totum quicquid queruloſum exiſtit, extra naturam eſt ſenſualis extantiæ. Denique videns conditor noſter nos hæc extra naturam poſſidere arbitrio liberali in quo hic moriebamur, horum cauſa viſceribus pro nobis motus, propria bonitate voluit conuertere nos ad illud ſine fine principium, viſitationem fecit creaturarũ non parcens ſibimetipſi ob noſtram vniuerſorum ſalutem. Tradidit quippe ſe pro peccatis noſtris, & iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Verbo etiã virtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regionibus ad extremum terræ vſque ad vltimum orbis, docens quod eſſemus alterutrum membra. Quamobrẽ ſi pro certo parauimus noſmetipſos liberos facere in eius aduẽtu, ſcrutetur ſemetipſum rationabilis homo quid nam poſſit retribuere Deo pro cũctis donis quæ fecit in nobis. Vnde & ego quoque deterrimus qui hanc deſcripſi epiſtolam, expergefactus à dormitione mortis, plurimum illud temporis quod mihi fuit ſuper terram, factum exiſtimo luctum & fletum, lugens quid nam poſſum retribuere Domino pro omnibus quæ fecit mihi. In nullo enim fruſtrati ſumus eorum quæ non perfecerit nobis in humilitate noſtra. Angelos etenim ſuos nobis miniſtrare fecit, prophetaſque proprios vaticinari præcepit. Apoſtolos etiam ſuos nobis Euangeliſare iuſſit. Inſuper verò illud omnium inſigne eſt præceptorum, quod Vnigenitum ſuum formam ſerui fecit aſſumere pro nobis. Obſecro itaque chariſſimi in Domino vos, qui ſanctorum exiſtitis cohæredes, vt excitare velitis proprias mentes in timore Dei. Sermo enim vobis iſte ſit manifeſtꝰ, quod Ioãnes quidem præcurſor Ieſu baptiſauerit in remiſſionem peccatorum propter nos, ſpiritu autem ſanctificati fuerimus in Chriſto. Præparemus noſipſos nunc in omni ſanctitate ad purgandam ſenſualem mentem noſtram, vt ſimus mundi in baptiſmate Ieſu ad offerendum noſmetipſos hoſtiam Deo. Hic verò paracletus ſpiritus qui conſolatur nos, conuertit rurſus ad principium noſtrum ad recuperandas hæreditates proprias, & magiſteria eiuſdem ſpiritus conſolantis. Huius rei gratia quotquot in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtum induti ſunt. Nec eſt maſculus aut fœmina. Non eſt ſeruus aut liber. Omnis etiam lingua corporum deſtruitur apud illos, accipiẽtibus eis doctrinam ſancti Spiritus in tempore quo ſument hæreditatem ſictã, & adorabũt patrẽ ſicut oportet in ſpiritu & veritate. Manifeſtus ſiquidẽ ſit vobis ſermo iſte, ne expectare velitis iudiciũ futurũ in illa præſẽtia Ieſu. Iã etenim aduentus illius omnibus nobis iudicium exiſtit. Scitote etiam quod omnes in ſe geſtantes ſpiritum, reſpiciantur & veſtiantur veſtimento illo quo ſumus exuti, iuxta ſenſualem noſtram extantiam. Nam & ſæpè fit vox veniens ſemper à Deo patre ad omnes illos qui in ſeipſum gerunt, dicens eis: Conſolamini conſolamini populum meum dicit Dominus, & ſacerdotes loquimini in corde Hieruſalem. Deus quippe viſitationem continuo fecit creaturarũ ſuarum manifeſtãs propriam bonitatem. Et vere chariſſimi ſecundum minutias verbi libertatis in qua liberati ſumus, ſunt & alia quamplurima quæ dicantur vobis. Sed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit. Deus autem pacis det vobis gratiam diſcretionis, vt cognoſcatis quæcunque ſcribo vobis, quòd mandatum ſit Domini. Cuſtodiat vos idem totius gratiæ Deus ſanctos in Domino vſque ad nouiſſimum flamen. Oro autem Deum ſemper pro omnium veſtrum ſalute in Domino dilectiſſimi. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis, Amen.

*Baptiſmus Ioannis.*

### *Beati Antonij Abbatis Epiſtola.* IIII.

CHariſſimis & honorabilibus in Domino ſalutẽ. Verè dilectiſſimi in Domino, quia nõ in vno tempore tantum viſitationem facit Deus creaturarum ſuarum, ſed à conſtitutione mundi quotquot venerint ad opificem Deum, per teſtamentariam legem iis coadeſt Deus ſingulis in ſimplicitate, ſecundum gratiam per ſpiritum ſuum. De rationalibus autem naturis in quibus illud teſtamentum refriguit, & officia animorum illorum mortificata ſunt, ita vt vltra non inquirant cognoſcere ſemetipſas ſecundum ſuam priorem conditionem. Aliæ irrationabiles omnino effectæ, ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori. Idem vero cõditor, propria bonitate noſtri viſitationem effecit per teſtamentariam legem, quoniam ſubſtantia immortalis exiſtit. Quotquot igitur digni habiti ſunt gratia, & concreuerunt per ſuam cardinalem legem, edocti ſunt per ſpiritum ſanctum capientes filiorum adoptionis ſpiritum, hi etiam præualuerunt adorare conditorem proprium ſicut oportet. De quibus & Paulus ait, quia non perceperint repromiſſiones propter nos. In ſua verò impartibili dilectione volens ipſe cunctorum Deus viſitationem facere refrigidationis noſtræ ac diſpenſationis, excitauit Moſen doctorem legis, qui daret nobis legem in litera. Et fundauit ipſe nobis veritatis domum quæ eſt Eccleſia catholica, quàm creauit volens conuertere Deus ad primum initium. Et quia Moſes quidem ædificauit vt præcedens, idircò non timebimus aſſerere eundem latorem legis vnum eſſe ex præcurſoribus. Et quia ſpiritus qui fuerit cum Moſe idem ſit operatus & in choro ſanctorum, omneſque petierunt de Vnigenito Dei. Item Ioannes vnus de præcurſoribus extat, & ideo lex atque Prophetæ vſque ad Ioannem. Regnum cœlorum vim patitur & violenti diripiunt illud. Præuidentes autem ij qui ſpiritu ferebantur, quod nulla creatura poſſit curare illam grandiſſimam plagam, niſi ſola beatitudo Dei, qui eſt Vnigenitus eius, quemq; & deſtinauit ad ſalutem totius orbis, qui & eſt medicus magnus potens curare ingentem plagam ſua bonitate, pater creaturarum non pepercit Vnigenito propter nos, eum pro noſtra vniuerſorum ſalute tradens pro peccatis noſtris & pro iniquitatibus. Et ipſe quidem ſemetipſum humiliauit, ſed illius liuore nos omnes ſanati ſumus, verboque virtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regionibꝰ ab extremo terræ vſque ad vltimũ orbis faciens reſurrectionem cordium noſtrorum à terra, docuitque nos alterutrum exiſtere mẽbra. Obſecro ergo vos chariſſimi in Domino vt intelligatis ſcripta, quia Dei mandata ſunt. Magnum quippe nobis eſt hoc, vt aduertamus mentem ad formam quam aſſumpſit Ieſus propter nos, eo quod per omnia nobis ſimilis fuerit excepto peccato. Decet etiam vt & noſipſi liberemus ipſos nos in eius aduentum, & illius ſtultitia nos ſapiẽtes efficiat, paupertas ipſius ditet, & infirmitas robuſtos

*Eccleſia Catholica domus veritatis.*

*Luc. 11. b.*

*Chriſti incarnati miſteria ſæpè conſideranda.*



buſtos oſtendat, & vt ipſe omnium reſurrectio fiat, deſtruens eum qui mortis habet imperium. Tũc enim ceſſabimus opus habere ſecundũ carnem in Ieſu aduentu. Namque Ieſus cooperatur nobis in bono ſeruitio vſquequo deſtruamus malitiam omnem. Tũc quoque dicet nobis Ieſus: Iam non vocabo vos ſeruos, at fratres. Quando igitur ſic eos vocauit Deus vt acciperent ſpiritum filiorum adoptionis, tũc & Spiritus ſanctus docuit eos adorare patrem ſicut oportebat. Vnde & mihi quoque deterrimo, iuncto Ieſu tẽpus iſtud in quo aduenimus, factũ eſt lætificatio & luctus, & fletus. Quoniam & multi de genere noſtro induerunt indumenta pietatis, virtutem verò negauerunt. Quamobrem & ego in his quidem lætificor qui præparauerunt ſemetipſos liberare in aduentu, Ieſu, in illis verò lugeo, qui interpellant nomen Ieſu & faciunt voluntates cordis & carnis. Nec nõ & eos defleo qui intuentes longitudinem tẽporis, puſillanimes effecti ſunt, & ſpoliauerunt ſe pietatis amictu facti ſicut beſtiæ. Agnoſcant verò huiuſmodi dicentes: Quia iam non vocabo vos ſeruos, ſed & amicos & fratres. Quia quæcunque nota fecit mihi pater manifeſtaui vobis. Confitentes igitur mente quod agnouerunt ſemetipſos ſecundum ſenſualem ſuam ſubſtantiam dederunt vocẽ dicentes: Quia & ſi cognouimus te aliquando ſecundùm carnem, ſed nunc iam non nouimus. Quique accipientes filiorũ adoptionis ſpiritum, exclamauerunt dicentes: Non enim accepimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepimus ſpiritum adoptionis in quo clamamus, Abba pater. Nũc ergo Deus, cognouimus quæcunque donaſti nobis, & ſcimus quoniam filij ſumus & hæredes erimus. Hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Chriſti. Manifeſtꝰ igitur ſit vobis iſte ſermo, quod niſi quis præparauerit emẽdationem propriam, nec creatus fueri ex tota virtute, quod huic aduentus Saluatoris in iudicium fiet. Quibuſdam enim eſt odor mortis in mortem, quibuſdam autem odor vitæ in vitam, propterea quòd in ruinam & in reſurrectionem multorũ poſitus ſit in Iſrael & in ſignũ contradictionis. Quapropter obſecro vos, ne negligatis ſalutem propriam, ſed vnuſquiſque veſtrũ ſcindat cor, & non veſtimenta, ne fortè amicti habitu iniuſto paremus nobis iudiciũ. Ecce enim iam appropinquabit tempus in quo probẽtur vniuſcuiuſque veſtrum opera. De minuta vero verbi erant alia quę ſcriberentur vobis, ſed ſcriptum eſt: Da ſapienti occaſionem & ſapientior erit. Saluto vos omnes in Domino à minimo vſque ad magnum, Deus autem pacis cuſtodiat vos vniuerſos, chariſſimi.

*Ioh. 18. b*

*Lugendi peccatores*

*Preparare propriam emendationem.*

*2. Cor. 2 d*

*Pœnitendum non veſtè tenus.*

### *Beati Antonij Abbatis Epiſtola* V.

ANtonius dilectiſſimis natis, filiis Iſraelitis ſecundum ſenſualem ipſorum extantiam. Non enim neceſſe eſt nominari vocabula quæ tranſeunt qui filij eſtis Iſrael. Adhuc verè nati mei, dilectio quam habeo in vos non eſt dilecto corporalis, ſed eſt charitas ſpiritus culturæ Dei. Propterea autem nec defatigor obſecrans Deum die ac nocte pro vobis, vt poſſitis cognoſcere gratiam quæ conceſſa eſt vobis. Quia non in vno tempore viſitationem facit creaturarum ſuarum, ſed à conſtitutione mundi moderatur Deus proprias creaturas, per generationes ſingulas, expergefaciens quemque occaſionibus quibuſdam & gratia. Nũc itaque filioli negligere proclamantes ad Dominum die & nocte compellantes benignitatem patris, vt hoc donet vobis adiutorium de cœlo, docens vos vſquequo cognoſcatis quid in ſe habeat. Nam vere filioli qui in propria nece conſiſtimus, habitantes & in latronis domo & manẽtes, non & mortis vinculis obligamur nunc. Quapropter ne dederitis ſomnum oculis veſtris, nec palpebris dormitationem, offerentes voſmetipſos ſacrificium Deo in omni ſanctitate, quam nemo hæreditare poteſt ſine ſanctimonia. Verè chariſſimi in Domino manifeſtus ſit vobis iſte ſermo & id quod bonũ eſt facietis, in quo & vniuerſos reficietis ſanctos, alacritatem animorum præbentes, obſequium angelorum, & lætificationem Ieſu. Quoniam nec dum requiem habuerunt propter nos vſque ad hanc horam. Sed & mihi deterrino, hac habitãti in lutea domo eandem lætitiam in ſpiritu meo. Vere etenim filioli quia noſtra incommoditas & inutilitas dolorem eis omnibus præbet, vtuntur lachrymis atque gemitibus pro nobis in conſpectu conditoris, & ob hoc cunctorum etiam Deus iraſcitur ſuper opera noſtra maligna propter gemitum ſanctorum, ſicuti iterum profectus & emendatio noſtrorum animorum alacritatem præbet choro ſanctorum. Et vtuntur prece multa atque lætitia in exultatione coram creatore noſtro. Ipſe quoque cunctorum opifex lætatur in operibus noſtris, & propter teſtimonium ſanctorum donat nobis chariſmata immenſa. Igitur vt cognoſcatis quòd Deus diligat ſemper propriam creaturã, eo quòd ſit immortalis extantiæ, nõ eſt reſoluenda corporibus, aſpiciẽs ſenſualem naturam ipſe quod mortuo omnino perrexiſſet in abyſſum, & illud teſtamentarium refriguiſſet. Tum idem Deus propria bonitate eandem viſitat, ex morte per Moſen ædificare volens, & magnam curare plagam, geſtiens conuertere eam ad priſtinam concordiam. Sed potens diſceſſit ab eis. Adhuc inſuper & omnis prophetarum chorus ædificauerunt ſupra fundamentum Moſis. Sed nec iſti valuerunt mederi ingentem plagam membrorum ſuorum. Cernenteſque quod ceſſaſſet virtus eorum, iterato adhunc vniuerſus ſanctorum chorus collectus in vnum, orationes refert in conſpectu proprij conditoris dicens: Nuncquid reſina non in Galaad, aut medicus inibi? Quare ergo non aſcendit ſanitas filiæ populi mei? Domine curauimus Babylonem, & non eſt ſanata. Nunc fugiemus ab ea. Petentibus cunctis benignitatem patris de Vnigenito, quod niſi ipſe in terris calcaret, nulla creatura curare poſſit ingentem plagam, huius rei cauſa, bonitate propria vocem dedit dicens: Fili hominis facito tibi vaſa captiuitatis. Voluntas itaque patris Vnigenito non pepercit pro noſtra omnium ſalute, ſed tradidit eum pro peccatis noſtris. Et iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, ſed liuore nos omnes ſanati ſumus. Congregans ipſe nos ex omnibus regionibus à ſummo terræ vſque ad extremum orbis, faciens reſurrectionem ſẽſuum noſtrorum de terra, & quod alterutrum membra ſumus. Attendite ergo filioli ne forte illud oraculum Pauli impleatur in vobis: Habentes quidem formam pietatis, virtutem autem eius negãtes. Quamobrem vnuſquiſque noſtrum ſcindat proprium cor deflens in cõſpectu eius dicens: Quid retribuam Domino pro omnibus bonis quæ retribuit mihi? Formido iterum filioli ne forte illud eloquium impleatur in vobis: Quę vtilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptionem. Vere filioli, quia ſicut prudentibus loquor, vt intelligatis quæ dico vobis. Quod niſi vnuſquique veſtrum exuerit omnem puluerem naturæ huiuſmodi materiæ, & abrennunciauerit, & omni operationi e-

*Dilectio ſpiritualis*

*Dei Prouidentia.*

*Humanũ Corpus eſt domus latronis.*

*[illegible]* cautè lege

*Prophetæ, ſuper ædificauerunt Moſi.*

*Corporis adrenunciandum.*

ius ex toto corde: expanderitque manus cordis rursum ad vniuerſorum patrem,& ipſe viſceribus moueatur circa laborem eius,& donet ei inuiſibilẽ ignẽ,qui comburat omnem immunditiam ab eo, ac principalem ipſum expurgans,tunc ſpiritum ſuum ſanctum faciat habitare nobiſcum,& ſic poſſimus habitare apud patrem ſicut oportet. Nam quãdiu fatiſcimus naturali materiæ, velut inimici exiſtimus Angelorum Dei, atque ſanctorũ eius. Nunc ergo obſecro vos dilectiſſimi in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,vti ne velitis negligere propriam vitam,nec confundat exiguitas temporis illud ſine fine tempus,ne pellicula carnis corruptibilis obfuſcet regnum ineffabilis lucis,neque condemnationibus locus exitialis in angelis extermi net ſedes. vere filioli quia anima mea phantaſma patitur,& ſpiritus meus in pauore conſiſtit,quòd vniuerſi nos velut gurgite immerſi ſumus,&veult ebrii muſto conſiſtimus, Cum vnuſquiſque noſtrum propria diſtrahitur voluntate,huius domino ſubiugatur nolente attollere oculos noſtros ad cœli gloriam inquirendam & illam ſanctorum omnium operationem illuſtrem,ipſorum veſtigiis inhærentes. Vt ergo ſciatis quòd cœli ſancti angeli ſiue ſedes,ſiue dominationes, ſiue Cherubim,ſiue Seraphim,ſiue Sol,ſiue Luna,ſiue Aſtra,ſiue Patriarchæ,ſiue Prophetæ,ſiue Apoſtoli ,ſiue diabolus,ſiue ſatanas,ſiue ſpiritus maligni ſiue principes aëris huius, & ne plura dixerim, ſiue maſculus ſiue fœmina ſecundum principium creaturæ ſuæ ex vno ſunt omnes,excepta ſola perfecta ac beata Trinitate patris & filij & Spiritus ſancti. Propter bonum verò quorundam motum opus fuit, vt Deus horum nomina vocitaret,& ſecũdum ſtudia ipſorum, his qui amplius profecerunt attribuit ſuper excellentem gloriam dignitatis..

*Homines voluntate propria ebrij.*

*Beata Trinitas ex nullo alio.*

*Beati Antonij Abbatis Epiſtola* VI.

DEbet rationabilis homo paratus eſſe vt liberet ſemetipſum in aduentu filij Dei,cognoſcens ſe eſſe ſecundum ſenſualem ſuam extantiam. Quia quicunque cognouerit ſemetipſum , cognoſcet diſpenſationem proprij conditoris , vel quæcunque facit in propriis creaturis. Dilectiſsimi nobis in Domino membra noſtra &cohæredes ſanctorum,obſecro vos in nomine Ieſu Chriſti facere vt præſtet ipſe vobis omnibus diſcretionis ſpiritum ad diſcendum & ſciendum dilectionem quam habeo in vobis. Quia non eſt corporalis dilectio,ſed eſt ſpiritualis charitas diuinæ culturæ.De nominibus verò corporum noſtrorum non opus eſt nominari ea, pertranſeunt enim .Cognoſcat autẽ homo id quod verũ eſt nomen. Propter quod& Iacob luctante per totam noctem cum Angelo , nomen,illi erat Iacob. Mane autem facto vocauit nomẽ ipſius Iſrael,quod eſt mens videns Deum. Puto etenim non ignorate vos quod aduerſarii virtutis obſideant veritatem. Vnde nec vno tantum tempore Deꝰ viſitat ptoprias creaturas,ſed ab exordio mundi. Non nulli etenim parauerunt ſe venire ad proprium conditorem per teſtamentariam ipſius legem,edocti abillo adorare opificem ſuum ſicut opportet. Quoniam vero paſſionem infirmitatis & grauedinem corporis ac diſtnctionem malignam refriguit teſtamentarium illud,& officia ſenſus animæ laſſauerunt. Idircò non potuerunt exquirere, propriè ſecũdum ſuam creationem quod eſſet ſubſtantia immortalis non reſoluenda corporibus,vnde nec præualuit ſemetipſum liberare,niſi iuſtitia. Huius rei gratia agreſſus eſt eos Deꝰ per ſe ſcriptam legẽ, vt doceret eos adorare patrem ſicut oportet. Sed quoniam Deus vnus exiſtit,& ſecundum ſenſualem eſſentiam in idipſum eſt Vnitas. Sit iſte vobis ſermo manifeſtus,quod omnis locus in quocũque non fuerit conſonantia,illic,bella congerunt ſibi, &iudicia faciunt oriri apud ſemcipſos. Videns autem conditor quod plaga eorum magnificata fuerit vehementer,& opus haberet remedium Ieſu medici veri (ipſe enim vnigenitus creator illorum exiſtit , & ipſe curat eos)miſit ante ſe inſtructorem domus , ac ille nequaquam proficiſcens abiit ſibi. Itemque Deus excitauit prophetarum choros per ſpiritum ſuum, quique edificauerunt quidem ſupra fundamẽtum Moſi,verumtamen nec iſti quidem potuerunt,ſed eodem modo derelinquentes abierunt ſibi. Et ipſi cuncti ſpiritum in ſe gerentes peruiderunt plagam quod inſanabilis eſſet, & quia per nullam creaturarum curari poſſit,niſi per vnigenitum qui ſenſus eſt patris ,& imago eius exiſtit. Cuius etiam imaginis effigie tota facta eſt creatura. Agnoſcentes liquido quod hic ſaluator & medicus exiſteret magnus,collecti ſunt in idipſum omnes, & retulerũt orationes pro commembris ſuis, qui ſumus nos proclamõtes ac dicẽtes: Nunquid reſina eſt nõ in Galaad,aut medicus non eſt ibi? Quare ergo non aſcendit ſanitas filiæ populi mei?quia curauimus eam,&nõ eſt ſanata. Nunc ergo ibimus ab ipſis. At ipſe Deus ſu pereminenti & non ſimulata dilectione affuit nobis per ſanctos ſuos,dicens: Filij hominis facito tibi captiuitatis vaſa. Ipſe quoque in forma Dei exiſtens,nõ rapinã arbitratus eſſe ſe æqualem Deo,ſemetipſũ exinaniuit formam ſerui accipiens,& obediens factus eſt vſque ad mortẽ,mortẽ autẽ crucis. Propter quòd&Deꝰ illum exaltauit,& donauit illi nomen , quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu Chriſti omne genu curuetur cœleſtium, terreſtrium , & infernorum, omniſque lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Nunc ergo chariſſimi,ſermo iſte ſit vobis manifeſtus , quod benignitas patris nõ pepercit vnigenito propter nos ſed tradidit eum propter noſtram omnium ſalutem , tradens ipſe ſemetipſum propter peccata noſtra. Et iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum , ſed liuore eius nos ſanati ſumus. Ipſe quoque verbo virtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regionibꝰ ab extremo terræ vſque ad vltimum orbis,faciens reſurrectionem ſenſuũ noſtrorum & remiſſionem peccatorum , docens nos alterutrũ exiſtere membra. Obſecro qua propter fratres in nomine Ieſu Chriſti, vt cognoſcatis hanc tàm magnam diſpenſationem,quod ſimilis nobis per omnia fuerit excepto peccato. Debet autem vniuerſa rationabilis natura propter quam maxime ſaluator aduenit,vt diiudicaret habitudinem ſuam & ignorantiã proprii ſenſus,diſtinctionemque dare intermediũ mali ac boni,liberari quærens per eius aduẽtum. Etenim quoquot liberi facti ſunt per illius diſpenſationem, hij vocati ſunt ſerui Dei, Quod tamen necdum perfectum eſt,niſi quod tantum in tempore ſuo iuſtum exiſtit,& deducet ad filiorum adoptionem. Nam is ſaluator noſter ſciens quòd appropinquaret accipere ſpiritum filiorum adoptionis , dedit vt etiam cognoſcerẽt eum docti à Spirituſancto, quòd aduentus Ieſu factus ſit hominibus iudicium. Vnde & vos chariſſimi in Domino cognoſcite voſmetipſos , vt adhæc & tempus poſſitis cognoſcere, & parati ſitis offerre voſmetipſos ſacrificiũ Deo. Verè chariſſimi in Domino quod tanquam rationabilibus vobis ſcribo,& qui potuiſtis cognoſcere

*Cognitio ſui ipſius.*

*Gen. 32. f*

*Deus omni ætatè vocauit homines ad ſui cognitionẽ.*

*Concordia*

*Hominis plaga ab homine ſanari non potuit.*

*Hier. 8. g.*

*Philip. 2.*



cognoſcere voſmetipſos. Scio enim quòd quicunque cognouerit ſemetipſum,agnoſcet & Deum. Qui verò cognouerit Deum , agnoſcet & diſpenſationes illius, quas effecit in propriis creaturis . Manifeſtus quoque ſit vobis iſte ſermo , quod non corpoream dilectionem habeo in vobis : ſed charitatem ſpiritus culturæ Dei,eius videlicet Dei,qui gloriatur in conſilio iuſtorum. Parate ergo voſipſos dum habetis qui pro vobis exorent , & poſtulantes pro veſtra ſalute, vt ignem quem venit ipſe mittere ſuper terram immittat cordibus veſtris,vt poſſitis exercere habitudines veſtras. Et det ſenſuum officia ad cognoſcendum diſcernere malignum à bono,à ſiniſtra dexteram,à ſubſtantia inſubſtantiam Sciens enim Ieſus quod imperium diaboli materia facit , aduocans diſcipulos dixit eis : Nolite theſaurizare vobis ſuper terram , nec ſolliciti ſitis de craſtino. Craſtinus enim dies ſollicitus erit de ſe. Verè fratres ſcitis quod tempore ventorum proſperitatis, omnis gubernator plaudit ſibi,in contraria verò quæque ventorum,omnis gubernator manifeſtatur. Intelligite ergo tempus in quod aduenimus,quale ſit. De minutia autem verbi libertatis,erant plurima quæ dicerentur vobis. Sed ſi dedero occaſionem ſapienti,ſapientior erit . Saluto vos à minimo vſque ad maximum.

*Cognitio Dei.*

*Luc. 12. f*

*Mat. 6. c*

*Gubernator tempeſtate probatur.*

*Sancti Antonij Abbatis Epiſtola* 8.

ANtonius omnibus dilectiſſimis fratribus in Domino, ſalutem: Non deficio memorans veſtri qui eſtis catholicæ membra . Agnoſcere autem vos volo dilectionem quam habeo in vobis , quia non eſt corporea, ſed eſt dilectio ſpiritus culturæ Dei. Corporum quippe noſtrorũ amicitia in inſubſtantia & in conſtantia eſt, quæ mouetur ſæpe ab extraneis ventis . Cuncti verò,qui timent Dominum & cuſtodiunt mandata eius,ſerui ſunt Dei. Sed non eſt in ipſa ſeruitute perfectio,niſi quod tantum iuſta tenet,deducens filiorum adoptionẽ. Propter quod & prophetę & Apoſtoli omniſque ſanctorum chorus Deo ſuſcepti, vt crederetur ei Apoſtolica prędicatione per voluntatem patris vincti Chriſti effecti ſunt. Deniq; Paulus ait: Vinctus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus . Scripta itaque lex cooperatrix fiat vobis in hoc ſeruitio , vſquequo dominari poſſimus omni vitio , & perficiamur in optimo miniſterio virtutis per apoſtolicum mandatum . Quia ſi prope fuerimus effecti ad accipiendum,tunc dicet vobis Ieſus: Quia iam non vocabo vos ſeruos meos, ſed amicos & fratres . Quia quæcunque nota fecit mihi pater, reuelaui vobis. Quotquot enim propoſuerunt, edocti ſunt per Spiritum ſanctum, hi cognouerunt ſemetipſos ſecundum ſenſualem ſuam extantiam,in ipſa verò ſui cognitione proclamâuerunt dicentes: Non enim accepimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepimus ſpiritum filiorum adoptionis , in quo clamamus Abba,pater,vt cognoſcamus quanta nobis donauerit Deus. Quia & filij ſumus & hæredes . Hæredes quidem Dei,cohæredes ſanctorum . Fratres dilectiſſimi,& cohæredes ſanctorum, omnis virtus non eſt aliena vobis,ſed veſtra exiſtit. Si tamen inculpabiles ſitis à mala vita , Deo autem manifeſti . In mala enim anima non intrabit ſpiritus Dei , nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sancta quippe eſt virtus, fugiens ab omni dolo. Verè dilectiſſimi,quia ſicut rationabilibus ſcribo vobis & quaſi potentibus cognoſcere voſmetipſos . Quia qui ſemetipſum cognouerit, Deum cognouerit. Qui verò cognouerit Deum,hunc adorare debet ſicut oportet. Et,Chariſſimi in domino cognoſcite voſmetipſos, quia qui ſemetipſos cognoſcunt, & tempus cognouerunt, qui verò cognouerunt tempus , ij porterunt ſtatuere ſemetipſos immobiles à diuetſitate linguarum. De Arrio verò qui in Alexandria ſurrexit , & loquitur aliena verba de Vnigenito, cui qui eſt & qui ſine tempore eſt,tempus nõ adſciuit, & ineffabilis finem inter creaturas nõ dedit, immobilis immobilitatem non affixit.

*Corporea charitas inconſtans*

*Eph. 3. a*
*Phile. 1. a*

*Rom. 8. c*

*Arrius.*

FINIS.

---

# D. ANTONII MERITO MAGNI, MONACHI ABBATIS, MELISSÆ, SIVE SERMONVM, ET LOCORVM COMMVNIVM PRIMAE PARTIS CAPITA.


DE fide ac pietate in Deum, & quod bonis omnibus antecéllant , quando maxime per bona opera reſplendent. 1
De illis qui pietatem ac fidem præuaricantur,& in Deum impij ſunt. 2
De amore & timore Dei. 3
De illis qui Deum non metuunt,nec amant. 4
De ſpe in Deũ,quòdq; in Deum ſperare oporteat , & non in præſidia hominum, 5
De illis qui freti ſunt opibus & hominibus , ac non in Deo ſpem & fiduciam collocant. 6
De virtute. 7
De ſapientia, & intellectu,& prudentia. 8
De inſipiente,ſtolido,imperito & ſtulto. 9
De conſilio , & quòd conſultò conſideratéque omnia ſint agenda. 10
De iis quæ inconſultò aut ſero conſilio fiunt, & quòd incircumſpecta temeritas damnum pariat. 11
De fortitudine ac robore. 12
De iuſticia. 13
De virginitate,caſtitate, temperantia, & honeſtis nuptiis. 14
De ſcortatione & adulterio. 15
De iniuſtitia,peccato,& confeſſione. 16
De pœnitentia & confeſſione. 17
De illis qui citò mutantur , & ad malum ingenium redeunt. 18
De illis,qui ad pœnitentiam non conuertuntur. 19
De futuro iudicio. 20
De veritate,ac teſtimonio vero. 21
De mendacio,& calumnia, & falſo teſtimonio. 22
De fratribus, & amore fraterno , atque odio aduerſus fratres. 23
De amicis, & amicitia. 24
De malis amicis. 25
De charitate. 26
De miſericordia,& beneficentia in pauperes. 27
De parcis,illiberalibus , & miſericordiam non exer-

centibus. 28
De beneficiis & gratia. 29
De inopia,& ſtatu paucis contento. 30
De diuitiis ac diuitibus illis qui honeſte viuunt. 31
De diuitibus illis, qui non bene vitam inſtituunt, déque malis eos ſequentibus. 32
De pauperibus ac egenis. 33
De auaritia,ſeu pecuniæ ſtudio. 34
De illis, qui potiorem vbique partem ſibi vendicant, & iniuſtitia. 35
De frugalitate,ſiue illa virtute quæ ſuis rebus contenta eſt. 36
Non ſemper optimam eſſe maiorem partem. 37
De ieiunio & continentia. 38
De incontinentia & gula. 39
De luxuria. 40
De ebrietate. 41
De ſomno. 42
De inſomniis. 43
De fide. 44
De prouidentia. 45
De oratione,ſeu precatione. 46
De actione. 47
De doctrina,& ſermone,& conuerſatione. 48
De admonitione. 49
De diſciplina & philoſophia. 50
De laude. 51
De adulatione. 52



De vituperio & obtrectatione 53
De memoria 54
De anima 55
De medicis. 56
De ægrotantibus. 57
De morte. 58
De cognoſcendo ſeipſum. 59
De pulchritudine. 60
De gloria. 61
De inuidia. 62
De riſu. 63
De rationali & ratione. 64
De voluntario & non voluntario. 65
De timore. 66
De lege. 67
De honoranda virtute,& puniendis vitiis. 68
Quòd malitia in promptu ſit, virtus acquiſitu difficilis. 69
De ſecunda & aduerſa fortuna. 70
De vitæ inæqualitate,& inconſtantia fortunæ. 71
De triſtitia,& animi ægritudine. 72
De ſilentio & ſecretis. 73
De loquacibus, & illis qui vel multum, vel celeriter loquuntur,& arcana diuulgantibus. 74
De illis qui linguam ſuam cuſtodiunt,& de colloquio non duro neque contumace. 75
De illis qui os ſuum & linguam non cuſtodiunt. 76
*Deeſt hic Sermo.*

*SERMONES, SIVE LOCI COMMVNES, SECVNdæ partis MELLISSÆ Antonij Monachj.*

DE bono iuſtóque rege, & de imperio ac poteſtate. Sermo.1
De rege non laudabili. 2
De bonis Epiſcopis, & præcepta dei ſeruantibus: & quod vita ipſorum honeſta & inculpabilis, doctrinæ exemplar ſubditis exhibeat. 3
De prauis Epiſcopis,& præcepta Dei non obſeruantibus. 4
De bonis principibus. 5
De malis principibus. 6
De Iudicibus incorruptis,& manus puras habentibus, & iudicium ac iuſtitiam promouentibus: & quod Dèo iudicia recta pronunciari gratiſſimum ſit. 7
De Iudicibus reprehenſione dignis,& munera capientibus,& illicitè condemnantibus. 8
De bonis parentibus,& quòd liberorum educatio ſtudioſè ac decenter inſtitui debeat. 9
De parentibus, qui circa liberorum educationem negligentes ſunt. 10
De liberis parentes honorantibus, & quanta bona obedientes eis ſequantur. 11
De parricidis,& ſequuturis eos malis. 12
De filio ſapiente ac prudente. 13
De filio imprudente,ſtulto,& imperito. 14
De filia pudica & honeſta. 15
De filia impudica & inhoneſta. 16
De ſenibus ob virtutem & prudentiam claris. 17
De ſenibus amentem & improbam vitam degentibus. 18
De iuuenibus diſciplina & prudentia ornatis. 19
De iuuenibus inſipienter & abſque mente viuentibus. 20
De bonis dominis 21
De malis dominis. 22
De bonis ſeruis. 23
De malis ſeruis. 24
De bonis creditoribus. 25
De malis creditoribus. 26
De mutuum accipientibus, & quòd erga creditores oporteat eſſe gratos. 27
De mutuum accipientibus & ingratis. 28
De locatoribus operarum & mercenariorum, dominis probis. 29
De locatoribus,ſeu mercede conducentibus,malis. 30
De honeſtis & bonis viris. 31
De malis & improbis viris. 32
De muliere forti,temperante ac prudente. 33
De mulieribus malis & adulteris,& omni malitia plenis. 34
De conuentu bonorum viuorum, & quod cum probis viris familiaritatem inire oporteat, non improbis. 35
De conuerſatione prauorum virorum, & quòd improborum ſocietates fugiendæ ſint, vtpote perniciem inferentes. 36
De illis qui optimos & ſanctos viros honorant. 37
De illis qui optimos & ſanctos viros deſpectui habent. 38
De odio malitiæ, déque illis qui auerſantur abſurda. 39.
De illis qui gaudent rebus malis, & praua complectuntur. 40
De ciuibus bonis. 41
De ciuibus improbis. 42
De monachis frugi,& bonitate præeuntibus. 43
De monachis iterum delinquentibus, & redeuntibus ad malitiam. 44
De hominibus gnauis ac ſtudioſis, & quòd laborandum



dum ſit,vtile enim eſſe. 45
De ignauis,ſegnibus,negligentibus,& ſupinis. 46
De homine ſenſato. 47
De inſenſatis. 48
De fama bona & gratioſa. 49
De nomine malo,& infamia. 50
De ſtateris,ponderibus,& menſuris. 51
De ſtateris,ponderibus & menſuris iniuſtis. 52
De animi feruore,& ira. 53
De ſimplicitate ſeu innocētia,& obliuione malorū. 54
De proximo,quod onera proximi ferenda ſint,& communi ope iuuanda: & quòd amicè ipſum delinquentem arguere oporteat, & delictorum eius obliuiſci. 55
De illis qui non ignoſcunt, ſed malorum præteritorum memoriam retinent. 56
De gratis & candidis. 57
De ingratis & minime candidis. 58
De conſultore, ac illis qui conſilium & reprehenſionem admittunt. Dignoſcendum eſt autem qualiſnam ſit conſultor. 59
*Deeſt hic ſermo.*
De illis qui conſilium & redargutionem non admittunt. 60
De pudore bono. 61
De pudore prauo. 62
De illis qui procliues ad iuramenta ſunt: & quod iuramentum non temere vſurpandum, vel omnino iurandum non ſit. 63
De iurantibus frequenter, & illis qui iuramenta exigunt. 64
De bona æmulatione,imitationéque proba. 65
De æmulatione & imitatione praua. 66
De charitate,& pace,& concordia, & hominibus pacificis. 67
De odio,& inimicia,& illis qui contentiones promouent. 68
De obtrectantibus,& de contumelia. 69
De garrulitate. 70
De contradictione & temeritate. 71
De temerario,& impudente,& iracundo, & feruido, & bilioſo. 72



De illis qui humiles & pauperes ſpiritu ſunt. 73
De ſuperbis, & faſtuoſis, & arrogantibus, & inanis gloriæ ſtudioſis. 74
De amore ſui. 75
De curioſitate,& tranquillitate,& quiete. 76
De vita negotioſa, & variis occupationibus diſtracta 77
De fiducia libere loquendi,& redargutione. 77
De nobilitate,& ignobilitate. 78
De nobilitate,& ignobilitate. 79
De conſuetudine & more. 80
De conſcientia. 81
De libertate. 82
De benignitate. 83
De manſuetudine,& cautione. 84
De ſimplici & innocente moribus. 85
De verſuto,& doloſo,& obliquo moribus. 86
De puro corde,& cogitationibus,& conſcientia pura. 87.
De corde prauo, & conſcientia mala, & cogitationibus. 88
De patientia & longanimitate. 89
De impatientia,& parui animi hominib. 90
De republica honeſta,& obedientia. 91
De republica culpabili, & inobedientibus ac immorigeris,& prauo ingenio, maliſque moribus præditis. 92
De remuneratione donanda illis, qui bene honeſtéque vixerunt,in beatitudine æterna. 93
De retributione illorum, qui vitam in malitia & illicitè tranſegerunt, & quod pœna perpetua infinitáque eis deſtinata ſit. 94
De valedictione mundi,& ſubiectione, & vita monaſtica. 95
De præfecto. 96
De illis qui propter cibos offenduntur, & menſarum diuerſitate. 97
Quòd offendere non oporteat, neque iudicare quenquam. 98
De negligentibus ac ſocordibus, & quòd ſi fuerimus ſobrij nihil nos ledere poterit diabolus. 99
De participatione diuinorum myſteriorum. 100

# DE FIDE ET PIETATE IN DEVM, ET QVOD OMNIBVS BONIS ANTECELLANT,

## QVANDO MAXIME PER BONA OPERA RESPLENdent, Sermo primus.

*Gen.4.* ET factum eſt poſt dies, obtulit Cain de fructibus terræ ſacrificium domino. Et Abel obtulit & ipſe de primogenitis ouium ſuarum & de adipibus earum. Et reſpexit deus ad Abel & ad munera eius. Ad Cain autem & ad ſacrificia eius non attendit.

*Gen.5.* Et placuit Enoch deo, & non inueniebatur: quia tranſtulit eum deus.

*Gen.6.* Noe inuenit gratiam coram domino deo.

*Ibid.* Et fecit Noe omnia, quæcunque præcepit ei deus, ſic fecit.

*Ibid.* Noe homo iuſtus, perfectus exiſtens in generatione ſua. Deo placuit Noe.

*Gen. 17.* Dixit dominus deus ad Abraham: Ego ſum dominus deus tuus, complace coram me, & eſto irreprehenſibilis.

Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. *Gen.15.*

Ego ſum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis, Non erunt tibi dij alij præter me. Non facies tibi idolum, neque vllius ſimulachrum, quæcunque in cœlo ſurſum, & quæcunque in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque ſeruies eis. *Exod.20.*

Dominum deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, & illi adhærebis, & in nomine eius iurabis. Ipſe gloriatio tua, & ipſe deus tuus. *Deut.10.*

Et nunc Iſrael, quid dominus deus tuus petit à te, niſi vt timeas eum, vt ambules in omnibus viis eius, & diligas eum, & ſeruias domino deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. *Ibid.*

Ecce pietas eſt ſapientia. *Iof.28.*

*Pſal.32.* Rectum eſt Verbum domini, & omnia opera eius in fide.

*Pſal.100.* Oculi mei ad fideles terræ, vt ſedeant ipſi mecum.

*Salomon.* Exhibitam & certam fidem annunciat iuſtus.

*Prou.1.* Pietas in deum initium ſenſus vel ſapientiæ.

*Prou. 15.* Deſideria piorum delectant animas.

*Oſee.6.* Miſericordiam volo & non ſacrificium, & notitiam dei magis quàm holocauſta.

Via piorum recta & parata eſt.

Pij prudenter conſuluerunt,& conſilium illud manet.

*Ierem.5.* Si eſt qui facit iudicium & quærit fidem, propitius illi ero,dicit dominus.

*Sap.1.* Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram, ſentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum,apparet enim iis,qui illi non diffidunt.

Omnium potentiſſima eſt pietas.

Theſaurus nunquam periturus timor domini.

*Sirach.* Crede deo & recuperabit te.

*Eccli.2.* Donum domini permanet cum piis.

Pij oratio mera eſt ſapientia.

*Eccli. 27.* In ore piorum multiplicabitur laus.

Homo pius in ſapientia permanet vt ſol.

*Eccli. 27.* Fides in ſæculum ſtabit.

*Eccli. 40.* *Matt.17.* Amen dico vobis, ſi habueritis fidem vt granum ſynapis,dicetis monti huic,Tranſi hinc & tranſibit.

*Matt.19.* Tunc reſpondens Petrus,dixit ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos,qui ſecuti eſtis me,in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut ſorores,aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter nomen meum,centuplum accipiet,& vitæ æternæ ſortietur hæreditatem.

*Ioan.3.* Sic deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret,vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

*Ioan.14.* Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet,& maiora his faciet.

*Ioan. 20.* Beati,qui non viderunt,& crediderunt.

*Rom.10.* Si confeſſus fueris ore tuo dominum Ieſum Chriſtum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitauit à mortuis,ſaluaberis. Corde enim creditur ad iuſtitiam,ore autem fit confeſſio ad ſalutem.

*Galat.5.* In Chriſto Ieſu nec circunciſio eſt,nec præputium, ſed fides per charitatem operans.

*Hebr.11.* Eſt autem fides rerum ſperandarum ſubſtantia, & argumentum eorum,quæ non videntur.

*Ibidem.* Sine fide fieri non poteſt, vt quis illi placeat. Nam qui accedit ad deum,hunc credere oportet,quod deus ſit,& quod remunerator ſit quærentibus ipſum.

*Epheſ.2.* Gratia eſtis ſeruati.

*1.Tim.4.* Exerce temeipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio paululum habet vtilitatis:at pietas ad omnia vtilis eſt, vt quæ promiſſiones habeat vitæ præſentis & futuræ.

*Iacob.2.* Fides,ſi facta non habuerit,mortua eſt per ſe.

*2.Pet.1.* Operam date, vt vocationem & electionem veſtram firmam efficiatis. Siquidem ad hunc modum abunde ſubminiſtrabitur vobis introitus in æternum regnum domini noſtri Ieſu Chriſti.

*Irenæi.lib. 4.cap.37.* Quemadmodum qui lumen intuentur,intra lumen ſunt,ac eius ſplendore fruuntur: ſic qui deum vident, intra deum exiſtunt ſplendoris ipſius participes. Vitæ ergo participes erunt,qui deum vident.

*Baſilij ex Hom.in Pſal.115.* Fides eorum,quæ de deo dicuntur,dux ſit: Fides,& non demonſtratio: Fides, quæ omnem rationis methodum ſuperans,mentem ad conſenſum & approbationem trahit. Fides inquam, non Geometrica aliqua neceſſitate, ſed ſpiritus effectu & operatione animis innaſcens,&c. & paulo poſt. Theologiæ myſterium fidei nihil ſolicitè inquirentis aſſenſionem requirit. Deum enim eſſe,omnino credendum eſt: quid vero ille ſit, nequaquam inquirere aut diſputare conuenit. Denique ſi fides earum rerum,quæ ſperantur, ſubſtátia eſt & argumentum eorum quæ non apparent, ne contenderis ea nunc videre, quæ procul diſſita ſunt, neque in dubium vocaris ea,quæ ſperantur, eò quod ipſa cognitione nondum aſſequi queas,&c.

*Ex D.Baſil.proœmio in Ethica, cap. de vera et pia fide.* Fides eſt aſſenſus de iis, quæ auditu percepit ambigens, cum certa perſuaſione veritatis earum rerum,quæ dei gratia prædicatæ ſunt. Huius exemplum aut ſpecimen exhibuit Abraham, qui iuxta ſcripturæ teſtimonium,non dubitauit per incredulitatem,ſed fide confirmatus eſt deo gloriam tribuens, & certa animi fiducia perſuaſus,quod quæ promiſit deus, eadem & præſtare poſſit.

*Gregorij Thaumaturgi.* Præcipuam pietatis curam habere conuenit, quam non immerito virtutum parentem nominant. Hæc enim omnium virtutum principium & finis eſt.

Vt deum & cauſam omnia continentem efficientémque cognoſcamus, tum viſu tum naturæ lege docemur: illo nimirum, dum res viſibiles & ſolidas ſpectat: hac vero, dum ex viſu cognitis & ordine diſpoſitis ſummum ducem & opificem conſiderat.

Tecto pulſa & ſub dio agens Fides,ſumptuoſa impietate præſtantior eſt, & tres in nomine domini congregati,multis diuinitatem negantibus antecellunt.

Nihil coram deo æque magnificum eſt, atque ſermo purus,& veritatis dogmatibus perfecta anima.

Sola pietas ſtabile & firmum bonum eſt. Quod enim acquiſitu impoſſibile eſt, idem propter inuidiam incredibile etiam iudicatur. Atqui profanæ mentes nullam rem,quæ bona & honeſta eſt,fide dignam exiſtimant.

*Chryſoſtomi.* Hoc fidei maximè proprium eſt, rationes eorum quæ fiunt non inquirere,ſed obtemperare præſcriptis.

Pium & fidelem virum tam firmo & conſtanti erga dei promiſſiones animo præditum eſſe oportet, vt licet ſibiipſis contraria eſſe videantur quę fiunt, ne ſic tamen vel animo turbari poſſit, vel de euentu deſperet. Fidelem Abraham itaque inſpicito, qualem nimirum promiſſionem ipſe acceperit, & quænam ipſe facere coactus ſit.

Fides virtutum mater,corona & perfectio eſt.

*Athanaſij.* Melius eſt dubitationem obortam ſilentio reprimere & credere, quàm propter dubitationem diffidere.

*Gregorij Nyſſeni.* Omne quod creatum eſt, extra diuinam naturam aut eſſentiam eſſe iudicare edocti ſumus: Eam vero [redacted] naturam, quæ increata eſt, colere & venerari didicimus,cuius nota & indicium eſt,nec vnquam cœpiſſe,nec vnquam deficere.

Sola fides comprehendit incomprehenſibilem. Sola fides inuiſibilem percipit Sola fides inacceſſum accedit,quoad eius fieri poteſt & licet.

Quandoquidem ſupernę naturæ comprehenſio humanis rationibus longe eſt ſuperior, idcirco fides rationum locum explet, ſuper ea quæ rationem & intellectum ſuperant,ſemetipſam extendens.

Quod



*Clementis* Quod fide perceptum eſt, à curioſa inquiſitione alienum ſit oportet. Quod enim ad amuſſim ſtudioſe exploratum eſt,quomodo fide perceptum aut creditum eſſe dicetur?

Fides breuis & compendioſa, vt ita dicam, rerum neceſſariarum eſt cognitio. At cognitio conſtans & firma eſt eorum,quæ per fidem accepta ſunt, demonſtratio.

*Seuerini.* Non qui cuiuis credit,fidelis dicitur, ſed qui deo credit,hic ſolus fidelis & eſt & dicitur.

*Philonis.* Vera hierarchia quænam alia, quàm animæ deo dilectæ pietas, fuerit? cuius gratitudo apud deum immortalis eſt, perenne æuum cum Sole, Luna & toto mundo extendens.

*Ariſtotelis.* Omnium quidem principium optimum Deus eſt, virtutum vero Pietas.

Quemadmodum in medicina fieri dicunt, vt corpora non pura quò magis nutriueris, eò magis lædas, materiam nimirum corruptis humoribus ſuggerens: Sic prauis opinionibus præoccupatam animam, quò plus docueris,eò magis lædes, maiores ſubinde male & perperam ſentiendi occaſiones ſuppeditans.

*De illis qui pietatem ac fidem præuaricantur, & in deum ſunt impij, Sermo 2.*

*Exod.32.* VIdens populus, quod tardauit Moyſes deſcendere de monte,congregatus eſt ad Aaronem, & dixit: Surge,& fac nobis deos,qui præcedant nos. Nam Moyſes hic homo,qui eduxit nos de terra Aegyti, nó ſcimus quid factum eſt illi. Et dicit illis Aaron: Tollite inaures aureas,quæ ſunt in auribus mulierũ veſtrarũ & filiarum veſtrarum,& afferte ad me. Et abſtulerunt omnis populus inaures aureas, & attulerunt ad Aaron:& fecit eas vitulum conflatilem. Et dixerunt: Iſti dij tui Iſrael,qui eduxerunt te de terra Aegypti.

*Deut.9.* Propter impietatem gentium harum, excindet eos dominus ante faciem tuam. Non propter ſanctimoniam cordis tui tu ingrederis vt poſſideas terram earum,ſed propter iniquitatem gentium harum, dominus excindet eos ante faciem tuam.

*Iudic.10.* Et dixit dominus ad filios Iſrael: Vos reliquiſtis me & coluiſtis deos alienos. Idcirco non addam, vt liberem vos. Ite & clamate ad deos quos elegiſtis vobis, & ipſi liberent vos in tempore afflictionis.

*Iob.20.* Gaudium impiorum ruina indecens, lætitia autem iniquorum perditio. Si aſcenderint in cœlum eius dona, & ſacrificium eius nubes attigerit, & viſus fuerit iam firmatus eſſe, tunc in vniuerſum peribit: & qui cognouerant ipſum,dicent: Vbi eſt?

*Iob.40.* Facies impiorum ignominia implebuntur.

*Iob.21.* Lumen impiorum extinguetur.

*Iob.15.* Omnis vita impij curis tranſigitur: & cum viſus fuerit iam in pace agere,veniet ei ſubuerſio.

*Iob.11.* Spes impij perit.

*Iob.21.* Impiorum lucerna extinguetur,ſuperueniet autem illis ſubuerſio,& erunt ſicut paleæ vento agitatæ.

*Iob.11.* Oculi impiorum tabeſcent. Nam ſpes eorum perditio.

*Pſal. 17.* Filij alieni mentiti ſunt mihi. Filij alieni inueterati ſunt,& claudicauerunt à ſemitis ſuis.

*Pſal.36.* Inimici domini mox vt honorificati & exaltati fuerint, deficientes quemadmodum fumus deficient.

*Ibidem.* Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani. Et tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum,& non eſt inuentus locus eius.

Qui elongant ſe à te, peribunt. Perdidiſti omnem, qui fornicatur abs te. *Pſal.72.*

Viæ impiorum tenebroſæ,& non ſciunt in quo offendunt. *Prou.4.*

Facilis & iucunda fit impiorum perditio. *Prou.11.*

Vitam impiorum ſubuertet dominus.

Fructus impiorum perditio. *Prou.10.*

Opera iniuſta facit impius. *Prou.11.*

Viæ impiorum de terra peribunt. *Prou.2.*

Perſecutio impiorum ad mortem. *Prou.11.*

Impius ſeruatur in diem malum. *Prou. 16.*

Fugit impius nemine perſequente. *Prou. 28.*

Animæ impij nemo miſerebitur mortalium.

Cum venerit impius in profundum malorum,contemnit. *Prou. 28.*

Viſcera impiorum miſereri neſciunt. *Prou. 12.*

Maledictio domini in domibus impiorum. Anni impiorum pauci erunt. *Oſee.*

Væ eis,quoniam reſilierunt à me. Miſeri ſunt, quoniam impij fuerunt in me. Ego autem redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia. *Oſee.7.*

Infirmabuntur impij,& auferam impios à facie terræ,dicit dominus. *Abach.1.* *Eſa.1.*

Audi cœlum, & terra auribus percipe verba oris mei,quoniam dominus locutus eſt: Filios genui,&c.

Non ego repudiaui illos,ſed ipſi me repudiauerunt. Idcirco dereliqui domum meam.

Mandabo ſuper terram mala.& impiis peccata ipſorum.

Tollatur impius,ne videat gloriam domini.

Non eſt pax impiis,dicit dominus. *Eſa. 57.*

Quod inuenerunt patres veſtri in me delictũ,quod receſſerunt procul à me & ambulauerunt poſt vanitates,& vani facti ſunt? *Ierem.2.*

Vos derelinquentes me & obliti montis ſancti mei, & parantes fortunæ menſam, & implentes dæmoni potionem. Ego tradam vos in gladium: omnes in cæde cadetis quia vocaui vos, & non audiſtis: locutus ſum,& contempſiſtis, & feciſtis malum in conſpectu meo,& quæ non volebam,elegiſtis. *Eſa.65.*

Obſtupuit cœlum ſuper hoc, & inhorruit ſupramodum vehementer, dicit dominus: quia duo mala fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis,& foderunt ſibi lacus contritos, qui non potuerunt aquam continere. *Ierem.2.*

Caſtigabit te defectio tua, & malitia tua arguet te: & ſcito & vide, quia amarum tibi relinquere te,me, dicit dominus. *Ibidem.*

Dixit dominus ad me: Ne oraueris pro populo iſto, nec preceris vt ipſi miſericordiam conſequantur,quoniam non exaudiam te. An non vides quid ipſi faciunt in ciuitatibus Iuda,& in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna,& patres eorum ſuccendunt ignem,& mulieres ipſorum ſubigunt ſimilaginem, vt faciant placentas Militię cœli,& libent libamina aliena,vt ad iracundiam prouocarent me. Nunquid me ipſi ad iracundiam prouocãt,dicit dominus? nonne ſemetipſos, vt confundantur facies eorum? Propterea hæc dicit dominus: Ecce ira furoris mei effunditur ſuper locum iſtum,& ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omne lignum agri ipſorum,& ſuper omnes fruges terræ,& ſuccendetur,& non erit qui extinguat. *Iere.7.*

Fili hominis,vidiſti quid iſti faciunt,iniquitates magnas quas domus Iſrael facit hic, vt abſtineat à ſanctuario meo: & adhuc videbis iniquitates maiores. *Ezech. 8.*

Hæc dicit Adonai dominus: Eò quod mei oblitus

es, & abieciſti me poſt te, etiam tu accipe impietatem tuam & malitiam tuam.

*Sap.* 14. Ex æquo deo inuiſa & exoſa ſunt, tam impius quàm impietas eius. Nam & opus, cum eo qui fecit illud, excindetur.

*Sap.* 5. Spes impij; qualis à vento ſublata lanugo eſt.

*Sap.* 19. Impios ſæua indignatio vſque ad extremum perſecuta eſt.

*Sap.* 16. Qui te nouiſſe negauerunt impij, in fortitudine brachij tui flagellati ſunt.

*Eccli.* 7. Vindicta impij, ignis & vermis.

*Eccli.* 14. Væ vobis viri impij, qui deſeruiſtis legem dei: licet enim multiplicemini, peribitis: & ſi naſcimini, in maledictionem id fiet: & ſi obieritis in maledictionem diuiſi eritis.

*Eccli.* 22. Luctus mortui ſeptem dies, ſtulti autem & impij omnes dies vitæ illius.

*Eccli.* 34. Oblationes impiorum reprobat altiſſimus.

*Matth.* 10 Quicunque negauerit me coram hominibus, negabo & ego illum coram patre meo qui in cœlis eſt.

*Hebr.* 6. Fieri non poteſt, vt qui ſemel fuerint illuminati, guſtauerintque donum cœleſte, & participes facti fuerint ſpiritus ſancti, guſtauerintque bonum dei verbum ac virtutes futuri ſæculi, ſi prolabantur, denuo renouentur per pœnitentiam, ab integro crucifigentes ſibimetipſis filium dei, & ludibrio exponentes. Siquidem terra quæ imbrem ſæpius in ſe venientem combiberit, & progenuerit herbam accommodam eis, quorum opera colitur, recipit benedictionem à deo. At quæ produxerit ſpinas & tribulos, reproba eſt, & maledictioni confinis, cuius exitus huc tendit, vt exuratur.

*Baſilij.* Impietas proprie dicitur, quod in deum commiſſum eſt peccatum.

Fieri non poteſt, vt à iuſta via exorbitent, quorum animi dei obliuione non laborauerint.

Nullus eorum, qui falſas & prauas de deo opiniones conceperunt, ſuas in Pſalmodiis laudes deo acceptas fore exiſtimet.

Dei ignorantia, animæ mors eſt.

*Theologi.* Si nanque deus medius aſſumptus vel interpoſitus ea, quæ hominibus ſibi mutuo intercedunt, conuenta confirmat: quàm periculoſum erit, ſi ea tranſgreſſi fuiſſe deprehendemur quæ cum ipſo nobis inita ſunt, [redacted]

Qui diuerſum quàm nos ſentiunt, eos ceu veritatis luem aſſumamus, & curemus quoad poteſt fieri: eos vero qui incurabiles ſunt, auerſemur, ne prius ipſorum contagio ipſi inficiamur, quàm noſtræ illi ſanitatis per nos participes fiant.

Malorum inuentrix eſt impietas, & ad aggrediendum longe audaciſſima.

*Gregorij Nyſſeni.* Primam deo pœnam debet homo, quod à creatore ſuo deſciuit, & ad aduerſarium eiuſdem transfugit, fugitiuus & deſertor domini naturalis factus: alteram vero, quod miſeram & infelicem peccati ſeruitutem pro libero ſui iuris arbitrio ceu permutans accepit: præſtabilius nimirum eſſe ducens pernicioſæ & exitialis potentiæ tyrannidem pati, quàm deo ſeruire.

*Theophili.* Atqui terrenus aliquis rex eſſe creditur, licet non omnium oculis conſpicuus ſit. Per leges enim ipſius, ſtatuta denique, poteſtatem & virtutem atque imagines percipitur. Tu vero deum ex ſuis operibus & virtutibus intelligere non vis.

*Serapionis* Nunquam aliqua hæreſis eccleſiam ſuperauit, ſed furit quidem ſemper, aliquouſque autem progreſſa ſtatim diſſoluitur.

Quemadmodum oculus perturbatus, ſic etiam anima opinionibus, quę naturam excedunt turbata, veritatis lucem videre non poteſt.

*De dilectione & timore dei. Sermo 3.*

VOcauit angelus domini Abrahamum cœlitus, & dixit: Abraham Abraham. Ille vero ait: Ecce ego. Et dixit: Ne inferas manum tuam puero, nec feceris illi quicquam. Nunc enim cognoui, quod tu timeas deum, & non peperciſti filio tuo dilecto propter me. *Gene.* 22.

Deus cuſtodiens pactum & miſericordiam ſuam diligentibus eum, & cuſtodientibus mandata eius, in mille generationes. *Deut.* 7.

Et nunc Iſrael, quid nam dominus deus tuus petit à te, quàm vt timeas eum, & incedas in omnibus viis eius, diligas ipſum & ſeruias domino deo tuo. *Deut.* 10.

Diliges dominum deum tuum, ex tota mente tua, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. *Deut.* 6.

Gloriabuntur in te, qui nomen tuum diligunt. *Pſal.* 5.

Firmamentum vel robur eſt dominus, eorum qui timent ipſum, & teſtamentum ſuum manifeſtabit illis. *Pſal.* 24.

Angelus domini in circuitu eorum, qui timent ipſum, caſtrametatur, & liberabit eos. *Pſal.* 33.

Initium ſapientiæ timor domini. *Pſal.* 110.

Beatus vir, qui timet dominum, pręceptis eius multum delectabitur. Potens in terra erit ſemen eius. *Pſal.* 111.

Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſeruabit eos. *Pſal.* 144

Cuſtodit dominus omnes qui diligunt ipſum, & omnes peccatores diſperdet. *Ibidem.*

Dominus dat ſapientiam, & viam eorum qui reuerentur eum, cuſtodiet. *Prouer.* 2.

Timor domini odit malitiam, & contumeliam, & ſuperbiam & vias malorum. *Prouer.* 8.

Timor domini fons eſt vitæ, & à laqueo mortis declinare facit. *Prou.* 14.

Timor domini ſapientia eſt & diſciplina. *Prou.* 15.

Time deum, ô fili, & regem, ac neutri ipſorum ſis inobediens. *Prou.* 24.

Omnem ſermonis ſummam audi. Deum time, & præcepta ipſius cuſtodi. Ipſius enim eſt omnis homo.

Exoritur vobis, qui timetis nomen meum, ſol iuſtitiæ, & in alis ipſius ſalus. *Malach.* 4

Saluabit dominus eos, qui timent nomen ipſius. *Mich.*

Dominus in templo ſancto ſuo, reuereatur à facie eius omnis terra. *Abach.* 2.

Dominum ipſum ſanctificate, & ipſe erit timor tuus. *Eſa.* 8.

Propter timorem tuum domine in vtero concepimus. *Eſa.* 26.

Erunt mihi in populũ, & ego ero eis in deum, & dabo eis cor aliud, & viam aliam, vt timeant me omnibus diebus, in bonum tam ipſis quàm filiis ipſorum poſt illos. *Ierem.* 32.

Initium ſapientiæ, timere dominum. *Eccli.* 1.

Corona ſapientiæ timor domini, germinans pacem & ſanitatem ſalutis. *Ibidem.*

Plenitudo ſapientiæ timere dominum, & inebriat eos fructibus ſuis. *Ibidem.*

Qui timetis dominum, ſperate in bona, & in lætitiam ſempiternam ac miſericordiam. *Eccli.* 2.

Nihil eſt melius timore domini, & nihil dulcius quàm attendere præceptis ipſius. *Eccli.* 23.

Dilectio



*Eccli.* 1. Dilectio dei, glorioſa eſt ſapientia, & largietur eam diligentibus ipſum.

*Eccli.* 13. Dilige dominum, & inuoca illum in ſalutẽ tuam.

*Ioan.* 14. Qui me diligit, diligetur à patre meo, & ego diligam ipſum, & aperiam ei meipſum.

*Ibidem.* Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud illum faciemus.

*Matth.* 10 Ne metuatis vobis, ab iis, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.

*Rom.* 1. Iis, qui diligunt deum, omnia ſimul adiumento ſunt in bonum.

1. *Cor.* 8. Qui deum diligit, hic cognitus eſt ab illo.

1. *Ioan.* 4. Deus eſt charitas, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus manet in eo.

*Baſilij.* Timor domini, animæ purificatio eſt iuxta prophetę orationem, qui dicit: Timor domini quæuis animæ vitia & defectus ſuperat.

Neceſſarium debitum, amor dei, à nobis poſtulatur. Hoc enim ſi careat anima, malum ſuſtinet præ omnibus aliis cum primis intolerabile.

Quicunque amorem erga deum ſeruant, hiis ipſe quoque, ſui communionem largitur: Dei autem communio, vita & lux eſt, & eorum quæ ab ipſo proficiſcuntur, bonorum fruitio.

[redacted]

*Theologi.* Timor domini ſapientiæ initium & ceu prima fœtus illius faſcia eſt. Et ſapientia vbi timore deuicto ad dilectionem progreſſa eſt, nos dei amicos & filios pro ſeruis efficit.

Nequaquam nos à numinis contemplatione exorſos, in timorem deſinere oportet. Iſtiuſmodi enim cõtemplatio effrenis, forſitan præcipites quoque nos impelleret. Sed vbi à timore initio facto primis rudimentis inſtructi & purgati, imò (vt ita dicam) attenuati fuerimus, in ſublime nos attolli conuenit

*Chryſoſtomi.* Charitas perfectionis vinculum eſt.

Omnis virtutis opifex vel architectrix eſt charitas.

*De illis qui Deum nec timent, nec diligunt. Sermo 4.*

*Exod.* 5. DIxit Pharao ad Moyſem: Quis eſt, cuius vocem ipſe audiam, vt dimittam filios Iſrael? Non noui dominum, & Iſrael non dimittam.

*Pſal.* 9. Non eſt deus coram ipſo, Viæ ipſius inquinatæ ſunt omni tempore.

Non eſt timor dei coram oculis ipſius.

*Pſal.* 36. Inimici domini mox vt honorificati & exaltati fuerint, deficientes quemadmodum fumus defecerunt.

*Prou.* 19. Timor domini vitam operatur homini. Non timẽs verò, habitabit in locis vbi non conſideratur cognitio.

*Malach.* 1. Filius patris ſui, & ſeruus domini honorem prouehit. Si pater ſum ego, vbi eſt gloria mea? Et ſi dominus ſum ego, vbi eſt timor meus? dicit dominus omnipotens.

*Ierem.* 5. Nunquid me non timebitis? dicit dominus, aut à facie mea non formidabitis, qui arenam terminum mari conſtitui, præceptum ſempiternum & quod non tranſgredietur? Turbabitur quidem, ſed non poterit, Sonabunt fluctus eius, ſed non tranſgredientur illud. At populo huic factum eſt cor inobediens & incredulum vel intractabile. Declinauerunt & abierunt, & non dixerunt in corde ſuo: Timeamus quæſo dominum deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam matutinam & ſerotinam, ſecundum tempus plenitudinis præcepti meſſis, &c.

Quod peccare ſolemus nos, propter timoris dei abſentiam contingit. *Baſilij.*

Quantum à vita diſceſſit Adam, in tantum morti appropinquauit. Vita enim deus eſt, vitæ vero priuatio Mors, adeò vt Adam ea defectione qua deſciuit à deo, ſibi ipſi mortem comparauerit.

*De ſpe in Deum, & quod ſpes in Deum, non in humana præſidia, collocari debeat, Sermo 5.*

REſpicite ad volatilia cœli, quia nec ſerunt neque metunt, neque conuehunt in horrea, & pater meus cœleſtis alit illa. *Matth.* 6.

Spe ſeruati ſumus. Porrò ſpes ſi videatur, non eſt ſpes. Quod enim quis cernit, cur idem ſperet? Si vero quod non videmus, ſperamus, id per patientiam expectamus. *Rom.* 8.

Teneamus confeſſionem ſpei, non vacillantem. Fidelis enim vel verax eſt, qui promiſit. *Heb.* 10.

Et dixit Dauid ad alienigenum vel Philiſtæum: Tu venis ad me in gladio, & in haſta & in clypeo. Ego autem venio ad te in nomine domini exercituum. 1. *Reg.* 17.

Qui domino confidit, ſaluabitur. *Iob.*

Sperantem in dominum circundabit miſericordia. *Pſal.* 31.

Spera in domino, & fac bonitatem. *Pſal.* 39.

Reuela ad dominum viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. *Ibidem.*

Beatus vir, cuius ſpes eſt nomen domini, & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. *Pſal.* 39.

Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere in homine. Bonum eſt ſperare in domino, quàm ſperare in principibus. *Pſal.* 17.

Qui confidunt domino, vt mons Sion. *Pſal.* 124

Qui domino confidit, ſua ipſius ſanctimonia iuſtus eſt.

Confide domino in toto corde tuo.

Qui domino confidunt, intelligent veritatem, & fideles in dilectione adhærebunt illi. *Sap.* 3.

Ecce deus meus, ſaluator meus dominus, confidam illi & ſaluabor per ipſum. *Eſa.* 12.

Benedictus homo, qui confidit in domino, & erit dominus ſpes eius: & erit quaſi lignum rectum vel abundans iuxta aquas. *Ierem.* 17.

Inſpicite in antiquas generationes & ſcitote: Quis ſperauit in dominum & confuſus eſt? aut quis permanſit in timore ipſius, & neglexit eum? *Eccli.* 2.

*ἄδηλον.* Perſuadeamus hoc nobis ipſis fratres, vt in tempore tentationis non ad humanas ſpes recurramus & nobis ipſis venemur auxilia, quin potius in lachrymis & gemitibus, & laborioſa ac indefeſſa oratione & vigiliis aſſiduis deum deprecemur. Sic enim auxilium ex afflictione percipit, qui humanum auxilium, vt vanum & inane contemnit.

Laudo eum qui ſpes vigilantium ſomnia eſſe dixit.

Voluptatem quidem cura, triſtitiam vero ſpes melior reprimat. *Theologi.*

Maximum infortunatis ſubſidium eſt, viciſſitudinis ſpes, & melior ſtatus ob oculos poſitus.

Tandem ſubmerſa eſt nauis, quæ multos ad portus feliciter appulit. Multi ex maxima tempeſtate ad portum euaſerunt.

Impoſſibile eſt, vt à fine aut ſcopo ſuo aberret, qui tota mẽte in deum ſperat, & omnia ſua pro virili agit. *Chryſoſtomi.*

Cum nulla vſquam humani auxilij ſpes nobis affulget, ne deſperemus, nec deſpondeamus ani-

mum : ſed fidei ancoram arripiamus , & inſtrumentum A ſpei iaciamus , non quidem in mare , ſed in cœlum , & tempeſtatum procellis agitata nauis ab omni periculo liberabitur.

Afflictio,flos eſt bonorum quæ expectantur . Propter fructum ergo flos quoque nobis carpendus eſt.

Nihil perinde animam nutrit & vegetat, atque ſpes læta & bonorum expectatio.

Philonis. Spes præuia quædam mentis eſt affectio , gaudium ante gaudium,vt quæ bonorum ſit expectatio.

Spem deus humano inſeuit generi , vt congenitum ſibi ſolatium habentes,doloribus leuarentur, [redacted].

Nili. Malum inſperatum omnino perturbat cum ingruit: quod vero expectabatur,compoſitam & præparatam B ad periculum mentem inueniens, calamitatem leuiorem reddit.

Bonum ſperatum ſi ſecus & in contrarium cadens nos fallat,affectum vix vllo mitigãdum ſolatio gignit.

Dionis. Periculorum ſpes tutum à periculis ea ſperantem efficit , eò quod propter malorum expectationem res ſuas præmuniuerit.

Socratis. Nec mulier abſque viro , nec ſpes abſque labore quicquam parit vtile.

Leucippes. Quæ enim iucunda ſunt, licet nondum adſint præſentia,ſpe tamen delectant.

*De iis qui diuitiis & hominibus fidunt , nec in deo ſpem & fiduciam omnem ſitam habent,* C *Sermo 6.*

2.Par.16. ET dixit Ananias propheta ad Aſam regem Iuda: Quoniam confiſus es tu in rege Syriæ , & non cõfiſus es in domino deo tuo,propter hoc ſaluatus eſt exercitus Syriæ de manu tua.

Iob. Ignominiam ſibi contrahent , qui in ciuitatibus confidunt & diuitiis.

Pſal.48. Qui confidunt in virtute ſua , & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.

Pſal.51. Videbunt iuſti & timebunt,& ſuper eum ridebunt, & dicent: Ecce homo , qui non poſuit deum adiutorẽ ſuum,ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, D & confortatus eſt in vanitate ſua.

Pſal.145. Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, quibus non eſt ſalus.

Qui confidit in diuitiis ſuis,hic corruet.

Prou.11. Oſee.12. Dixit Ephraim:Diues effectus ſum,inueni requiem mihi.Omnes labores eius non inuenientur ei.

Soph.1. Diſperierunt omnes, qni confiſi aut ſuffulti ſunt argento.

Abach. Abd. Puniuiſti cum potentia tua principes peccatorum, eos inquam qui confidunt in contumacia ſua.

Væ dicenti in corde ſuo,Quis me detrahet in terrã?

Eſaiæ.30. Fortitudo veſtra vana facta eſt, & non voluiſtis audire,ſed dixiſtis,Super equos fugiemus. E

Eſa.36. Cui confiſus es quia mihi es inobediens?Ecce confidis virgæ arundineæ,confractæ huic.

Eſa.31. Væ deſcendentibus in Aegyptum, qui equis confidunt & curribus . Quia dominus inducet manum ſuã ſuper eos , & laborabunt auxiliantes , & qui auxilio adiuti ſunt concident,& ſimul omnes peribunt.

Iere.17. Maledictus homo , qui ſpem habet in homine, & confirmabit carnem brachij ſui ſuper ipſum, & à domino receſſit cor eius.

Eccli.5. Ne ſequaris animam tuam & fortitudinem tuam, nec dixeris: Quis me ſuo ſubiiciet imperio ? Nam dominus vindicans vindicabit.

Ne læteris in opibus tuis,& ne dixeris, Sufficit mihi, &c. Ibidem.

Qui in ſeipſum ſperat , periculis obnoxius eſt & execrationi quæ dicit : Maledictus homo qui ſpem reponit in homine,& carnem brachij ſui fulciet,& à domino cor ſuum amouebit. Qui ſermo his verbis , Qui ſpem reponit in homine & carnem brachij ſui fulciet, fiduciam in ſeſe collocare prohibet : vtrunque autem eorum defectionem à domino nominat . Nam erit tanquam myrtus ſylueſtris in deſerto , & non videbit bona. Baſilij.

Qui ſuper quatuor ingreditur, impurus eſt . Ingreditur autem ſuper quatuor , qui manibus innititur , & omnem in iis habet fiduciam. Nili.

*De virtute, Sermo 7.*

ARcta eſt via,quæ deducit ad vitam. Matth.7.

Ne vincaris à malo,ſed vince in bono malum. Rom.12.

Ne te ſeducant impij,nec in viam ipſorum abeas. Salomon.

Ne feceris quæ mala ſunt,& mala te non apprehendent. Sirach.

Diuitiis nobilior virtus. Baſilij.

Sola poſſeſſionum virtus auferri nequit.

Virtutis exercitium , tum poſſidenti pretioſum eſt peculium , tum inſidentibus aliis iucundiſſimum ſpectaculum.

Vt ignem vltrò lucis ſplendor,& vnguentum ſuauis odor ſequitur:ita bona opera,vtilitas neceſſario comitari conſueuit.

Hoc eſt virtus,declinatio videlicet mali , & operatio boni.

Principium ad recuperationem bonorum,eſt à malis receſſus . Declina enim inquit à malo , & fac bonum.

Rara & acquiſitu difficilis eſt virtutis poſſeſſio , etiamſi multa ad hanc prouocent & inuitent. Theologi.

Virtutem laudando deum laudabo , à quo virtus hominibus data eſt.

Virtus mercenaria non eſt,vt virtus eſſe pergat, ſolam honeſtatem reſpiciens.

Celebres non modo præclarum & honeſtum aliquod factum reddit , ſed & malitia exuperans improbam ſibi famam contrahit.

Virtutis natura eſt , vt reuerentia & authoritate ſua vel infenſiſſimos moneat & terreat.

Fieri nequit , quin qui virtutis ſtudioſus eſt , quàm plures hoſtes ſentiat . Sed nihil hoc virtuti deditum mouet:ſic enim longe clarior euadet. Chriſoſtomi.

Multi ſæpe cum virtutem propter labores fugiant, propter glorioſam quæ ex virtutibus prouenit famam laborare volunt.

Deo , non quod neceſſitate fit, gratum eſt , ſed quod virtutis ſtudio recte geritur . Virtus autem in voluntaria electione,non neceſſitate,conſiſtit.

Virtutem non locus , ſed locum virtus illuſtrare poteſt.

Vitij curſus inhibitus , principium eſt eius , qui ad virtutem fit,motus.

Virtus dominium non expectat , ſed voluntaria eſt & ab omni neceſſitate libera.

Quemadmodum vitæ finis mortis initium eſt: ſic ſi curſus virtutis ſiſtatur,initium fit eius,qui ad vitia tendit, curſus.

Mali abalienatio , familiaritatis cum bono occaſionem & anſam præbet.





Ex malis euadere,eſt intra bona conſiſtere.

Virtutem infinitis ſudoribus & laboribus vix acquiri,ſtudio ac fatigatione vix recte adminiſtrari poſſe,ex ſacris literis didicimus. A

Philonis. Improbitatis exitus,virtutis introitum efficit:quemadmodum & vice verſa,ſi virtus vel bonum receſſerit, malo acceſſus patet.

Solæ virtutes hominum negotia gubernare nouerunt.

Virtutis contemplatio longe pulcherrima eſt , eiuſdem vero vſus & actio digna ſunt de quibus ſummo contendatur ſtudio.

Nili. Gaude cum virtutis opus ædis,ſed ne extollaris , ne fortè naufragium in portu facias.

Cyrilli. Virtutem non oportet claudicare à parte altera, B ſed tam dictis quàm factis rectam & integram vtrinque eſſe.

Virtutes illico aſſequi impoſſibile eſt . Quomodo enim quàm minimis laboribus res longe maximas aliquis aſſequi queat?

Aſpera virtus eſt,& accliuis ad ipſam via , nec eam quis abſque longo, labore ſibi comparauerit.

Sineſij. Virtutis merces laus eſt.

Malis hominibus , licet boni aliquid polliceantur, propter mores tamen fides non habetur.

Plutarchj. Statuam quidem figura , virum vero ipſa actio ornat.

Ita viuere inſtituas , vt neque à potentioribus contemnaris,neque inferioribus metuendus ſis. C

Iſocratis. Bene tibi futura euenient , ſi præſentia bene diſpoſueris.

Virtutis potius imagines tibi velis monumenta relinquere, quàm corporis.

Demonactis. Tantum ad virtutem adiicies , quantum voluptatibus ademeris.

Turpe eſt in aliis probare virtutes , intra ſe autem habere vitia.

Biantis. Tarde aggredere agenda,aggreſſus autem conſtanter age.

Euripidis. Tempus non delet reliquias bonorum virorum: ſed virtus etiam in mortuis refulget.

Theognidis.
Multi diuites ſunt mali,boni autem pauperes:
Sed nos cum illis non permutabimus
Virtute diuitias:nam illa ſemper ſtabilis eſt:
Pecunias autem hominum aliâs alius habet.

Ariſtotelis. Dei quidem eſt agere quæ vult :hominis autem ea quæ conuenit, animo præſumere.

Procopij rhetoris. Boni, indecorum aliquid facientes,peccare volentibus exemplum fiunt.

Viri virtutes,non principio,ſed fine actionum iudicantur.

Maxime bonum peculium eſt , cuiuſque propria virtus.

Neque conuiuium ſine concordia , neque diuitiæ ſine virtute delectant.

Donum aliud virtute maius,diuinitùs dari non poteſt.

Vnica virtus eſt ſemper fugere indecorum & abſurdum.

Deum optime coles,cum mentem deo ſimilem effeceris per virtutem . Sola enim virtus animum ad id quod ei cognatum eſt,trahit.

Malim virtutis teſtimonium , quàm abundantiã opum mihi exhiberi.Illud enim bonæ mentis , hoc autem fortunæ affluentis encomium videbitur . *Hæc ſententia in Græco exemplari non recte adſcribitur Theognidi.*



*De ſapientia, & intellectu, & prudentia, Sermo 8.*

EStote prudentes inſtar ſerpentium, & ſimplices vt columbæ. Math.10

Non mente , ſed malitia infantes eſſe debetis : animis autem perfecti eſte. 1.Cor.14.

Beatus homo qui inuenit ſapientiam , & mortalis qui vidit prudentiam : præſtat enim ipſam acquirere, quàm auri & argenti theſauros : pretioſior eſt magni pretij gemmis:facile agnoſcitur omnibus adeuntibus eam : nihil autem tam pretioſum eſt quod ipſius pretium adæquet.Diuturnitas enim & anni vitę,in dextera eius:in leua autem,opes & gloria. Ex ore eius iuſtitia progreditur : legem & miſericordiam in lingua fert.Viæ eius,viæ ſunt pulchræ,& omnes ſemitæ ipſius in pace. Prou.3.

Vir prudens directus ingreditur. Prou.15.

Acquire ſapientiam , & intellectum tibi compara, ne, obliuiſcaris,vt capiti tuo coronam det gratiarum. Prouer.4.

Cum ſapientibus conſulta , & cum prudentibus ſit colloquium tuum. Eccli.9.

Sapientia eſt ſcientia de diuinis & humanis rebus, earúmque cauſis. Baſilij.

Duplex eſt prudentiæ nomen : altera enim eſt proprij commodi cuſtodia , vt ſerpentis caput ſuum cuſtodientis: altera vero videtur eſſe malignitas morum, acutè quod ſibi vtile eſt deprehendens,& ſimpliciores ſecum abripiens , qualis erat illa diſpenſatoris iniuſtitiæ.Vera autem prudentia diſcretio eſt rerum, quæ faciendæ ſunt,& non faciendæ,quam qui ſequitur,nunquam interitu malitiæ afficietur,intelligit prudentiæ rationes,nouit quinam ſint aſtuti, qui contrà circa vitam actiui , & optima nobis conſulentes . Et ceu probus nũmularius , quod bonum eſt retinebit , ab omni autem mala ſpecie abſtinebit.

Nam qui ſerpentis prudentiam circa malum , columbinæ ſimplicitati circa bonum commiſcuerit , is neque ex prudentia malignitatem , neque ex ſimplicitate ſtultitiam fieri permittet. Theologi.

D Quidam auarus hæc verba protulit.
Malo fortunæ guttam , quàm dolium mente plenum.
Nam illa abſente,infortunata mens eſt.
Cui quidam ex prudentiæ ſtudioſis reſpondit:
Stilla mihi mentis potius obtingat , quàm fortunæ mare.

Prudentia virtutum aliarum principium eſt. Philonis.

Solus ſapiens liber eſt ac princeps , etſi innumeros corporis dominos habuerit.

Prudentia vt plurimum bonam fortunam donat: fortuna vero prudentiam non facit. Plutarchi.

Omnia quidem vitæ negotia curabis, in primis autem prudentiam eius exercebis. E

Quippe maxima res incluſa minimæ , bona mens eſt in humano corpore.

Prudentiam Solon aiebat tantum cæteris virtutibus anteſtare , quantum viſus reliquos ſenſus excellit. Solon.

Neque ſine freno equus , neque diuitiæ ſine prudentia gubernari poſſunt. Pythagoræ.

Locorum mutationes neque prudentiam docent, nec imprudentiam adimunt. Biantis.

Non enim quadrati, Aut amplis lateribus viri tutiſſimi ſunt:
Sed qui recte ſapiunt,vbique vincunt. Sophoclis in Aiace.

Et bos cui magna ſunt latera, vel paruo ictus flagello, rectus per viam ingreditur.

*Herodoti.* Aequalia mihi videntur & recte ſapere, & probe dicenti parere.

*De imprudente, ſtolido, imperito, & ſtulto, Sermo 9.*

*Matth. 7.* OMnis audiens verba mea, & non faciens, ſimilis erit viro ſtulto, &c.

*1. Cor. 14.* Non mente, ſed malitia, infantes debetis eſſe: mente autem perfecti eſte.

*Solomonis* Cor imprudentis, dolorem domino ſuo parit.

*Eccli. 10.* Labia imprudentis ſubmergent ipſum: initium ſermonum oris eius, imprudentia: & exitus oris eius, error malus.

*Prou. 16.* Vir imprudens ſibi mala fodit, & in labiis ſuis colligit ignem.

*Sirach. 22* Cum imprudente ne multum colloquaris, & hominem intellectu vacuum non adeas.

Mente vacuo ſapientia nihil conducit, magis enim regitur ille imprudentia.

*Ibidem.* Luge mortuum, vt cui lumen ademptum ſit: & ſtultum defle, priuatus eſt enim intellectu.

*Ibidem.* Arenam, & ſalem, & glebam ferream ſuſtinere, facilius, quàm hominem imprudentem.

*Sirach. 8.* Ne teipſum homini ſtulto ſubieceris.

Cum ſtulto conſilium non ineas.

*Theologi.* Teſtam conglutinat, qui ſtultum docet.

Mentis neglectum, turpitudinem æſtima.

Cæcum ducem accipere, & conſultorem imperitum, nihil differunt.

Non tam pupilli, quàm viri ſtulti tutorum præſentia indigent.

*Crates.* Crates terebris comparabat ſtultos homines: quod niſi vinculis & neceſſitate coacti officium ſuum non faciant.

*Sexti.* Neque vox in piſcibus, neque virtus in hominibus imperitis quærenda.

*De conſilio, & quod omnia conſultò conſideratéque agenda ſint, Sermo 10.*

*Prou. 11. & 24.* MVlto conſilio ſalus ineſt.

Omnia fac conſultò. Cum conſilio vinum bibe.

Omnis callidus agit cum cognitione.

Conſilium ſanctorum, intellectus eſt.

*Eccli. 32.* Sine conſilio nihil feceris: & inter faciendum non pœnitebit te.

Diu multúmque delibera, priuſquam aliquid dicas aut facias. Non enim liberum erit tibi vt reuocentur ea, quæ ſemel dicta aut facta fuerint.

*Eccli. Ibidē. 40.* Cum ſapientibus conſulta. Conſilium enim ſapientis fons eſt vitæ.

Aurum & argentum ſtatum alicuius conſtabilierint: ſed vtriuſque gloriam ſuperabit prudentia.

*Theologi.* Actionem omnem, conſilium conſtans præcedat.

Melior eſt conſulta tarditas celeritate temeraria.

*Chryſoſtomi.* Conſilium vitæ lucerna vbique præeat.

In ſingulis rebus quid eas antecedat, quid ſequatur, animaduerte: & ſic eas aggredere.

Si millies ſapientes ſimus, & ea quæ fieri oportet conſpectemus, homines tamen ſumus, & conſultore indigemus. Solus enim deus citra indigentiam eſt, ſolúſque conſultore non eget: quamobrem & de ſolo » ipſo dicitur: Quis enim cognouit mentem domini, aut quis conſiliarius ei fuit? Homines vero, etſi millies ſimus ſapientes, millies redarguimur, & naturæ noſtræ « imbecillitas ſe prodit. Non enim poſſunt, ait, omnia in hominibus eſſe: quippe non immortalis eſt filius hominis. Quemadmodum iubar fulgens à ſolis lumine caligo ſuperueniens occultat: ita ſæpenumero intellectum quoque noſtrum veluti in ipſa meridie ſplendentem, & luce ſua conſpicuum, ſtultitia vel amentia ſuperueniens obſcurat: & vir ſapiens quod facto opus eſt non diſpicit, alius autem multò inferior eo acutius rem deprehendit: atque hoc ita fit, ne vel ſapiēs ſuperbiat, vel obſcurus & vilis homo miſerum ſe reputet.

Qui de ſuis rebus male ſtatuit, nunquam bene conſulet de alienis.

Bonus conſultor, res omnium vtiliſſima & potentiſſima eſt. Nam ex opportuna oratione animi prudentiam ceu maximo ſigno coniicimus. *Iſocratis.*

Exemplis alienis ſapere diſcito, & nulla mala te afficient. *Demonactis.*

Conſilium prudens multas manus ſuperat. *Diodori.*

Sapiens robuſto præſtat.

Sine bono conſilio nihil efficit robur: prudentia vero quamuis robur non aſſumpſerit, multa multoties excogitat. *Choricij.*

Prudens enim conſultatio manuum multitudinem vincit: imperitia vero cum hominū turba deterior eſt.

Exitus rerum proſpicere oportet, ac ita demum eas aggredi. *Chabriæ.*

Pluriū enim cōſēſus res excogitatas cōfirmare ſolet.

*De temerario & tardo conſilio, & quod noxium ſit inconſideratò agere, Sermo 11.*

QValis ciuitas eſt, cuius diruta ſunt mœnia: talis eſt vir qui non omnia cum conſilio agit. *Salomonis*

Quibus conſilium non eſt, cadunt tanquam folia.

Temeritate ſua capiuntur præuaricatores.

Iracundus præcipitanter ac temere agit.

Multi ſæpe ne viderentur indigere aliorum conſilio, relinquere potius voluerunt vtilitatem ex conſilio capiendam, quàm admonitione accepta errorem corrigere: & ignorare quàm condiſcere maluerunt, neſciētes quòd diſcere non ſit vitioſum, ignorare vero culpandum. Non quidem diſcere, ſed cum inſcitia pergere: non redargui, ſed errare, ſpem emendationis nullam habent. Licet enim, licet vel apud exiguæ ac obſcuræ ſortis hominem opportuni quidpiam inuenire, quod multoties apud ſapientem & magnum aliquem inuentum non eſt. *Chryſoſtomi.*

Quæ abſque ratione fiunt, omnia ſunt turpia, quæ verò cum ratione omnia decora. *Philonis.*

Citra contemplationem ſcientificam nihil decorè fieri poteſt: Scientia enim à bono conſilio naſcitur: at inconſulta temeritas malorum omnium ſcaturigo eſt.

Meditatio ſera lucrum non habet, & in exitu rei inutilis eſt pœnitudo.

*De fortitudine, & robore, Sermo 12.*

INduite totam armaturam dei, vt poſſitis ſtare aduerſus aſſultus diaboli. Quoniam non eſt nobis lucta aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi dominos rectores tenebrarum ſæculi huius, aduerſus ſpirituales aſtutias in cœleſtibus. Quapropter aſſumite vniuerſam armaturam dei, vt *Ad Ephe. 6.*



vt poſſitis reſiſtere in die mala, & omnibus peractis ſtare. State igitur, lumbis circuncinctis baltheo per veritatem, & induti thoracem iuſtitiæ, & calceati pedibus, vt parati ſitis ad euangelium pacis, ſuper omnia aſſumpto ſcuto fidei, quo poſſitis omnia iacula mali illius ignita extinguere: Galeámque ſalutaris accipite, & gladium ſpiritus qui eſt verbum dei.

*Prou. 11.* Equus paratus ad diem belli, auxilium autem à domino eſt.

*Sirach. 13.* Fortiori & ditiori te ne communices. Quid communicabit olla ad cacabum? ipſa impinget, & ipſa conteretur.

*Diui Baſilij.* Cuius gratia vitam diligis, propter id obire mortem ne dubites.

Vires ſine mente, participes ſui ſepulchro tradunt.

Robur cum prudentia iuuat, ſine ea vero damno afficit poſſidentes.

*Ariſtotelis.* Fortior mihi videtur ille qui cupiditates, quàm qui hoſtes vicit. Etenim ſeipſum vincere difficillimum eſt.

Fortis eſt non ſolum qui ſuperat hoſtes, ſed etiam qui voluptatibus ſuperior fuerit. Sed ô miſeriam humanam: multi enim cum ſæpe hoſtes & alios homines vicerint, mulieribus ſeruiuerunt. Quare modis omnibus muliebres vultus refugere oportet.

Multos quidem natura fortes genuit: experientia autem & exercitatio fortiores effecerunt.

*Ageſilai.* ~~[illegible]~~

*De iuſtitia, Sermo 13.*

*Matth. 5.* BEati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: ipſi enim ſaturabuntur.

*Rom. 6.* An neſcitis quod cui exhibetis vos ſeruos ad obedientiam, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam?

*Prou. 14.* Iuſtitia exaltat gentem, imminuunt autem populos peccata.

Pretioſa res eſt vir purus, ambulans in viis iuſtitiæ.

Via iuſtitiæ & miſericordiæ, reperiet vitā & gloriā.

Qui fodit foueam proximo ſuo, incidet in eam.

*Leuit. 19.* Stateræ iuſtæ, & pondera iuſta, & congius iuſtus erit vobis.

*Eſaiæ.* Diſcite iuſtitiam qui habitatis in terra.

*Diui Baſilij.* Qui veram iuſtitiam non prius in animo repoſitam habet, ſed aut pecuniis corruptus eſt, aut amicitiæ gratificatur, aut inimicitiam vlciſcitur, aut potentia commouetur, rectum proferre iudicium nequit.

Iuſtitia eſt habitus ſecundum dignitatem ſuum cuique tribuens. Hoc autem conſequi arduum eſt, cum alij prudentiæ ingeniíque defectu quid ſingulis æquale & congruum diſtribuant inuenire non poſſint: alij vero, quoniam affectibus humanis prius occupatum habent animum, iuſtitiam obliterent.

*Chryſoſtomi.* Deus in hoc mundo neque ab omnibus pœnam ſumit, ne deſperes reſurrectionem, & animum de futuro iudicio deſpondeas tanquam omnibus hîc in præſentia rationem reddentibus: neque omnes impune ſinit abire, ne rurſus omnia citra prouidentiam euenire putes.

Iuſtitia nominatur, vniuerſa animæ philoſophia.

Iuſtitia eſt omnium præceptorum integra obſeruatio.

*Methodij* Natura humana non poteſt ipſam iuſtitiam in anima pure conſpicere, cum in plæriſque cogitationibus cæcutiat.

Iuſtitia, vt videtur, quadrata eſt, vndecunque ęqualis ac ſibi ſimilis.



Iuſtum dei iudicium noſtris affectionibus accommodatur, & quales quidem res noſtræ fuerint, quoque ſe habuerint modo, talem eodémque modo retributionem ſortimur.

Non appellamus homicidas aut ſanguinarios, illos qui iuxta leges diuinas occiderint homines dignos qui mortem paterentur, vt neque Samuelem & Eliam. *Cyrilli.*

Iniuriam diues inferat mihi, non pauper, *Menandri*

Facilius enim eſt ferre tyrannidem præſtantiorum.

Contendens ad defendendum id quod iniuſtè feciſti, bis delinques. *Clitarchi.*

Vir iuſtus eſt, non qui iniuriam non facit, ſed qui cum facere poſſit, non vult. *Epicteti.*

Si volueris iuſtas pronunciare ſententias, nullum eorum qui litigant & cauſam dicunt, ſed ipſum ius cognoſcito. *Epicteti.*

Omnis locus, homini cum iuſtitia viuēti, tutus eſt.

De homine probo nihil ſuſpicare mali. Iuſtum enim ingenium iniuriam facere, neſcit.

Multi etenim iuſta dicentes, iniuſta faciunt: illorum vero qui iuſta faciunt, nemo fuerit iniuſtus. *Xenophontis.*

~~[illegible]~~ *Ageſilai.*

*De virginitate, & caſtitate, & temperantia, & nuptiis honeſtis, Sermo 14.*

NOn omnes capiunt hoc verbum, ſed quibus datum eſt. *Matth. 19*

Sunt eunuchi, qui ab vtero matris ipſorum ita nati ſunt, &c. *Ibidem.*

Intuitus mulierem ita vt concupiſcat eam, iam adulterium cum ea commiſit in corde ſuo. *Mat. 5.*

Quos igitur deus coniunxit, homo ne ſeparet. *19.*

Vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſideat cum ſanctificatione & honore, non cum affectu concupiſcentiæ, quemadmodum cæteræ gentes. *1. Theſſ. 4*

Non amplius ambulate quemadmodum & reliquę gentes ambulant, in vanitate mentis ipſorum. *Epheſ. 4.*

Exhibete corpora veſtra ſacrificium viuum, ſanctum, beneplacitum deo. *Rom. 12.*

Glorificate deum in membris veſtris.

Glorificate deum in corpore veſtro, & in ſpiritu, quæ quidem dei ſunt.

Spiritu ambulate, & affectum carnis ne impleatis. Caro enim deſiderat contra ſpiritum, ſpiritus autem contra carnem: hæc autem aduerſantur ſibi inuicem. *Galat. 5.*

Bonum eſt homini, vxorem non attingere. Attamē propter ſtupra vitanda, ſuum quæque virum habeat. Vxori vir debitam beneuolentiam reddat: ſimiliter autem & vxor viro. Vxor proprij corporis ius non habet, ſed maritus. Similiter & maritus proprij corporis ius non habet, ſed vxor. Ne fraudetis vos inuicem, niſi ſi quid ex conſenſu pro tempore, vt vacetis ieiunio & precationi: & rurſum in vnum conueniatis, ne tentet vos ſatanas propter intemperantiā veſtram. Hoc autē dico iuxta indulgentiam, non iuxta præceptum. Nam velim omnes homines eſſe, vt & ipſe ſum. Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex deo, alius quidem ſic, alius autem ſic. Dico autem incōiugatis, & viduis, bonum eis eſt ſi manſerint vt & ego: quod ſi ſe non continent, contrahant matrimoniū. Nam ſatius eſt matrimoniū contrahere, quàm vri. At cōiugatis pręcipio, nō ego, imò dominus: Vxor à viro ne ſeparetur: quòd ſi ſeparata fuerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur, & maritus vxorem ne dimittat. *1. Cor. 7.*

*Ibidem.* De virginibus autẽ præceptum domini nõ habeo: conſilium tamen do, tanquam miſericordiã conſecutus à domino in hoc, vt ſim fidelis. Arbitror igitur hoc bonum eſſe propter præſentem neceſſitatem. Nã bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? ne quære diuortium. Solutus es ab vxore? ne quæras vxorem. Quod ſi duxeris vxorem, non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit. Attamen afflictionem in carne habituri ſunt huiuſmodi.

*Ibidem.* Qui cœlebs eſt, curat ea quæ ſunt domini, quomodo placiturus ſit domino. At qui duxit vxorem, ſóllicitus eſt de his quæ ſunt mundi, quomodo placiturus ſit vxori. † Similiter & innupta curat ea quæ ſunt domini, quomodo placitura ſit domino. Contrà, quæ nupta eſt, curat ea quæ ſunt mundi, quomodo placitura ſit viro.

*† Hæc paulò aliter leguntur apud Apoſtolum.*

*1. Cor. 6.* An neſcitis, quod corpora veſtra, mẽbra ſunt Chriſti? Num igitur tollens membra Chriſti, faciam ſcorti membra? Abſit. An neſcitis quod qui adglutinatur ſcorto, vnum corpus eſt? At qui adglutinatur domino, vnus ſpiritus eſt.

*Sancti Ignatij.* Si quis in caſtitate manere poteſt ad honorem carnis domini, ſine iactantia pergat. Et ſi pluribus quàm epiſcopo id communicauerit, periit ei caſtitatis vſus. Decet autem vt ſponſi futuri & ſponſæ cum epiſcopi aſſenſu matrimonium contrahant, vt nuptiæ ſecundum deum, non ſecundum turpem cupiditatem, fiant.

Cœlibatus iugũ nulli imponas: res eſt periculoſa, & cuſtoditu difficilis quando per neceſſitatẽ facta fuerit.

Iunioribus nuptias concede, antequam meretriciis amoribus implicentur.

*Ignatij, ex Epiſt. ad Philadelphien.* Si quis corruptionem & coinquinationem, vocat legitimam commixtionem, & filiorum procreationẽ, aut aliquam eſcam execrabilem putat, huiuſmodi habet cohabitatorem Draconem apoſtatam.

*Sap. 3.* Beata ſterilis immaculata, quæ lectũ non cognouit cum peccato: fructũ habebit in viſitatione animarũ.

Melior eſt virtuti coniuncta virginitas: immortalis enim erit eius memoria. Nam & apud deum, & apud homines cognoſcitur, & præſentem ipſam æmulantur, & abſentem deſiderant: Et in ſæculo coronata magnifice incedit, vt quæ victrix puriſſimi certaminis præmium obtinuerit.

** ὀφθαλμῶν.* * Qui deſpicit voluptates, coronat vitam ſuam.

*Sirach.* Sanctificatio corporis, thymiama domino.

*S. Baſilij.* Continentia in ſenectute, non continẽtia eſt, ſed libidinis impotentia. Dum adhuc validus es, peccatum refrena: hoc enim virtus eſt. Nam ſi impotentia peccatum inhibeat, gratia imbecillitati habenda fuerit. Laudamus autem illos qui ex animi propoſito boni ſunt, non qui aliqua neceſſitate tales fiunt.

Mortuus non coronatur: nemo iuſtus eſt propter impotentiam ad malum.

Mentem igitur oportet, veluti gubernatorem quẽdam ſupra affectus & perturbationes conſidentem, & veluti nauigium corporis ingreſſam, & cogitationes ceu gubernacula dextrè moderantem, fluctus vndarum generosè conculcare: & altius eminentem, inque loco perturbationibus inacceſſo conſtitutam, nequaquam impleri amaritudine ipſarum, tanquam aſpergine quadam ſalſuginis.

*Theologi.* Contubernalem tibi, ne fratrem quidem facile deligas. Quorſum enim attinet intueri fomentum ægritudinis?

Melius eſt ingenium ſubtriſte, quàm voluptuariũ.

Putido vaſi non committitur vnguentum.

Neque flamma permanet abſumpta materia, ſed vnà cùm illo à quo accendebatur diſcedit: neque mens & cogitatio affectionibus obnoxia manet, ſi fomentum earum marceſcat.

A

Oculus libidinoſus, violat caſtitatem. Lingua luxurioſa, crimen incurrit. Pedes temere ambulantes, animam in vitium aut periculum trahunt. Caſta ſit etiam animi cogitatio, non ſtertat, non oberret, nec rerum malarum typos in ſe admittat: eſt enim vel ipſe typus, ſcortationis pars: nec earum rerum quæ debent odio haberi, imagines in anima effingat.

Maxime neceſſarium eſt, vt qui deo placere, probúſque & caſtus eſſe nititur, vitam degat non ſupinam, mollem, & diſſolutam: ſed laborioſam, multíſque negotiis & ſudoribus plenam. *Chryſoſtomi.*

B

Ridiculum eſt, genitales quidẽ corporis partes ſeruare caſtas, linguã vero negligere: aut obſeruare quidem linguam puram, viſum vero vel auditũ vel manus non obſeruare: aut hæc etiam habere tueríque cum caſtimonia, cor autem non cuſtodire, ſed cum ſuperbia & affectu ſcortari. *Lingua coercenda.*

Qui freno regit affectus, quanquam ſemel domitos non negligit. Perpetuum enim eſt ab illo hoſte bellum vnicuique, quandiu vixerit.

Qui ventri deditus ſpiritum ſcortationis ſuperare conatur, ſimilis eſt incendium reſtinguenti cum oleo. *Climacis.*

Virginitas bonum eſt voluntarium. *Euagrij.*

C

Affinitatis vinculũ familias coniungit diuerſas, & ex alienis familiares reddit, & neceſſitudine obſtringit. *Philonis.*

Temperans eſt, non qui prohibita non attingit, ſed qui licitis etiam abſtinet. *Iamblichi.*

Socrates interrogatus quid eſſet continentia, dixit: Coercere & vincere corporis voluptatem. *Socratis.*

Temperantia patris, maximum filiis præceptum & documentum eſt. *Democriti.*

Menſam opiparam fortuna, frugalem vero & præſentibus contentam exhibet temperantia.

Si conditionem ſeruilem euadere velis, ſeruitutem ipſe tibi imponas: fies autẽ liber, ſi ab affectib9 ſoluaris. *Epicteti.*

D

Voluptas non quælibet, ſed quæ finem honeſtum proponat, eligenda.

Sapiẽtis eſt obſiſtere voluptatib9, ſtulti autẽ ſeruire.

Voluptas veluti quædam eſca ad omnem malitiam, delicatioribus animis obiecta, facile ad hamum perditionis eas allicit.

Elige potius caſtigare affectus, quàm propter ipſos caſtigari.

Mors, corruptio, & omnia alia terribilia, quotidie tibi ante oculos verſentur, & nihil vnquam mali deſiderabis vel appetes nimium.

Amatorius & laſciuus ſermo, fomentum eſt concupiſcentiæ.

E

## *De ſcortatione & adulterio. Sermo 15.*

*Matt. 5.* AVdiuiſtis quod dictum ſit veteribus: Adulterium non committes: cæterum ego dico vobis, quod omnis intuitus mulierem ita vt eam concupiſcat, iam adulterium cum ea in corde ſuo commiſit.

*1. Cor. 6.* Quoduis aliud hominis peccatum extra corpus eſt: qui vero ſcortatur, in proprium corpus peccat. An neſcitis quod corpus veſtrum ſit templum ſpiritus ſancti intra vos, quem habetis à deo, & non eſtis ipſi veſtri iuris?

*Ioan. 8.* Omnis qui peccatum facit, ſeruus eſt peccati: ſeruus autem non in æternum manet in domo.

Ne



*Rom. 6.* Ne regnet igitur peccatum in corpore veſtro mortali, vt iuxta concupiſcentias eius obtemperetis ei: neque membra veſtra præbete peccato inſtrumenta iniquitatis. An neſcitis quod cui vos exhibetis ſeruos ad obediendum, eius ſerui eſtis cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam?

*1 Cor. 5* Si quis cum frater appelletur, fuerit ſcortator, aut auarus, aut ſimulachrorum cultor, aut conuitiator, aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi ne cibum quidem capiatis, &c. Etiam profligate iſtum qui malus eſt ex vobis ipſis.

*1. Cor. 6.* Fugite ſcortationem. Scortatores enim & mœchos iudicabit deus.

*Coloſſ. 3.* Mortificate membra veſtra terreſtria, ſtuprum, immundiciam, mollitiem, concupiſcentiam malam, & auariciam, quæ eſt ſimulachrorum cultus.

*Galat. 5.* Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt, ſcortatio, adulterium, immundicia, laſciuia, ſimulachrorũ cultus, veneficiũ, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, cõcertationes, ſeditiones, ſectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: de quibus prædico vobis quemadmodum & prædixi, quod qui talia agunt, regni dei hæredes non erunt.

*Gal. 6.* Ne erretis, deus non irridetur. Quicquid enim ſeminauerit homo, hoc & metet. Nam qui ſeminat per carnem ſuam, de carne metet corruptionem: ſed qui ſeminat per ſpiritum, de ſpiritu metet vitam æternam.

Nam qui ſerunt lachrymis, metent inde cum exultatione.

*Leuit. 20.* Homo qui alterius viri aut proximi ſui uxorẽ adulterio corruperit, capite puniatur, tum ipſe, tum mulier corrupta.

42 Irritas faciens nuptias viri, ſub duobus aut tribus teſtibus moriatur.

Quicunque concubuerit cum maſculo concubitu muliebri, abominationem fecit, ambo moriantur, rei ſunt.

*Iob.* Viri vxorem corrumpere, iræ furorem excitat qui contemni nequit. Et enim ignis ardens ex omnibus membris, nec ſemel ingreſſus radicitus perit.

Qui ſerunt abſurda, dolores metent ſibijpſis. Ex præcepto domini peribunt, & à ſpiritu iræ ipſius abolebuntur.

Nullus eſt locus vbi occultentur iniqua facientes.

*Prou. 5.* Fili bibe aquas de tuis vaſis, & de tuis puteis fontis: fons tuus aquæ ſit tibi proprius, & lætare cum vxore in iuuentute tibi deſponſa. Ne ſis effuſus in alienam nec implicator vlnis non propriis. Sunt enim viæ hominis coram oculis dei: & omnes ſemitas eius aſpicit.

6 Caue tibi à muliere nupta, ne te vincat pulchritudinis deſiderium, neque capiaris oculis tuis, nec illa te palpebris ſuis rapiat. Pretium enim ſcorti, quantum & vnius panis.

Mulier autem virorum pretioſas animas capit. Nũ aliquis ignem in ſinu fouebit, & veſtimenta non comburet? Ita qui fuerit ingreſſus ad mulierem nuptam, non erit expers grauis pœnæ, nec innocens erit quiſquis eam tetigerit. Non mirum eſt aliquem in furto deprehendi, furatur enim vt eſuriem pellat: deprehenſus autem numerabit ſeptuplum, & expenſis opibus vniuerſis ſeipſum eripiet. At mœchus ob inopiam mẽtis, perditionem animæ ſuæ accerſit, & ignominia eius perpetuò durabit. Animus enim mariti plenus eſt zelo, non parcet tempore vindictæ, nec vllo pretio inimicitiam commutabit, neque donis vt cunque multis ea diſſoluetur.

A

Mel deſtillat à labiis meretricis, ſed tu reſilias, nec immoreris in loco eius, ne oculos tuos in eam defigas. Abſtine aqua aliena, & ex fonte alieno ne biberis, vt multum temporis viuas: adijcientur autem tibi anni vitæ.

*Sirach. 23* Homini ſcortatori quiuis cibus ſuauis eſt, non ceſſabit donec intereat.

*Athanaſii.* Qui formam concupiſcit, quamuis ſine facinore, peccatum ſine teſte commiſit.

*Chryſoſtomi.* Radix adulteri eſt, curioſa inſpectio in faciem.

*Seniorum.* ~~Qui corporis voluptatibus renunciant, licet corporibus [illegible].~~

## *De iniuſtitia & Peccato & confeſſione, Sermo XVI.*

B

*Numer. 5.* VIr aut mulier, quicunque commiſerit peccatum aliquod humanum, & præuaricatione præuaricatus fuerit, & anima eius deliquerit, confiteatur peccatum quod admiſit.

*Iob.* Si quis ex animo ad dominum conuerti proponat, narret autem alicui culpam ſuam, ingredietur facie pura cum confeſſione.

Iniuſtitia in habitatione tua non moretur.

Qui diligit iniuſtitiam, odit animam ſuam. *Pſal. 10.*

Iniquitates hominem capiunt. Conſtringitur autem vnuſquiſque vinculis peccatorum ſuorum. *Prou. 5.*

C

Sicut labruſca dentibus nocet, ac fumus oculis: ſic iniquitas exercentibus eam. *10.*

Hominum iniuſtorum mali ſunt exitus.

Probitatis quidem ſpecimen proferre nullum poſſumus, in malitia autem noſtra contabuimus.

Fuge peccatum ſerpentis inſtar: mordebit te ſi acceſſeris. Dentes eius leonini ſunt, & hominum animas interficiũt. Omne peccatum ſimile eſt ancipiti gladio *Sirach. 21*

Quicunque peccatũ committit, ſeruus eſt peccati. *Ioan. 8.*

Authoramenta peccati, mors. *Rom. 6.*

Quorundam hominum peccata ante manifeſta ſũt præcedentia ad iudicium, quoſdam verò & ſubſequuntur. *1. Ioan. 3.*

D

Qui committit peccatum, ex diabolo eſt, nam diabolus ab initio peccat. Ad hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli.

Qui peccat, reportabit peccatum ſuum, & non eſt perſonarum reſpectus. *Coloſſ. 3.*

Quemadmodum vmbræ corpora, ſic peccata ſequuntur animas, & manifeſtas facinorum repræſentant imagines. *Baſilij.*

Vt fumus apes, & fœtor columbas fugat: ſic miſerabile & putidum peccatum repellit vitæ noſtræ cuſtodem angelum. *Angelus cuſtos.*

Peccatum quidem adhuc parturiens, aliquo pudore afficitur: iam vero peractum, impudentiores ſui authores efficit.

E

Si peccatum honeſta res eſt, ſerues eam perpetuò: ſin authori ſuo damnoſa, quid immoraris rebus pernicioſis? Atqui nullus euomendæ bilis cauſa, prauo & luxurioſo victu eam ſibi augere ſtudet.

Voluptas hamus eſt diaboli, ad interitum trahens.

Voluptas peccati parens eſt.

Voluptas eſt mortis ſtimulus. Voluptas eſt nutrix vermis æterni, quæ aliquãtiſper ſe fruentem exhilarat poſtea vero amariorem felle mercedem tribuit.

Vt emendetur vita, minime procraſtinandum eſt tempus, cum de craſtino die incerti ſimus. Multi enim poſt multa conſilia, craſtinum diem non attigerunt. *Theologi.*

Malitia facilis eſt natura, & frequẽs curſ9 ad deteriora.

Improbitas ad imitandum facilis,& in promptu eſt: neque minus difficile quicquam extat, ac fieri malũ.

Plurimi ad rerum malarum ſocietatem procliues aptique ſunt,

Citius aliquis profundam improbitatem abunde conſequetur,quàm virtutis exiguum etiam paulatim.

Malitia virtutis profectum impedit, & fœtidæ rei præſentia, vnguenti odorem obſcurat.

Malitia tacita morbus occultus eſt in anima.

Ne graueris peccatum tuum effari,vt præſentis beneficio pudoris futurum effugias(nam&pudor aliqua futuri ſuplicij pars eſt) &ipſum traducendo velutique contumelia dignum in publicum protrahendo, verè tibi exoſum eſſe peccatum declares.

Aſpergitor puluere,lachrymas & ſuſpiria & quam parit confeſſio vel alius abiectior viuendi modus emendationem vſurpes.

Nihil æque gratum eſt deo, ac emendatio & ſalus hominis,in cuius gratiam omnis ſermo & omne myſterium dirigitur.

Si præſenti tempore prætermiſſo futurum ſemper obſerues, nouis paulatim dilationibus per diabolum confictis latenter deceptus,vt mos eſt illius:(Mihi inquit da præſentia, deo futura:mihi iuuentutem,deo ſenectam:mihi voluptates,illi corpus inutile)ô quãtum tibi periculum,quanti caſus inexpectati imminẽt:Aut enim bellum abſumit,aut terræmotus obuoluit, aut mare ſuſcipit,aut rapit fera,aut morbus extinguit,aut frigidus aër tranſiens, leuiſſima cauſa( quid enim facilius quàm hominem mori, vt cunque turgeat ſua ſpecie?) aut fluuius inundans, aut ventus ex alto deturbans,aut equus corripiens,aut pharmacum ſiue de induſtria per inſidias datũ, ſiue pro ſalutari venenum aſſumptum.

Nulla eſt occaſio confitendi aut emendandi ſe, illis qui ad inferos deſcenderunt.

Deus enim vitam & actiones præſenti tempore circumſcripſit, factorum reddendam rationem futuro ſeruauit.

Corpus quidem bene habet licet animo male affecto:animus autem viget ac erigitur vbi voluptates abſcedunt,& vnà cum corpore marceſcunt.

Peccatum parit humiliationem, & humiliatio conuerſionem.

Solius dei eſt nullis prorſus affectibus labi & capi.

Caue ne quis alius tibi tanquam firmo in fide, cogitationum ſuarum affectus narret,ſi inualidus fueris in affectuum certamine.Hinc enim animæ tuæ perditio naſcetur,& bellum fieret duplex,cum non ſit intra modum virium tuarum.

*Chriſtom.* Tale quid peccatum eſt,antequàm perficiatur, inebriat hominem cui inhæret: vbi vero peractum iam & impletum eſt,tum inchoata quidem voluptas recedit ac extinguitur mũdus autem remanet accuſator cõſcientiæ,carnificis locum tenens,&peccatorem excrucians,& maximam pœnam exigens, denique quouis plumbo grauius incumbens.

Peccatum dum adhuc eſt in opere,nonnihil voluptatis excitat:cum autem impletum fuerit,modica voluptas illa diſcedit,& in locum eius ſubit triſtitia.

Nihil tam putidum eſt quàm anima affectibus obnoxia.Voluptas cani ſimilis eſt,ſi perſequaris,fugit: ſi nutrias,manet. Fuge voluptatem propter comitem eius afflictionem,ne diabolus vtatur membris tuis aduerſus te tanquam telis.

Deus non tam auerſari ſolet peccatores, quàm illos qui poſt peccata non contrahuntur animo, nec triſtantur.

Cadere non tam malum eſt,quàm iacere lapſum,& non reſurgere.

Diſcede ab improbitate, relinque malitiam,arripe virtutem,[redacted]. Amore enim & miſericordia proſequitur homines,& quemadmodum parturiens mulier deſiderat parere, ſic & ipſe cupit miſericordiam ſuam effundere.

Nihil adeò deũ reddit propitium,quàm vt quiſque ſua peccata confiteatur.

Nihil tam graue & oneroſum eſt quam peccati natura.

Nihil tantum negotij nobis faceſſit, quantum improbitas & peccata. Quamobrem Chriſtus ad illos qui in peccatis viuunt,dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos.

In humanis rebus cauet ſibi quiſque vt ne coram vno quidem delinquat:quid autem fiet olim coram infinita multitudine?

Cogita quale futurum ſit dei iudicium:expende omnia peccata tua.Nam licet ipſe delictorum obliuiſcaris,deus nunquam obliuiſcitur: ſed omnia tuis oculis obiicientur,niſi nunc præueniens ea diſſoluas pænitudine & confeſſione.

Qui etiam alios emendare potis eſt, conuerſetur illis de quorum ſalute ſpes fuerit,ac ipſos meliores reddat:Infirmior autem fugiat improbos,ne lue ipſorum inficiatur.

Anima vna lucrifacta ſæpe criminum infinitorum molem abolere poteſt,&animæ noſtræ redemptio fieri in die iudicij.

Ne mundus quidem vniuerſus animæ pretium æquaret:quare licet pecuniã abſque numero pauperibꝰ largiare, nihil autem efficies, quantum vnius animæ conuerſione.

*Gregorij Nyſſeni.* Nihil boni inter homines expers eſt malitiæ.

Vtinam vero mala non obtinerent maiorem partẽ.

Mira facilitate itur ad malitiam,& natura procliuis in deteriora fertur.

Voluptas homines vt plurimum ſine vllo negotio capit,& magna promptitudo eſt naturæ ad hunc affectum,à durioribus ſtudiis ad voluptatis teneritudinẽ facile prolabentis.

*Cyrilli.* Nemo non in multis delinquit.Natura enim hac ægritudine laborat vt facile in peccatum labatur,iam inde poſt primos huius affectionis authores.

*Athana.* Quod ab initio malo procedit nunquam bene iudicatur aut finit,cum totum ſit malum.

Timeamus, non morbum externum, ſed peccata morbi cauſam.

*Clementis.* Omnem voluptatem cupiditas inchoat. Eſt autem cupiditas,triſtitia quædam & cura, propter defectum aliquid deſiderans.

*Philonis.* Et ſi lenis quidam motus videtur eſſe voluptas: reuera tamen aſper inuenitur & eſt.

*Io. Climacis.* Omne iucundum fuge, violenter enim allicit.

Dæmones aut peccare nos impellunt, aut niſi peccauerimus ipſi ,iudicare tamen peccantes: vt primum poſteriore inquinent.

Animi vibices ſi publicentur, non fient deteriores ſed



ſed ſanabuntur.Nihil enim tam roborat dæmones & cogitationes aduerſum nos,quàm ſi taciti & ſine confeſſione in cordè nutriantur.

Peccatum ignis eſt ardens,qui augebitur vel imminuetur pro materiæ additæ ſubtractæue modo.

*Marci.* Qui cunctatur & differt cogitationes ſuas confiteri,præter id quod nihil inde iuuatur, re ipſa confirmat

*Seniorum.* quod neſcio quid ſecreti ab Inimico ſibi reuelatum ſit,& metuat ipſum offendere & amorẽ eius amittere, ſi ſpiritualibus viris rem aperiat.

*Theotimi.* Peccatum videtur eſſe quidam obex, beneuolentiã dei in nos extendi prohibens.

[redacted].

*Ioſephi.* Nec ignis tunica,nec turpe delictum tempore cælari,[redacted]

Peccata tua non verbis tegere, ſed reprehenſionibus curare tentandum eſt.

*Plutarchi.* Nõ multum ab impeccabili diſcedit,qui peccatum vt decet fatetur.

*Pythagoræ* Auget malitiam qui non ipſe tantum peccat, ſed inſuper aliis patrocinatur.

*Ariſtotelis* Multiplex & fœcundiſſimum eſt malum in animis hominum:bonum verò anguſtum & rarum.

*Didymi.*

*De pœnitentia & confeſsione, Sermo, 17.*

*Matth.5.* BEati qui lugent,quoniam ipſi conſolationem accipient.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

Sani non egent medico,ſed male affecti.Ite& diſcite quid ſit.Miſericordiam volo& non ſacrificium.Nõ enim veni vt vocarem iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam.

*Lucæ 15.* Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore reſipiſcente,magis quàm ſuper nonagintanouem iuſtis,qui non indigent pœnitentia.

*Ibidem.* Gaudium erit coram angelis dei ſuper vno peccatore reſipiſcente.

*Roma.6.* Quemadmodum præbuiſtis membra veſtra ſerui immunditiæ & iniquitati ad aliam atque aliam iniquitatem:ſic & nunc præbete membra veſtra ſerua iuſtitiæ ad ſanctificationem.

*Iacob.5.* Confitemini inuicem alius alij peccata veſtra.

Fidelis eſt & iuſtus vt remittat vobis peccata veſtra, & purificet vos ab omni iniquitate.

*Iacob.5.* Si quis inter vos errauerit à veritate, & conuerterit quis eum,ſciat,quod qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ,ſaluam faciet animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

*2.Reg.12.* Dixit Dauid ad Nathan prophetam:Peccaui domino:& reſpondit Nathan,Et dominus amouit peccatũ tuum,& non morieris.

Si quid iniquum eſt in manu tua, procul id amolire abs te:ſic relucebit facies tua inſtar aquæ limpidæ.

Si fuerint mille angeli letiferi, nullus eorum vulnerabit eum,ſi ex animo inſtituat ad dominum cõuerti.

*Dauid.* Dixi,confitebor aduerſus me iniquitatem meam domino:& tu remiſiſti impietatem cordis mei.

Præueniamus faciem eius confeſſione.

Septies cadet iuſtus & reſurget.

*prouer.24* Iuſtus ſui accuſator eſt in primo ſermone.

*Ioël.2.* Et nunc dicit dominus deus veſter, Conuertimini

*18.* ad me ex toto corde veſtro,in ieiunio & fletu & planctu:& ſcindite corda veſtra,non veſtimenta veſtra,& conuertimini ad dominum deum veſtrum, quoniam beneficus & miſericors eſt,longanimis, & multæ bonitatis,&pœnitentia ducitur ſuper malò(quod ſcilicet inflixit vobis,vel inflicturus fuerat.)

Conuertimini ad me,& ego ad vos conuertar, inquit dominus omnipotens.

*Malachiæ.* Væ qui attrahitis peccata ipſorum tanquam longo funiculo,& veluti loro bubulo iniquitates ipſorum. *Eſaiæ.*

*Eſa.1.* Lauamini,mundi eſtote, auferte nequitias ab animabus veſtris coram oculis meis.

Ceſſate à nequitiis veſtris, diſcite bonum facere, quærite iudicium,liberate iniuria oppreſſum.Iudicate pupillo,& iuſtificate viduam,& venite &diſceptemus dicit dominus.

Et ſi fuerint peccata veſtra ſicut rubeum, quaſi niuem dealbabo:ſi autem fuerint ſicut coccinum, velut lanã dealbabo. Etſi volueritis,& exaudieritis me, bona terræ comedetis:ſi autem non volueritis,neque audieritis me,gladius vos deuorabit, nam os domini loquutum eſt iſta.

Cum conuerſus lugebis, tunc ſaluus fies.

*Eſa.43.* Ego ſum ego ſum qui deleo peccata tua.& non recordabor eorum.Tu vero in memoriam mihi reduc, iudicabimur ſimul, narra tu primum iniquitates tuas vt iuſtificeris.

*Syrach 4.* Non erubeſcas confiteri peccata tua.

*Ibidem.* Ne te pudeat animæ tuæ.Eſt enim pudor peccatum trahens ſecum,eſt item pudor gloriæ gratiæque conciliator.Ne cedas vlli faciei(id eſt truculentiæ aut blanditiis)quod animæ tuæ damno fiat,nec in tuam pernici em erubeſcas.

*Syrach.5.* Ne differas conuerti ad dominum, neque diem ex die ducas.Repente enim venit ira domini,& tempore vltionis peribis.

Male affecti ſumus à peccatis? ſanitatem recuperemus beneficio pœnitentiæ.

Diligens eſto circa teipſum,vt pro delicti portione curationis quoque remedium adhibeas.

*Baſilij.* Magnum & difficile crimen admiſiſti? omnino tibi opus eſt confeſſione,lachrymis plurimis,vigiliis intenſis,aſſiduo ieiunio: ſin leue & tolerabile peccatum fuerit,par ei pœnitentia fiat.

Nullus improbæ vitæ homo deſperet de ſeipſo, ſciens quod ſicut agricultura plantarum qualitates immutat:ſic animæ cultus per virtutem adhibitus,omne genus ægritudinis ſuperare poteſt.

Deus enim peccatoris mortem non vult, ſed potius vt conuertatur & ſaluus fiat.

Noli teipſũ negligere tanquã in profundam malitiã deiectũ.Tẽpus eſt patiẽtiæ, tẽpus lõganimitatis,tẽpus curationis, tẽpus emẽdationis. Lapſus es?reſurge:peccaſti,deſiſte.Ne inſiſte viam peccatorum, ſed reſilito: cùm enim te auerteris? & luxeris, tum ſeruaberis. Labores enim ſanitas ſequitur,& ſalus ſudores.

Non ex mora temporis,ſed animi affectione pœnitentia æſtimatur.

*Confeſsio.* Neceſſarium eſt peccata illis confiteri, quibus adminiſtratio myſteriorum dei concredita fuerit. Sic enim etiam antiqui pœnitentiam agentes, ſatis feciſſe reperiuntur.Scribitur enim in Euangelio,quod Ioanni Baptiſtæ peccata ſua confeſſi ſint:& in Actis,quod Apoſtolis,à quibus etiam omnes baptizabantur. *Theologi.*

Nullo cultu tam gaudet deus,quàm afflictione animi peccatorum, & pro lachrymis benignum amorem retribuit.

A deteriori ad melius facile mutari, vice verſa au-

tem conſtantes eſſe oportet.

*Chryſto-mi.* Non peccare inſenſibiliter, ſed agnoſcere & videre delictum ſuum, non parua res, immò via quædã & principium ducens ad emendationem & reſipiſcentiam.

Dum tempus nos ſinit, præueniamus dei faciem cõfeſſione, vt mitem & placidum ipſum tunc videamus, & minaces illos angelos effugiamus.

Non tam noxium eſt certando vulnerari, quàm vulnus inflictum negligere & deſperare.

Ne deſperes igitur, nec à precibus deſiſtas, ſed peccator cum ſis, accede, vt glorifices dominum tuum, & occaſionem ei præbeas declarandi natiuam benignitatem ſuam in ſcelerum tuorum remiſſione:

Nam ſi dubites accedere, bonitatem eius impediuiſti, & benignitatem quantum in te eſt prohibuiſti.

Peccatum ſi confiteare, minues: ſecus, augebis.

Magnum bonum eſt agnoſcere peccata, & aſſiduè ipſorum meminiſſe.

Nihil tam curat peccatum, quàm aſſidua memoria: nec aliud adeò tardum ad malitiam reddit hominem. Si peccata ſubinde in memoria voluas, nunquam recordaberis iniuriarum quas proximus tuus tibi fecerit, nunquam iraſceris, nunquam conuitiaberis, non altum ſapies, non denuo in eoſdem errores incides. Nam ſi nunc eorũ memineris, & aſſidue coram deo ipſa commemores, & veniam ores, ſtatim abolebuntur. Si vero nunc eorum obliuiſcaris, in futuro ſæculo vel inuitus recordaberis eorum coram vniuerſo orbe, amicis ſimul & angelis in medium ea proferentibus. Non enim ad ſolum Dauidem dixit deus.

*Confeſsio* Quæ tu feciſti in occulto ego omnibus manifeſta faciam, ſed etiam ad nos omnes.

Redarguam enim te (inquit) omnium oculis peccata tua proponens.

Quemadmodum per ianuam ingreſſus aliquis, intus exiſtit: [illegible]

Vidi enim (inquit) triſtatum & ambulantem cum mœſtitia, & ſanaui vias eius, alius eleemoſynã faciat, alius peccata proximis cõdonet, alius denique ab obliuione malorum & iniuriarum, depoſito vltionis affectu incipiat.

Nihil adeò virtutem promouet quàm recordatio peccatorum.

Viæ pœnitudinis ſunt quinque: prima, agnitio & increpatio peccatorum: ſecũda, proximis ſuos errores condonare: tertia, quæ fit per orationem: quarta, per eleemoſynam: quinta, per humilitatem animi.

*Clementis* Optimum quidem, non peccare: ſed hoc etiam bonum eſt, ſi peccatores in viam redeant pœnitentiæ beneficio: quemadmodum & continua ſanitas optima eſt, bonum tamen eſt, amiſſam quoque poſt morbum recuperare

[illegible]

Pœnitentia tunc omne peccatum abolet, cum aliquo anima errore oborto moram non admittit, neque ad vllum temporis ſpacium affectionem tranſmittit. Sic enim nullum criminis veſtigium in nobis relinqui poteſt, cum in primo ingreſſu reuellatur, inſtar plãtæ adhuc teneræ antequam radicetur.

Quemadmodum cancri facile capiuntur inſidiis, eò quod aliâs antorſum aliâs retrorſum incedant: ſic etiam anima, nunc riſui & deliciis, mox luctui dedita, nihil proficere poteſt.

Qui nunc luget, nunc deliciatur & ridet, ſimilis eſt homini panem aduerſus canem lapidis inſtar proiicienti, qui geſtu quidem fugat canem, facto autem remanere hortatur. *Marci.*

[illegible] *Philonis.*

Nihil prorſus erroris committere proprium eſt dei, & fortè etiam hominis diuini: ab errore autem ad inculpabilem vitam redire, prudentis eſt & vtilia planè non ignorantis.

Peccantes non ſtatim vlciſcitur deus, ſed tempus eis permittit ad pœnitentiam & remedium ac emendationem erroris.

Ampla vulnera, æque amplis remediis indigent: & qui difficili morbo laborat, maiorem curam deſiderat: & qui magnis peccatis obnoxius eſt, maiore benignitate opus habet. *Theodorit*

Sapientiam decet prouidentia, non pœnitentia. *Epicharmi.*

Planta quæ ſubinde transfertur, non fructificat. *Euangij.*

Ariſtoteles dicebat per omnem vitam trium ſe pœnituiſſe, primò quod mulieri ſecretum aliquid commiſiſſet, ſecundò quòd nauigaſſet quò pedibus ire licuiſſet, tertiò quòd vnum diem inteſtatus manſiſſet. *Ariſtotelis.*

*De illis qui cito mutantur in deteriorem ſtatum, Sermo. 18.*

Nullus qui manu ſuperiniecta aratro, retrorſum vertit oculos, idoneus eſt ad regnum dei. *Lucæ.9.*

Præſtat non agnouiſſe viam, quàm poſt agnitionẽ illius à ſancta doctrina ſibi tradita reſilire.

Nam ſi volentes peccauerimus poſt acceptam cognitionem veritatis, non vltra pro peccatis reliqua eſt hoſtia, ſed formidabilis quædam expectatio iudicij, & ignis vehementia, qui deuoraturus eſt aduerſarios. *Apoſtoli. Ad Heb. 10.*

Quemadmodum canis reuerſus ad proprium vomitum abhominabilis fit: ſic inſipiẽs qui ex malitia ſua redit ad peccatum ſuum. *Prouer.27*

Qui iuſtus auertitur à iuſtitia ſua, & iniuſtitiam admittit, omnes iuſtitiæ eius à memoria cadent, morietur in pecato ſuo. Vnũquemque in via ſua, in qua inuenero ipſum, iudicabo, inquit dominus: & quocunque die iniquus ab omnibus iniquitatibus ſuis ſe conuerterit, & fecerit iuſtitiam, non amplius omnium delictorum eius recordabor. *Ezechie. 33.*

Iuſtitia iuſti non liberabit eum quo tempore aberrauerit: & iniquitas impij non nocebit ei, quo die conuerſus fuerit ab iniquitate ſua. Vnumquẽque veſtrum in viis ſuis iudicabo ô domus Iſrael.

Qui poſtquam in bonis operibus profecit, iterum ad antiquam conſuetudinem redit, non ſolum perdit bonorum operum mercedem, ſed inſuper grauiore damnatione mulctatur. *Baſilij.*

Caſtigatus aliquis propter prima peccata, & veniã



aſſequutus denuo peccet, grauius priore iudicium iræ ſibi accerſit.

Multi à malis operibus conuerſi, ſed adhuc veterum facinorum apud ſe memoriam ſeruantes, eius culpa non raro quietum peccatum renouant.

Homines nebulis ſimiles ſunt, quæ iuxta mutationes flatuum nunc huc nunc illuc feruntur.

*De illis qui ad pœnitentiam non conuertuntur, Sermo. 19*

*Lucæ 13.* Aderant autem quidam eodem in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ſacrificiis ipſorum. Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt?

Nõ, dico vobis, immò niſi reſipueritis omnes ſimiliter peribitis. Aut illi decem & octo, ſupra quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos. Putatis quod debitores fuerint vltra cũctos homines habitãtes Hieroſolymis? Non, dico vobis, imò niſi reſipueritis omnes ſimiliter peribitis.

*Apoſtoli. 1.Theſſ.5.* Cum autem dixerint pacem & ſecuritatem, tum repentinus eis imminet interitus.

[illegible]

*Dauid.* Niſi conuertamini, gladium ſuum vibrabit.

Impius multitudine peccatorum obrutus, negligit: ingruit autem ei dedecus & infamia. *Prouer.18*

Qui ſibi in operibus ſuis non medetur, frater eſt lædentis ſeipſum.

Qui tegit impietatem ſuam, non fruetur proſperitate.

*Ierem.8.* Hæc dicit dominus: Num cadens non reſurgit, aut auerſus non ſe conuertit? Indurarunt facies ſuas plus quàm lapidea duritie, & noluerunt conuerti.

*Eſaiæ.* Ecce ego litigo tecum, te dicente, nõ peccaui: quia prorſus neglexiſti emendare vias tuas.

Neminem ſuæ malitiæ pœnitet: Nemo eſt qui dicat, quid feci?

Ne dicas, peccaui & quid mihi accidit triſte? nam dominus patiens eſt, non te dimittet.

*Sirach 5.* Occultatio vitij, mortem accerſit ægrotanti.

*Baſilij.* Si quid pulchri & honeſti eſt peccatum, ſerues id perpetuò: ſin authori ſuo noxium, quid immoraris rebus pernicioſis? Nemo cupidus euomendæ bilis, prauo & luxurioſo victu eam ſibi augere ſtudet.

Purgare conuenit corpus à moleſtis, non autẽ morbum augere ſupra vires corporis.

Vide ne dum malorum molem tibi accumulas, ſpe liberationis futuræ interim fretus, peccatum quidem exaggeres, à remiſſione autem aberres.

Vide homo ne quando ſera & inutilis malorum conſiliorum pœnitentia tibi obueniat.

*Chryſoſtomi.* Non tam graue eſt labi, quàm iacere lapſum & non reſurgere.

Cum ſemel anima guſtauit peccatum, idque ſine ſenſu doloris, magnum inde augmentum ægritudini accedit.

Vix denuo erigitur animus ad bona illa à quibus delapſus eſt: & ægre detrahitur ab illis malis, quibus aſſuetus fuerit.

*Iuſtini philoſophi.* Subiici & cõcedere affectibus, extrema ſeruitus eſt, quemadmodum imperare ipſis vnica libertas.

Cum optimum ſit non peccare: ſecundi ordinis bonum eſt, ad iuſtitiam redire.

Qui vero multo tempore peccãs in luxuria permanet, infeliciſſimus habeatur. *Dionyſij.*

Non fieri poteſt vt veniam conſequantur illi, quos peccatorum non pœnitet.

*De futuro iudicio, Sermo. 20.*

Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius. *Matth.16*

Quemadmodum colliguntur zizania & igni comburuntur, ſic erit in conſummatione ſæculi huius. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent è regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatẽ, ac mittet illos in caminum ignis: ibi erit ploratus, ſtridorque dentium. *13.*

Tunc dicet rex etiam illis qui ad ſiniſtram ſunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, Diabolo & angelis eius paratum: eſuriui enim & non dediſtis mihi cibum. *25.*

Cuiuſque opus manifeſtum fiet. Dies enim declarabit quod in igne reuelatur: & cuiuſque opus quale ſit ignis probabit.

Deus in iudicium adducet omne opus, cum omni occulta re, ſiue quid bonum ſiue malum fuerit. *Corinth.3*

Surget dominus, & reddet omnibus, & retributionem ſuam in capita ipſorum retribuet. *Sirach 12*

Ecce dies domini venit cum ira & furore, vt totum orbem habitabilem deſertum faciat, & peccatores de eo perdat. *Græci habent in omni neglecto.17.*

Nam vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt ante conſpectum omnis carnis. *Eſaiæ.13. 66.*

Inferi ingluuiem ſuam dilatant, & ore ſuo ſine fine dehiſcunt, vt deſcendant in eos homines glorioſi, magni, & opulenti, & qui in his lætantur. *Eſa.5.*

*Baſilij.* Peccati labores, dolore & triſtitia plenum gehennæ ſupplicium excipit.

Quiſque ſuorum operum in die retributionis fructus agnoſcet.

Circundabunt vnumquenque, ſecundùm Oſee prophetam, conſilia & cogitationes eius.

Videbimus enim omnia pariter, tanquam aſſiſtentia nobis opera, & animi occulis per formas proprias obiecta intuebimur, ita vt ſingula facta dictaue ſunt. Non tamen conuenit exiſtimare quod aliqua temporis futura ſit mora, vt quiſque ſeipſum cum actionib[9] ſuis, & iudicem, & quæ ſequuntur diuinum iudicium, videat: mens enim inenarrabili quadam vi vno momẽto imaginabitur, & omnia ſibi veluti picta proponet, imò tanquam in ſpeculo formas actionum in principe facultate animæ conſpiciet.

Qui malis operib[9] inquinati fuerint, ad ignominiam & confuſionem reſurgent, cernentes in ſeipſis turpitudinem & formas peccatorum.

Et fortè grauior quàm tenebræ & ignis æternus hic pudor erit, qui ſemper inhærebit peccatoribus, vt nunquam non ob oculos habeant veſtigia ſceleratæ vitæ, tanquam ineluibilis alicuius tincturæ. *Theologi.*

Præſtat in præſentia caſtigari & purgari, quàm in examen futurum tranſmitti, vbi tempus erit iudicii non purgationis. *Chryſoſt.*

Nullum omnino bonum vtcunque paruum negligetur illic à iudice, nam ſi criminum, & dictorum, & cogitationum pœnas daturi ſumus, multo magis bene facta licet exigua computabuntur.

A Qui ſæpius offendentes pœnam non luunt, metuere ac timere ſibi debent. Augetur enim ipſis grauitas pœnæ.

Si vitam quauis morte triſtiorem degunt qui lumen ſolis non intuentur: quid illos pati credendum eſt, qui luce diuina priuati ſunt?

Non modo iuſtorum, ſed etiam peccatorum corruptionis expertia corpora reſurgunt. Sed iſtud honoris, ſupplicium & pœnam impiorum alit ac auget. Immortalia enim futura reſurgunt, vt nunquam vri deſinant. Quippe cum ignis ille ſit inextinguibilis, talia ſibi corpora deſiderat quæ nunquam abſumantur.

B Cogitemus quantum ſit mali in conflagratione perpetua, in tenebris, luctu infinito, & dentium ſtridore, nemine exaudiente. Nam ſi apud nos quiſpiam ex ingenue educatis carceri incluſus, ſolum fœtorem, tenebras loci, & vincula cum homicidis communia, rem quauis morte acerbiorem putat: perpende quid ſit comburi cum totius orbis homicidis, nec videntem alios, nec aliis conſpicuum, ſed in tanta multitudine ſolum ſe exiſtimantem. Siquidem opacæ illæ tenebræ ne proximos quidem dignoſcere permittunt: Verum ita quiſque efficietur, tanquam ſolus ſupplicium luẽs. Quod ſi tenebræ etiam per ſe animos noſtros angunt & turbant, quid fiet vbi tenebris tanti dolores & incendia accedunt?

C Nam eos qui fecerint iniqua, nemo ſupliciis illic futuris eripit, nõ parentes, non fratres. Fratrem enim nõ liberabit quiſquam, vtcunque magnæ fiduciæ fuerit, & multum valuerit apud deum. Ipſe enim eſt qui reddit vnicuique ſecundum opera ſua: & ex operibus noſtris vel ſalutem vel ſupplicium conſequi licet.

Terribile eſt, inquit, incidere in man⁹ dei viui. Scriptum eſt enim, Mihi vindicta, ego retribuam, & rurſum, Dominus iudicabit populum ſuum: & alibi, Super peccatores incumbet ira eius.

*Damnatorũ pudor. Chriſoſt. Hom. 6 in Epiſt. ad Eph.* Grauiſſima pœnarum pudor eſt, quam in iudicio quoque futuram didicimus: quoniam pij reſurgent ad vitam æternam, impij vero ad pudorem & opprobrium æternum.

D Bonis quidem operibus ornatos nemo arcere poterit à fruitione felicitatis futuræ, ſed cœleſtibus bonis fruentur: illi vero qui boni quippiam omiſerunt, licet nullius admiſſi criminis rei ſint, cũ impiis in ignem gehẽnæ deducentur. Etenim non facere bonum, hoc ipſum eſt facere malum. Dic age mihi, ſi quem ſeruum haberes, neque furem, nec iniurium, neque contradicentem tibi, & inſuper tum ebrietati tum quibus libet aliis vitiis minime deditum, ſemper vero ſedentem ocioſe, & nihil eorum quæ ſeruus domino præſtare debet, facientem, non verberabis eum? non torquebis? dic mihi.

E *Gregorij Nyſſeni.* Meſſis tibi reſpondebit ſementi: amaritiem ſeminaſti? carpe manipulos eius: coluiſti truculentiam? habe tibi quod dilexiſti: execratus es pauperem? execrabitur te ille qui noſtri gratia pauper fuit.

Homines, extremi ſupplicij locum tribuunt morti, at qui hæc in iudicio dei vix principiũ eſt ſuppliciorum.

*Cyrilli.* Excitamur igitur, corporibus quidem æternis prædit, non tamen omnes ſimilibus: Nam qui iuſtus fuerit, accipit ſpirituale corpus, vt cum angelis decenter conuerſari queat: peccator autem accipit corpus paſſibile quod idoneum ſit ferẽdo peccati ſupplicio, vt æterno igne conflagrans nunquam conſumatur: & iure quidem vtriſque ſua reddi corpora deus conſtituit. Nihil enim abſque corpore nobis factum eſt.

A *Plutarchi* Plutonis dehiſcunt profundæ portæ, & ignei fluuij ſimul, & Stygis canales permiſcentur, & variis tenebræ ſimulachris implentur, quorum atrox aſpectus eſt & voces æduntur miſerabiles. Iudices item, & lictores, & voragines, & innumeris pleni malis receſſus apparent.

*De veritate, & teſtimonio Fideli, Sermo. 21*

*Ioan. 14.* EGo ſum via, veritas, & vita. Qui veritatem facit, venit in lucem vt opera eius manifeſta fiant, quòd in deo facta ſint.

*Ad Eph. 4.* Depoſito mendacio, quiſque veſtrum veritatem loquetur cum proximo ſuo. Mẽbra enim ſumus inuicẽ.

B *Deut. 9.* Non ſtabit teſtis vnus ad teſtificandum contra hominem ſecundum omne facinus, & ſecundum omne peccatum.

Labia vera rectum teſtimonium proferunt.

*Prou. 14.* Quæ oculi tui viderunt, loquere.

*Zach. 8.* Teſtis fidelis non mentitur. *Ibidem.* Ibid. Teſtis fidus liberat à malis.

*Sirach. 14* Loquimini veritatem quiſque cum proximo ſuo.

Veritatem & pacem diligite, inquit dominus omnipotens.

Ne accipias perſonam potentis: ad mortem vſque pro veritate certato, & dominus deus tuus pugnabit pro te.

C Auis diuertit ad aues, & veritas ad ſtudioſos ipſius reuertetur.

Viri veraces inuenientur in ſapientia, & agent feliciter vſque ad viſitationem domini.

*Baſilij.* Præſtantiſſimum bonum eſt veritas.

Sermo verus & à mente ſana profectus, ſimplex eſt & vniformis.

*Theologi.* Aegrè comprehenditur veritatis oratio, & non animaduertentes facile poteſt effugere.

*Chryſoſt.* Verum quidem vnũ eſt, mendaciũ autẽ multiplex.

Veritas, eſt firma comprehenſio entis in animo.

Plerique magis inclinare videmur ad probabilia, licet inuentu laborioſa, quàm ad veritatem.

D *Dionyſij.* Veritas eſt deus vt pote vnum, non multa ſecundũ naturã, Verũ quippe vnũ eſt, mendaciũ autẽ multiplex. Nam & Chriſtus inquit: Ego ſum via, veritas & vita.

*Philonis.* Veritas eſt facultas res obumbratas in lucem producens.

*Euagrij.* *Plutarchi.* Veritatem tacere, eſt aurum ſepelire.

*Menandri* Aequalitas trutina, veritas autem ratione philoſophiæ examinatur.

Avia & veritate aberrare malum eſt.

Præſtat eligere falſum, quàm verum malum.

E Veritas quidem amara & ingrata eſt ſtolidis, mendacium autem ſuaue & gratum: nimirum vt illis qui dolent oculos, moleſtus eſt lucis aſpectus: tenebræ autẽ viſum reprimentes, charæ & minime moleſtæ ſunt.

Pietas palã declaranda eſt, & veritas conſtanter defendenda.

*Democriti* *Epicteti.* Nihil veritate pretioſius haberi debet, ne amicitia quidem, vt pote ob noxia affectibus, qui quod iuſtum eſt turbant & obumbrant.

Immortalis & æterna res eſt veritas: Non donat autem nobis pulchritudinem paulatim tabeſcentem, neque dicendi fiduciam è iuſtitia prodeuntem aufert: ſed quæ iuſta & legitima ſunt, exhibet, diſcernens ab eis iniuſta & redarguens.

*De mendacio, & calumnia, & falſo teſtimonio, Sermo. 22.*

Non



A *Exod. 20.* NOn dicès falſum teſtimonium contra proximum tuum.

*Pſalm. 5.* Perdes quotquot loquuntur mendacium.

*Prouerb. 10.* Qui nititur mendaciis, ventos paſcet, & aues alatas perſequetur.

12. Labia mendacia dominus abominatur.

14. Vanum & mendacẽ ſermonẽ procul à me remoue.

19. Lingua mendax odit veritatem.

21. Excitat mendacia teſtis iniquus, & diſcordiam fratribus immitit.

*Zachariæ.* *Ieremiæ.* Teſtis falſus non erit impunitus.

*Baſilij.* Teſtis falſus peribit. Teſtis iniquus: deceptor eſt.

*Theologi.* Ne diligatis falſum iuramentum, quoniã hæc omnia odi, inquit dominus omnipotens.

B *Chryſoſtomi.* Veritatem non loquetur. Lingua eius didicit loqui mendacium.

*Iſidori Peluſiotæ.* Improbitatis extremus finis eſt mendacium. Lapſus à veritate, priuatio viſus eſt in mente, & obcæcatio.

Verum quidẽ vnũ eſt, mendacium autẽ multiplex.

Facile capitur improbitas, & vndique per ſeipſam implicatur.

Veritas terram reliquit. Calumniatores vendunt mendacium, decipiendo ſe inuicem iuramenta conſumunt, non aliter quàm iurando ſolum dei memores.

*Philonis.* Mendacium ab initio dictum magis perſuadet, quã poſteriori ſermone indicata veritas.

C *Seueriani.* Non poteſt firmam fidem facere, cuius teſtimoniũ per ſe non eſt ſufficiens, ſed alieno patrocinio indiget.

Mendacium eſt imaginatio quædam circa non ens in animo oborta, tanquam ſubſiſtat id quod non eſt.

Mendacium quando fidem facere voluerit, niſi veritatis apparentis fundamentũ fixerit, nõ perſuadebit.

*Charet.* [illegible]

*De fratribus, & amore ac odio in fratres, Sermo. 23.*

*1. Ioan. 4* IN hoc omnes cognoſcent quod mei diſcipuli ſitis, ſi diligatis vos inuicem.

D *2 Ioan. 3.* Si quis deum ſe diligere dixerit, & fratrem ſuum odio habet, mendax eſt. Nam qui fratrem ſuum, quem vidit, non diligit: Deum quem non vidit, quomodo diligere poteſt?

*1. Theſſ. 4.* De amore fraterno non opus habetis vt ſcribatur vobis. Vos ipſi enim à deo docti eſtis, vt vos inuicem diligatis.

*1. Ioan. 3.* Quiſquis odit fratrem ſuum: homicida eſt.

*Pſal. 132.* Ecce quid melius aut iucundius eſt, quâm fratres ſimul habitare?

*Prou. 18.* Frater adiutus à fratre, eſt tanquam ciuitas munita & excelſa: & æquipollet benefundato palatio (*Longe alius ſenſus eſt apud Hebræos.*)

E *Sirach. 40* Fratres in neceſſitatibus ſibi ſubueniant: ad hoc enim procreantur.

*Theologi.* Fratres & auxilium tempore afflictionis, præ vtriſque autem miſericordia liberabit.

Ne oderis fratrem tuum pro quo mortuus eſt Chriſtus, idque gratis: & cum deus ac dominus eſſet, frater tuus factus eſt.

Nulla eſt fratris recuperatio, vt neque man⁹ ablatæ.

*Plutarchi.* *Socratis.* Qui fratribus relictis alios amicos quærunt, conſimiles ſunt illis qui rus ſuum deſerunt, & alienũ colũt.

*De amicis, & amore fraterno, Sermo 24.*

*Ioan. 13.* *1. Cor. 13* IN hoc omnes cognoſcent quod mei diſcipuli ſitis, ſi diligatis vos inuicem.

A Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum æs reſonãs aut cymbalum tinniens.

*Galat. 5.* Vniuerſa lex in hac vna completur, quæ proximum vt ſeipſum diligere præcipit.

*Sirach.* Quiſquis fratrẽ pauperẽ odit, alienus eſt ab amicitia.

*Baſilij.* Improborum & imperitorum nemo eſt amicus. Nã honeſta amicitia non cadit in prauam affectionem. Siquidem nihil turpe & indecens, ad amicitiæ concinnitatem redigi poteſt. Quippe malum non bono tantum, ſed ipſum etiam ſibi aduerſatur.

Amicorum dicta, licet iniuria, toleranda ſunt.

Minus ſuſpecta eſſe debent vulnera quæ amicus inflixit, quàm ſimulata inimicorum oſcula.

B *Theologi.* Nihil eſt quod mereatur pro fideli amico permutari, nec poteſt ſatis ponderari decus eius. Amicus fidelis validum munimẽtum eſt, & qui inuenerit ipſum inuenit theſaurum.

Boni ſemper præferendi ſunt non bonis. Malis autem conuerſans, omnino malus euades.

Amicitia tũ patiendo tũ audiẽdo nihil nõ tolerabit.

Diſcordia propter pietatem, melior eſt quàm concordia alicui vitio obnoxia.

*Chriſoſt.* Qui inimicos regis familiares habet, non poteſt amicus eſſe regis.

Febris non tantum inurit corporis naturam, quantum animos amantium ſe, diſiunctio.

C Præſtat ſolem nobis extingui, quàm priuari amicis multi enim ſolem videntes in tenebris ſunt: qui autem amicorũ copiã habent, in afflictione eſſe non poſſunt.

Nihil enim amicitia iucundius accidere poteſt. Nam quid non faceret ſyncerus amicus? Quantum voluptatis, quantũ vtilitatis, quantum denique ſecuritatis ille nõ afferret? Infinitos licet theſauros narres, nihil omniũ tame ſynceri amici pretiũ, æquauerit.

Valde amari cupere, ex valde amando naſcitur.

Animum ſæpius excitat, non ſolum memoria illorum quos amamus, ſed veſtis etiam eorum viſa, aut litera quam pinxerit exoptata manus, aut aliud quippiam factum obuium, quo illi vtebantur.

D Profecta ab illis qui amantur, licet exigua, deſideranti videntur magna.

Quamuis gladium ſtrinxeris aduerſus amicum, non tamẽ deſperes. Patet enim reditus ad ipſum, ſi os apperueris: noli deſperare, licebit enim reconciliari ſi abſit exprobratio, & arcanorum detectio:

Magna pericula diſſoluunt etiam amicitiæ leges.

*Photij Patriarchæ.* Diligere illos qui nos habent odio, diuina quædam virtus eſt: amantes autem redamare, humanum & vulgare eſt: cæterum odiſſe diligentes, ne belluis quidem conuenire videtur.

E *Philonis.* *Firmi.* Amicus ducendus eſt, qui auxilium & operam mutuam, ſi re ipſa non poteſt, voluntate ſaltem præſtet.

In cæteris quidem rebus laudatur mediocritas: in amore vero qui plurimum habuerit is deo charior fit.

Equi bonitatem in bello, amici vero fidem in calamitate iudicamus.

*Plutarchi.* Vaſa quidem meliora ſunt noua: ſed amicitia præſtat quò vetuſtior.

Amicos multi non optimos, ſed diuites eligunt.

*Iſocratis.* Vera amicitia tria præcipue requirit Virtutem, vt honeſtum: familiaritatem, vt iucundum, & vtilitatem vt neceſſarium.

Tarde quidem ineas amicitiam, initam vero conſtanter ſerues.

Amicos probabis ex calamitate in vita,& commu nicatione periculorum. Aurum enim igne probamus, amicos in aduerſa fortuna cognoſcimus.

Abſentium amicorum apud præſentes mentionem facito,vt etiam præſentes non videaris negligere.

*Dionis.* Oculis quidem vix ea videre licet quæ ante pedes ſunt:per amicos autem etiam longius remota conſpiciuntur.

*Chryſoſtomi.* Auribus quidem vix ea hauriuntur quæ proxima ſunt:per amicos omnia vbiuis neceſſaria audire datur.

Facilius quis cum amicis grauiſſimam calamitatẽ fert,quàm ſolus vel maximam proſperitatem.

Quis idoneus eſt amicus? qui plurimas iniurias ferre poteſt.

*Ariſtot.* Sicut vinum attremperatur ingeniis bibentium,ita

*Demoſth.* & amicitia pro moribus vtentium variat.

*Socratis.* Amicum ſyncerum in rebus aduerſis ne timeas.

*Democriti* Probum amicum,gaudiis quidem vocatum adeſſe decet,aduerſis autem caſibus ſua ſponte.

Veri amici tum ſuaues amicitias fruitione communi,tũ calamitates leuiores participatione ſua reddunt.

*Euripidis* Hoc ſcio,& planè expertus ſum,Quod omnes, amici fiant diuitibus.

Amicum exiſtimes qui teipſum diligit,non tua.

Satius eſt multis pecuniis amiſſis vnum amicum cõparare:quàm amico vno amiſſo multas adiſpici pecunias.

*Moſchionis.* Pecuniæ non debent pro amico haberi, ſed amicus pro pecuniis.

*Theognid.* Multi ad pocula,chari fiunt amici.
In rebus autem ſeriis pauciores.

*Menandri* Aurum quidem probari ſolet igne, Amici vero beneuolentia tempore iudicatur.

Verus amicus eſt,qui calamitatum quoqueparticeps fuerit cum amicis.

*Epicteti.* Equi vſum aſpera via prodit,& amicum beneuolum calamitates diſcernunt.

In proſperitate facillime reperias amicum,aduerſante autem fortuna,difficillime.

Aduerſorum caſuum neceſſitas amicos probat, arguit inimicos.

Amicis præſentibus beneficia,abſentibus bona verba conferre oportet.

Et medicum amari ſe cogitet, qui neminem amat.

Medicum & amicum deligere oportet, non qui iucundior,ſed qui ſit vtilior.

*Sexti. Pittaci.* Amicum non diligas vtilitatis gratia. Nam talis a-

*Nicoclis.* micitia breuis & inſtabilis eſt.

*Libanij.* Erga amicos eſto conſtans,erga inimicos cautus.

Primum iudicare, deinde amare conuenit, non vice verſa.

Si fueris ſordidus non habebis optimum amicum.

Cum amicis feliciter agentibus gaudendum eſt, & triſtantibus condolendum.

Omnibus eſto comis,familiares autem habeas optimos.

Fidelis amici loco iſtum† habeas, quem non compotatio, ſed temporis calamitas probat: Et qui nihil tibi indulget niſi profuturum.

*†In Greco eſt μηδλέγα.*

*Solonis.* Amicus ſecundum deum veracibus verbis mel & lac profundit.

Raro ad amicum ingreditor,ne tui ſatur te oderit.

Nunquã deſideres amicum tibi comparare, qui neque in corpus nec in animam tuãbeneficus eſſe queat.

Idem fuerit ex aureo poculo remedium bibere,&ab amico beneuolo conſilium capere.

*De amicis improbis, Sermõ. 25.*

*Prou. 3.* NE moliaris in tuum amicum mala,prope habitantem & confidentem in te.

*Sirach. 9.* Ne deſeras amicum veterem, nouus enim non par eſt ei. Vinum nouum, amicus nouus, inueteratum autem cum gaudio bibes.

Amicus eſt in tempore ſuo(aliâs,particeps menſæ) 6.
& non permanebit afflictionis tempore. Dum res tibi ſecundæ ſunt,erit ſicut tu: & cum humiliatus fueris, erit tibi contrarius.

*Ibidem.* Separare ab inimicis tuis,&ab amicis tuis tibi caue.
Amicus eſt,nomine amicus.

Si quæris amicum, in rebus aduerſis,eum tibi pares
& non ſtatim credideris ei. ( ἐν πειρασμῷ alij expo- 37.
nunt,experimento probatum.) 6.
Qui exprobrat amico ſuo,diſſoluet amicitiam. 22.

*Baſilij.* Quorum intemperans animus eſt,illi dum cibos ore tenent,grata verba loquuntur,adulantur,& immodice admirantur:menſa vero aliquantiſper dilata, verbis conuitia tanquam lapides in illum effundunt, quẽ paulò ante inſtar dei propter voluptatem adorabant.

*Plutarchi.* Fugienda eſt amicitia illorum, quorum animus incertus & dubius eſt.

*Iſocratis.* Nullum tibi amicum ſumas, priuſquam inquiſiueris,quomodo ſe cum prioribus amicis geſſerit. Expectabis enim talem erga te quoque futurum, qualis fuit erga illos.

Amor intempeſtiuus ſimilis eſt odio.

*Socratis.* Amicis ſubuenire non poſſe, inopiæ: non velle autem,malitiæ ſignum eſt.

*Democriti* *Menandri* Stultos in amicitiam ne recipias, alioqui tu etiã planè ſtultus vocaberis.

*Demonactis.* Pauciora mala contingunt hominibus ab inimicis. quam amicis. Inimicos enim cum metuant, ab eis cauent:amicis vero aperti ſunt,vnde periculis exponuntur,& inſidiis ipſorum facile capiuntur.

Arcanum in amicitia auditum, inimicus poſtea factus ne efferas:læderes enim non tam ipſum amicum quàm amicitiam.

Ne pares amicum cui non auſis per omnia credere.

*Libanij.* Amicorum inter ſe offenſiones ægerrime conciliãtur,& maioribus cõtumeliis aguntur,quàm hoſtium.

Secretum tuum amico ne indicaueris, & non metues ipſum inimicum tibi factum.

*1.Tim. 6.* Ne propter iram effutias arcana amici. Quin ſperes ipſum denuo amicum tibi fore.

Sæpe iucundior fit amicitia, quę depoſita ſimultate. ad concordiam rediit.

Fugiendæ ſunt malorum amicitiæ, & bonorum inimicitiæ.

*De dilectione, Sermo 27.*

*Lucæ. 6.* DIxit dominus: Si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis gratia? Nam & peccatores, eos à quibus diliguntur,diligunt. Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt,quæ vobis eſt gratia? Siquidem &peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuum dederitis his à quibus ſperatis vos recepturos, quæ gratia eſt vobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum,vt recipiãt paria. Quinimo diligite inimicos veſtros,& benefacite, & mutuum date nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa,& eritis filij altiſſimi,quia ipſe benignus eſt erga ingratos ac malos. Eſtote ergo miſericordes,ſicut & pater veſter miſericors eſt.

Dixit



*Matth. 5.* Dixit dominus,Diligite inimicos veſtros, bene precemini deuouẽtibus vos: benefacite iis qui vos odio proſequuntur, orate pro iis qui lædunt & inſectantur vos,vt ſitis filij patris veſtri qui eſt in cœlis, qui ſolem ſuum exoriri ſinit ſuper malos ac bonos,& pluuiã mittit ſuper iuſtos & iniuſtos.

*Ioan. 13.* Dixit dominus, Præceptum nouum do vobis,vt diligatis vos inuicem, ſicut ego vos dilexi, vt & vos diligatis inuicem. In hoc enim cognoſcent omnes quod mei diſcipuli ſitis,ſi charitatẽ habetis inter vos.

15. Hoc eſt præceptum meum,vt vos mutuo diligatis, maiorem hac charitatem nemo habet,quàm vt ponat aliquis vitam ſuam pro ſuis amicis.

*Rom. 13.* Nemini quicquam debeatis,niſi hoc,vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterũ,legẽ expleuit. Siquidẽ illa. Non mœchaberis,non occides, non furaberis,non falſum teſtimonium dices,non concupiſces,&ſi quod aliud præceptum,in hoc ſermone ſummatim comprehenditur,nempe: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Conſummatio itaque legis,eſt dilectio.

*Galat. 5.* Vniuerſa lex conſummatur in vna,quæ proximum quemque ſuum vt ſeipſum diligere præcipit.

*Coloſſ. 3.* Super omnia autem hęc, charitatem induti ſitis,quę eſt vinculum perfectionis,& pax dei.

*1. Pet. 1.* Diligite vos inuicem vehementer ex puro corde.

*Ex epiſt.* Charitas enim tegit multitudinem peccatorum.

*Ioan. 1.* Hoc illud eſt,quod audiuiſtis ab initio præceptum, vt nos inuicem diligamus.

*Ioan. 3.* Per hoc cognouimus charitatem,quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit:& nos debemus pro fratribus animas ponere.

Qui diligit fratrem ſuum,in luce manet,& offendiculum in eo non eſt.

*Ibidem.* Filioli mei, ne diligamus verbo neque lingua, ſed opere& veritate. Per hoc cognoſcimus quod ex veritate ſumus.

*Ibidem.* Chariſſimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo eſt. Et omnis qui diligit, ex deo natus eſt,& cognoſcit deum:quoniam deus charitas eſt.

Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus nos inuicem,deus in nobis manet, & charitas eius eſt perfecta in nobis.

*1. Ioan. 2.* Si quis deum ſe diligere dixerit,& fratrem ſuum o-

*Baſilij.* derit,mendax eſt.

Confirmetis charitatem,ſine qua parui momenti eſſe totius legis opera,ipſe dominus nobis aſſeruit.

*Theologi.* Charitatis duo ſunt peculiaria:alterum,triſtari&angi diſpendiis eius qui diligitur:alterum,gaudere ſucceſſu eius & pro eo certare.

[redacted]

Quis modus eſt dilectionis erga deum? Hic eſt,vt anima ſemper nitatur etiam ſupra vires ſuas ad voluntatem dei, & iuxta ſcopum ac deſyderium gloriæ ipſius agat.

Charitas eſt vinculum perfectionis. (*Idem Paulus ad Coloſſ. 3.*

Charitas colligat,&vnũ ex trib⁹ manet in ſuo ſtatu, aut inde mota ſiſtitur,aut ſi abierit reuertitur:quemadmodũ ſtirpes ſi manibus violẽter retrahas, & iterum dimittas,ad ſeipſas, recurrunt.

Benigna eſt charitas,aut potius ipſa benignitas. (αὐτοφιλανθρωπία.)

Nihil tantum valet in dilectione, quantum ſimilis animi reſpondens affectus.

Non ſufficit animus,niſi accedant etiam opera. Siquidem opus,eſt animi declaratio.

Opifex omnium virtutum eſt charitas.

*Chryſoſtomi.* Charitatis natura ſatietatem neſcit,ſed dum ſemper fruitur dilectis,magis magiſque inflammatur, & hoc inſinuans alumnus charitatis Paulus dicebat:† Nemini quicquam debeatis præter mutuum amorem. Hoc enim debitum,ſemper quidem expenditur, nũquam vero perſoluitur. In hoc genere debere,bonũ eſt& laudabile. Nam circa pecunias eos laudam⁹,qui nihil debent:circa dilectionem vero, eos qui nunquam non debent beatos iudicamus. Et quod illic ingratitudini, hîc gratitudini tribuitur.

*Roma. 13.*

*Gregoriæ Nyſſeni.*

*Clementis.* Dilectionis bonitas longam aduerſantium animæ malorum ſeriem depellit.

Totus malorũ grex per habitũ dilectionis aboletur.

Dilectio multis modis percipitur, manſuetudine, benignitate,patientia: & ingenuitate, quæ nihil inuidiæ,nihil æmulationis habet,neque meminit iniurias, †nuſquam ab aliis ſciungitur,non diſcernit alios,libẽter communciat. Inimicorum dilectio non includit dilectionem mali,vt impietatis,adulterij,furti:ſed furis, & adulteri:non quatenus peccant,& hoc vel illo opere nomen hominis inquinant:ſed quatenus homines ſunt &creaturæ vel opera dei. Siquidem peccare actio eſt,& non eſſentia,quare nec opus dei. Diligere illos qui nos oderunt,virtutis opus eſt & diuinum:diligentes diligere,humanum & vulgare:cæterùm odiſſe etiã diligentes,ne belluis quidem conuenit. In cæteris rebus laudatur modus:in dilectione verò, qui maiorem partem habet, gratior eſt deo.

*† ἀμέρειςος ἐν πᾶσιν, ἀδιαχωρίστως.*

*Photij Patriarchæ. Firmi.*

*De Eleemoſina & Pœnitentia in pauperes, Sermo 27.*

*Matth. 5.* BEati miſericordes, quoniã ipſi miſericordiam conſequentur.

*Ibidem.* Eſtote ſimiles patri veſtro cœleſti, quoniam ſolẽ ſuũ oriri facit ſuper bonos&malos,& pluit ſuper iuſtos ac iniuſtos.

*Matth. 10* Operam date ne eleemoſynam veſtram coram hominibus largiamini,vt ſpectemini ab ipſis: ſin minus, mercedem non habetis apud patrem veſtrũ cœleſtẽ.

*Matth. 23* Quicunque dederit ad bibendum vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ in nomine diſcipuli, amen dico vobis non perdet mercedem ſuam.

Tunc dicet rex his qui à dextris ſibi erunt,Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratũ vobis ab exordio mundi. Eſuriui enim & dediſtis mihi edere. Sitiui & dediſtis mihi bibere. Vendite quæ poſſidetis,& date eleemoſynam. Parate vobis ſacculos,qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cœlis, quò fur non accedit,neque tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus veſter eſt, & ibi cor veſtrum erit.

*Lucæ. 12.* Dicebat autem& ei,qui ſe inuitauerat: Quum facis prandiũ aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos,neque cognatos tuos,&c.

*†Lucæ. 14. 16.* Facite vobis amicos ex mammona iniuſto,vt cũ defeceritis,recipiant vos in æterna tabernacula. Beatius eſt

*Acto. 12* dare quã accipere. Qui duas tunicas habet, cõmuni-

*Lucæ. 3.* cet non habenti,& qui habet cibos, ſimiliter faciat.

*Rom. 12.* Singulatim alij aliorum membra ſunt, ſed tamen habentes dona iuxta gratiam datam nobis varia, &c. ſiue qui impartit in ſimplicitate,qui præeſt in diligentia,qui miſeretur in hilaritate.

*1. Cor. 9.* Qui ſementem facit parce, is parce meſſurus eſt. Et qui ſementẽ facit libenter ac benigne largiẽdo,copio-

ſe menſurus eſt, vnuſquiſque ſecundum propoſitum A cordis non ex moleſtia aut neceſſitate: nam hilarem datorem diligit deus.

Beneficentiæ & communicationis ne obliuiſcamini, *Hebr.* 13. talibus enim victimis placetur Deo.

*1. ioan.* 3. Qui benefacit, ex deo eſt.

*Deut.* 15. Pauper non deerit in terra, quare præcipio tibi, vt large aperias manus tuas fratri tuo pauperi, & indigenti in regione tua.

*Iob* 29. Occulus eram cæcorum, pes claudorum, ignis inualidorum.

*Pſalm.* 111. Diſſipauit, dedit pauperibus.

*Prouerb.* 2. 3. Eleemoſina & fides non relinquant te: ſuſpende eas à collo tuo, & eris gratioſus.

13. 16. B Ne parcas benefacere pauperi, quando in poteſtate tua fuerit vnde iuues eum. Ne dixeris, aliâs redi, & dabo cras, cum habes quod largiaris. Neſcis enim quid poſtridie fiat.

Diuitiæ propriæ redimere poſſunt animã hominis.

Beneficentia & fide expiantur peccata.

*2. Corinth.* 9. Hilarem datorem diligit deus.

In omni dato hilari ſis vultu.

*Sirach* 35. Donum hominis dilatat ei, & requiem parat ei coram magnatibus.

*Prouerb.* 18. *Eſaiæ* 58. Frange eſurienti panem tuum, & pauperes ſine tecto induc in domum tuam. Nudum ſi videris, veſtito: & domeſticos generis tui ne deſpicias. Tunc erumpet C tanquam aurora lux tua, & incolumitas tua germinabit. Iuſtitia anteibit faciem tuam, & gloria domini colliget te. Te clamantem exaudiet dominus, & adhuc loquenti reſpondebit: En adſum.

*Et paulò poſt.* Si porrigas eſurienti panem tuum ex animo, & hominem afflictum ſatiaueris, orietur in tenebris lux tua, & fiet caligo tua ſicut meridies, & deus perpetuò tecum erit: ſaturaberis ex animi ſententia, & oſſa tua ſaginabuntur, ac ſimilis euades horto irriguo cui non deeſt aqua.

*Daniel.* 4. Peccata tua redime eleemoſynis, & iniquitates tuas *Sirach* 3. commiſeratione pauperum.

Aqua reſtinguit inflammatum ignem, & eleemoſyna expiat peccata. D

Facilis eſto ad audiendum pauperem, & cum manſuetudine placida verba ei reſponde.

12. Largire pio, [redacted] Benefacias afflicto, ſed nihil eroges in impium.

29. Include eleemoſynam cellis tuis, & ipſa te ab omni afflictione liberabit: & contra hoſtem tutius te defendet quàm valida haſta.

35. Miſericors afflictionis tempore ſimilis eſt pluuioſæ nubi in magna ſiccitate.

*Tobiæ* 12. Satius eſt miſericordiam exercere, quàm aurum cõgerere. Siquidem à morte liberat miſericordia, & expurgat à ſcelere.

Qui miſericordiam præſtant, ſatiabuntur vita. E

Ne auertas faciem tuam ab vllo paupere, & deus quoque faciem ſuam à te non auertet.

Melius eſt innumeræ prolis patrẽ vocari, quàm ſtateres innumeros habere in loculis. Pecunias enim hic vel inuitus relinques, gloriam verò bonorum operum deferes ad dominum: Et cum totus populus apud cõmunem iudicem te circundantes appellauerint ſuum altorem, benefactorem, & omnibus benignitati proprijs nominib. deus erit qui te ſuſcipiet, angeli collaudabunt, & homines à condito mundo beatum te prædicabunt: ibi æterna gloria, corona iuſtitiæ, & regnum A cœleſte, præmium tuum erunt.

Si diuitiæ ſpargantur eo modo quem dominus præ- *Pſam.* 111 ſcribit, remanere ſolent: ſin retineantur, alienari. Si cuſtodias, non habes: ſi vero diſſipes, non perdes. Diſſipauit, dedit pauperibus.

Pulcherrimum funus eſt pietas. Cum omnes veſtieris diſcede, para tibi ex diuitiis tuis ornatum proprium vt opes tuas tecum habeas: obſequitor optimo conſultori Chriſto, qui te dilexit, qui propter nos pauper fuit, vt nos ex eius paupertate ditaremur.

Miſericordia eſt affectus, qui ſit cum aliquis animo commouetur erga afflictos indigne.

*Theologi.* Deus miſericordia maxime omnium colitur, nec alius quiſquam deo familicior, quàm ille quem miſe- B ricordia & veritas antecedunt.

Gratitudinis aliquod ſpecimen deo exhibeas, quod te fecerit vnum illorum qui beneficia præſtare poſſũt, non autem qui opus habent accipere: & quod non inſpiciendæ tibi ſint alienæ manus, ſed aliis tuæ. Diues eſto, non ſolum operibus, ſed etiam pietate. Ne ſolum auri, ſed inſuper virtutis poſſeſſione alios antecellas, exhibendo te probiorem & benigniorem. Deus eſto calamitoſis, dei miſericordiam imitando: nihil enim beneficentia diuinius in hominem cadit. Miſericordiam tuam ne nox quidem intercipiat: ne dixeris, aliâs redi, & in craſtinum dabo, ne quid fortè accidat inter propoſitum tuum & beneficiũ, vnde impediatur.

C Nudum ſi videris, veſtito, honorans immortale tuũ indumentum, quod eſt Chriſtus.

Nam quoquot in Chriſto baptizati ſumus, Chriſtum induimus.

Benefici eſtote & liberales, non ex ſuperfluis rebus, ſed etiam vſui veſtro commodis. Quippe deum magis delectat ipſa largitio, quàm eius copia vel magnitudo.

Pulcherrime hoc & benigniſſime deus facit, quod non ex pretio rei datæ, ſed offerentis facultate & animo, donum æſtimat.

Benignus eſſe ne differas ſed nunc eſto: nec ideo quia D pretij ſumma te deſtituit, totam relinquas liberalitatem ſed re ipſa præſtes, partem animi promptitudine, aut propoſito in poſterum. (In Græco eſt: ὃ μὲν εἰσήνεγκε, τὸ δὲ προεθυμήθητε.)

Bonum eſt aliquid tineis & inuidiæ ſubtrahere.

Chriſto debitor eſſe malis, quàm omnia poſſidere, Qui etiam pro panis fruſto regnum donat.

Chriſtum tegis nutriſque, pauperem nutriens.

Relictis omnibus Chriſtum tibi ſolum compara.

Diſtributor enim es alienæ pecuniæ.

Quod ſi non vis omnia, plura tamen largire.

At ſi ne hoc quidem, ſuperfluis tamen erogandis eſto pius.

Pauper acceſſit, & nihil conſecutus abiuit.

E Metuo Chriſte ne & ego manu tua excidam.

Nam quod quis non dedit, accipere etiam non ſperet.

Ne inquiras ſolicite, quis largitione dignus aut indignus ſit.

Multò melius enim eſt propter dignos indignis quoque porrigere, quàm dignos fraudare præ metu & ſuſpicione indignorum.

Præſtat conferre quenque quod facultatis eſt ſuæ, quàm prorſus deficere.

Magnum calamitoſo remedium eſt. miſericordia ex animo collata: & genuina condolentia multò leuiorem reddit calamitatem.

Pauper-



Paupertas non impedit eleemoſynam: idque, teſta- A *†Mat.* 12 tur † vidua illa, quæ quadrantem elargita, cæteris, etiam qui multa erogauerant prælata eſt.

Magna vis eſt eleemoſynæ. Siquidem nutritores ſuos multa cum fiducia in regnum cœlorum introducit. Nota eſt enim ianitoribus cœli, qui thalami fores cuſtodiunt: neque nota ſolùm, ſed etiam venerabilis: & à quibuſcunque ſe honoratam cognouerit, illos cõfidenter introducet. Nam ſi deum in terram deduxit, & hominem fieri perſuaſit, multò magis hominem in cœlum adducere poterit.

caute lege

Penes nos ſitum eſt vt deus miſereatur noſtri, ipſe nobis hanc gratiam condonauit. Nempe ſi offeramus ei quæ miſericordia & benignitate eius indigna non B ſint, miſerebitur noſtri: ſi vero nos nulla noſtri miſericordia tangamur, quis nobis parcet? Miſerere proximi, & miſericordiam à deo cõſequeris. Maior eſt quæ peccatoribus exhibetur miſericordia quàm quæ iuſtis. Hoc enim miſericordia eſt, non illorum qui rectę egerunt, ſed qui deliquerunt, miſereri. Non ita laudandus eſt qui magnum aliquem ſuſcipit, vt qui miſerum & ærumnoſum. Et qui colit hominem præſtantem & clarum, ſæpe ad oſtentationem coram hominibus id facit: qui vero abiectum & deſperatum curat, propter ſolum dei præceptum id agit.

Miſericordia expers eſt omnis ſceleris: omnia reddit pura. Hæc & ieiunio & cubitu ſuper homo, quam C uis moleſtioribus magiſque laborioſis, melior eſt, vtpote vtilior: hæc animam colorat, ſubtilem, pulchrã, & formoſam efficit.

Regni veſtibula accedere nequaquam licet, quãuis innumera (ſed abſque miſericordia) peracta ſint bona.

Illa ſola lucrabimur, quæ præmiſerimus illuc: illa ſola noſtra ſunt, quæ bona opera animæ dicuntur, vt miſericordia, benignitas. Non enim licet acceptis pecu- *†Lucæ.* 16 niis, abuire: quin igitur eas præmittamus, vt † paremus nobis tabernaculum in æternis habitationibus.

Anima ſine miſericordia, ſterilis eſt. Sine hac omnia impura ſunt, omnia inutilia. Hoc illud eſt, quo deo ſimiles nos euadere licet, miſereri inquam & condo- D lere. Hoc niſi habeam⁹, priuati ſumus omnibus. Chriſtus nõ dixit, Si ieiunetis, ſimiles eritis patri veſtro, neque ſi caſtitatem tueamini: quid igitur? Eſtote miſericordes ſicut pater veſter cœleſtis. Miſericordiam enim inquit, volo, & non ſacrificium.

Quæ à deo conſequi cupimus, ea prius communicare debemus proximis. At ſi proximos fraudem⁹ eis, quomodo nos eadem conſequuturos ſeperemus? Beati (inquit) miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Immiſericors autem iudicium illi continget, qui miſericordiam non exercuerit.

Extende manus tuas, non in cœlum, ſed in manus pauperum. Si manum in pauperis manus tetenderis, E ipſum cœli verticem attigiſti: nam qui illic ſedet, eleemoſynam accipit. Si vero vacuas ex tenderis, nihil profeciſti. Non enim in extenſione manuũ, neque verborum multitudine, ſed in ipſis operibus ſitum eſt vt exaudiaris. Audi enim prophetam dicentem: Cum extẽderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: & ſi copioſi fueritis in depercãdo, non exaudiam vos. Quin potius iudicate pupillo & afflicto, & cauſam viduæ promouete, & diſcite quod bonum eſt facere.

Niſi eſſent pauperes, non tam multa peccata abolerentur. Pauperes nobis vulnerum noſtrorum medici ſunt: remedia nobis porrigunt manus ſuas. Non adeò medicus extendens manus & imponens pharmaca, A ſanationem efficit, quàm pauper manus extendens, & quę porrigimus accipiens, abſterſio eſt malorum noſtrorum. Expendi argentum, ſimul etiam peccata exiuerunt: tales etiam ſacerdotes erant, de quibus ſcriptum eſt. Peccata populi mei comedent.

Cæcus miſericordiam conſecutus in regnum cœlorum deducere nouit: & quamuis ad parietes offendẽs, & incidens in foueas, ducem ſe præſtat aſcenſionis in cœlum.

Quid fruſtra laboras ô diues, res pauperum in theſauris tuis recondens? Cur indignaris petentibus illis tanquam de tuo expendas? bona paterna petunt, non tua, quæ tibi commiſſa ſunt ipſorum gratia, nõ tecum nata. Da quæ accepiſti, & vſum eorum tibi conceſſum B in lucro ponas. Satis eſt tibi quod dare non accipere deſtinatus ſis.

*ἔλαιον Græcis oleũ ἔλεος miſericordia.* Nihil ita gratum eſt deo quàm eleemoſyna. Quare ſacerdotes antiquo ritu inungebantur oleo, vt & ſacerdotium à miſericordia inchoaret. Reges etiam vngebantur oleo. Omnium enim (inquit) miſereri debes cum poſſis omnia. Nempe hoc ipſum, miſereri dico, *Regũ vnctio quid ſignificet.* proprium eſt principatui. Cogita quod mundus per miſericordiam conſtitutus ſit, & imitare dominum. Miſericordia hominis in proximum ſuum, domini autem in omnes homines extenditur.

*Greg. Nyſſeny.* Nihil tam ſimiles deo reddit, quàm ad veniam improbis ac iniuriis dandam paratum eſſe.

*Clementis* C Miſericordia, eſt voluntaria triſtitia ex alienis malis producta.

Facile poſſet deus neminem facere pauperem, ſed ita beneficentiæ anſam adimeret, nec amplius vellet aliquis condolere. Nunc verò alij aliorum gratia vel diuites vel egeni ſunt, vt locus & materia beneficentiæ ſuppetat.

*Philonis.* Talem te famulis tuis prębe, qualẽ tibi deum optas. Audiemur enim à deo ſicut nos audim⁹, & aſpiciemur ab ipſo vt nos aſpicimus. Offeramus igitur miſericordiã, pro miſericordia vt pro ſimili ſimile adipiſcamur.

*Democriti* Hoſpitibus & egenis impertire de rebus tuis. Nã qui non dat indigenti, nec ipſe accipiet cum indigebit.

D Pittacus iniuriam paſſus à quodam, cum illum puniendi poteſtatem haberet, dimiſit, inquiẽs: Venia melior eſt vindicta: hæc enim belluini eſt ingenij, illa mãſueti. Ex percepto dolore condolere diſcas. Nam & tibi alius qui doluit condolebit. *Philiſtion.*

*De Parcis & illiberalibus, & eleemoſynam non facientibus, Sermo.* 28.

VÆ vobis ſcribæ & phariſæi hyppocritæ, quoniam decimatis mentam, anethum, & cyminum, & quæ *Matth.* 23 grauiora ſunt in lege relinquitis, iudicium ſcilicet & miſericordiam: oportebat autem hæc facere, & illa non omittere.

Qui ſciens bonum facere non facit, peccat,

E *Iacob.* 4. Immiſericors iudicium experietur qui miſericordiam non fecit.

*Salomon. Prou.* 12. Impiorum viſcera miſereri neſciunt.

*Eccleſia.* 5 Vitiũ eſt quod vidi ſub ſole, diuitias cuſtodiri in malum domini ſui, & illæ peribũt in afflictione peſſima.

*Sirach.* Eſt aliquis diues per curam & anxietatem ſuam, & relinquet opes aliis, ac morietur.

Qui colligit, animam ſuam defraudans, colligit aliis & in bonis ipſius multi deliciabuntur.

*Baſilij.* Malus ſibiipſi, cuinam erit bonus? Fili quoad potes benefac tibiipſi.

Audi ô homo Salomonem: Ne dicas, Reuertere aliâs, & cras tibi dabo, cum poſſis beneficium præſtare:

neſcis enim quid craſtinus dies pariat. O quæ præcepta contemnis,& triſtitiam ac grauitatem præ te fers, A declinans obuios,ne quid etiam modicum expendere cogaris. Vnam hanc vocem noſti, cum nihil habeam, nihil dabo:pauper enim ſum. At qui vere pauper es& inops omnis boni,inops fidei erga deum, inops benignitatis,inops ſpei. Quin impertiris fratribus tuis ea quæ aliter à tineis erodentur? Peſſimum iſtud auaritiæ genus eſt,ne corruptioni quidem ad breue tempus ob noxia,indigentibus communicare.

Miſertus non es? miſericordiam non conſequeris: nõ aperuiſti domum? excluderis regno? non dediſti panem eſurienti? non accipies æternam vitam.

*Merces operum.* Oſtende ô homo opera,& pete mercedem. Nemo B ſolutis iam nundinis,negotiatur: neque poſt certamina reuerſus coronatur,ne igitur poſt mortem demum pius eſſe velis.

Meſſis tibi,ſementi reſpondebit. Amaritiem ſeuiſti? carpe manipulos. Immiſericordiam coluiſti? habeas quod dilexiſti:fugiſti miſericordiam? eadẽ te quoque fugiet, abominatus es pauperem? abominabitur te qui noſtri gratia pauper fuit.

*De beneficentia & gratia, Sermo 29.*

*Lucæ 14.* DIxit dominus,cum facis prãdium aut cœnam, nõli vocare amicos tuos,neque fratres tuos, neque cognatos tuos,neque vicinos tuos, ne quando & ipſi te viciſſim inuitent,ac rependatur tibi beneficium. C Immò cum facis conuiuium,voca pauperes,debiles,claudos,cæcos,& beatus eris:quia non poſſunt rependere tibi:rependetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum.

*Lucæ 6.* Sicut vultis vt faciant vobis homines, etiam eis ſimiliter facite.

*Apoſtoli.* Qui bene facit,ex deo eſt:qui vero male facit, deũ non vidit.

*Salomonis* Cuiuis inſtituẽti bonum, deus cooperatur in bonum.

Prudentiæ eſt etiam ſcire cuius ſit gratia.

Sermo bonus melior eſt munere: bonus ſermo ſuperat donum.

Labia iuſtorum agnoſcunt gratias.

*Sirach 29.* Gratiam hominis,tãquam oculi pupillam conſerua. D

*Baſilij.* Ingratus animus videtur in ablatione demum bonorum beneficium præteritum agnoſcere.

Bonorum operum gratię reuertuntur ad largitores.

Benefactores quidem etiam feræ naturali inſtinctu amant:quid vero tantum boni amicus in nos confert, quantum inimici comparantes nobis benedictionem domini,qui dixit: Beati eſtis cum probra iecerint in vos,& perſequuti fuerint,& dixerint omne malũ verbum contra vos mentientes propter me. Gaudete & exultate,quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis.

*Theologi.* Dum nauigas ſecundis ventis,manum porrige naufrago:& dũ bene habit⁹ ac diues es,male affectũ iuuato

Petitionis magnitudinẽ determinari conuenit pro E modo illius à quo petitur: Tam enim abſurdum eſt magna à paruo petere,quàm parua à magno. Hoc enim vile,illud importunum habetur.

Homo nihil tam dei habet quàm benefacere: quãuis hic in magnis rebus,ille in paruis benefaciat,vterque nimirum pro ſua facultate.

*Chryſoſtomi.* Benefaciendo deum imitari te puta.

Multos videmus poſt accepta beneficia, authores beneficiorum veluti mancipia contemnere, & frontẽ aduerſus ipſos caperare.

Benefici ſimus erga illos qui non ſentiunt ſe beneficiis affici,ne nos viciſſim aut laudantes aut aliter re- A munerantes,mercedem nobis imminuant: Nam cum nihil ab hominibus acceperimus, tunc maiora accipiemus à deo.

Sæpe ſufficit vel ipſa voluntas magnum aliquod bonum faciendi.

Non benefacit qui benefacit, ſed beneficium ipſe accipit potius quàm dat. Maiora enim accipit quàm largiatur,quoniam deo mutuum dat,non hominibus auget opes,non minuit. Minuit autem, ſi nihil demat, ſi nihil elargiatur.

*Gregor. Nyſſeni.* Qui bonum ſibi in voluntate tantum propoſuit, impeditur autem imbecillitate, quo minus effectum det: nihil inferior eſt animi ſui habitu quàm qui re ipſa propoſitum ſuum declarauit.

B Qui animæ tuæ beneficium præſtat,veluti miniſtrũ dei poſt deum honora.

*Photij Patriarchæ.* Qui largiuntur indignis quæ dignis conferri debebant,tria committunt abſurda:nam& ipſi iacturam faciunt, & in bonos contumelioſi ſunt, & malos roborant materia vitiorum ſuppeditata.

Ingrato benefacere, & vngere mortuum, æqualia ſunt.

*Plutarchi.* Serpentẽ alere,& malo benefacere, idem eſt. Neuter ad beneuolentiam beneficio trahitur.

*Anacreontis.* Anacreon lyricus,cum auri talentum à Polycrate tyranno cepiſſet,aliis id diſtribuit,inquiens: Odi munus quod vigilare cogit.

C Demoſthenes interrogatus quid homo ſimile deo haberet,dixit:benefacere & vera dicere.

*Demoſthenis.* Parua beneficia tempeſtiua, maxima ſunt accipientibus ea in aduerſitate.

*Democriti* Parua potius largire,quàm magna promitte. Hoc enim periculo vacat:&qui accipit,re nõ verbis indiget

Si cui benefacturus es,ſtatim facito. Tarditas enim vitioſum reddit munus.

*Socratis.* Si benefacere potes, ne cuncteris, ſed largire:ſciens quod res non ſint ſtabiles.

*Catonis.* Qui diuiti largitur, nihil ab illo differt qui aquam in mare profundit.

*Epicuri.* *Sexti.* Nihil in vita celerius beneficio ſeneſcit.

D *Demoſthenis.* Beneficium apud gratos nunquam moritur.

Ne recuſes in paruis gratificari: videberis enim,in magnis quoque eiuſmodi eſſe.

Ne exprobres amico tuo beneficia: ſecus enim, eris tanquam non dederis.

Qui temporis rationem non habent, nec arripiunt occaſionem, quamuis aliquid boni diuinitus eis obtigerit,non meminerunt.

Ne petas magna,ne alterum è duobus accidat,vt vel compos redditus voti moleſtus fias aliis:vel non compos,ipſe moleſtiam ſentias.

*Cratetis.* Non ab omnibus,quę dantur accipienda ſunt. Non *Iſocratis.* decet enim virtutem ab improbitate nutriri.

E *Theſpidæ.* Benefacito bonis. Pulcher enim theſaurus eſt apud virum bonum debita ei gratia.

Opes non abſumuntur beneficentia: dando enim accipitur,& ſpargendo colligitur.

Cum quid ab aliquo accepiſti, mox redde,vt iterum accipias.

Non inutile quidem eſt pecunias acquirere:per iniuſtitiam vero,longe peſſimum.

Hymnos deo,hominibus laudes exhibere oportet.

Beneuolentia & gratia perſuadentium eſt,non cogentium.

*De inopia & Paucarum rerum indigentia, Sermo. 30.*

Dixit do-



*Matth. 6.* DIxit dominus, Ne ſolliciti ſitis vitę veſtræ quid co A medatis,neque corpori veſtro quid induatis: ſed quærite regnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

*Heb. 13.* Argentum aut aurum aut veſtimentum nullius deſideraui:ipſi ſcitis,quod neceſſitatibus meis, &his qui mecum ſunt ſuppeditauerunt manus hæ.

Sint mores alieni ab auaritia, contenti iis quæ adſunt. Siquidem ipſe dixit, Non te deſero, neque derelinquo.

*Philip. 4.* Nam ego didici in quibus ſum,in his contentus eſſe. Noui & humilis eſſe,noui & excellere:vbique & in omnibus inſtitutus ſum,& ſaturari & eſurire,& abundare & penuriam pati. Omnia poſſum per Chriſtum B qui me corroborat.

*Pſal. 36.* Modicum ſatius eſt iuſto,quàm magnæ peccatorum diuitiæ.

*Pſal. 61.* Diuitiæ ſi affluant,cor ne apponite.

*Prou. 21.* Vir indigens, amat ſobrietatem. Qui vinum & oleum amat, non diteſcet. (*Aliter legitur apud Hebræos.*)

Melius eſt pauca accipere cum iuſtitia, quàm multæ poſſeſſiones cum iniuſtitia.

Melius eſt conuiuium cum oleribus ad amicitiam,quàm appoſitio vitulorum cum inimicitia.

Melior eſt buccella cum voluptate in pace, quàm
17. domus plena multis bonis & iniuſtis pecoribus cum C contentione.

Diuitias & paupertatem ne mihi des domine: ſed
30. neceſſaria & quæ ſufficiant mihi largire, ne ſaturatus fiam vanus, & dicam: Quis me videt? aut pauper factus,furtum committam,& iurem [?] nomen dei mei.

Inuento melle quod ſatis eſt comede, ne fortè re-
25. pletus euomas.

*Sirach.* Præſtat pugillus plenus cum quiete, duobus pugillis cum labore,

Homini ſapienti ſufficit exiguum.

Vita frugalitatem ſequentis iucunda erit.

Somnus ſanitatis in ventre moderato.

*Baſilij.* Magnanimi ſitis. Parietes vero ſeu parui ſeu magni D eundem vſum exhibent.

Vnus eſt ſcopus veſtis,vt ſufficiens tegumentum ſit ad hyemem & æſtatem.

Sumptus ſupra quàm neceſſitas & vſus poſtulant, abuſus eſt.

*Theologi.* Præſtat exigua portio cum ſecuritate,quàm magna cum debilitate.

*Gregorij Nyſſeni.* Inopia tibi ſit obſonium,& quod ſatietas non adiicitur ſatietati,nec appetitus hebetatur crapula.

Qui diem dedit, dabit etiam quæ ad diem neceſſaria ſunt.

*Clementis* Rerum neceſſariarum vſus & poſſeſſio, non qualitatem habet noxiam, ſed ipſam præter modum quan- E titatem.

Paucitas cibi neceſſarium bonum eſt.

*Philonis.* Virtutis ſtudioſus paucis indiget, in confinio mortalis & immortalis naturæ ſitus:indigentia quidem laborans,propter mortale corpus:non multis autem indigens,propter animum immortalitatis cupidum.

Frugalitas ex temperantia ceu fonte ſcaturiens, rerum ad vitam neceſſariarum & vtilium menſura eſt.

Exerceri oportet vt paucis egeamus: hoc enim deo proximos reddit, cõtrarium ab eodem remotiſſimos.

*De diuitiis, & diuitibus qui bene ac decenter viuunt, Sermo 31.*

A FAcilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem in regnum dei. *Matth. 19*

Diuitibus in hoc ſæculo præcipe ne altum ſapiant, neque ſpem in opes inſtabiles reponant, ſed in deum, qui nobis omnia porrigit ad fruendum abunde. *1. Tim. 6.*

Qui diteſcere volunt, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & cupiditates inutiles ac noxias quæ demergunt homines in perniciem & interitum. *1. Tim. 6.*

Diuitiæ multos amicos addunt. *Prou. 19.*

Diuites imperabunt pauperibus. 22.

Bonæ diuitiæ quæ ſine peccato ſunt.

Melior eſt pauper iuſtus,quàm diues mendax. 19.

Beatus diues qui inuentus eſt inculpabilis, & qui aurum non affectauit. *Sirach. 31*

B Diues concuſſus fulcitur ab amicis. 13.

Vigiliæ diuitiarum tabefaciunt corpus, & ſolicitudo earum amolitur ſomnum. 31.

Fluxa diuitiarum natura,torrente celerius poſſidentes prætermeat,& aliâs alium præterlabi ſolet. *Baſilij.*

Aquam citius manu comprehenſam tenueris,quàm diuitias ſatis ſeruaueris.

Qui bene & recta ratione præſentia adminiſtrat, œconomus eſt rerum diuinitus datarum: & laudari ac diligi meretur propter ingenium ad fraternum amorem & communicationem procliue.

Iuſtus quidem neque præſentes diuitias auerſatur, nec abſentes requirit:non enim ſibi tantum fruitur re- C bus quas deus dederit,ſed diſpenſator earum eſt. Nullus vero mente præditus ſponte feſtinat ad negotium aliena diſpenſandi, niſi gloriam popularem reſpiciat: admiratur enim vulgus & felices iudicat illos qui aliqua poteſtate præcellunt.

Vtinam pereant diuitiæ,niſi pauperibus ſubueniant. *Theologi.*

Quid enim opus eſt multa reponere latronibus & furibus,& mutationibus temporum,quæ aliâs in alios transferunt & ventilant inſtabilem opulentiam: non autem recondere in apothechas munitas & omnibus inſidiis validiores?

Pauper non tam deſiderat neceſſaria, quàm ſuperflua diues: nec rurſus tantam vim aut facultatem ha- D bet pauper ad exercendam improbitatem, quantam diues. *Chriſoſtomi.*

Si quis cupiditate ſuperior vincitur à pecuniis, ne cupiditatem quidem ſæpe vincit, ſed à natura accepit vt parum ei moleſta ſit hæc. Non enim omnes ſimiliter luxurioſi ſunt. *Auarus quomodo caſtus.*

Radix omnium malorum eſt pecunię ſtudiũ,ob deſiderium enim diuitiarum,eſt periurium,furtum,rapina,ſcortatio,inuidia, cædes, odium fratrum, bellum, auaritia,ſimulatio,adulatio.

Honeſte poſſidere pauca, multò præſtabilius eſt quàm improbe multa poſſidere. *Gregorij Niſſeni.*

Nulla lucrandi ſatietas vnquam oboritur,ſed quod E ſubinde accipitur,materia & fomentum maioris deſiderij fit.

Optimæ ſunt opes,inopia cupiditatum. *Clementis*

Diuitiarum decus non in loculis ſitum eſt, ſed in auxilio egentibus exhibendo. *Philonis.*

Ne velis diteſcere ea cauſa vt liberalis ſis in pauperes. Deus enim iubet iuſtum miſereri ex iis quæ habet. *Nili.*

Vt veſtes talares corpora, ſic opes immodicæ animas impediunt. *Plutarchi.*

Equus generoſus non ex apparatu pretioſo iudicatur, ſed qui natura ſit egregius: neque vir honeſtus, qui magni pretij poſſidet opes, ſed qui generoſo animo ſit.

*Democriti* Aſſidua ineſt cunctis hominibus diuitiarum cupiditas: non acquiſita enim cruciat, acquiſita vero curis fatigat, perdita denique, triſtitia conficit.

Naturales diuitiæ conſtant pane & aqua & parabili corporis tegumento: ſuperfluæ vero infinitam in animo cupiditatis vexationem habent.

Rebus iis quas natura largitur omnes abundamus: quæ vero in nobis ſitæ ſunt, earum omnes ſumus inopes.

*Socratis.* Vinum quidem mutatur cum vaſis: diuitiæ autem ſequuntur mores poſſidentium.

Sudor quidem honeſtior eſt, quem exercitium elicit: diuitiæ vero ex propriis laboribus partæ.

*Clitarchi.* Magna dos non facit meliores liberos.

Continentia fundamentum eſt pietatis: appetitio autem poſſeſſionis, initium eſt auaritiæ. Nam ex pecuniæ ſtudio iniuſtitia producitur.

*Euſebij.* Homines vani colunt & admirantur magnos & pecunioſos, quamuis mali ſint: bonos autem contemnunt ſi paupertatem eorum animaduerterint.

Diuitiæ multis malis quaſi velum prætexunt.

*Philiſtionis.* Quamuis dominus ſis plurimæ terræ, & infinitos turis cubitos poſſideas, mortuus ad tres aut quatuor redigeris.

*Chilonis.* Damnum potius, quàm turpe lucrum elige. Hoc enim perpeuò te affliget, illud ſemel tantum.

Diuitiæ magis inſeruiunt improbis, quàm bonis & honeſtis ſtudiis.

Quid eſt opulentia? theſaurus malorum, calamitatis viaticum, improbitatis ſuppeditatio.

Diuitiæ ex malo principio partæ, plus habent infamiæ.

*De diuitibus qui male viuunt, & de malis eos ſequentibus, Sermo 32.*

*Matth.19* Dixit dominus ad diſcipulos ſuos: Vere dico vobis, quod diues difficulter ingredietur in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis, Facilius eſt camelum ingredi per foramen acus, quàm diuitem in regnum dei.

*Lucæ 6.* Væ vobis diuites, quia habetis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.

*Iacob.5.* Agite nunc diuites, plorate, vlulantes ſuper miſeriis veſtris quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, veſtimenta veſtra tineis obnoxia facta ſunt. Aurum & argentum veſtrum ærugine vitiatum eſt, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & exedet carnes veſtras ſicut ignis.

*Dauid.* Ne timeas cum ditatus fuerit homo, vel aucta gloria familiæ ipſius.

*Sirach.13.* Leonum venatio, ſunt onagri in ſolitudine: ſic etiam opulenti depaſcuntur pauperes.

*Ibidem.* Diuitis lapſi multi ſunt adiutores. Locutus eſt ſecreta, & abſoluerunt eum.

*Ibidem.* Diues loquutus eſt, & omnes tacuerunt, & extulerunt ſermonem eius vſque ad nubes.

11. Infamis in diuitiis, quanto foret in paupertate magis?

Hominem ſordidum non decent diuitiæ.

33. Vigiliæ diuitiarum, tabefaciunt carnes, & ſolicitudo earum amollitur ſomnum.

Qui diligit diuitias, non iuſtificabitur.

25. Animus meus odit diuitem mendacem.

*Incerti authoris.* Boni dei miniſter factus es ô homo, œconomus conſeruorum, ne putes omnia tuo ventri parata eſſe. De rebus illis quas manibus tractas, tanquam de alienis conſulta. Breui tempore te oblectant, deinde præterfluentes interibunt: tu vero exquiſitam de ipſis rationem reddere iubeberis.

Diues non habendus eſt felix propter diuitias, neque princeps propter excellentiam dignitatis. Hæc etenim inſtrumenta virtutis ſunt, ſi recte vſurpentur, non autem ipſa felicitatem in ſe continent. Ergo qui male diuitiis vtitur, miſerabilis eſt: vt ille qui ſponte ſe vulnerauerit iſto gladio quem ad vindictam hoſtium ſumpſerat.

*Theologi.* Ne miſceamus opes noſtras alienis lachrymis, à quibus tanquam ærugine & tineis conſumentur.

*(Quæ hic in Græco ſequuntur aliquot verba videntur corrupta.)*

*Chriſoſtomi.* Diuites vt plurimum facile incidunt in malitiam. Cum enim abundantia rerum magnam prauis affectibus facilitatem præbeat, procliuiores ad vitia feruntur.

Periculoſa diuitum eſt vita, & intractabilis mutatio. Quod ſi dixeris, multos famulos circunducit diues, & multa terræ iugera poſſidet: primum ſcias difficilem ei reddendam eſſe de omnibus rebus ſuis rationem: non enim fruendi gratia tantum accepit, ſed vt aliis quoque vtilis foret: Deinde, quod nihil ei ab hac opulentia contingit, quàm curæ, ſolicitudo, ira, & perpetua perturbatio ac tumultus: neque enim diues multos implet ventres, pauper vero vnum ſolum: ſed vnum & hic & ille, & vnum vterque corpus curat: idque alter ſine metu & anxietate: alter tremens & timens aduerſitates. Ne reſpexeris igitur quanta ſit poſſeſſio, ſed an maior fructus maiorem poſſeſſionem ſequatur.

Nihil iuuant opes diuitem morientem, quas ſecum auferre nequit: & hoc duntaxat accepit lucri, quod cum viueret beati titulum apud adulatores habuerit.

Multi diuitiis affluentes, vitam ſibi minimè vitalem exiſtimant: alij in extrema paupertate maxima cum hilaritate degunt. Imò illi poſt ſatellitia, gloriam & honores, non raro vitam ipſam execrātur: hij vero obſcuri, & ex obſcuris, & omnibus ignoti, multis aliis ſe beatiores exiſtimant. Hilaritas enim & tranquillitas animi non tam in rerum conditione, quàm iudiciis hominum conſiſtere ſolet.

Ipſe Chriſtus pronunciauit quòd non poſſitis Deo ſeruire & Mammonæ: & quòd nemo poſſit duobus dominis ſeruire: præcipiunt enim contraria. Chriſtus inquit, parce pauperibus, Mammonas inquit, nudis etiam quæ habent abſtrahe. Chriſtus inquit, euacua quæ habes. Mammonas inquit, accipe etiam quæ non habes. Veruntamen magis auſcultatur illi, cuius crudelia, immania & ferina ſunt præcepta, quàm illi qui nobis benigna & ſalutaria præcipit. Hæc cauſa eſt Gehennæ, cauſa tenebrarum, cauſa fluuij igniti, denique perpetui vermis cauſa.

*Cirilli.* Diuitiis etiam recte vti licet, ſi expendas indigentibus.

Moleſtiæ, diuites plurimum ſequi ſolent, & ex nimia ſuperbia ad negligentiam detrahuntur.

*Philonis.* Diuitiæ magis improbitati, quàm honeſtati inſeruiunt.

*De egenis & pauperibus. Sermo 33.*

*Iob. Pſal.9.* Clamorem pauperis, & clamorem egeni dominus exaudiet.

Non in perpetua obliuione iacebit egenus. Patien-



tia pauperum non ſemper fruſtrabitur.

7. Iudicabit inopes populi, & filios pauperū ſeruabit.

139. Cognoui quod dominus acturus ſit cauſam inopum, & iudicium pauperum.

Qui ſpernit pauperem, peccat.

*Prou.17.* Qui pauperem calumniatur, irritat creatorem eius.

Paupertas humiliat virum.

13. Pauper non ſuſtinet minas diuitis.

Omnia opera inopis manifeſta ſunt apud deum.

21. Qui obſtruit aures ſuas ne audiat egentem, illius preces non exaudiet dominus.

*Eccleſi.9.* Sapientia pauperis nihili reputatur, & verba eius non audiuntur.

*Eſa.14.* Inopes à domino paſcentur, & homines pauperes in pace quieſcent.

*Sirach.13.* Humilis quiſpiam errauit, & increpatus eſt: loquutus eſt ſapienter, & non datus eſt ei locus.

35. Oratio humilis per nubes tranſiuit: & non accipiet ſolatium, donec viſitet altiſſimus.

35. Sapientia humilis, extollet caput ipſius, & collocabit eum inter principes.

10. Pauper laudatur ob ſcientiam: & qui pauper honoratus eſt, quanto diues eſſet idem honoratior?

*Prou.23.* Pauper cum ſis ne contendas cum diuite, ſed per prudentiam tuam abſtine.

Odit anima mea inopem ſuperbum.

*Baſilij.* Gaudeas ô homo in penuria, quoniam Lazari bona te ſequentur.

Nullum dedecus paupertas producit.

Hoc vno pauperes à diuitib⁹ diſtam⁹, tranquillitate animi: & quod vigilias ipſorū ridemus ipſi dormiētes.

Paupertas cum veritate, quauis fruitione pretioſior eſt apud prudentes.

Non turpe eſt eſſe pauperem, ſed non æquo animo ferre paupertatem.

Pauper exiſtens ne abiicias animum. Nimia enim triſtitia gignit peccatum, in qua mœror ſubmergit mentem, & veluti vertiginem facit ipſa perplexitas, & conſiliorum penuria ingratitudinem producit. An putas deum non intueri anguſtiam tuam? Atqui ille cum victum in manibus habeat, largiri cunctatur, vt conſtantiæ tuæ experimentum ſumat.

*Theologi.* Nihil magni poſſidet deus, quod non etiam pauperibus largiatur.

Præſtantior eſt paupertas poſſeſſione non iuſta.

Miſera quidem paupertas, ſed opulentia mala miſerior.

Omnes ſumus pauperes, & indigi diuinæ gratiæ, quamuis alius alij præſtare videatur ſi exiguis menſuris metiare.

Si creatorem irritat qui in pauperem fuerit contumelioſus: ergo ille qui colit opus, honorat opificem.

Præſtabilior eſt iuuenis pauper, ſapiens, ſene rege inſipiente.

*Chryſoſtomi.* Multitudo magnæ æſtimationis hominum, vnius pauperis pij dignitate inferior eſt.

Facilem ſobrietatem, animæ cultum, modeſtiam promptam, non ſubitam inflationem, non ambitionem inſanam, imò & alias omnes abunde virtutes in pauperum animis florentes inuenias: diuites contra vt plurimum virtutibus vacuos, & ad vitia pronos.

Quid paupere magis beatum fieri poſſet, cum diuitem quoque, ſi ſaluus eſſe velit, eundem in ſtatum redigi prius oporteat, in quo nunc pauper exiſtit? Nam ſi rebus ſuis tanquam alienis abſtineat, & affatim indigentibus eas diſtribuerit, ita ſalutem conſequi poterit. Sic fecit Iob, ſic Abraham, & res ſuas tanquam heriles & à domino ſibi cōmiſſas in conſeruos erogarunt. Idcirco neque præſentibus eis parcebant, nec abſentibus animo cruciabantur.

O inſignem paupertatis excellentiam, hæc dei † perſona fit. Deus in paupere abſconditur, & pauper quidem porrigit manum, deus autem ſuſcipit quod offertur.

† προσωπεῖον.

Qui cum paupertate philoſophantur, magis magiſque deo appropinquant.

Non pauper eſt qui nihil habet, ſed qui multa deſiderat. Non diues eſt qui multa poſſidet, ſed qui nulla re indiget.

Qui aures ſuas (inquit) obturat, vt non audiat pauperem, illius orationem non exaudiet deus. Beatus qui animaduertit ad mendicum & pauperem, liberabit eum dominus in die malo. Eſt autem dies malus, qui peccatoribus deſtinatus eſt.

*Sexti.* Paupertatem ferre non cuiuſuis eſt, ſed viri ſapientis.

*Didymi.* Qui mendici vel pauperes propter virtutem & pietatem facti ſunt, illos magis ac diligentius curare debes: itidem qui propter morbos aut caſus aduerſos inopia laborant, in illos magis beneficus eſto, quàm qui ex malo facinore aut luxuria ad paupertatem redacti ſunt.

*Ariſtotelis.* Paupertas multis rebus indiget, inexplebilitas omnibus.

*Democriti* Si non multa deſideres, pauca tibi multa videbuntur. Deſiderium enim contractum paupertatem diuitiis æquipollentem reddet.

Pauperes maximis malis non infeſtantur, vt inſidiis, inuidia, & odio, quibus diuites expoſiti ſunt quotidie.

*Euripidis.* Sapiens paupertatem animo patiente & generoſo colens, diuitiis pretioſiorem efficit.

*Apollonij* Paupertas non turpis eſt ſecundum naturam, turpi vero de cauſa pauperem eſſe dedecus eſt.

*Catonis.* Præſtat honeſta paupertas improbis diuitiis. Hoc enim opprobrij, illud miſerationis cauſa fit.

*Luciani.* Nudus in terram veni, & nudus in illam redeo.

Quid fruſtra crucior, nudum videns exitum?

Pauper defunctus liberatur curis. Viuens enim mortuus eſt, paupertatem ceu mortem ferens.

*Ariſtides* Ariſtides ille iuſtus, cum diues quidam paupertatem ei obiiceret, dixit: Mihi quidem nihil adferet mali paupertas: tibi vero diuitiæ nō paucas perturbationes.

*De auaritia, Sermo 34.*

*1.Tim. 6.* Radix omnium malorum eſt pecuniæ ſtudium, cuius aliqui deſiderio capti à fide aberrarūt, & multis ſeipſos doloribus implicuerunt. Tu vero homo dei iſta fuge: ſectare autem iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem.

*Baſilij.* Animus auaritia captus trutina eſt, ad pondus inclinans regulæ momentum.

Aurum eſt laqueus animorum, hamus mortis, eſca peccati.

Pauper eſt qui multis indiget: multorum autem indigos facit cupiditas inſatiabilis.

Quemadmodum ebriis magis magiſque occaſionem bibendi vinum bibitum præſtat: ſic etiam homines recenter ditati cum multa poſſideant plura deſiderant, ex ipſa rerum acceſſione morbum fouentes, & ſuum eis ſtudium vertitur in contrarium.

Quicquid vides, quicquid imaginaris, aurum eſt.

Hoc tibi dormienti ſomnium, & vigilanti cogitatio eſt. Nam vt qui per inſaniam delirant, non ipſas res vident, ſed quę eis affectio ſuggerit, imaginantur: Sic animus tibi auaritia detentus, nihil quàm aurum & argentum videt: & ſuauius quidem aurum quàm ſol cōſpectui tuo ſe offert.

*Chryſoſtomi.* Auarus nunquam liberabitur cupiditate.

Non fias auarus, ne Mammonæ, loco dei, ſeruias.

Grauis res eſt aurum, virtus contrà, leuis & apta in ſublime ferri. Ergo ſi nobis accedenda ſunt ſublimia, ea quæ deorſum trahunt, abiiciamus, vt ſurſum feramur.

*Plutarchi.* Silicernio ſeu funebri conuiuio ſimilis eſt vita hominis auari: nam cum nihil non habeat, oblectandum neminem habet.

Nec à mortuo colloquium, nec ab auaro beneficium petendum eſt.

Potu reſtinguitur appetitus bibendi, & cibus deſiderio cibi medetur: auaritiam verò non aurum nec argentum extinguit.

*Diogenes.* Diogenes Cynicus philoſophus interrogatus à quodam cur aurum palleret, dixit: Quoniam inſidiatores multos habet.

*Socrates.* Auarorum diuitiæ, vt ſol poſt occaſum, neminem mortalium oblectant.

*Diodori.* Quæ nequeunt armis capi, facile expugnantur auro. Nihil non ſubiicitur argento.

*Diphili.* Si accipere nihil eſſet, nemo foret malus.

Iſtud eſt auaritia, cùm relicta conſideratione
Iuſti, lucro per omnia ſeruis.

Mala lucra voluptates quidem breues, longæ verò triſtitiæ ſequuntur.

*De auaris & qualibet in re plus habere volentibus, & iniuſtis, Sermo 35.*

*Lucæ 12.* VIdete & cauete ab auaritia, non enim in abundantia cuiuſquã vita eius eſt ex his quæ poſſidet.

*1. Cor. 6.* Cur non potius iniuriam patimini? cur non potius damnum accipitis? Immò vos iniuriam facitis, & damno afficitis, idque fratres? An neſcitis, quod iniuſti, regni dei hæreditatem non conſequentur?

*2. Tit. 2.* Deſiſtat ab iniuſtitia omnis qui nomẽ dei nominat.

*2. Pet. 2.* Nouit dominus iuſtos à tentatione liberare, iniuſtos vero ad diem iudicij puniendos ſeruare.

*Pſal. 1.* Qui diligit iniuſtitiam, odit animam ſuam.

33. Facies domini ſuper facientes mala, vt aboleat à terra memoriam eorum.

Virum iniuſtum mala corripient ad perniciem.

*Prou. 10.* Theſauri non iuuabunt iniquos.

Iniuſtis omnia in ſinum colliguntur.

20. Hæreditas præpropera principio, tandem non benedicetur.

13. Opes iniquitatis ſtudio comparatæ, minuuntur.

*Sapient.* Iniuſti cito peribunt.

Gentis iniuſtæ obliqui ſunt anni.

*Salomonis* Ne gaudeas ob iniuſtam pecuniam: nihil enim iuuabit in die afflictionis.

*Sirach 35.* Oratio patientis iniuriam, exaudietur.

21. Qui domum ſuam ædificat pecuniis alienis, ſimilis eſt congerenti lapides in † tumulum ſepulturæ ſuæ.

*† Aliâs, in torrentem,* Leo inſidiatur venationi, itidem peccatum facientibus iniqua.

23. Mala ne feceris, & non apprehendet te malum. Deſiſte ab iniuſto, & declinabit à te peccatum.

7. Fili ne ſeras in ſulcos iniuſtitiæ, ne ſepties tanto ampliorem inde meſſem facias.

A

Filium occidit coram patre ſuo, qui victimam offert ex pecuniis pauperum. 24.

Væ illi qui ſibi res non ſuas multiplicat: quouſque tandem? & qui aggrauat ſuper ſe denſum lutum. *Abach. 2.*

Væ illis qui colligunt iniuſtitiam, & miſeriam in manibus ſuis. *Amos 3.*

Væ illis qui domum domui coniungunt, & agrum agro apponunt, vt aliquid eripiant proximo. Num vos ſoli habitabitis in terra? Atqui dominus exercituum auribus hæc percepit. *Eſa. 5.*

Abſtine ab iniuſto, & non timebis, neque tremor inuadet te. 54.

Manus tua non ſit porrecta ad accipiendum, & vbi dandum eſt, contracta. *Sirach 4.*

B

Oculus auarus nulla portione ſatiatur. 14.

Qui alicui eripit & alteri dat, is non miſericordiam ſed extremam iniuſtitiam exercet. Nam ex iniuriis materiam miſerationis captas? miſerere potius illorum quos iniuria afficis. Pius enim ille eſt, non qui miſeretur multorum, ſed qui nemini facit iniuriam. *Baſilij.*

Quæcumque videt oculus, ea omnia deſiderat auarus. Inferis nunquam ſatisfit, nec vnquam auarus ſibi ſufficere dicit. Malus hic vicinus eſt in vrbe, malus ruri. Mare ſuos fines agnoſcit, & nox antiquos terminos non tranſcendit. Auarus autem tempus nullum reueretur, non agnoſcit terminum, non cedit ordini ſucceſ-

C

ſionis: ſed ignis violentiam imitatur, omnia arripit, omnia depaſcitur.

Sed quid tandem fiet? Nónne tres omnino cubiti te manent? Nónne paucorum lapidum moles ad cuſtodiam miſeræ carni ſufficiet? Ad quid igitur laboras? Quorſum iniquus eſſe pergis? Quibus verbis defendes te, cùm affecti abs te iniuria vndique circumſtantes ſub communi iudice contra te clamauerint? Quomodo perſuadebis iudici, qui falli non poteſt? Nullus illic orator eſt, nulla verborum probabilitas quæ veritatem iudici abſcondere valeat.

Homini pecuniæ, cupido nulla ſatietas innaſcitur. *Theologi.*

Pauper quidem, licet ſeruus & ventre non ſaturo,

D

blanda per ſomnum quiete fruitur: cupiditas autem diuitiarum mentem vigiliis & laboribus cruciat.

Iniuſti nihil non auro poſtponunt.

Qui non indiget alienis, ſed ſua ſibi ſufficere exiſtimat, omnium eſt ditiſſimus. *Chriſoſtomi.*

Vrſi & lupi ſaturati, rapinam relinquunt: auaris autem nulla ſatietas.

Inexplebilitas admodum violenta eſt, & auaritia præpotens: rapaces vitam hominum perturbant: & huius quidem rapinæ ſunt, delitiæ autem aliorum: in ipſum cadit execratio, fruitio in alios: aduerſus ipſum æduntur ſuſpiria, abundantia contingit aliis: aduerſus ipſum funduntur lachrymæ, ab aliis vſurpantur pecu-

E

niæ: ipſe apud inferos punitur, & alij ſæpenumero in ipſius diuitiis voluptuantes cantillant.

Pleonexia, id eſt auaritia, eſt cum plus habet aliquis quàm ei pertineat.

Auaritia eſt idololatria, immò deterior ea. Siquidem idololatræ dei creaturas adorant: & venerati ſunt (inquit) & coluerunt creaturam præter creatorem. Tu vero tuum ipſius opus adoras. Deus enim auaritiam non creauit, ſed inſatiabilis & immodica tua cupiditas eam excogitauit.

Si quis de ſuis non largitur, ab illo accuſabitur in die iudicij cuius non eſt miſertus: quomodo illi venia dabitur qui rapuit aliena, vndique circumſtantibus eum



illis quos affecit iniuria? Non enim illic teſtibus, non accuſatoribus, non argumentis locus eſt: ſed ipſæ

A

res per ſe, quales à nobis geſtæ ſunt, coram oculis noſtris apparent. Ecce enim (inquit) homo & opera eius. Etenim hoc quoque rapina eſt, & auaritia, & ſpoliatio, ſua non communicare. Nam deus Iudæos accuſans per prophetam, inquit: Protulit terra fructus ſuos, & non ſoluiſtis decimas, rapuiſtis bona pauperis. Et rurſus alibi inquit, ne quid eripias de victu pauperis.

*Plutarchi.* Qui ex turpibus lucris ad honeſta officia ſumptum faciunt, ſimile quid faciunt illis qui ex ſacrilegio deum placare volunt.

*Democriti* Diuitiæ malo facinore partæ, maiori dedecore notantur.

Non inutile quidem eſt pecunias acquirere: per iniuſtitiam autem, longe peſſimum.

*Socratis.* Socrates, auaros auibus comparabat, quarum alia deglutit quicquid inuenerit, & quandoque ſuffocatur: aliæ vero ſequuntur vt quod habet ei extorqueant, & ipſæ quoque aliæ poſt alias ſuffocantur.

*Diogenis.* Diogenes interrogatus quænam eſſent feræ peſſimę, dixit: In montibus vrſi & leones, in ciuitatibus autem publicani & ſycophantæ.

*Antiphanis.* Canis de carnibus edendis cogitans, non amplius gregem cuſtodire poteſt.

Mala lucra breues quidem voluptates, triſtitiæ vero longæ ſequuntur.

*Platonis.* Paupertas exiſtimetur, non imminutio rerum, ſed

C

*Iſocratis.* inexplebilitatis adauctio.

Nullum inique lucrantem æmuleris: ſed magis approbato viuentes cum iuſtitia.

Nam qui magna rapiunt, an parua quoque rapiant, incertum eſt: qui vero paruis non abſtinent, illi nimirum ne à magnis quidem ſibi temperabunt.

*De virtute, quæ animum ſuis & præſentibus rebus contentum reddit, Sermo 36.*

*Matth. 6.* DIxit dominus, ne ſoliciti ſitis pro vita veſtra quid comedatis, neque pro corpore veſtro quid induatis.

*1. Tim. 6.* Eſt autem quæſtus magnus pietas cum animo ſua ſorte contento. Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam poſſumus: ſed habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus.

*Prou. 16.* Præſtat parua portio cum timore domini, quàm magni theſauri cum impietate.

*Sirach. 29* Principium vitæ hominis panis & aqua, & veſtis turpitudinem eius operiens.

*Sirach.* Vir ſapiens paucis contentus eſt.

*Autoris incerti.* Facultas quæ gubernat corpus animalis, frugalem & ſimplicem alimoniam facile concoquit, & partibus nutriendis aſſimilat: ſumptuoſis vero & variis eduliis onerata, & impotens tandem ea ſuperare, varia morborum genera producit.

*Chriſoſtomi.* Non qui multa poſſidet, ſed qui non multis indiget, diues eſt.

Ad neceſſitatem ô fratres, non ad voluptatem metienda eſt vita. Quare depoſito quod naturæ ſuperfluum eſt, neceſſarium ſolum amplectamur.

Qui ſe ſuperiores reſpicit, nunquam videre poteſt quàm diues ſit. Verum oportet ſua ſorte contentum eſſe, & deo gratias habere.

Sobria frugalitas & alimentum eſt, & voluptas, & ſanitas: nimium vero noxa, & faſtidium, & morbus.

Chriſtus inquit, Quærite primum regnum dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis: Nos

A

vero inuertimus ordinem, & quærimus terram, & bona terrena, quare nec hæc habemus, nec illa.

Poſſeſſionis modus eſt corporis neceſſitas: eius vero exceſſus, non vſus aut neceſſitas, ſed vitium eſt. *Nili.*

Bonum eſt intra fines neceſſitatis manere, & omnibus viribus contendere ne tranſcendamus illos. Nam ſi quis vel modicum per cupiditatem ad vitæ delicias deflexerit, nullus deinceps quo minus pergat coercere poteſt.

Si victus frugalis ſit, nunquã videbitur nox † longa. *† In Græco eſt* σμικρά.

Debemus nos aſſuefacere vt ex paucis viuamus, ne quid pecuniæ gratia turpe diſcamus.

Socrates interroganti quis videtur ſibi ditiſſimus, *Democriti*

B

reſpondit, Qui pauciſſimis contentus eſt. In frugalitate enim ſibi ſufficiente exiſtunt diuitiæ naturæ. *Clitarchi.* *Socratis.*

Satius eſt in paucis opibus ſe continentem, hilariter agere, quàm in magnis infeliciter.

Neque ſumptuoſum nimis, neque ſordidum aut vilem in veſtimentis, victu, & reliqua vita te exhibeas: hoc enim odioſum aut miſerabilem, illud inuidioſum aut ridiculum reddit. *Plutarchi.*

Aſſuefiat corpus, frugali & parabili modo vitæ, ſibi ſatisfacere. Nam qui paucis indigent, non fraudantur multis.

Familiarem tibi redde victum ſimplicem, vt ſumptuoſo nunquam indigeas.

*Quod maior pars non ſemper melior ſit, Sermo 37.*

SVblatis autem oculis, Ieſus vidit eos qui mittebant munera ſua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem illuc æra minuta duo, & dixit: Vere dico vobis, quod vidua hæc pauper plus quàm omnes miſit. Nam omnes hij ex eo quod ipſis exuperat, miſerunt in munera dei: hæc autem, ex penuria ſua vniuerſam ſubſtantiam quam habebat, miſit. *Lucæ. 21.*

In eccleſia volo quinque verba mente mea loqui, vt & alios inſtituam, potius quàm decem milia verbo- *1. Cor. 14.*

D

rum lingua.

Per vnum ſapientem habitabitur ciuitas, gens autem iniquorum breui deſolabitur. *Baſilij.*

Nam ſi panis cor hominis roborat, non oportet obſonium cibi amplius neceſſario temere ingurgitare.

Breue regnum melius eſt longa tyrannide: & parua portio pretioſa præſtat magnæ quæ vilis & periculoſa ſit poſſeſſioni: & exiguum lumen multis tenebris. *Theologi.*

Eleemoſyna non æſtimatur ex menſura largitionis, ſed ex animi liberalitate. *Chryſoſtomi.*

Iucunda quæ maxime rara ſunt, in primis delectant. *Incerti authoris.*

Alexander audito Darium triginta myriades in a-

E

ciem producere, dixit: Vnus coquus non metuit multas oues.

Idem cum explorator ei referret maiorem eſſe Darij exercitum, dixit: Oues etiam licet plures, ab vno aut altero lupo capiuntur.

*De ieiunio & continentia, Sermo 38.*

CVm ieiunaueritis ne ſitis veluti hypocritæ tetrici. Obſcurant enim facies ſuas, quo perſpicuum ſit hominibus ipſos ieiunare. Amen dico vobis, habent mercedem ſuam. Tu vero cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, &c. *Matth. 6.*

*1.Cor.9.* Omnis qui certat,per omnia temperans eſt.

*Chriſoſtomi.* Qui carnem Chriſti Ieſu crucifixerunt cum affectibus & cupiditatibus.

*Eſa.58.* Ad lites & iurgia ieiunatis ,& pugnis afflictum cæditis. Quid eſt quod mihi ieiunatis ? non enim tale ieiunium approbo, dicit dominus. Quia tu ſolue omnem nodum iniquitatis, diſſolue nexus violentorum contractuum:oppreſſos dimitte cum libertate,& omnem iniuſtam ſymgrapham tuam dilacera. Frangas eſurienti panẽ tuum,& pauperes ſine domibus introduc in ędes tuas. Nudum ſi videris,veſtito:& cognatos generis tui non aſperneris.

*Baſilij.* Sugilla corpus tuũ & ſeruitute aſtringe, ne tuo ſanguine aucto & efferueſcente, ad peccandum occaſio tibi fiat carnoſus corporis habitus.

Ne corpori tuo blandiare ſomno, & balneis, & mollibus ſtragulis,ſemper hęc verba proferens:Quænam vtilitas ſanguini meo me deſcendente in perditionem ? Nam quo craſſiorem tibi carnem acquiris, hoc grauiorem animæ tuæ carcerem paras.

Vere continens eſt qui omni perturbatione ſuperior eſt, & nullum voluptatis irritamentum admittit: ſed animo ſobrio & nuſquam cedente ad omnem fruitionem noxiam afficitur.

Continentia peccatum interimit, affectus amouet, corpus mortificat. Seruatur autem hoc modo continentiæ ſcopus, ſi vilioribus quidem & neceſſariis ad vitam quantum requirit vſus adhæreas: iis vero quæ ad voluptatem pertinent,prorſus abſtineas.

Quantum adimis carni, tanto nitidiorem ſpirituali habitu reddis animam. Non enim viribus corporis, ſed animæ continentia, & in afflictionibus patientia, aduerſus inconſpicuos hoſtes victoria comparatur.

Qui carnem auget,ſpiritum impedit:& qui ſpiritui ſe coniungit, carnem ſubigit. Hæc enim aduerſantur ſibi inuicem. Ergo ſi mentem roborare velis, domato carnem ieiunio. Hoc enim eſt quod inquit Apoſtolus, Quantum externus homo corrumpitur,tantum renouatur internus:& rurſus, Cum langueo, tum validus ſum.

Quia non ieiunauimus, excidimus paradiſo: ieiunemus igitur vt in paradiſum redeamus.

Ieiunanti color honeſtus eſt,non efflореſcente laſciuo rubore, ſed pallore ſobrio ornatus: oculus mitis: compoſitus greſſus: vultus cogitabundus, non luxurioſo riſu indecenter affectus:modeſtia ſermonis: puritas cordis.

Abſurdum eſt non gaudere ob animæ incolumitatem: ſed propter cibos mutatos triſtari, & videri magis gratificari voluptati ventris, quàm animæ cultui. Satietatis enim gratia intra ventrem conſiſtit, ieiunium vero ad animam vſque lucrum eleuat.

Semper quidem vtile eſt ieiunium vſurpantibus ſe. Nam neque contumelia dæmonum quicquam audet aduerſus ieiunantem, & vitæ noſtræ cuſtodes angeli alacrius manent apud illos qui per ieiunium purgati ſunt.

Non in abſtinentia ſolum ciborum, ieiunij bonum circunſcribas. Verum enim ieiunium,eſt malorum alienatio. *† Eſa.58.* † Solue omnem iniquitatis nodum, remitte moleſtiam proximo,remitte ei debita. Ne ieiunetis ad lites & iurgia. Carnem non comedis, ſed comedis fratrem. Abſtines vino,ſed ab iniuriis tibi non temperas. Veſperam expectas ad ſumendum cibum, ſed inſumis diem cauſis forenſibus. Quid iuuat ieiunare corpore, animam vero malis innumeris repleri?

Verum ieiunium eſt malorum alienatio.

*Theologi.* Non gloriamur mole menſarum & cupediis inſenſati ventris. Nihil enim laudamus illorum quæ intra fauces ſumpta eiuſdem omnia pretij ſunt, aut omnia potius æque vilia & reiicienda. Sed viuimus ſimplici facilíque apparatu, parum ſanè hac in parte differentes à brutis animalibus, quorum imparatus & minime elaboratus victus eſt.

*Chryſoſtomi.* Menſæ ſimplicitas ſatiat, varietas autem appetitum excitat.

Ieiunium non ciborum ſed peccatorum abſtinentia efficit.

Homini qui ieiuniis maceratur nihil tam eſt intolerabile,quàm aëris inæqualitas.

*Cirilli.* Decet eos qui ieiunant ex pia mente id facere, & non tanquam hiſtriones in fabula tetricam & deformem veluti perſonam ſibi induentes, tantum non ipſo habitu exclamare quod inediæ labores ferant.

*Philonis.* Continentiæ proprium eſt, ſanitas & robur: incontinentiæ autem imbecillitas & ægritudo morti vicina.

*Athanaſij.* Bona continentia eſt, modicum citra neceſſitatem tempore cibi ſumere, vt ſimul & cordi prouideas, & occultos affectus clam impugnes.

Non modo tarditas cibi ſumendi ieiunium eſt, ſed etiam paucitas: neque in hoc ſita eſt religionis exercitatio vt bini comedant, ſed ne varia comedant. Eſt enim exercitatio,menſa cibo ſimplici contenta, & diſſolutum voracitatis morem ceu minime gratum abominans.

*Theodoriti.* ~~[illegible]~~

*Euagrij.* Ne dixeris, hodie non comedam: quoniam non prudenter id facis. Noxam enim corpori tuo,& dolorem ſtomacho tuo contrahes.

*De gula, & incontinentia circa menſam, Sermo 39.*

*Lucæ 6.* VÆ vobis qui impleti eſtis, quoniam eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quoniam lugebitis & flebitis.

*Iacob.5.* Voluptuarij & delicati in terra fuiſtis, nutriuiſtis corda veſtra tanquam in die mactationis.

*1. Cor.6.* Eſcæ ventri deſtinatæ ſunt,& venter eſcis. Deus autem & hunc & illas abolebit.

*Heb.12.* Nullus ſit ſcortator aut profanus velut Eſau, qui vnico edulio permutauit ius primogeniti.

*Exod.32.* Et ſedit populus vt ederet ac biberet,& ſurrexerunt ad ludendum,& dixit dominus ad Moſen: I & ſtatim hinc deſcende:peccauit enim populus tuus quos eduxiſti de terra Aegypti,citò præuaricati ſunt à via,quam præcepiſti eis: fecerunt ſibiipſis vitulum conflatilem, & adorauerunt eum.

*Iob.40.* Potentia ſatanæ ſita eſt in vmbilico ventris.

Ne inexplebilis eſto in menſa,ne quando offendas.

*Prou.27.* Anima repleta fauos contemnit: animæ vero indigenti amara quoque videntur dulcia.

*29.* Qui delicatus eſt à puero, ſeruus erit. (*Hanc ſenttentiam alij ex Hebræo ſic vertunt*, Qui ſeruum ſuum à pueritia delicate educat, poſtremo ius filiorum occupare molietur.)

*Oſee.* In vtero matris fratrem ſuum ſupplantauit Iacob.

*Amos 6.* Qui dormiunt in lectis eburneis,& in ſtragulis ſuis deliciantur, qui hœdos ex gregibus comedunt, & vitulos teneros ex armentis, qui vinum defecatum bibunt,& præcipuis vnguentis vnguntur.

*Eſa.5.* Væ illis qui ſurgunt mane & ſiceram ſectantur, & cum ea expectant noctem. Vinum enim exuret ipſos.

Ne



*Sirach.* Ne ſequaris cupiditates tuas, & deſideriis tuis abſtine. Si animæ tuæ indulgeas & gratificeris pro cupidine ſua,faciet te ludibrium hoſtibus tuis.

Ne delectator multis delitiis: tormina enim, virum inexplebilem afficiunt,

Ne fueris inexplebilis in quauis voluptate: ex multis enim eduliis morbus fiet.

*Sirach.40* Viri menſam alienam ſpectantis vita, non eſt pro vita deputanda.

*Incerti authoris.* Hominum natura vel noctes inſomnes ducit, nec vnquam quieſcit præ deſiderio plura conquirendi.

*Baſilij.* Grauatus venter non modo ad curſum,ſed ad ſomnum etiam ineptus eſt. Compreſſus enim pondere non poteſt quieſcere, ſed frequenter huc & illuc ſe conuertit.

Nullum cum ventre fidum commercium contrahi poteſt:eſt enim penu incuſtoditum, & multorum quæ in eo depoſita ſunt, noxam quidem retinet,ipſa vero depoſita non conſeruat.

Liguritor venter, ſemper aliquid poſtulat, & nunquam intermittit: hodie accipit, & cras obliuiſcitur. Cum plenus eſt, de continentia cogitat, vaporibus autem cibi diſcuſſis, obliuiſcitur eorum quæ ſtatuerat.

Diuitis exemplum metue, quem voluptuaria vita igni tradidit. Non enim de iuſtitia, ſed vitæ deliciis accuſatus,in flamma camini torrebatur.

A copioſo & pingui nutrimento fuliginoſi quidam vapores ſublati, inſtar nubis opacæ intercipiunt illuminationem quæ à ſpiritu trãſmittitur menti: Quamobrem & Moſes cum ad dei contemplationem mente *Lucæ.16.* conſcenderet,ſine cibo & ſine potu diebus quadraginta manſit,imperturbatam ſibi mentis aciem conſeruari ſatagens.

Cum corpus bene habit eſtũ & multa carne grauatur, neceſſe eſt infirmam & imbecillem eſſe mentem ad proprias functiones: contrà cum anima bene habet,& exercitatione rerum bonarum ad ſuam magnitudinem attollitur,conſequens eſt vt corporis habitus emarceſcat.

Robur Satanæ inquit (Iob 40.) in lumbis ſitum eſt, & potentia eius in vmbilico ventris. Eo enim cibis ingeſtis pingueſcente, neceſſariò partes etiam ſubiectæ humore copioſo per imum ebulliente, ad naturales actiones mouentur.

Satietas, initium eſt iniuriæ. Statim enim cum voluptate, & ebrietate, & variis condimentorum cupediis omne genus belluinæ luxuriæ ſe immiſcet, hinc homines equis ad libidinem furibundis, ſimiles redduntur, propter furorem ex voluptate in anima natum.

Ακρασίαν Græci vocant incontinentiam,quod κράτος, id eſt, vim nullam habeat aduerſus ingruentes voluptates.

*Theologi.* Incontinentiam voco qnicquid ſuperfluum eſt & vſum excedit,idque eſurientibus & indigentibus aliis, qui ex eodem luto & eadem mixtione producti ſunt.

Nihil tam contentioſum eſt & pronum in lites, quàm venter.

Admirabile quiddam eſt continentia, & rerum paucarum indigentia, & non vinci à voluptatibus, nec à ventre tanquam auſtero & illiberali domino, regi.

Si quid voluptati carnis ademiſtis, date ſpiritui. In propinquo eſt pauper,iuua eius ægritudinem,in illum aliquid de ſuperfluis effundas. Quid eſt quód & tu labores faſtidio cibi,& ille fame? tu crapula diſtendaris, ille hydrope? tu ſatietatem oneres ſatietate,& ille morbo conficiatur? Ne tuum Lazarum hic neglexeris, ne *Lucæ. 16.* te faciat qualis illic erat diues ille.



Nulla ſatietas, ſobrie & prudenter agere poteſt.

Etenim ignis ſolet excreſcere per materiam.

Ne terra & mare, pretioſum nobis excrementum adducant. Non enim honorificentius de voluptate loqui libet.

*Chryſoſtomi.* Cibo ſaturatus, curam tui habeas: Præceps enim eſt voluptatis locus.

Venter craſſus mentem ſubtilem non parit.

Cum natiuus calor cibos nimios concoquere non poteſt, ſed obruitur: ſupernatant fumigantes, & multum faſtidij moleſtiæque generant.

Multa vorare, ad pardalim,leonẽ,& vrſum pertinet.

Non eſt nobis lucta aduerſus ſanginem & carnem. Nam & prandentibus, & ambulantibus, & lauantibus,præſens eſt hoſtis,nec vllas inducias agnoſcit, niſi tempus ſomni:quamuis ſępe tunc etiam impuras ſuggerens,& per inſomnia laſciuiores efficiens.

Frugalitas,& alimentum eſt,& voluptas,& ſanitas: nimium vero, noxam ,faſtidium, & morbum gignit. Nam quæcunque fames, eadem efficit repletio, imò grauiora. Fames enim paucis diebus hominem relinquit:hæc vero exedens & putrefaciens corpus in longum morbum impellit,interdum autem grauiſſimam mortem. Quinetiam materia eſt,repletio abſurdis deſideriis. Nam licet maxime philoſophus ſit & ſapiat qui voluptati indulget, neceſſe tamen eſt eum aliquid pati à vino,& à cibis affici: hinc ſcortationes & adulteria prodeunt. Venter enim famelicus, amores gignere non poteſt.

Pedum dolores, & capitis grauitates, & oculorum hebetudines, & manuum ægritudines, & tremores,& reſolutiones, & autigo, & febres longæ ac horrentes,ex voracitate & repletione produci ſolent. Nam cibo non ſaturari, ſanitatem eſſe, medicorum filij pronunciant.

Menſæ ſimplicitas ſaturat, varietas, appetitum excitat.

Obſonij loco tibi ſit inopia, & quod ſatietas non obruitur ſatietate, nec appetitus hebetatur per crapulam. Condimentorum ſenſus ad palatum terminatur, deinceps vero indifferens eſt quod ingeritur, omnia ex æquo, ad fœtorem vſque alterante natura.

*Philonis.* Continentiam, ſanitas & robur ſequitur: incontinentiam vero infirmitas, & ægritudo morti vicina.

*Climacis.* Onerato ventre, deprimitur cor: ſi autem ratio eius habeatur, exultat mens.

Sæpe ſi obſeruemus, ridiculum malum dæmones contra nos moliri inueniemus: ſaturatos enim nos pungunt (id eſt, inſtigant ad lachrymas) ieiunantes autem indurant, vt ſpuriis lachrymis decepti, voluptati perturbationum parenti nos dedamus: quibus non obediendum, ſed contrarium potius faciendum eſt. *Parentheſin de noſtro addidimus.*

*Marci.* Quando cor indulget deliciis, rationi, peſtis innaſcitur: cognoſcimus autem materiam inſitam ex fumo.

*Eſaiæ.* Vtrum melius eſt, an deliciari paucis diebus,& carnis deſiderio ſatisfacere,& priuari æterna vita? &c.

Homines à deo ſanitatẽ petunt, ignorant autẽ quod

h

eius poteſtatem penes ſeſe habeant. Nam per incontinentiam facientes ei contraria, ipſi deſertores ſanitatis exiſtunt.

Celeritas & feſtinatio abſit à comedendo. Hoc enim caninum eſt, & belluæ conuenit magis quàm homini.

*Antiſthenis.* [redacted].

*Epicteti,* In conuiuiis memento duos tibi hoſpites nutriri, corpus inquam & animam: & quicquid in corpus con tuleris, id ſtatim effundi: quod autem in animam, perpetuò ſeruari.

*Theognidis.* Multo plures viros ſatietas interemit, quàm fames.

*Theogenis* Lupus cum vidiſſet paſtores in turgurio comedentes ouem, accedens dixit: O quantus foret tumultus ſi ego iſtud facerem.

Columna ſuæ baſi innititur, ſcortationis autem affectus ſatietati incumbit.

Satietas iniuriam parit, imperitia vero poteſtati coniuncta dementiam.

Mori longè præſtat, quàm animæ tenebras per incontinentiam offundere.

*Pythagoræ.* Tres botri naſcuntur in vite, primus voluptatis, ſecundus ebrietatis, tertius iniuriæ,

*De prodigalitate, & luxuria, Sermo 40.*

*Lucæ 15.* ET poſt dies non multos, omnibus collectis iunior filius profectus eſt in regionem longinquam, & illic viuens luxurioſe ſubſtantiam ſuam dilapidauit.

*Epheſ. 5.* Ne inebriemini vino, in quo eſt luxuria.

*Prou. 29.* Qui delicate viuit à puero, ſeruus erit.

*Theologi.* Aeque difficile eſt tum bonum aliquid ab initio acquirere, tum acquiſitum conſeruare.

Si pueri alicuius tutor eſſes, & bonis eius acceptis ipſum miſerrime affectum negligeres, infiniti te accuſarent, & pœnam ſecundum legem lueres: Iam vero acceptis Chriſti rebus, cum ita temere eas profundas, non arbitraris pœnam te luiturum?

*Dionis.* Des operam vt nunquam temere conſumas pecuniam, vnde nullam tibi gloriam pares. Nam diuitiæ magnæ non tam multa accipiendo, quàm non multa expendendo colliguntur.

*Menandri* Illos qui ſuas opes temere profundunt bene audire & laudari, nimirum omnibus moleſtum eſt.

*Chilonis.* Si expendas vbi non oportet, parcus eris vbi oportebat expendere.

Non poſſidere diuitias, non adeò noxium eſt: præſentibus autem male vti, prorſus ad perditionem & inopem vitam redigit.

*De ebrietate, Sermo 41.*

*Lucæ 21.* OBſeruate vos ipſos, ne quando grauentur corda veſtra per crapulam, ebrietatem, & huius vitæ ærumnas: & ſubitò vobis immineat dies illa. Irruet enim inſtar laquei ſuper omnes ſedentes in facie terræ.

*Rom. 13.* Tanquam in die honeſte ambulemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus, ac laſciuiis.

*Salomonis* Qui gaudet immorari vino, in ſuis munimentis relinquet infamiam.

*Prou. 23.* Omnis ebrius & ſcortator veſtietur laceris veſtibus.

*Ibidem.* Apud quem eſt dolor, tumultus, contentiones, moleſtiæ, loquacitas, vulnera temere inflicta, & liuor oculorum? Nónne apud immorantes in vino & circum ſpicientes vbi compotationes fiant?

*Baſilij.* Vinum à Deo datum temperantibus donum ad conſolationem infirmitatis, laſciuientibus nunc factum eſt inſtrumentum luxuriæ.

Ignis ille qui carni ex vino innaſcitur, fomes fit ignitorum iaculorum inimici. Rationem enim & mentem vinum demergit: affectus autem & voluptates, vt oleum flammam, accendit.

Nullus ex aquæ potu crapulam ſenſit, nullius vnquam caput doluit aqua grauatum, nullus aquæ potor alienis pedibus indiguit, nullius pedes ligati ſunt, nullius inutiles redditæ manus aqua irrigatæ.

Ebrietas non ſuſcipit dominum, ebrietas ſpiritum ſanctum repellit. Fumus enim apes fugat, crapula vero pellit ſpiritualia dona.

Ebrietas, dæmon eſt ſponte admiſſus per voluptatem in animos. Ebrietas mater eſt malitiæ, impugnatio virtutis: hæc ex forti timidum facit, ex modeſto laſciuum, iuſtitiam ignorat, prudentiam abolet. Nam ſicut aqua pugnat igni, ſic immoderatio vini mentem ſobriam extinguit.

Ebriorum graues ſunt ſomni, profundi, & ſuffocationi, imò reuera morti vicini: vigiliæ vero ipſorum minus etiam quàm ſomni ſenſuum habent. Vita enim eis inſomnium eſt, qui cum tunicam non habeant, neque quod in craſtinum comedant, regnant tamen & exercitibus imperant in ipſa ebrietate, & vrbes ædificant, & pecunias diſtribuunt.

Nocumenta quidem peſtis cum tempore hominibus contingunt, aëre ipſo paulatim virus ſuum corporibus inſerente: Vini autem noxæ illico ingruunt. Ebrij quippe cum adeò corruperunt animam, vt tota ſit inquinata & plena maculis, inſuper etiam corporis habitum perdunt: non præ libidine ſolum tabidi & diffluentes, voluptatibus eos vehementia ſua in furorem agentibus: ſed ipſum quoque corpus circumferẽtes mole ſua turgidum & flaccidum, & vitali vigore deſtitutum. His liuent oculi, pallet cutis, ſpiritus eſt † anguſtus, lingua reſoluta, vox incerta, & pedes tanquam pueris ceſpitantes.

† προεσηκός.

*Theologi.* Præſtat lugere quàm comeſſari: & conuerſari triſtantibus, quàm ſe inebriantibus.

*Chryſoſtomi.* Illis qui in ebrietate & luxuria viuunt, dies in caliginem nocturnam vertitur, non quidem extincto ſole, ſed mente ipſorum per ebrietatem obfuſcata.

Ebrietas eſt rectæ rationis alienatio, & delirium, & ſecundum animam ſanitatis perditio.

Vinum immodicę potum luxuriæ fomes eſt, voluptatum ſuppeditatio, lues iuuentutis, animę venenum, rationis extinctio, virtutis alienatio.

*Clementis* Omnis enim vinoſus (vt habetur in Tragœdia) inferior eſt ira, & mente vacuus.

*Euagrij.* Corpus quidem vino roboratur, anima vero ſermone dei.

*Plutarchi.* Mundus quidem igne & aqua corrumpitur: luxurioſorum autem opes amore & ebrietate.

Iniuria & vinum detegere ſolent amicis mores amicorum.

*Menandri* Multum merum, parum ſapere cogit.

Non enim copia potus, ſi quis obſeruet, deſipere facit, ſed potantis ingenium.

Moleſtum eſt autem cum quis præ vino nimis loquitur, nihil ſciens, ſimulans vero ſcire.

Anachar-



*Anacharſidis.* Anacharſis dixit, primum quidem poculum quod infunditur ſanitatis, bibi, alterum voluptatis, tertium iniuriæ, vltimum inſaniæ.

*Pythagoræ.* Tres botri naſcuntur in vite, primus voluptatis, ſecundus ebrietatis, tertius iniuriæ.

Idem à vinoſo quodam interrogatus quomodo quis ebrietatem relinqueret, dixit: Si ſæpe quæ per temulentiam deſignat, conſideret.

Sapiens quidam interrogatus quomodo aliquis compotandi ſtudium deſereret, dixit: Si ante oculos habeat vitia ebriorum.

*De ſomno, Sermo 42.*

*Prou. 23.* LAceras & pannoſas veſtes omnis ſomnolentus induet.

*Sirach.* Cura vigiliarum requirit ſomnum.

*Baſilij. Theologi.* Gratias age illi qui mirabiliter nos per ſomnum ab aſſiduis laboribus recreat, & modicæ quietis beneficio rurſus ad vigorem virium reducit.

*Chryſoſtomi.* Vir ſomnolentus inuenit ſomnia. Somnus enim author eſt ſpectrorum, non rerum.

*Philonis.* Somnus nihil aliud eſt quàm mors ad breue tempus, & aliquot horarum obitus.

Non temere qui rem vere conſiderarunt, ſomnum eſſe mortis præmeditationem, & vmbram ac delineationem quandam vitæ denuo futuræ ſtatuerunt. Imagines enim vtriuſque euidenter repræſentat. Quippe eundem hominẽ ex integro & aufert, & ſibi reſtituit.

Somnus veluti publicanus, dimidium vitæ nobiſcum partitur.

Somnus eſt imago mortis, ceſſatio ſenſuum.

*Somni cauſæ.* Vnus quidem ſomnus eſt, multas vero eius carpendi ſuggeſtiones cupiditas habet: videlicet, à natura, à cibis, à dæmonibus, & forte etiam à ſummo & intenſo ieiunio, quo debilitata natura ſomno ſtatim ſe recreare cupit.

Quemadmodum vinolentiam vocamus, malam quandam conſuetudinem: ſic & ſomnolentiam. Difficile eſt autem conſuetudini longæ mederi.

Diurni ſomni, aut corporis moleſtiam aliquam, aut animæ anxietatem, aut ſegnitiem, aut imperitiam arguunt.

*Aeſchinis.* Somnus diuturnior quàm deceat, mortuis potius quàm viuis conuenit.

*De inſomniis. Sermo 43.*

*Matth. 7.* NIhil tibi & iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie in ſomnis propter ipſum.

*Act. Apoſt. 9.* Erat autem diſcipulus in Damaſco nomine Ananias, & dixit ad eum dominus in viſione, &c.

Inſomnium accedit in multitudine tentationis.

*Salomonis Sirach 34* Qui obſeruat inſomnia ſimilis eſt captanti vmbram, & ventos perſequenti.

*Baſilij.* Imaginationes in ſomnis, vt plurimum diurnis cogitationibus reſpondent.

Solent enim ferè imaginationes in ſomnis vt, plurimum reſpondere curis diurnis.

Qualia enim fuerint vitæ noſtræ ſtudia, talia neceſſariò etiam inſomnia fient.

Noctes excipiunt curas dierum, eáſque imaginando, illudunt animis.

In ſomnis videre ſua deſideria, ſolatium fert amantibus.

Qui dediti ſunt ebrietati & gulæ illi ſomnum genuinum ſyncerúmque non capiunt, & terribilibus inſomniis afficiuntur.

Qui obſeruat inſomnia, ſimilis eſt vmbram ſuam perſequenti.

*Nili.* Quando in ſomnis dæmonibus obedire incipimus, tunc etiam vigilantes deinceps illudunt.

*De fide, Sermo 44. inſunt autem non pauca quæ etiam habentur ſupra in primo ſermone: ea hîc aſteriſcis notauimus.*

*Matth. 17* A*Men amen dico vobis, ſi habueritis fidem vt granum ſinapis, dicetis ad montem iſtum, tranſi hinc illuc, & tranſibit.

*Epheſ. 2.* Gratia ſeruati eſtis per fidem, idque non ex vobis: dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur.

*Hebr. 11.* Fides eſt ſperandorum ſubſtantia, argumentum rerum quæ non apparent.

*Salomonis* * Certam & exhibitam fidem profitebitur iuſtus.

Crede domino, & mane in labore tuo: quoniam facile eſt coram domino pauperem ſubitò ditare.

*Sirach. 11.* * Donum domini perſeuerabit cum piis.

*Sirach. 2.* * Confide deo vt opem tibi ferat.

*Baſilij.* * Fides, eorum quæ de deo dicuntur dux ſit: & non demonſtratio.

*Theologi.* * Fides eſt aſſenſus, de iis, quæ auditu percepit, nihil ambigens, cum certa perſuaſione veritatis earum rerum. quæ dei gratia prædicatæ ſunt. Huius exemplum aut ſpecimen exhibuit Abraham, qui iuxta ſcripturæ teſtimonium non dubitauit per incredulitatem, ſed fide confirmatus eſt, deo gloriam tribuens, & certa animi fiducia perſuaſus, quod quæ promiſit deus, eadem & præſtare poſſit.

Quod aliquis non poteſt aſſequi, id ſimpliciter fieri poſſe non credit. Nam profanus animus nihil honeſtum & egregium quod credat dignum arbitratur.

*Chryſoſtomi.* * Hoc fidei maxime proprium eſt, rationes eorum quæ fiunt non inquirere, ſed obtemperare præſcriptis.

* Pium & fidum virum tam firmo & conſtanti erga dei promiſſiones animo præditum eſſe oportet, vt licet ſibiipſis contraria eſſe videantur quæ fiunt, ne ſic tamen vel animo turbari poſſit, vel de euentu deſperet. Fidelem Abraham itaque inſpicito, qualem nimirum promiſſionem ipſe acceperit, & quænam ipſe facere coactus ſit.

*Gregor.* * Fides virtutum mater, corona, & perfectio eſt.

*Nyſſeni.* * Sola fides comprehendit incomprehenſibilem. Sola fides inuiſibilem percipit. Sola fides inacceſſum accedit, quoad eius fieri poteſt & licet.

*Cyrilli.* Quod fide ſuſcipitur, non debet curioſe examinari. Nam quod rationibus inquiritur, quomodo adhuc creditur?

*Ariſtotelis.* * Quemadmodum in medicina fieri dicunt, vt corpora non pura quò magis nutriueris eò magis lædas, materiam nimirum corruptis humoribus ſuggerens: Sic prauis opinionibus præoccupatam animam, quò plus docueris, eò magis lædes, maiores ſubinde male & perperam ſentiendi occaſiones ſuppeditans.

*De prouidentia. Sermo 45.*

*Matth. 10* NOnne duo paſſerculi minuto aſſe venduntur? & vnus ex illis non cadet in terram ſine patre veſtro. Veſtri vero etiã pili capitis, omnes numerati ſunt.

*Rom. 11.* O profunditas diuitiarum, & ſapientiæ, & cognitionis dei, quàm imperſcrutabilia ſunt iudicia eius, & non inueſtigabiles viæ eius.

*Syrach. 16* Ne dixeris: Abſcondar, & quis mei memor erit ex alto? Ecce cœlum, & cœlum cœlorum, abyſſus & terra in viſitatione eius concutientur. Vias eius quis animo complectetur?

*Baſilij.* Nihil ſine prouidentia, nihil neglectum eſt apud deum: omnia contemplatur oculus vigilantiſſimus, omnibus adeſt, omnibus diſtribuit ſalutem.

*Theologi.* Numen prouidentia ſua pronum in benignitatem, ſæpe ſolet inopinatam ſalutem adferre.

*Epicuri.* Gratias ago beatæ naturæ, quòd quæ neceſſaria ſunt fecit parabilia: difficilia autem paratu, non neceſſaria.

*Theopempti.* Neque malorum authorem deum exiſtimes, neque ſine eo infortuniis nos affici putes.

*Platonis.* Cum deus ciuitati beneficium præſtare vult, bonos viros ei producit: cum vero ciuitati calamitatem immiſſurus eſt, aufert ab ea viros bonos.

*Demadis.* Quantum deus iuſtos adiuuat, tantum iniuſtis aduerſatur.

*Xenophontis.* Nunquam differas neceſſaria comparare, donec ipſa te cogat neceſſitas: ſed cum abundas maxime, tunc ante inopiam rem effice. Facilius enim acquires ab illis vnde tibi opus eſt acquirere, ſi videaris inops non eſſe.

Diuina prouidentia communiter omnibus ad vtilitatem prouidet: quæ autem rebus accedunt noxia, & interitum afferunt, materiæ infirmitatem ſequuntur.

### *De oratione ſeu precibus,* Sermo 46.

*Matth. 6.* ORantes non ſitis multiloqui.

*Iacob. 5.* Affligitur aliquis inter vos? oret.

*Salomonis* Impiorum ſacrificia, abominatio ſunt domino: preces autem rectorum, acceptæ ſunt ei.

*Prou. 15.* Procul abeſt deus ab impiis, precibus autem iuſtorum auſcultat.

*Sirach. 7.* Ne ſis puſillanimis in oratione tua.

Ne differas reddere orationem in tempore.

*Baſilij.* Auſcultatio dei non indiget auribus ad ſentiẽdum. Nouit enim ſtatim ex motu cordis quæ requiruntur cognoſcere. An non audis quod Moſes cum nihil loqueretur, tacitis ſuſpiriis ſuis dominum appellans, exauditus fuerit à domino dicente: Quid clamas ad me?

Mos enim eſt dæmonibus orationum tempore, prętextu ſcilicet bonæ & iuſtæ cauſæ, vrgere nos ad ſeceſſum, vt nos à ſalutari oratione veluti per probabilem, vt videri poteſt, cauſam abducant.

*Chryſoſtomi.* Magnum bonum eſt oratio, ſi grato animo fiat.

Nam cum ex puris labiis prodit oratio, & corde nõ ſimulato, ſeueram domini aurem occupare poteſt.

Bonum eſt ſemper cum deo colloqui per orationẽ. Nam ſi boni viri occurſus meliorem reddit illum quem conuenerit, quanto magis colloquium quod dies noctéſque cum deo fit?

Ignis non ita extergit æruginem, vt nocturnæ preces peccatorum noſtrorum ſordes expurgant.

Coram domino orat qui animam ſuam vndequaque colligit, & nihil commune habet cum terra, ſed intra ſeipſum migrat, & omnem humanam cogitationem ex anima eiicit.

Vbi oratio & gratiarum actio eſt, ſancti ſpiritus gratia accedit, & fugantur dæmones, & omnis contraria potentia aufugit ac diſcedit.

*Προσευχὴ Græcis vocatur tum quæ verbis fit oratio vel precatio, tum pollicitatio & promiſsio.*

Sonora eſt illa vox & vſque ad diuinum auditum aſcendens, non quæ cum clamoris aliqua intentione fit, ſed quæ per conſcientiæ puræ meditationem excitatur.

Si oratio ſeriæ aſſiduitati accedat, nullus peccato ad animam acceſſus patet. Collocata enim dei memoria in corde, nihil efficit machinis ſuis aduerſarius.

Oratione acquiritur conuerſatio dei: ſeiungitur autẽ à deo, qui non ſe coniunxerit ei per orationem. Qui vero ſeparatur à deo, illum prorſus neceſſe eſt aduerſario coniungi.

Oratio cuſtodia eſt temperantiæ, virginitatis ſigillum, iræ caſtigatio, ſuperbiæ moderatio, animæ memoris iniuriarum expiatio, inuidiæ demolitio, pacis confirmatio.

*Nili.* Quando bonum aliquod à deo petieris, nec ille te ſtatim audierit, noli teipſum negligere, nec animum deiicere. Sæpenumero enim non conducit tibi tua petitio ad præſens tempus.

Orantem oportet ſapere, ne quid inſcius contra ſeipſum oret.

*Iſocratis.* Homines tunc fiunt meliores, cum deum accedunt. Habent autem ſimilia deo, beneficentiam & veritatẽ.

### *De actione,* Sermo 47.

*Theologi.* ACtio eſt ingreſſus ad contemplationem.

Æque imperfecta ſunt tum actio ſine ratione, tum ratio ſine actione.

Tacitum opus præſtat infecto ſermoni.

*Chryſoſtomi.* Actio euidentior eſt ſermone, vt viſus auditu: & doctrina quæ experimento ſiue exemplo conſtat, quàm quæ fit ore.

Malam actionem ſermo bonus non abſcondit: neque bonam actionem maledicentia lædit.

*Ex ethnicis.* Malorum operum malus dæmon dux eſt.

Tempus emollit cuncta, & elaborat.

Multarum rerum magiſter eſt tempus.

Gladij capulis, actiones, temporis occaſione apprehenduntur.

Statuam ornat figura, virum actio.

Præſtat diuitiis & voluptatibus multo redemptis auro, hominum iuſtorum & bonorum præſentia.

### *De doctrina quæ tum ſermone tum conuerſatione, fit.* Sermo 48.

*Matth. 5.* AMen dico vobis, quicunque fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

*Iacob.* Omnis homo ſit celer ad audiendum, & tardus ad loquendum.

*Salomonis* In aures inſipientis nihil dicas, ne fortè prudenter abs te dicta irrideat.

*Sirach 21.* Elocutio ſtulti, eſt tanquam onus in itinere: in labiis autem prudentis inuenietur gratia.

*Baſilij.* Ne aſperneris narrationem ſapientum, & in dictis ipſorum exerceare.

*Theologi.* Sermo eſt, non opus aut creatura.

Præſtat habenas ſui committere peritioribus, quàm aliorum aurigas eſſe imperitos: & aures potius præſtare benignas, quàm linguam indoctam ciere.

Melius eſt in plana & trita via ingredi, quàm ſalebroſa & inuia.

Inexplebile eſt humanum genus tum loquendo, tũ



alterum loquentem audiendo.

Non incipientem, ſed deſinentem ſermonem laudare conuenit: & ingenium approbare modeſtum, non autem elatum ac ſuperbum.

*Chriſoſtomi.* Melius eſt bene ignorare, quàm male diſcere.

Sæpe verbis & praua cohortatione vincuntur illi, quos ipſa rerum natura non fefellit.

*Boni, non eſt in Græco.* Non ſine periculo aliquid (boni) auditur, cum id deinceps non re ipſa præſtatur.

Cognitio alia ſine ratione eſt, alia cum ratione. Sunt enim multi qui cognitionem quidem habent, rationem vero nullam.

Nihil iuuat inſtitutio verbis facta, niſi ipſius operis exhibitio dictis accedat.

*Greg. Nyſſeni* Malim equidem audire dicentes aliquid boni, quàm ipſe dicere.

*Nili.* Fruſtra inſumuntur omnia verba ad emendationem, quando animus audientium ad deteriora inclinans, contrarium conſultoris ſermoni inſtitutum habet.

*Photij patriarchæ.* Speculo ſimilis eſt ſermo: & ſicut in illis repræſentatur ſpecies corporis & formæ, ita in colloquiis, animæ forma expreſſa conſpicitur.

*Didymi.* Tum proficit magiſter, & fidem dicendo facit, quum ſuis operibus docet, iuxta illud: Quæ cœpit Ieſus facere & docere.

*Iſidori Peluſiotæ.* Vita ſine ſermone plus iuuare poteſt, quàm ſermo ſine vita. Vita enim iuuat etiam tacita, ſermo autem clamore ſuo moleſtus eſt. Quod ſi ſermo & vita conueniant, totius philoſophiæ ſimulachrum perficient.

Agito cum ſermone, & dicito cum actione.

*Theognidis.* A bonis etenim bona diſces: ſi vero malis miſcearis, amittes quoque priſtinam mentem.

Corpora moderatis laboribus augeri ſolent, anima vero honeſtis ſermonibus proficit.

In ſpeculis quidem faciei: in colloquiis autem animæ character videtur.

*Clitarchi.* In conuentu ne ſtudeas primus dicere ſententiam tuam. Nam ſi poſt plures dixeris, magis videbis quæ vtilia ſunt.

*Moſchionis.* Hirundines quidem ſerenitatem nobis fore præſagiunt, ſermones autem philoſophici vacuitatem triſtitiæ.

Odi malum quando bonum ſermonem dicit.

Aures tuas non cuiuis ſermoni præbe: malus enim ſermo malorum operum dux eſt.

*Herodoti.* Aequale hoc apud me iudicatur, tum bene ſapere tum bona dicenti obtemperare.

*Pythagoræ.* Lapidem potius temere proiicere debes, quàm otioſum ſermonem.

*Oenopidis* Oenopides talem dicebat ſermonem eſſe hominis, qualis eius natura eſſet.

*Romyli.* Romylus vas fictile ictu & ſono, hominem ſermone probari dicebat.

Viri character ex verbis eius noſcitur.

Nunquam verba potius quàm rem ipſam probaui.

### *De admonitione,* Sermo 49.

*Ioan. 5.* ECce ſanatus es, noli amplius peccare.

*1. Theſſ. 5* Obſecramus autem vos fratres, monete inordinatos, conſolamini puſillanimes, ſubleuate infirmos, patientes eſtote erga omnes, &c. Videte ne quis malum pro malo cuipiam reddat, ſed ſemper quod bonum eſt ſectemini.

*Baſilij.* Doctrina violenta non ſolet permanere: quod autem cum delectatione & gratia ſe inſinuat, tenacius quodammodo noſtris animis inſidet.

*Chryſoſtomi.* Conducit peccantes morderi acrimonia verborum, vt ipſa rerum infamia liberentur.

*Diogenis.* Mortuum medicari, & ſenẽ admonere, idem fuerit.

*Ariſtotelis.* Omnes ferè libenter admittunt illos qui deſideriis ipſorum inſeruiunt, & eos non modo ſibi beneuolos arbitrantur, ſed ſolos etiam homines reuera eſſe: moleſte autem ferunt illos à quibus caſtigantur.

*Euripidis.* Omnes in admonendo ſapimus:

Ipſi vero ſi quid delinquimus, non agnoſcimus.

*Aeſopis.* Æſopus dicebat vnumquemque noſtrûm duas peras ſecum ferre, vnã ante, alteram à tergo: & in anteriorem quidem aliorum peccata reponere, in poſteriorem vero noſtra.

*Iſocratis.* Nulli malæ rei defenſorem te aut patronum adhibeas. Videberis enim tu quoque eiuſmodi facere, ſi facientibus aliis auxiliator fueris.

### *De diſciplina & philoſophia,* Sermo 50.

*1. Cor. 3.* SI quis ſibi videtur ſapiens eſſe inter vos, in ſæculo hoc ſtultus fiat, vt reddatur ſapiens: Etenim ſapientia mundi huius, ſtultitia eſt apud deum. Scriptum eſt enim: Qui comprehendit ſapientes in aſtutia ipſorum: Et rurſum: Dominus nouit cogitationes ſapientium, quod ſint vanæ.

*Hebr. 12.* Si extra diſciplinam eſtis, ſpurij igitur eſtis & non filij. Quis enim filius eſt, quem non caſtigat pater?

*Salomonis* Nihil tam pretioſum eſt quod cum erudita anima permutari debeat.

*Prou. 3.* Fili ne contemnas diſciplinam domini, neque faſtidias cum argueris ab ipſo. Dominus enim caſtigat quem diligit, & flagellat omnem filium quem ſuſcipit.

*Sirach. 6.* Fili in adoleſcentia tua elige diſciplinam, & accede ad ipſam tanquam arans & ſerens, ac bonos inde fructus expecta.

*Theologi.* Confeſſum eſſe puto apud omnes ſapientes, diſciplinam primarium apud nos bonum eſſe.

Qui vacatis philoſophiæ, ne nimium tribuite rationibus, neque plus quàm modum & rationem decet argumentis ac ſophiſmatis inhærete: nec vbique velitis improbe vincere, ſed alicubi etiam honeſte vinci.

Præcipua ſapiẽtia eſt vita laudabilis, & expiata adeo.

Prima ſapientia eſt contemnere ſapientiam quæ rationi & verborum ſtrophis, & improbis ac ſuperfluis argumentandi contentionibus nititur. † Mihi vero contingat potius quinque verba in eccleſia loqui cum intellectu, quàm decem milia per linguam.

*† 1. Cor. 4*

Non illum qui verbis ſapit iudico ſapientem, neque illum cui lingua volubilis, animus inconſtans eſt: ſed qui parum quidem de virtute loquitur, multa vero re ipſa præſtat, & ſermoni ſuo vita factiſque fidem conciliat. Nam & pulchritudo ſubiecta oculis, præſtat deſcriptæ verbis: Et diuitiæ manibus comprehenſæ, per ſomnium apparentibus: Et ſapientia, non quæ verbis illuſtratur, ſed quæ in operibus deprehenditur, pręſtabilior eſt. Intellectus (inquit) bonus eſt cunctis, re & opere declarantibus eum, non autem ſermone.

Aut philoſophari oportet, aut honorare philoſophiam, ſi non prorſus ab honeſto excidere velimus: & cum rationales facti ſimus, & ratione feramur ad indagandam rationem, neglectæ amiſſæque rationis merito damnari.

Qui ſe à mundo ſegregarunt, & vitam deo conſecra-

tunt,hominum vulgo ſapientiores ſunt.

*Verus philoſophus qualis.* Nihil inexpugnabilius philoſophia, nihil tranquillius. Omnia prius cedent quàm philoſophus. Duo ſunt † inuicta,deus & angelus:& tertium philoſophia. Eſt enim philoſophus non materialis in materia, in corpore incircumſcriptus, in terra cœleſtis, in affectibus imperturbatus, vbique inferior cæteris præterquam animi magnitudine, & cedendo vincens illos qui ſe vincere putant.

*† ἀλυσωτερα.*

Vnam ego ſapientiam noui,timere Deum.Etenim ſapientiæ initium eſt timor Domini. Et alibi, Audi ſummam ſermonis, Deum time & præcepta eius obſerua.

*Clementis* Cognitionem opera ſequuntur,vt vmbra corpus.

*Philonis.* Non fieri poteſt vt magna diſcantur ante parua.

Sicut ſol omnium oculis præditorum lux eſt, ſic etiam ſapiens, omnium qui rationali natura participant.

*Iſidori.* Somnio ſimilis eſt imperitorum vita,vanas imaginationes habens.

Formatu facilis & mollis eſt adoleſcentia: & iunioribus ingeniis adhuc teneris diſciplinæ innaſcuntur. Omne autem durum ægre mollitur.

Omnibus rationem reddere, ſeruile eſt & ab authoritate alienum:omnes autem contemnere, hominis eſt ſuperbi & ſtolidi.

*Didymi.* Scire quæ neſcias, ſcientiæ eſt: vt agnoſcere ſuam iniuſtitiam,iuſtitiæ.

Sapientis animum inopia pecuniæ non deiicit, cum virtus & ſapientia ipſum extollant, & altiorem pecunia collocent.

*Platonis.* Omnis ſcientia ſi ſeparetur à iuſtitia & reliqua virtute,calliditas & non ſapientia efficitur.

*Antiſthenes.* Antiſthenes interrogatus quamobrem diuites non irent ad ſapientes, ſed hij ad illos, dixit: Quoniam ſapientes ſciunt quid eis neceſſarium ſit ad vitam,illi vero neſciunt: ſecus enim,ſapientiæ potius quàm pecuniæ ſtuderent.

*Demoſthenes.* Demoſthenes dixit radicem diſciplinæ amaram eſſe,fructus autem dulces.

*Democriti* Diſciplina fortunatis quidem ornamentum eſt,infortunatis autem refugium.

Ciuitates ornant,anathemata,animas vero mathemata.

*Socrates.* Socrates interroganti quodnam eſſet pulcherrimum animal,dixit:Homo doctrina ornatus.

Idem cum ei ſermo barbarus exprobraretur: Ego quidem,dixit,barbarus ſum verbis,vos autē moribus.

*Solon.* Soloni cum obiiceretur quod cum haberet forenſe negocium,conduxiſſet oratorem:Atqui,dixit, cum habeo conuiuium,coquum conduco.

*Cleanthes.* Cleanthes dicebat homines imperitos,ſola forma differre à beſtiis.

*Empedocles.* Empedocles ad quendam dicentem,quod nullum ſapiētem reperire poſſet:Non mirum eſt,dixit: Oportet enim vt ille primum ſapiat,qui ſapientem quærit.

*Theocritus* Theocritus Chius ineptum quendam poëtam recitantem auſcultans, & interrogatus ab eo, quænam ei placerent,reſpondit:Quæ omiſiſti.

Philoſophus quidam cum duos diſcipulos haberet, alterum quidem laborioſum, ſed hebetis ingenij: alterum ingenioſum, ſed ignauum: Ambo (dicebat) pereatis: quoniam tu cum velis, non potes: tu vero cum poſſis,non vis.

Præſtat ſerò quam nihil diſcere.

Agricola terram,philoſophus ingenium excolit.

*Democriti.* Ciuitatibus mœnia, animis vero mens per diſciplinam exculta,decus & munimentum præſtant.

Cum iuuenis in theatro gloriaretur,& ſapientem ſe prędicaret,vt qui multis ſapientibus conuerſatus eſſet, reſpondit quidam: Et ego multis diuitibus conuerſatus non tamen diues ſum.

Idem dixit, Non decet doctum inter indoctos loqui,vt neque ſobrium inter ebrios.

*Oenopidis* Oenopides cum videret adoleſcentem multos libros conquirere,dixit:Non ciſtæ, ſed pectori.

*Socratis.* Socrates interrogatus quid in vita ſuauiſſimum eſſet,dixit: Diſciplina & virtus, & rerum incognitarum hiſtoria.

*Laſi.* Laſus interrogatus quid ſapientiſſimum eſſet, Experientia,dixit.

Idem cum indoctus quidam pictor ei diceret,Opere tectorio illine domum tuam vt ipſam depingam: reſpondit, Minime, ſed tu prius eam depinge, vt illinam poſtea.

*Demadis.* Rerum ipſarum experientia præſtat omni ſophiſticæ doctrinæ.

Quidnam grauiſſimum terra fert? Hominem imperitum.

~~[illegible]~~

Si malis ſæpe conuerſeris, fies etiam ipſe ſimilis eis.

*De laude, Sermo 51.*

*Lucæ.6.* VÆ vobis cum laudauerint vos omnes homines. Secundum hæc enim faciebant pſeudoprophetis patres eorum.

*Iacobi 3.* Ex eodem ore procedit benedictio & execratio.

Argenti & auri probatio per ignem fit: vir autem probatur per os laudantium eum.

*Baſilij.* Ne nobis ſtulte placeamus propter laudes quæ veritatem excedunt.

*Theologi.* Nimij honores redigunt aliquos ad nimiam ſuperbiam. *(Locus videtur mutilus in Græco.)*

Præcipuum beneficium eſt in rebus honeſtis laudari. Laus enim parit æmulationem,æmulatio virtutem, virtus felicitatem,quæ ſupremum & finis eſt omnium quæ deſiderantur, & quò omnis viri boni motus refertur.

*Chryſoſtomi.* Multi ſæpe cum virtutes ipſas propter laborem fugiāt,gloriæ tamē gratia ſequētis eas laborē ſuſcipiūnt.

Non ſolum exercere & æmulari virtutem, ſed etiam exercentes alios laudare ac admirari, mercedem non exiguam confert.

Quemadmodum non modo qui mala faciunt, ſed etiam qui laudant eos,eiuſdem aut grauioris quoque participes erunt ſupplicij: ita qui bonos laudant & admirantur, conſortes erunt coronarum quæ illis deſtinatæ ſunt. Exemplum autem & argumentum in ſcriptura habemus: Dixit enim Dominus ad Abraham, Benedicentes tibi benedicam, & execrantes te execrabor.

Laus enim propter egregia facta auget animi cupiditatem ad meliora,in illis qui aliquid bene geſſerunt.

*Clementis* Aſſentatores quidam beatum prædicabant ſapientem quendam: ille vero dicebat ad eos: Si me laudare deſtiteritis, ex diſceſſu veſtro magnum aliquem meipſum cogitabo: ſi vero laudare non deſinitis, ex laude veſtra meam impuritatem coniicio.

Laus ficta peior eſt reprehenſione vera.

Venatores quidem canibus venantur lepores, ſtultos



tos autem plærique capiunt laudibus.

Diis thus,bonis autem viris laudem tribuere conuenit.

Fideles tibi exiſtimato,non qui dicta factaque tua laudauerint omnia,ſed qui peccata reprehendant.

*Theodoriti* Multis ſæpe hominibus nocet laudatio. Laxat enim animi vigorem, & ſurſum impedit. Et aliquis ipſum curriculi finem ſe conſequutum exiſtimās (hæc enim perſuaſio per laudem ſe inſinuat) currere deſinit,& victoriam perdit.

*Moſchionis.* Si bene audire cupis, bene loqui diſcas.Coneris bene facere,& ſic bene audiendi fructum acquires.

*Polyæni.* Præſentes neque vituperes neque laudes:hoc enim adulationem,illud inimicitiam parit.

*Antagenis* Operam da vt viuus,laudabilis,mortuus autem beatus iudiceris.

Idem dixit,cum multi me laudant,tum nullius pretij meipſum exiſtimo:cum vero pauci,bonum & egregium hominem.

Ciuitatis ornamentum eſt,fortitudo virorum: corporis, pulchritudo:animæ, iuſtitia: Iis contraria,dedecori ſunt.Oportet autem virum,&mulierem,& ſermonem,& factum,& ciuitatem, & rem quamlibet,ſi laude digna ſit,laudando honorare: indignam vero, vituperio afficere. Aeque enim vitioſum & ſtolidum eſt,vituperare laudanda,& laudare vituperanda.

*De adulatione, Sermo 52.*

*Lucæ.6.* VAe,quando bene vobis dixerint homines.

*Iudæ.* Hi ſunt murmuratores,queruli,iuxta cōcupiſcentias ſuas ambulantes,os illorum loquitur tumida, admirantes perſonas,vtilitatis gratia.

Per blādiloquentiam decipiunt corda ſimplicium.

*Salomonis* Sermones aſtutorum molles ſunt,ſed feriunt penetralia viſcerum.

*Eſaiæ.* Melior eſt vir qui redarguit,quàm qui adulatur.

Qui vos fœlices prædicant,ſeducunt vos,&callem viæ perturbant.

*Baſilij.* Fugiamus adulationem&aſſentationem,&inſidioſæ vulpis aſtutiam & varias fraudes.

Nihil enim intolerabilius eſt recte ſapientibus quā viuere ad gloriam, & ad opinionem pluribus ratam reſpicere,non autem rectam rationem vitæ ducem inſtituere.

Hoc amicus ab adulatore differt,quòd hic quidem conuerſatur ad voluptatem, ille vero moleſtis etiam non abſtinet.

*Theologi.* Eſt enim viri magnanimi,amicorum potius libertatem approbare,quam inimicorum adulationem.

Multò ſatius eſt per moleſtiam paruam, vtilitatis plurimum conciliare:quàm voluptatem ſectando,totius ſortis iacturam inferre.

*Chryſoſt.* Cū aliqua mutatio fit in deterius,tunc auferuntur adulatorum perſonæ:tum chorus hiſtrionum, & rei ſimulatio arguuntur. Aperiuntur omnium ora, execrandum improbum,& hominem peſſimum vocitant. An non heri aſſentabaris ei,& manus eius deoſculabaris?

*Clementis* Perſona hæc erant:nunc tempus venit in quo perſonam abieci,& animi mei ſententiam declaraui.

*Plutarchi.* Adulatio,morbus eſt amicitiæ.

Plærique magis felicitatem principum ,quàm principes ipſos colere ſolent.

Adulatio ſimilis eſt panopliæ pictæ. Delectat enim ſolùm,nihil vero vtilitatis præbet.

Ligna quidem augendo ignem ab ipſo igne conſumuntur: diuitiæ autem cum nutriant adulatores, ab his ipſis perduntur.

Quemadmodum corui cadauerum oculos effodiunt: ſic adulatores ſuis laudibus hominum animos corrumpunt.

Lepori canem, amico adulatorem natura infeſtum eſſe cogitandum eſt.

Gaudendum eſt commercio reprehendentium,non adulantium:hij enim gratificando diſſoluunt&ſubuertunt nos:illi vero moleſtiam exhibendo, excitant & erigunt.

Vide,quinam ex arte adulentur,aut ex beneuolentia te colant,ne malis plus tribuas quàm bonis.

Odio habeas adulantes,ſicut decipientes. Vtrique enim,vbi fides eis habetur, credentibus iniurij ſunt.

*Diogenis.* In adulatione veluti ſepulchro nomen ſolum amicitiæ inſcriptum eſt.

Idem interrogatus quodnam animalium peſſime morderet,dixit,Ferorum quidem calumniator, cicurum autem adulator.

*Demoſth.* Demoſthenes adulatorem in hoc differre dixit à coruo,quod hic mortuos,ille viuos deuorat. *Apud Græcos lepida paronomaſia eſt inter κόραξ & κόλαξ*

*Epicteti.* Antiſthenes inquit,Satius fuerit in coruos incidere, quàm adulatores. Illi enim corpus mortui,hi vero animum viuentis lædunt.

*Phauorinus.* Corui,cadauerum oculos infeſtant,adulatores vero viuentium animas corrumpunt.

Sicut Actæonem nutriti ab ipſo canes occiderūt,ita deuorantur ab adulatoribus nutritores eorum.

*Crates.* Crates ad iuuenem quendam locupletem, multos adulatores ſecum ducentem,dixit: Adoleſcens,miſeret me tuæ ſolitudinis.

*Zenonis.* Caſtiga te quiſquis es,nec ad gratiam Audias, ſed aufer aſſentatoribus libertatem.

*Pythagoræ* Gaude potius arguentibus te quàm adulantibus: & tāquam deteriores inimicis adulatores auerſare.

*Socratis.* Adulatorum beneuolentia, tanquam hoſtibus tergo dato fugit infortunium.

*Philonis.* Auerſare fraudulentos adulatorum ſermones, qui cum animæ rationē hebetent,veritatem in rebus perſpicere non ſinunt. Aut enim laudant vituperanda, aut vituperant ſæpe quæ omnem laudem excellunt.

*Sotionis.* Delphini quouſque vnda ſubeſt comitantur natantes,in littus vero nūquam egrediuntur:Sic adulatores in ſereno rerum ſtatu manent:Sicut qui amicos ad peregrinationem euntes, dum via plana eſt, deducunt: cum aſperior incipit,recedunt.

*Dionis.* Omnium enim ferè vitiorum turpiſſima deprehenditur adulatio.

*Phocion.* Phocion ad Antipatrum dicere ſolebat:Non potes me & amico & adulatore vti.

*De vituperio & calumnia, Sermo 53.*

*Matth. 5.* BEati eſtis quando probra in vos iecerint, & perſequuti fuerint.

*1. Cor. 4.* Male audientes bene dicimus,conuitiis affecti obſecramus.

*Prou. 10.* Abſcondunt inimicitiā labia iuſta: qui autem proferunt conuitia,ſtultiſſimi ſunt.

Peccator turbabit amicos,& inter pacificos calumniam proijcet.

Priuſquam examines rem,ne accuſes:conſidera primum,& poſtea reprehende.

Verba non ſolent moleſtiam &dolorem concitare,

ſed contemptus illius qui conuitia dixerit contra nos, & ſua cuiuſque imaginatio.

*Aulicorū ingenium.* Illiberales iſti cultus magnos dominos comitari ſolent, apud quos qui nihil proprij boni habent vnde innoteſcant, ex alienis vitiis ſeipſos commendant.

Tribus ſimul damnoſus eſt calumniator. Nam & illi quem traducit iniurius eſt, & audientibus eum, & ipſe ſibi.

*Baſilij.* Non magna res eſt reprehendere, immò facillima & cuiuslibet volentis: ſuum vero conſilium culpæ opponere, viri pij & cordati eſt.

Præſtat male audire, quàm male dicere.

*Chriſoſt.* Reprehenſionem non vulgares modo, ſed etiam præſtantiſſimi incurrunt.

Quemadmodum benedicentia & laudatio principium eſt amicitiæ: ſic maledicentia & calumnia, inimicitiæ & odio, & infinitis malis initium & anſam præbet.

*Maximi.* Decet eos qui virtute præditi ſunt, ab omnibus bene audire.

Si qui temere aures præbent, venia indigni ſunt: quomodò illi ſe defendent qui calumnias & conuitia proferunt?

Ne doleamus male audientes, niſi merito male audiamus.

Plurimi ſuis peccatis patrocinantur, accuſant autem aliena.

Calumniatori aures ne præbeas, ne duplex peccatū cum illo committas, tum teipſum pernicioſo affectui aſſuefaciens, tum illum aduerſus proximum nugari non impediens.

*Photij patriarchæ.* Qui facile alienas calumnias admittit, ne ipſe quidem ſimilibus factis abſtinet. Nam ipſa calumniantium admiſſio, innocentem quoque qui admittit in ſocietatem detrahere ſolet.

Lingua blaſphema, malæ mentis indicium eſt.

*Plutarchi.* Quemadmodum Aeſopica illa gallina cum ægrotaret, ad felem interrogantem eam tanquam ex beneuolentia, quomodo valeret, Recte, dixit, ſi tu diſcedas: ſic ad eiuſmodi hominem, qui ſuper diſſenſione ſermonem mouet, & interrogat, & ſecreta aliqua ſuffodit, dicendum eſt, Atqui nihil ego in fratre deſidero, ſi nec ipſe calumniantes audiam, nec ille.

*Socratis.* Loquacem & calumniatorem ne admittas: non enim ex beneuolentia id facit. Sed vt aliorum arcana tibi detexit, ſimiliter etiā quæ tu dixeris exponet aliis.

*Moſchion.* A multis malis traduci, neque verum, neque damnoſum eſt: ab vno autem bono reprehendi, & verum & vtile eſt.

Cum ſophiſta quidam culparet eum, & diceret, cur mihi maledicis? Reſpondit, Quoniam tu male dicentem non contemnis.

*Demonaſt.* Cum Pelopides ſtrenuus miles apud Demonactem traductus eſſet, vt qui conuitia in eum diceret: Ego, inquit, opera eius reſpicio, ſermonem vero non audiui.

*Philemon.*
Nihil ſuauius, neque magis muſum.
Nam conuitia, ſi is contra quem dicuntur.
Eſt, quàm conuitia ferre poſſe.
Diſſimulet, in ſui authorem recidunt.

*Menandri.*
Quiſquis ſtatim fidem habet calumniis,
Aut moribus improbis præditus eſt,
Aut ingenium prorſus habet puerile.

*Rhegini.* Multi iam maioribus malis affecti ſunt per calumnias, quā per hoſtes. Et multi iam magis læſi ſūt ob aurium infirmitatem, quàm hoſtium inſidias.

Nihil vſquam malignius eſt calumnia.

Hæc enim vbi clam aliquē à ſe perſuaſum decepit, Odium excitat aduerſus eum qui nihil eſt cōmerit⁹.

*Sexti.* Qui calumniatur amicum, non laudetur, licet vera dixerit.

*Chriſippi.* Cum quidam ei dixiſſet, Amicus clam te traducit, reſpondit: Ne reprehendas eum. Licet enim hoc illi etiam palàm facere.

*Luciani.* Bonus quidem curſor, vt primum currendi ſignum datum eſt, nihil quàm pergere deſiderans, & animum ad metam conuertens, & in pedibus victoriæ ſpem collocans, nihil mali molitur in proximū, neque quicquā de ipſo curat inter certatores: Malus vero & ignauus antagoniſta, de celeritate ſua deſperans ad malas artes ſe vertit, & hoc vnum præ omnibus ſpectat, vt currentem quouis modo retardet ac impediat, vt qui vincere nequeat, ſi hoc omiſerit.

*Dioniſij.* Dionyſius rex cum audiuiſſet duos adoleſcētes multa contumelioſa de ipſo & tyrannide inter compotandum dixiſſe, vtrūque vocauit ad cœnam. Cum videret autem alterum ex temulentia petulantem & multa nugantem: alterum vero modeſte & caute bibentē: illum vt natura ebrioſum & ſtolidum dimiſit, hunc vero interfecit tāquam ex animi propoſito maleuolum & inimicium.

*Alexādri* Alexander cum epiſtolam contra medicum ſuum accepiſſet, vt pote inſidiantem ei, & iam eſſet in ipſo tempore bibendi veneni, adeò non credidit traducenti, vt ſimul & epiſtolam legerit, & potionē hauſerit.

Eundē dicunt cū familiaris quidā aliquē traduceret apud eum, alteram aurem obſtruxiſſe manu, ſcilicet vt illam puram abſenti relinqueret.

*Cleobul.* Cleobulus illam ciuitatem maxime dixit bene compoſitam eſſe, vbi infamiam magis quàm legem ciues metuant.

Conuitiorum reprehenſio non attingit illos qui ſecundum virtutem viuunt.

### *De memoria, Sermo* 54.

HOc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur. Hoc facite in mei memoriam.

*Lucæ. 22.* Memores eſtote Ieſu Chriſti à mortuis excitati.

*Apoſtoli. Prou. 10.* Memoria iuſtorum cum laude, nomen autem impiorum extinguitur.

*Sirach. 7.* In omnibus operibus tuis memento finis tui, & non peccabis.

*Baſilij.* Non fieri poteſt vt à iuſta via declinent, niſi qui Dei obliuionem animo ægri patiuntur.

*Theologi.* Memoria eſt cogniti reſeruatio: reminiſcentia autem, elapſi recuperatio.

Dei memoria magis neceſſaria eſt quàm reſpiratio.

Deum operibus cole, verbis lauda, mente venerare.

*Clementis* Euidens memoria mortis, ciborum appetitum aufert: ablatis autem cibis cum humiliatione, ſimul auferuntur & excinduntur affectus.

*Plotini.* Plato dicebat, tum valde iuuenes tum ſenes obliuioſos eſſe: præterfluere enim imagines memoriæ, iis propter imminutionē, illis propter incrementū corporis.

Si ſemper memineris, quod operi abs te gerendo, ſiue per animam ſiue per corpus, Deus aſſiſtat ſpectator, in omnibus tuis & precibus & actionibus, non errabis, ſed Deum habebis tibi familiarem.

Vt iucundum eſt mare à terra proſpicere, ita iucundum eſt ſeruato meminiſſe laborum.

### *De anima Sermo.* 55.

*Matth. 10* QVi inuenit animam ſuam, perdet eam: & qui eam perdiderit propter me, inueniet eam.



*Cor. 4. 2.* Quamuis externus noſter homo corrumpitur, internus tamen renouatur de die in diem.

*Prou. 11.* Omnis anima benedicta, ſimplex.

*Sirach. 10* Exitus iniquorum malus eſt. Abolēt enim animam ſuam impietate.

*Baſilij.* Fili, per manſuetudinem gloriam animæ tuæ concilia, & eam honore quem meretur affice.

Animæ theſaurus eſt, penuria corporis. Hoc enim ditato, illa inops eſt.

Corpus enim vitam ab anima recipit: anima vero dolorum corporis particeps fit.

Sanguine & ſpiritu continetur anima. His enim deficientibus anima quoque diſcedit.

*Theologi.* Non angeli ſolum res noſtras conſpiciunt, ſed omnium quoque ſanctorum animæ.

Quid tibi vis fieri? ſic animam meam interrogo.

Quid tibi magnum, aut quid paruum?

Corpus quidem anima laborante bene habitum eſt anima vero floret ac erigitur quādo voluptates abſcedunt, & ſimul cum corpore marceſcunt.

Corpus quidem ab anima nutritur, anima vero paſſionis particeps efficitur à corpore.

Anima cum à corpore diſcedit, præſentit quod aduenturū ei eſt bonum aut malū, & quæ hinc in ipſam conferenda ſunt: iuſtorum autem animæ etiam intercedere pro nobis poſſunt.

*Chriſoſt.* Sapientium dictis fidem habeo, quod omnis anima bona & pia, poſtquam aſtricto ſibi corpore ſoluta hinc diſceſſerit, mox ſentiens & contemplans euenturum ſibi bonum, vt pote illo quod tenebras offundebat ex purgato, ſiue depoſito, ſiue quocunque alio modo dicendum eſt, mirifica quadam voluptate mulcetur, & exultat, & placida ad Dominum ſuum proficiſcitur, à præſenti vita veluti carcere quodam graui refugiens, & iniecta ſibi vincula decutiens, à quibus mentis ala detrahebatur, & iam quodammodo per imaginationem, deſtinata ſibi felicitate fruitur.

*Clitarchi. Philiſtion.* Omnia duplicia naturæ noſtræ, Deus dedit, binos oculos, binas aures, binas man⁹, binos pedes: ſi alterutra pars è duabus læſa fuerit, neceſſitati per alterā inſeruimus: Animam vero vnam dedit nobis, hanc ſi perdiderimus, quid ſupereſt quo cum vita maneamus?

Anima eſt ſubſtantia quædam incorporea & immortalis.

*Zaleuci.* Anima eſt [redacted], ſubſtantia viua intelligibilis.

*Democriti* Animæ tanquam ducis: corporis vero tanquam militis curam habe.

*Epicteti.* Anima ſapientis, Deo coniungitur. Animam non mors, ſed mala, vita perdit.

Vnumquemque igitur habere & parare oportet animam ſuam, ab omnibus malis puram. Etenim Deus [redacted], neque placatur ſumptibus, neque tragœdiis capitur, ſed bona volūtate bonorum & iuſtorum operum.

Conuenit homines animæ magis quàm corporis rationem habere.

Magis neceſſarium eſt animæ quàm corpori mederi. Præſtat enim mori quàm male viuere.

### *De medecis, Sermo.* 56.

*Lucæ.* NOn opus habent medico ſani, ſed male affecti.

*Hebr. 12.* Facite vt recti ſint greſſus pedib⁹ veſtris, ne claudicatio aberret à via, immò ſanetur potius.

*Salomonis* Vir lenis & manſuetus, medicus eſt cordis.

*Sirach. 38* Scientia medici extollet caput eius, & coram principibus in admiratione habebitur.

*Baſilij.* Neque prorſus fugienda eſt ars medica, nec omnem in ea ſpem collocare decet. Verum vt agriculturam exercemus quidem, petimus autē fructus à Deo: & gubernatori quidem committimus temonem, Deū autem obſecramus vt pelago ſeruemur: ſic etiam introducentes medicum, in Deum ſperare ne deſinam⁹.

Imperitus medicus ad ægrotos ingreſſus, pro reſtitutione ipſorum in ſanitatem, exiguas etiam virium reliquias adimit.

*Chriſoſt.* Veteres medicos exiſtimo non ſimpliciter neque temere ſtatuiſſe vt variarum operationum exhibitio publica fieret, ſed vt ſanos ita redderent tutiores.

Illum qui non eſt medicus, præſtat non habere medicamen, Nam ille qui habet, perdit, neſciens quomodo eo vti debeat.

*Ggreg. Nyſſeni.* Quando præſtantior eſt anima quàm corpus, tanto maioris pretij eſt qui medetur animis, quàm qui corpora curat.

*Didymi.* Perfectum medicum dicimus, non qui omnino curat, ſed qui nihil eorum quæ ad vtilitatem ægri & curam pertinent, omittit.

*Hieronis.* Medicum & amicum exiſtimato, qui in neceſſitate diligentes fuerint.

*Nicocles.* Nicocles medicos felices dicebat, quoniam ſucceſſus quidem ipſorum ſol intuetur, errores autem tellus operit.

*Stratonic⁹ Demonactis.* Stratonicus adulans medico, dicebat: Laudo tuam experientiam, quia non ſinis infirmos computreſcere, ſtatim eos à vita liberans.

*Democriti* Maior gratia medicis debetur ingruentem morbū arcentibus, quàm conſtitutum iam medicantibus, Quippe magis optandum eſt non pati, quàm liberari malo.

Aegris medicos infortunatis adeſſe oportet.

Et medicus & amicus, non iucundior, ſed vtilior eligendus eſt.

Sapiens quidam cum imperitus medicus ei dixiſſet, Senex factus es, reſpōdit: Quia non vſus ſum medico.

### *De Aegrotantibus, Sermo.* 57.

*Matth. 25* AEgrotaui, & viſitaſtis me.

*Hebr. 13.* Memores eſtote vinctorum tanquam vnà cum illis vincti: eorum qui affliguntur, tanquam ipſi quoque verſantes in corpore.

*Sirach. 7.* Qui obturat aures ſuas ne audiat infirmum, ipſe quoque inuocabit, & à nemine audietur.

Ne cuncteris inuiſere infirmos.

*38.* Fili in morbis tuis ne ſis negligens, ſed ora Dominum, & ipſe ſanabit te. Miſſum fac delictum, manusque rectas exhibe, atque omni peccato cor tuum emunda, tamen ſuffimentum adole, commendatitiamque ſimilaginem: deinde locum des medico, vt cuius Dominus author ſit, nec diſcedat abs te, quia ipſius indiges. Eſt cum medicorum quoque manus ſucceſſum conſequantur: nam & ipſi Dominum orant, vt lenimentum ſecūdet ſibi, vitæque cauſa curationem. Qui in creatorem ſuum peccauerit, in manus medici ſolet incidere.

Infirmitatem facito virtutis materiam.

*Baſilij. Theologi.* Morbi ſæpe flagella ſunt peccatorum. Dominus enim caſtigat quem diligit.

Decebat nos nec applaudere, neque flecti, paſſionibus, ſed contemnere lutum: & corpus quidem noſtrū

pati ſinere, vtpote neceſſario ſiue non multo poſt pro lege naturæ diſſoluẽdũ(peribit enim aut morbo aut lõgo tempore confectum)nos vero animam in ſublime tollere,& cogitationibus conuerſari Deo.

*Chryſoſt.* Si per inopiam nihil ſit quod afferas ægroto, teipſum ei exhibe,& verborum conſolationem offer. Sic enim etiam audies olim,Infirmus erã & viſitaſtis me.

Sæpe vel ſola natura aëris ſatis fuit ad ſanitatem ægroti: interdum&ſomnus obueniens tempeſtiue, om- *Athanaſij* ni labore medicum liberauit.

Corpora quidem ægra, curationis& abſtinentiæ beneficio reſtituuntur, reſtituta vero per negligentiam & repletionem paulatim relabũtur,& ad eoſdem morbos recidunt.

*De morte, Sermo. 58.*

QVi credit in me,licet moriatur,victur[9] eſt.Et omnis qui viuit & credit im me,in æternum non morietur.

*Ioan 12.* Melior eſt mors quã vita amara,aut ægritudo lõga.

*Sirach.30* *Baſilij.* Qui viuit adhuc, nondum beatus eſt, propter finis incertitudinem:qui vero iam functus eſt officio ſuo, & vitam indubio fine concluſit, is demum conſtanter beatus prædicatur.

Nemo ſolutis iam nundinis negotiatur,neque poſt certamina rediens coronatur, neque poſt bella fortitudinis ſpecimen exhibet.

C Diuturnior huius vitæ mora, plurimorũ vitiorum eſt occaſio,

Mors autem infertur expletis huius vitæ terminis, quos ab initio ſingulis iuſtum Dei iudicium,quid cuique conducat multò ante prouidentis,præfixit.

Cogita quod qui nos formauit& animauit Deus, propriam cuique animæ in hac vita tranſactionem dedit,& aliis alios exeundi terminos præſcripſit. Alium enim diutius conuerſari cum carne deſtinauit, alium vero citius corporis huius vinculis liberari conſtituit ſecundum ineffabiles ſapientiæ eius& iuſtitiæ rationes.

D Quem admodum carceribus incluſorum, alij quidem diutius in afflictione vinculorum permanent,alij vero celerius liberantur: Sic etiam animarum,aliæ diu in hac vita detinentur, aliæ breuius, creatore noſtro prouidente nobis ſingulis ſapiente profundoque conſilio,quod humana mente indagari non poteſt, iuxta menſuram cuiuſque dignitati conuenientem. Non audis Dauidem dicentem, Educ è carcere animam meã? Non audiuiſti de ſancto, quod ſoluta ſit anima eius? Symeon autem, Dominum noſtrum vlnis complexus nonne hæc verba protulit? Nũc dimittis ſeruum tuum Domine. Nam corporis conuerſatio ad ſuperiorem vitã properanti quauis afflictione& carcere grauior eſt.

E Incomprehenſibilis quædam cauſa eſt,propter quã alij celerius hinc abducũtur, alij diutius moleſtæ huic vitæ, miſerè immorantes relinquuntur.

Decet etiam incipientem viuere, ob oculos habere mortem.

Quotidie nos paratos eſſe oportet ad diſceſſum ex hac vita,& nutum Domini fixis oculis expectare: Sint enim(inquit)lumbi veſtri accincti, & ardentes candelæ, & vos ſimiles expectantibus dominum ſuum quando redeat ex nuptiis.

*Theologi.* Mors eſt priuatio vitæ.

*Chriſoſt.* Cuilibet morienti quæuis terra ſepulchrum eſt.

Si proficiſcentes ab vna ciuitate in alteram indigemus duce: multo magis anima ſoluens à corpore, & migrans ad futuram vitam,ducibus indigebit.

A Gaudendum eſt morte,ſiue iuuenis, quod ſtatim liberat[9] ſit huius vitæ malis: ſiue ſenis,quod rebus quę in vita exoptandæ videntur,ad ſatietatem vſque fruitus abierit.

Malæ vitæ malus etiam finis erit.

*Diadochi.* [redacted] Anima vero quæ in dilectione Dei exultat tempore diſceſſus,ſupra omnes tenebroſos ordines elata cum angelis pacis fertur.

*Ariſtot.* Optimum eſt è vita tanquam conuiuio diſcedere, ne que ſitientem nec inebriatum.

B Qui ægrotans teſtamentum ſcribit, ſimiliter facit vt qui in tempeſtate maris nautica inſtrumẽta parare incipiunt.

Honeſte potius mori velis,quàm turpiter viuere.

*Socratis.* Satius eſt mori quam incõtinentia animam obfuſcare.

*Clitarchi.* *Moſchion.* Mors non ſolet cunctari,ſed vicina eſt, quando frequentes morbi,alij poſt alios ingruunt.

*Diogenis.* Diogenes Cynicus lugente quodam quòd in peregrina terra moriturus eſſet,dixit: Quid luges ô ſtulte? Vndecunque eadem via eſt ad inferos.

*Platonis.* Moleſtior eſt mors fortunatis, quàm laborioſe viuentibus.

*Euripidis* C Viui quidem ab amicis, mortui autem † à tutoribus indicantur.

*† ἐκ τῶν ἐπιβη-πων.* Oportebat enim nos conuentu facto lugere natum propter multa mala quæ ingreditur:

Mortuum vero,& laboribus ſolutum,
Gaudendo&bona verba dicẽdo ex ædibus dimittere.

*Democrit.* Democritus ægrotans cum in lethargum incidiſſet & poſtea rediiſſet ad ſe: Non me decipiet, dixit, amor vitæ,& ſeipſum è vita eduxit.

*Epicteti.* Magis neceſſarium eſt animæ quàm corpori mederi. Præſtat enim mori quàm male viuere.

*Bias.* Bias conſpecto enſe proiecto,dixit: Quis te perdidit aut quem tu?

D Idem interrogatus quænam eſſet mala mors, reſpondit: Quæ legibus infertur.

*Philiſton.* Animam perdit,non mors,ſed mala vita.

Si nullus moreretur,impunita maneret malitia.

Cauſiani lugent in lucem editos, defunctos autem beatos prædicant.

*De cognoſcendo ſpiritum, Sermo. 59.*

*Matth.* QVid vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem in tuo oculo non animaduertis?

*Rom. 14.* *Eccleſiaſt.* Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? proprio Domino ſtat aut cadit: immò fulcietur vt ſtet: potens enim eſt Deus efficere vt ſtet.

E Ambulato in viis cordis tui inculpatus,& noſce teipſum. Nam de omnibus iſtis Deus à te rationem poſtulabit.

Qui ſeipſos cognoſcunt,ſapientes ſunt.

*Sirach. 13.* Obſerua & animaduerte diligenter, quoniam cũ ruina tua ambulas.

*Baſilij.* Accurata cognitio tuijpſius,ſufficienter te veluti manu deducet ad notionem & contemplationem Dei.

Memor naturæ, nunquam ſuperbies. Memor autem eris ipſius,ſi teipſum obſerues.

Hoc tute pateris quod accuſas, & alienum quidem malum acute vides, tuum vero dedecus nihili facis.

Hic maxime ſeipſum cognoſcit,qui ſeipſum pro nihilo reputat.



hilo reputat.

*Chriſoſt.* A Si visDeũ cognoſcere,fac antea,teipſum cognoſcas.

*Clementis* Si mortalis es bone vir,mortalia quoque ſapias.

*Antipha.* *Demoſth.* Futurum,opinor cunctis hominibus incertum eſſe: & paruæ temporis occaſiones maximarum fiunt rerum cauſæ. Quapropter in bona fortuna moderatos eſſe conuenit,& futura proſpicere videri.

*Heraclit.* Heraclitus adhuc iuuenis omnium ſapientiſſimus fuit,quoniam ſciebat ſe nihil eſſe.

*Socratis.* Socrates exiſtimabat nihil ſe ſcire præter hoc vnum quod nihil ſciret: reliquos vero ne hoc quidem ſcire.

Qui valde febricitant,appetitum & robur amittũt: qui vero principum aulas in habitant, mentem &bonos mores perdere ſolent, niſi frequenter animo repetant hoc dictum, Noſce teipſum.

*De Pulchritudine, Sermo. 60.*

*Matth.6.* *2.Timo.2* COgnoſcite lilia agri quomodo creſcant: non laborant neque nent. Attamen dico vobis,ne Salomonem quidem in vniuerſa gloria ſua ſic amictum fuiſſe vt vnum ex his.

Volo mulieres in amictu modeſto cum verecundia & caſtitate ornare ſemetipſas, non tortis crinibus aut auro aut margaritis aut veſtitu ſumptuoſo.

*Prou.6.* Ne te vincat deſiderium pulchritudinis, neque capiare palpebris tuis.

*Sirach.26* C Venuſtas faciei in ætatis vigore,vel in ætate cõſtãti.

*11.* Ne abhomineris quẽquam in vultu eius, neque laudaueris virum in pulchritudine eius.

*Baſilij.* Pulchritudo eſt bona illa concinnitas in compoſitione membrorum, floris inſtar,ſuperinductam ſibi gratiam habens.

*Theologi.* Pulchritudinem exiſtima ornatum animi.

*Chriſoſt.* *Plutarchi.* Non in corporis forma,ſed in moribus&modeſtia pulchritudo ſita eſt.

In ſpeculo te contemplare, & ſi pulcher appareas, ea fac quę decent pulchrum: ſi deformis, id quod faciei deeſt honeſtate morum ſupple.

Aeſopus ob deformitatem culpatus, dixit: Ne mihi formam,ſed mentem aſpice.

Cum naturæ venuſtatem exornauerint mores probi,dupliciter aliquis accedens capitur.

*Menandri* Oſcula formoſorum cauenda ſunt,ſicut morſus venenatorum animalium.

*Socratis.* *Diogenis.* Diogenes cum vidiſſet formoſum adoleſcentem formæ cauſa amari,dixit: Quin operam das adoleſcẽs vt corporis amatores ad animam transferas.

Idem conſpecto adoleſcente qui ſe ornabat,dixit: Si viris quidem te ornas,infelix es: ſin mulieribus, iniuſtus.

Ariſtoteles cum adoleſcentem ſe ornare vidiſſet, dixit:: Non erubeſcis,quod cum natura te virum fecerit, tu teipſum effœminaris?

Idem cum iuuenis quidã facie formoſus ſed morib[9] petulãs,inter alia cõuitia ei diceret: Si tã exoſus eſſem ciuibus,vt tu es,laqueo vitam finirem, reſpondit:

Ego vero laqueum mihi inferrem ſi ita me ciues amarent,vt te.

*Iſocratis.* Si pulchrum tibi corpus eſt & anima mala,bonam nauim habes & malum gubernatorem.

Pulchram mulierem ſi vides, ne mireris.

Eximia enim forma multis etiam criminibus ſcatet.

*Simocatus* Simocati formam nec exprimere ſermo,neque manus pictoris imitari poſſent. Erat enim iuuenis robuſtus,erectus,hirſuto pectore, oculis capreoli: viſu autem neque minaci & rubicũdo,neque humido& molli,ſed virili ſimul & miti: corporis colore, nec albebat nimiùm, neque nigricabat. Cæſaries vero placide fluctuabat,criſpa & ſubcærulei coloris. Denique genæ, neque rubebant,quod muliebre eſt: neque pallore venuſtatem obfuſcabant.

*Leucippes* Pulchritudo acutius telo vulnerat, &per oculos in animam defluit.

*De gloria, Sermo, 61.*

*Matth. 6.* QVærite primum regnumDei,& iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

*Rom.8.* Non pares ſunt afflictiones præſentis temporis ad B gloriam,quæ reuelabitur erga nos.

*Prou.3.* Sapientes gloriam poſſidebunt, impij autem dum euehuntur ignominiam acquirunt.

*Prou.21.* Via iuſtitiæ & miſericordiæ inueniet vitã&gloriam.

Sapientibus adeſt timor Domini & diuitiæ & gloria & vita.

Ne fias reprehenſibilis in gloria tua,& tempore gloriæ ne extollaris.

Ne petas principatum à Domino,nec à rege ſolium gloriæ.

*Sirach.7.* Multi potentes magna ignominia affecti ſunt,&glorioſi in manus aliorum traditi ſunt. *9.*

Ne æmuleris gloriam peccatorum. *4.*

C Magnati humilia caput tuum.

Ne contendas cum homine potente, ne quando incidas in manus eius. *8.*

Cum te potens aliquis ad ſe vocat, cedito,& tunc maxime te vocabit.

Noli te paremfacere magnatibus in medio ipſorum.

*Baſilij.* Si gloriam quæris,& cupis ſuperior multis videri, & in rebus mundanis clarus fieri,ſis iuſtus,temperans, prudens,fortis, & patiens in aduerſis pro religione ſuſcipiendis. Sic enim & teipſum ſeruas,& per maiora bona maiorem gloriam ſine ſuperbia conſequeris.

Præſidem, conditionis ſuæ dignitas ne extollat: ne excidat beatitudinis præconio humilitati propoſito.

*Eiuſdem.* D Debebat homo in gloria quæ penes Deum eſt,manere,&ſic non fictam celſitudinem, ſed veram, Dei potentia promotus,habuiſſe: ſed quoniam diuinæ gloriæ deſiderium depoſuit,maiorem expectans,&quod aſſequi non poterat deſiderãs,id etiam perdidit quod habere poterat.

*Eiuſdem.* Volo tibi vehementius inſeri admirationem creationis. Primum igitur cum vides herbam graminis & florem ad humanæ naturæ conſiderationem te conuertas, memor comparationis apud ſapientem Eſaiã, quod omnis caro fœnum ſit,& omnis gloria hominis tanquam flos fœni. Nam huius vitæ breuitas, & tam breui tempore durans, humanæ felicitatis lætitia&hi E laritas,aptiſſime à propheta in hanc ſimilitudinem trahitur. Eſt aliquis floridi corporis hodie,&præ deliciis carnoſus,pulchro colore nitidus, ætatis vigore vegetus,neruoſus,& præualidus? hic idem cras miſerabilis eſt vel tempore tabefactus, vel morbo diſſolutus. Alius præclarus eſt pecuniis & opibus, ambit eum adulatorum turba, comitantur amici ficti & ſui ipſorum gratia colẽtes ipſum, adſunt cognati plurimi & ij quoque ſimulati,denique infinita eſt caterua ſiue victus ſiue alterius vtilitatis gratia ei adhærentium, quos ille & procedendo in publicum & redeundo ſecum trahens,inuidioſus eſt obuiis. Vides præterea diuitiis accedere ciuilem quandam potentiam,aut etiam hono-

res à regibus cõferri, prouinciarum curam, imperium militare, præconem alta voce antecedentem, ſatellites vtrinque grauiſſimum terrorem incutientes ſubditis, verbera, vincula, abductiones, carceres, vnde timor ſubditorum intolerabilis fit. Sed quid poſtea? Vna nox & febris, aut coſtarum aut pulmonis acuta ægritudo ex viuis raptum hominem aufert. Sic tota illius ſcena ſubito denudatur, & gloria illa tanquam ſomnium euaneſcit. Commode igitur & vere, infirmiſſimo flori humanam gloriam comparauit propheta.

*Theologi.* Curæ tibi æterna ſemper ſit gloria: præſens enim quotidie fallit. Gloriam ſequitor, nec omnẽ neque nimium. Præſtat enim eſſe, quàm videri: ſin temperare tibi nequis, inanem gloriam aut nouam ſaltem ne captes.

B

*Eiuſdem.* Subiiciamur & Deo, & nobis inuicem, & principibus in terra, idque eò magis quò leniores & benigniores illi fuerint † Malum enim eſt benignitatem principum frangere peruicacia, & cauendum ne in nos ipſos aſperitatis illorum culpa recidat, ſi tranquillitatem immiſſo vento ſoluerimus, luci tenebras immiſerimus, & abſinthium melli miſcuerimus. *† Incluſa parentheſi corrupta videntur in Græco.*

*Chriſoſt.* Etenim quæ ab hominibus confertur gloria, conferentium vilitatem ſequitur, quare etiam facile dilabitur: Diuina vero non ita fluxa eſt; ſed perpetuò ſtabilis manet. Et hæc ambo, docens propheta, illius inquam lubricitatem & huius ſtabilitatem, his verbis vtitur: Omnis caro fœnum eſt, & omnis gloria hominis ceu flos fœni: quibus omnem humanam felicitatẽ ne fœno quidem, ſed viliori materiæ comparando, florem fœni totam eam ſimul nominauit. Nullam enim partem eius præfert, vt diuitias, aut voluptatem, aut potentiam, aut honorem, aut aliquid huiuſmodi, ſed omnia inter homines ſplendida comprehendens vna appellatione gloriæ, fœni ſimilitudinem ſubiungit, inquiens: Omnis gloria hominis, eſt tanquam flos graminis, gramen exaruit & flos cecidit.

*Cyrilli.* Hominum genus ſimile eſt naturæ graminis, flores autem graminis ſunt, quæ accreſcit gloria & potentia: & ſicut areſcente gramine flos excidit, ſic morte hominibus ingruente, potentia & ſuperbia extinguũtur.

*Plutarchi.* Plantæ quidem à radice, gloria vero (à † bono opere) creſcit. *† πρώτης λέξεως;*

*Ariſtotel.* Nullus honeſtam gloriam curans, vir malus eſſe poteſt. Pulchrum eſt enim pro breui voluptate, æternam gloriam permutando nanciſci.

*Iſocratis.* Maxima dignitas eſt, non quidem vſurpare honorẽ, ſed honore dignum exiſtimari.

*Philonis.* Quorum gloriam æmularis, eorũdem bona facito.

*Ex antiquitatibus Ioſephi.* Qui didicit obedire, mox etiam imperare diſcit. Nã qui ſubiici non antea didicerit, & obedire inſtitutus fuerit, is nequaquam verus eſt princeps, licet totius terræ & maris imperium habeat.

*Salomonis Sirach. 37* Omnes qui recte obedire didicerunt, ſcient etiam imperare ad poteſtatem progreſſi.

*De inuidia Sermo. 62.*

*Matth. 20* VEnientes autem primi putabant ſe plura accepturos, & ipſi quoque acceperunt denarium ſinguli.

*Iacob. 3.* Vbi æmulatio & contentio, ibi inconſtantia & omne opus prauum.

*Baſilij.* Inuidia, quod vtilius eſt præferre neſcit.

Aemulatur ſocius ſocium.

Ne conſultes cum eo qui te ſuſpectum habet, æmulantibus abſconde conſilium tuum.

Inuide quid ſuſpiras? proprium ne malum, an alienum bonum?

A

Non vides qualis res ſimulatio ſit? & hæc fructus eſt inuidiæ. Animus enim duplex, & diuerſis affingens ſe partibus, ex inuidia maxime hominibus accedit.

Nullus pernicioſior affectus animis hominum innaſcitur, quàm inuidia.

Nam vt ærugo ferrum, ſic inuidia quam infecit animam conſumit.

Canes nutricatione cicurantur, & cultu manſueſcunt leones: inuidi vero ad obſequia magis efferantur.

Scriptura multis in locis inuidiam & cædẽ ſimul nominat. *(In Græco ſermone alluſio eſt nominũ. φθόνος & φόνος*

Quemadmodum rubigo, peculiare eſt vitium frumenti, ſic inuidia morbus eſt amicitiæ.

B

Inimici probitatis dæmones, cum ſibi familiares & congruas hominum voluntates inuenerint, omnibus modis abutuntur eis, ad ſuam libidinem, ita vt etiam oculis inuidorum ad miniſterium ſuæ cupiditatis vtantur. *Græci βασκαίνειν Latini faſcinare dicunt.*

*Theologi.* Noli inuidere præclarum aliquid facienti, quãuis illum tibi inuidum eſſe perſuaſus ſis, ac ideo ſuccẽſeas.

Vtinam pereat ex hominibus inuidia, habentium ſe conſumptio, & affectorum ærugo: ſola inter affectus iniuſtiſſima ſimul & iuſtiſſima: hoc dico, quoniam lædit à quibus fouetur: illud autem, quia præclaris omnibus moleſta eſt.

*Chriſoſt.* Inuidet quidem dæmon, ſed hominibus, nulli vero dæmoni: tu vero cum ſis homo, hominibus inuides, & quomodo conſequeris veniam?

C

Si ille qui diligit amantem, nihil plus habet publicano: qui odio habet immeritum, qualem ille benignitatem aſſequetur?

*Ariſtot.* Ariſtoteles, Inuidia, inquit antagoniſta fortunatorũ.

*Plutarchi.* In ſole ambulantes neceſſario ſequitur vmbra: in gloria vero conſtitutos, inuidia.

Gloriæ pulchritudo, ab inuidia quaſi morbo ſtatim corrumpitur.

*Anacharſis.* Anacharſis Scytha interrogatus cur homines ſubinde triſtentur, dixit: Quia non ſolum propria mala eis moleſta ſunt, ſed etiam aliena bona.

*Plutarchi.* Vt ferrũ ærugine cõſumitur, ſic inuidi ſuope ingenio.

D

Idem dixit inuidiam eſſe vlcus animæ. *( In Stobæi locis Socrati attribuitur hoc dictum: Quod inuidia ſit vlcus animæ.*

*Democriti* Inuidia, ſeditionis initium parit.

Multi in monumenta defunctorum gratos & beneficos ſe exhibẽt quos antea præ inuidia viuere dolebãt

Idem dixit, inuidiam animæ ſerram eſſe.

*Socrrtes.* Cleobulus Lindius interrogatus à quodam, quænã præcipue cauenda ſint, dixit. Amicorum quidem inuidiam, inimicorum autem inſidias.

*Cleobus.* *Bionis.* Bion ſophiſta cum vidiſſet inuidum quendam valde triſtem demiſſo in terram vultu, dixit: Aut huic magnum malum contigit, aut alteri cuipiam magnum bonum.

E

*Agathon* Agathon dixit malos homines non tam lætari propriis bonis, quàm alienis malis.

Themiſtocles adhuc adoleſcens nihil dum præclari ſe facere dixit: nondum enim inuideri ſibi. Nam ſicut cantharides, vegeto maxime tritico innaſcuntur & roſis pulchrè florentibus: ſic inuidia maxime inuadit bonos viros, & in virtute proficientes, & ingenij perſonæque gloriam ſuſtinentes.

*De riſu, Sermo. 63.*

*Lucæ, 6.* VÆ vobis qui ridetis nunc, quoniam lugebitis & flebitis.

*Ad Eph. 5* Cæterum ſcortatio & omnis immundicia aut auaritia, ne nominetur quidem inter vos: ſicut decet ſanctos: aut



A

ctos: aut obſcœnitas, aut ſtultiloquium, aut vrbanitas, quæ non conueniunt, ſed magis gratiarum actio.

*Sirach.* Narratio ſtultorum offenſio eſt, & riſus eorum, in deliciis peccati,

*Baſilij.* Ad lenem vſque riſum, animæ hilaritatem ſubindicare non dedecet, iuxta ſcripturam quæ ait, Lætante corde vultus renidet: cachinnari autem voce, & concuti corpore, non eſt hominis animo compoſiti neque probi.

*Theologi.* Animus grauis & prudens, melior ac dignior eſt riſu: ſeuerus enim habitus faciei emendat animam.

Sapientium animæ triſtes ſunt & in ſe contractæ, inſipientium vero inflantur & diffluunt.

*Iſocratis.* Ne ſerius eſto in rebus iocoſis, neque inter ſeria ridiculis gaude. Nam quod intempeſtiuum eſt, vbique moleſtum eſt.

B

*Moſchionis.* Qui cum adoleſcente ridere vult, turpes contumelias & reprehenſionem lucrabitur.

*Catonis.* Qui in ridiculis ſerij ſunt, in ſeriis fient ridiculi.

*Stratonici.* Stratonicus citharœdus cum vidiſſet quendam imperite iaculantem, abiens ad ipſum ſcopum conſtitit, & cum quidam interrogaret cauſam, reſpondit: ne feriar.

*De rationali, & ratione ſeu cogitatione, Sermo 64.*

*Matt 12.* BOnus homo bona profert ex bono theſauro cordis, & malus homo ex malo theſauro mala profert.

C

*Salomonis* Prudentis cogitationes, viæ ſunt vitæ: à cogitationibus autem eius replebitur vir bonus.

*Prou. 12.* Cogitationes iuſtorum, iudicia ſunt.

*Sirach. 27* Vt ſordes in excuſſo cribro, ita ſpurcitias hominis ratio diſcernit: ( *vel,* ſpurcitia inhæret cogitationi hominis.)

*Prou. 19.* Multæ ſunt cogitationes in corde hominis, conſilium autem Dei ſuperabit in æternum.

*Theologi.* Ratio melior eſt actionibus aut pecuniis. Nam iſtæ corrumpuntur, ratio permanet.

*Chryſoſtomi.* Auiculis ideo datæ ſunt alæ, vt fugiant laqueos: & ratio hominibus, vt à peccatis effugiant.

D

Mens non deſinit producere cogitationes, tu vero malas euelle, bonas cole.

*Clementis* Abſtinentia factorum non iuſtum reddit fidelem, ſed cogitationum caſtitas & puritas.

*Plutarchi.* Solem ſæpe nubes obumbrant, rationem affectus.

Pedi ſpinam, brutæ animæ ignorantiam eximere oportet.

*Philemonis.* Qui omnia ſecum ratione conſiderat, malum remouet, bonum autem carpit.

Quæ tibi ratiocinanti optima videntur, eadem re ipſa perfice.

*Iſocratis.* Quæ non facere conuenit, de iis faciendis ne cogita quidem.

E

Quemadmodum ex ciuitate bonis legibus inſtituta hominem ſeditioſum, ſic ex anima cogitationem ad mala inclinantem fugare oportet.

*De voluntario & inuoluntario, Sermo 65.*

*Lucæ. 12.* SEruus ille qui voluntatem Domini ſui nouit & non facit, multis verberibus afficietur: qui autem ignorat, paucis.

*1. Cor. 9.* Væ autem mihi eſt, niſi euangelizem. Nam ſi volens hoc faciam, præmium habeo: ſin inuitus, diſpenſatio commiſſa eſt mihi.

Inuitus exiuit à facie poteſtatem habentis.

*Prou. 30.* Lac ſi premas, butyrum exit: qui nares emungit, ſanguinem elicit: ſic qui iras incitat, litem producit.

*Incerti.* Deus non author eſt malorum apud inferos, ſed nos ipſi. Principium enim & radix peccati eſt arbitrium noſtrum, & voluntatis noſtræ libertas.

Laudamus eos qui ex animi inſtituto, non adacti aliqua neceſſitate, boni ſunt. Nam vbi prompta voluntas eſt, nihil prohibet.

Vis aut metus non poſſunt efficere virtutem. Bona enim ex voluntate, non neceſſitate proficiſcuntur.

Moleſtũ ſpontaneũ, inuoluntario iucundo præſtat.

*Theologi.* Voluntarium enim ſtabilius & tutius eſt.

Quod violenter vincitur, id occaſionem nactum in libertatem ſe aſſerere ſolet.

Paſtor ſi velit hircos etiam mulget, ſed pro lacte, ſanguinis fontes hauriet.

*Chryſoſt.* Non illos qui neceſſariò, ſed qui ſponte ſua vitiis abſtinent, Deus coronat.

Deus nos allicit, non vi & neceſſitate, ſed per voluntatem & animi ſententiam.

Nullus eſt neceſſitatis fructus, ſed omnis merces voluntati tribuitur. Non enim reputat Deus quæ neceſſario, ſed quæ vltro conſultóque recte geruntur.

*Choricij.* Productum à natura bonum, non approbatur: à voluntate vero natum, laudabile eſt.

*Epicteti.* Si vales ſine perturbatione & placide viuere, fac vt omnes tibi familiares boni ſint: erunt autem boni, ſi volentes erudias, inuitos vero ( *in Græco additur,* ἐπειτακὼς καὶ χειρωμένος ) dimittas. Simul enim fugientibus illis improbitas & ſeruitus aufugient: relinquetur autem cum illis qui conuerſantur, probitas & libertas.

*De timore, Sermo 66.*

*Matth. 10. 25.* NE timeatis ab illis qui corpus occidunt, animam vero occidere non poſſunt.

Spiritus quidem promptus eſt, caro autem imbecillis.

*Acto. 10* In veritate deprehendo, quod Deus non eſt perſonarum acceptor, ſed in omni gente, qui metuit ipſum & iuſtitiam facit, acceptus eſt ei,

*Prou. 14.* Timor Domini fons vitæ, facit autem declinare à laqueo mortis.

Audi omnem ſermonis ſummam, Deum time, & præcepta eius cuſtodi.

*Sirach 40* Pecuniæ & vires extollunt cor, vtrumque vero ſuperat timor Domini.

*Baſilij.* Timores non inutiles ſunt prudentibus, ſed valde boni & ſalubres. Quamuis enim eos ferè deprecamur, factis tamen caſtigamur. Afflicta enim anima appropinquat Deo, vt pulcherrime alicubi dicit Petrus.

*Theologi.* Non oportet initio à contemplatione facto in timorem (deſcendere, ſed contra.) *Incluſa parentheſi de noſtro addidimus.*

Crepantibus foliis terrentur lepores, viri autem timidi rerum vmbris.

*Chryſoſt.* Non tantum verbis effici poteſt, quàm timore. Nam timor gehennæ, regni coronam nobis afferet.

Multorum nobis bonorum, ſi velimus, cauſa fit diabolus: metuentes enim inſidias eius, ſobrij ſumus & memores Dei, Nam qui videt inſtantem hoſtem, ad illum confugit qui poteſt opem ferre.

*Io. Climacis.* Quemadmodum ſolis radius per foramen illapſus, quicquid in domo eſt illuſtrat, ita vt vel minima videantur, & puluis ipſe volitans: ſic etiam Dei timor cum diſcretione natus in corde, omnia eius peccata prodit.

*Seueriani.* Dei timor initium eſt ſalutis hominum, & lex diuina radix eſt nobis omnium bonorum.

*Bias.* Bias interrogatus quidnam in vita metu vacaret, dixit: Recta conſcientia.

*De lege, Sermo 67.*

*Ioan. 8.* IVdicium meum iuſtum eſt, quia non ſum ſolus, ſed ego & qui miſit me: & in lege veſtra ſcriptum eſt, quod duorum hominum teſtimonium verum ſit.

*Rom. 2.* Qui ſine lege peccarunt, peribunt etiam ſine lege: & qui in lege peccarunt, per legem iudicabuntur.

*Salomonis* Legem cognoſcere eſt bonæ mentis.

*Sirach. 21* Qui legem Domini ſeruat, imperat cogitationibus ſuis, (vel, ſeruat voluntatem eius.)

*Baſilij.* Non fieri poteſt vt ſeruetur, qui non facit opera ſecundum præcepta Domini, neque vllum ex præceptis ſine periculo negligitur. Nam ſi perfectum eſſe oportet Dei hominem, omnino neceſſarium eſt vt in omnibus præceptis abſolutus ſit, ad modum & ſummam perfectionis Chriſti.

*Theologi.* Legem obſeruans eiicies timorem. Vacat enim timore quilibet cuſtos legis.

Duo ſunt quibus regimur, natura & lex. Fortior autem eſt natura quàm lex.

*Chryſoſtomi.* Peccatis ex neceſſitate commiſſis, leges etiam ignoſcunt.

Legum genera tria ſunt, lex naturæ, lex ſcripta quæ Moyſi data eſt, lex gratiæ.

*Zaleucus.* Zaleucus Locrenſium legiſlator, leges, aranearum telis comparabat. Illis enim ſi muſca vel culex inciderit, detinetur: ſin veſpa aut apis, lacerat telam & auolat. Et in leges ſi pauper inciderit, retinetur: ſin aliquis diues aut diſertus, perrumpens euadit.

*Solon.* Solon rogatus à quodam, quomodo optime ciuitates habitarentur, dixit: Si ciues principibus, principes legibus obediant.

*Demadis.* Seruis quidem neceſſitas, lex eſt: liberis autem, lex eſt neceſſitas.

*Epicteti.* Legis ſcopus eſt, bene mereri de vita hominum: non poteſt autem cuiuis benefica eſſe, cum ei beneficium accipere libuerit: ſolis enim obedientibus ſuam virtutem declarat.

Aegri ſeruator eſt, medicus: iniuriam paſſi, lex.

Leges veriſſimæ ſunt, quæ iuſtiſſimæ.

Legi, & principi, & ſapientiori cedere decorum eſt.

Quæ præter legem fiunt, infecta habentur.

*Virtutem Honorandam, & vitium puniendum eſſe, Sermo 68.*

*Ioan. 6.* EGredientur qui bona fecerunt, ad reſurrectionem vitæ: qui vero mala perpetrarunt, ad reſurrectionem iudicij.

*2. Petr. 2.* Nouit Dominus pios à tentatione liberare, iniuſtos autem ad diem iudicij puniendos reſeruare.

*Salomonis* Cum punitur luxurioſus, prudentior euadit innocens.

Prudens multo fit doctior cum videt improbum puniri.

*Sirach. 10* Pauperem prudentem contemnere non iuſtum eſt, neque peccatorem honore afficere decet.

*Chriſoſt. Saltator.* Egenti dato, & ſaltanti ne dederis, ne cum tuis pecuniis animam quoque illius perdas. Tu enim intempeſtiua liberalitate, cauſa es perditionis eius. Nam ſi ſcirent qui frequentant orcheſtram, inutile ſibi hoc ſtudium futurum, pridem ſanè his rebus vacare deſiiſſent.

*Eſaiæ.* Iniurius eſt bonis, qui parcit malis.

Qui puniunt iniurios, ne aliis iniuria fiat prohibent.

A Qui virtutem colit, primo & maxime veritatem colit, vtpote ducem bonorum omnium.

Solon ille ſapiens optime dixit habitari ciuitatem illam, in qua boni honorantur: peſſime autem illam, in qua mali. *Solon.*

Duæ cauſæ mouent hominem ad cultum Dei, impietatis pœna, & mentis piæ remuneratio. *Sexti.*

Improbitas ſi laudetur, intolerabilis fit.

Vbi virtus nō honoratur, ibi malitia libertate fruitur. *Procopij rhetoris.*

*Malitiam eſſe facilem, & virtutem acquiſitu difficilem. Sermo 69.*

INgredimini per anguſtam portam: lata enim eſt porta, & ampla via deducens ad perniciem. *Matth. 7.*

Omnis caſtigatio, in præſens quidem non videtur B eſſe gaudij, ſed moleſtiæ. At poſtea fructum tranquillum iuſtitiæ, reddit iis qui per illam fuerint exercitati. *Heb. 12.*

Eſt via quæ videtur apud homines recta eſſe, finis autem eius procedit ad fundum inferorum. *Prou. 14.*

Via peccatorum lapidibus eſt complanata, at in exitu eius orci fouea. *Sirach. 21*

Quodnam bonum facile eſt? Quis dormiens trophæum ſtatuit? Quis indulgens deliciis & tibiarum concentui, continentiæ coronis redimitus eſt? Nullus ſine curſu meruit brauium. Labores gignunt gloriam, & certamina coronas acquirunt. *Baſilij.*

Multi, multis ab adoleſcentia collectis, poſtquam C ætatis mediū attigerunt, obortis afflictionibus per ſpiritus malitiæ, non potuerunt ferre vim tempeſtatis, vtpote imperiti gubernationis, & rerum ſuarum omnium iacturam fecerunt.

Vix præſtari poteſt recta virtus, & non paruis laboribus comparatur.

Rara & ardua eſt poſſeſſio boni, licet multa ſint quæ ad bonum alliciant & prouocent. *Theologi.*

In promptu eſt improbitas, neque quicquam tam facile ac fieri malum.

Aeque difficile eſt vel acquirere bonum aliquod ab initio, vel acquiſitum conſeruare. Sæpius enim quod induſtria conquiſiuit, negligentia perdidit: & D quod ignauia peſſundedit, diligentia recuperauit.

Facilius eſt vitij participem fieri, quàm communicare virtutem.

Vt materia humida ignem, ſic hominum natura, bonum, vix comprehendit: plurimi autem ad mala perpetranda prompti & idonei ſunt,

Celebritas illa malitiæ, multos allicit ad ſimilem rerum lubricarum affectionem.

Malitia facilius ſequitur malum, quàm impeditur à bono.

Facilius eſt ab initio non cedere malitiæ, & primum naſcentem effugere, quàm impedire & ſuperare progreſſam: quemadmodum & lapidem ab initio appre- E hendere & retinere, quàm repellere cum in motu eſt.

Multum voluptatis malitiæ, multum autem laboris ſudoriſque virtuti coniunctum eſt. Et quænam tibi gratia deberetur, aut quid mercedis acciperes, niſi negotium eſſet laborioſum? Etenim multos oſtendere poſſem, qui naturâ mulieribus miſceri oderant. Illóſne temperantes vocabimus, aut coronabimus? Minime. Temperantia enim eſt continentia, & voluptates pugnando vincere. *Chryſoſt.*

Magna facilitas eſt ad malitiam, & in deteriora procliuis natura delabitur. *Greg. Nyſſeni.*

Multo negotio, labore, & ſudore. *Hic deſunt nonnulla.* *Ioan. Climacis.*





*De fortuna bona, & mala, Sermo 70.*

Deeſt principium.

QVi in bona fortuna modum & diſciplinam non adhibet, huic etiā dolēti cōſolatio nulla proderit.

Maximum præſidium calamitoſis eſt viciſſitudinis ſpes, & ſtatus ob oculos poſitus.

Afflictio prudentibus diſciplina fit, & melior eſt interdum aduerſitas proſperitate.

Maxima calamitas eſt homini miſero, deſtitui à quo reſtituatur & recreetur.

Magnum remedium eſt infortunato, miſericordia ex animo collata: & ſyncera condolentia, multò leuiorem reddit calamitatem.

Non parum eſt ſi fortunati facti, non obliuiſcantur illorum à quibus affecti ſunt beneficiis.

*Nili.* Luge peccatorem fortunatum. Intentatur enim ei gladius iudicij.

Cum omnes res tuæ bene procedūt, expecta mutationem: & rurſus aliâs inopinatis malis circundatus, fauſta & meliora tibi promitte.

*Photij patriarchæ.* Felicitatem acquirere nō facile eſt: acquiſitam vero ad finem vſque ſeruare multo difficilius.

*Euagrij.*

*Plutarchi.* Homini non leui, quæuis calamitas leuis eſt.

Nec ægrum, aureis pedibus ſuffultus grabatus iuuat, nec ſtolidum inſignis proſperitas.

Aegris medicos, infortunatis amicos adeſſe oportet.

Inſignes fortunæ, ſicut venti vehementes, inferunt magna naufragia.

Vt qui cœlo ſereno nauigant, inſtrumenta etiam aduerſus tempeſtates in promptu habent: ita qui in læta fortuna recte ſapiunt, præſidium quoque aduerſus infortunia comparant.

Fortuna ſimilis eſt malo certaminum præſidi. Nam ſæpe coronat illos qui non vicerunt.

Infortunium cæla, ne gaudium parias inimicis tuis.

*Iſocratis.* Nihil in rebus humanis firmum eſſe cogites. Sic enim neque fortunatus nimium gaudebis, nec infortunatus triſtabere nimium.

*Democratis.* Etiam bonus gubernator, aliquando naufragus fit: & vir † bonus vel induſtrius, infortunatus.

*† σπουδαῖος.* In foco ignem, in bona fortuna mentem ſplendere pulchrum eſt.

*Socratis.* Socrates interrogatus quid bonis viris moleſtum eſſet, dixit: Felicitas malorum. Solet enim proſperitas inopinata, contumeliæ facinora prolicere.

*Chariclei.* Quem fortuna contumelioſum reddit, is vapulat etiam à benignis.

*Moſchionis.* Vt muſicæ rudes organis, ſic indocti fortunis accommodare ſe neſciunt.

*Demonactis.* Fugæ tempus in bello, virum reuera fortem declarat: infortunium vero prudentem.

*Phauorini* In læta fortuna ne ſuperbias, & inops ne deiicias animum. Fortunæ vices fortiter ferre ſcias.

Alexander rex cum Diogenem in dolio dormientem vidiſſet, dixit. *Deeſt aliquid.*

Auarus quidam hæc verba protulit.

Malo fortunæ guttam, quàm dolium mente plenum. Nam illa abſente infortunata mens eſt.

Cui quidam ex prudentiæ ſtudioſis reſpondit, ſtilla mihi mentis potius obtingat, quàm fortunæ mare.

*Demetrius, Cypſeli.* Demetrius illum qui ſiniſtram fortunam ferre nequeat, dextram quidem ferre poſſe dixit.

In læta fortuna moderatus, in triſti prudens eſto.

Docti homines, quemadmodum in palæſtra exercitati, etſi ceciderint, ſtatim & cum dexteritate quadam ab infortunio reſurgunt.

A Ad fauſtam nauigationem gubernatore & vento opus eſt: ad vitæ vero felicitatem, ratione & fortuna.

Rationis opem ceu boni medici in calamitate inuocare oportet. *Iſocratis.*

Stultus, bona fortuna tanquam ebrietate nimium fruens, ſtultior euadit.

Fortunatorum antagoniſta eſt inuidia.

Qui meminit quid ſit homo, nullum euenientem caſum ægre feret.

Hieron interrogatus, quis felix eſſet, dixit: Qui corpore ſanus eſt, animo liberalis, & ingenio docilis. *Hieron.*

Romulus dixit, Quæ nocent hominibus, vitam eorum docent. Multi enim, cùm ratione futura præuidere non poſſint, patiendo res intelligunt.

Oportet enim non euentibus bonos viros iudicare, ſed ex animi propoſito. Illorum enim domina eſſe fortuna, huius autem ipſa, voluntas creditur. *Diodori.*

Felicioris ingenij eſt, infortunia cum dexteritate ferre, quàm ingentem proſperitatem regere prudenter.

Calamitates, etiam valde prudentem ſæpe propulerunt, verba aliqua ſuis indigna moribus efferre. *Libanij ſophiſtæ.*

Bona conſeruare difficilius eſt quàm acquirere.

*De vitæ inæqualitate, Sermo 71.*

AMen amen dico vobis, plorabitis & lamentabimini vos, mundus autem gaudebit, ſed triſtitia veſtra in gaudium vertetur. Mulier cum parit, dolorem habet, quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit anxietatis: propterea quod gaudeat hominem eſſe natum in mundo. *Ioan. 16.*

His qui ſunt diuites in præſenti ſæculo præcipe ne elato ſint animo, neque ſpem ponant in diuitiis incertis, ſed in Deo viuente. *1. Tim. 6.*

Naturâ quidem, nihil ex rebus humanis conſtans eſt, nec ſibi æquale, nec per ſe ſufficiens, ſed circulus quidam rerum noſtrarum voluitur, aliâs atque aliâs in vno die ſæpius, interdum etiam hora vna, mutationes adferens. Et potius licet credere inſtabilibus ventis, & D nauis mare ſulcantis veſtigiis, & noctis fraudulentæ ſomniis quorum breuis eſt gratia, & quæcunque in arena pueri per ludum effingunt, quàm hominum proſperitati. *Theologi.*

Quæ in præſenti vita ſplendere videntur, inutilia ſunt defunctis. (*In Græco eſt, νεκρῶν ἀχρηστότερα, quod ad verbum ſonat, inutiliora mortuis.*) *Chryſoſt.*

Cum tranquillam degis vitam, expectes olim tempeſtatem tuis rebus adfore.

Præſentibus rebus inuigilare, proprium eſt illis qui nullam futuri ſæculi ſpem ſibi promittunt. *Greg. Nyſſeni.*

Ne decipiant nos res illæ, quæ in hoc mundo celebres ac ſplendidę videntur. Omnino enim prętereunt, E & nihil ex apparentibus ſtabile eſt. *Nili.*

Cum tibi omnia negotia tua bene ſuccedunt, expectes quoque iacturam.

Multi in meliore ſtatu dolent, multi in deteriore gaudent. Quot enim diuites anguntur? quot vero pauperes lætantur? Aliis obfuit forma & robur: aliis deformitas & infirmitas profuit. Sunt qui pacem præ bello colant, alij bellum paci præferunt. An non ſemper ferè in tyrannide conſtituti, habent quod lamententur? Et quod maximum eſt, plurimi quidem moleſte viuunt, plurimi vero libenter moriuntur. *Dionis Romani.*

Idem eſt in ſecunda fortuna altum ſapere, & in lubrica via curſu contendere.

*Aristonymi.* Vita ſimilis eſt theatro: Quare peſſimi ſæpe primarium in eo locum obtinent.

*Democriti* Temporum mutatio facit, vt etiam valde potentes infirmioribus indigeant.

Homo cum ſis, memor eſto fortunæ communis.

*Euripidis* Mortalis natus, cura videre quæ te ſequuntur.
Nihil eſt conſtans in genere mortali.
Nemo enim viuit quo deſiderat modo.

*De triſtitia & mœrore, Sermo 72.*

*Matth. 5.* BEati qui lugent, quoniam ipſi conſolationem accipient.

Afflictionem habebitis in mundo.

*Apoſtoli* Quis eſt qui me exhilaret, niſi qui moleſtia per me afficitur?

*Prou. 25.* Vt veſtem tinea, & lignum teredo, ita cor viri triſtitia lædit.

*Sirach. 38.* A triſtitia mors contingit, & triſtitia cordis debilitabit vires.

Colloquium cum aliis eodem animo affectis, omnem ſolatur mœrorem.

*Baſilij.* Hic igitur eſt prudens gubernator, qui vt coniicit rem propoſitam decere, contingentia quæque diſponit, ſimilis ipſe ſibi manens perpetuò, nec inflatus in lætitia, neque deiectus in calamitate.

Communio & ſocietas luctus, ſolatio eſt dolenti.

*Theologi.* Triſtitia aliquando melior eſt voluptate, & mœſtitia panegyri, & lachrymæ laudabiles inhoneſto riſu.

Magnum enim remedium fertur à condolentibus. Nam qui æquali affectione laborant, plus ſolatij patientibus exhibent.

Afflictio etiam, quandoque bonum eſt pharmacum ad ſalutem.

*Chryſoſtomi.* Mœrendi tempus eſt, non cum male afficimur, ſed cum male agimus.

Mœroris exceſſus à naturali mente ſæpius exturbans animam ſubmergere ſolet, & ad omnia bona inutilem reddere.

Triſtitia in multos diuiſa, minus cruciat patientem.

*† Videtur de hypochondriaco affectu accipiendum.* Medicorum filij dicunt † quod etiam in quodam ſtomachi affectu intempeſtiua mœſtitia contingat. An non idem nobis euenire probabile eſt, cum dolemus, & dolendi cauſam neſcimus?

Ne cruciemur ergo in afflictionibus, ſed oremus ne incidamus in tentationem, inſtantem vero ſuſcipiamus. Sic enim & præſentia peccata delemus, & ſi quid iuſtitię habemus, illam quoque reddimus illuſtriorem. Argumento eſt Iob, qui magis claruit in tentatione.

Nihil æque ſplendidos & æmulatione dignos reddit, & infinitis bonis implet, ac multæ tentationes, pericula, labores, mœrores, inſidiæ perpetuæ, & ab illis ſtructæ à quibus minime oportebat, atque hæc omnia æquo & benigno animo ferre.

Afflictionem habebitis in mundo, inquit Chriſtus: magis igitur dolendum eſſet, ſi nos id tempus deliciis & otio tribueremus, quod Chriſtus afflictionis futurum prædixit.

*Photij patriarchæ.* Sola ſimiles affectus expertorum colloquia, mœrentibus fiunt ſolatia.

Per afflictionem, bona parantur hominibus: mala vero per inanem gloriam & voluptatem.

Qui ab hominibus iniuriam patitur, effugit peccata, & parem afflictioni opem conſequitur.

Qui mandatum perfecit, tentationē ſuper eo expectet. Dilectio enim erga Chriſtum per contraria probatur.

Fuge tentationem patientia & oratione: ſin abſque his præſidiis te opponas, vehementius inuadit.

*Dorothei.* Remiſſio, incuria, & quies, laxam & diſſolutam reddunt animam: tentationes vero conſtringunt eam, & vniunt Deo, vt inquit propheta his verbis: Domine in afflictione meminimus tui.

*Plutarchi* Via quidem eligenda planiſſima, vita vero tranquilliſſima.

Thoraci tunicam, triſtitiæ vero mentem & rationem inducere oportet.

*Socrat.* Socrates interrogatus quid bonis moleſtum eſſet, dixit: Proſperitas improborum.

Idem interrogatus, quomodo quis vitam triſtitia vacuam degeret, reſpondit: Hoc fieri non poteſt. Nam qui in ciuitate aut familia habitat, & hominibus conuerſatur, non poteſt non aliquando triſtari.

*Leucippi.* Hoc enim proprium eſt oculis, vt in magnis malis lachrymas non effundant: in mediocribus autem calamitatibus abunde lachrymentur.

*Choricij.* Immoderatū gaudiū ſæpius exit in dolorē: & immodica voluptas, accerſitam ſibi triſtitiam producit.

*Moſchionis.* Triſtitia ſequi ſolet voluptatem.

*Theopempti.* Si quis plurimas opes poſſidens cum triſtitia vitam tranſigat, is certe fuerit omnium qui ſunt, quique futuri ſunt, hominum miſerrimus.

Inſipientē, tempus: ſapientes autem, ratio mœrore liberat.

Sapit qui non triſtatur propter abſentia, ſed gaudet præſentibus.

*Epicteti.* Epictetus interrogatus, quomodo quis hoſti dolorem excitare poſſet, dixit: Si quis ita comparet ſeipſum, vt optima quæque faciat.

*Poſidippi.* Nullus hominum ſine triſtitia vitam tranſegit, neque fortunatus ad finem vſque manſit.

*Euripidis* Non eſt in quoquam reperire vacuam triſtitia vitam.

*De ſilentio, & arcanis, Sermo 73.*

*Matth. 12* DE omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines, in die iudicij rationem reddent.

*Iacobi 1.* Omnis homo ſit celer ad audiendum, & tardus ad loquendum.

*Prou. 21.* Qui os ſuum cuſtodit, ab afflictione ſeruat animam ſuam.

Tacitus lenit contentionem: & qui diligit vitam ſuam, parcit ori ſuo.

Qui loquacitatem odit, malitiam minuit.

Effuſa bona ſunt in ore clauſo.

*Sirach. 30* Tacitus & prudens, erit in pretio.

Sapientia abſcōdita, & theſaurus latens, quid iuuāt?

Eſt cum minime ſit ſpecioſa reprehenſio, & eſt cum quis ſapienter taceat.

*Theologi.* Si quid habes ſilentio melius, loquere: diligas autem taciturnitatem, vbi ſilentium ſermoni præſtat.

Illis dicendi libertas concedenda eſt, quorū modeſtus ac vere mundus, & cōpoſitus & ſobrius eſt ſermo.

Non iucunda eſt fidelibus loquacitas, & ſermonis contentio. Sufficit enim eis vel vnus oppoſitus.

Melior eſt cum ratione tarditas, inconſiderata celeritate.

Hoc etiam taciturnitatis lucrum eſt, quod non opus habeat multis reſpondere.

Silentiū pro cōſenſu haberi docetur etiā prouerbio.

*Dionyſij.* Aut melius aliquid dic ſilentio, aut ſile.

*Sexti,* Vir ſapiens & ſilens Deum colit, & cauſam ſcit cur ſileat.

*Seniorum* Silere quàm loqui malis. Silentium enim colligit, loquutio diſpergit.

Præ omnibus præceptis Deus elegit taciturnitatem: ſcriptum



*Plutarchi.* ſcriptum eſt enim: Quem reſpiciam niſi humilem & tacitum?.

Qui cupit ſeruari, ſequatur inopiam & ſilentium.

Nemini dixeris quod taceri vis. Quomodo enim ab alio poſtulabis ſilētij fidē, quā tute tibi nō præſtitiſti?

Tacere non ſolum ſitim prohibet, vt inquit Hippocrates ſed triſtitiam quoque & dolorem.

Silentij neminem, ſermonis plurimos pœnituit.

Taciturnitas vbique tutum ornamentū eſt iuueni.

Qui non ſcit tacere, loqui etiam neſcit.

*Ariſtotel.* Ariſtoteles interrogatus, quamobrem cum alios doceret loqui, ipſe taceret, dixit: Nempe cos quidem ipſa non ſcindit, cultros autem acuit.

Hominis improbi ſicut taciti canis, ſilentium magis quàm ſermonem cauere oportet.

Idem interrogatus à quodam, quis arcanum ſermonem continere poſſet, dixit. Qui carbonem quoque ignitum lingua retinere poteſt.

*Theoph* Teophraſtus peripateticus in conuiuio iuuenem quendam tacitum videns, dixit; Si rudis quidem cum ſis, taces, ſapis: ſi vero doctus, inſipienter taces.

Linguam in primis vbique moderari coneris,
Quod & ſeni & iuueni decorum eſt.

Quod facturus es ne dixeris, nam ſi non ſuccedat, irrideberis.

*Lycurg.* Lycurgus interroganti cur breuiloquio ſtuderent, Lacedæmonij, dixit, Quoniam ſilentio vicinum eſt.

*Simon.* Simonides dicebat nunquam ſe pœnituiſſe ſilentij, ſermonis autem ſæpius.

Quorum indecora vita eſt, illis maximum decus eſt ſilentium.

*Demoſth.* Demoſthenes cum adoleſcens quidam multas nugas inter pocula effutiſſet, & tacere nollet dixit, quomodo non didiciſti tacere ab illo à quo didiciſti loqui?

Cū obijceret ei quidam oris fœtorem: Multa enim, dixit, ſecreta in eo computruerunt.

*De multiloquis, Et feſtinatè loquentibus, & arcana efferentibus Sermo. 64.*

*Iob. 11.* QVi multa dicit, ille viciſſim audiet.

Ne ſis multus in verbis, Quouſque non tacebis? Tace vt & ipſi loquamur. Cur veluti quadrupedes tacebimus coram te?

*Dauid.* Vir linguax non fortunatus erit in terra.

*Salomonis* Audiuiſti ſermonem, commoriatur tibi.

*Sirach. 20* *Prou. 18.* Ne ſis celer in verbis, & ne pauper cum ſis, contendas cū diuite, neque ſapiētior ſapientibus eſſe quæras.

Per multiloquium non effugies peccatum.

Si protraxeris ſermonem, contentiones & pugnæ protrahentur. Eſt cum minime ſit ſpecioſa reprehenſio, & eſt cum quis ſapienter taceat.

Qui reſpondet priuſquam audierit: inſipientia & dedecore notatur.

Imperiti linguam continere neſciunt.

*Eccl. 10.* Si videris hominem loquendo velocem, ſcias plus ſpei eſſe ſtulto quàm ipſi.

*Sirach.* Inſipiens multiplicat verba. Qui abundat verbis habebitur odio.

Sermo inſipientis in multitudine verborum eſt.

Ne ſis pręceps in ſermone tuo, neque piger & remiſſus in verbis tuis.

Labia loquacium, nihil ad ſe pertinens loquentur.

*1. Pet. 3.* Qui deſiderat vitam, & bonos dies videre cupit, prohibeat linguam à malo, & labia ſua ne loquantur fraudem, declinet à malo, & faciat bonum, quærat pacem & ſectetur eam.

*Theologi.* Satietas ſermonis inimica eſt auribus, vt nimium alimentum corporibus.

Lingua non gubernata ratione, ſubuertit homines.

*Chryſoſtomi.* Cū res ipſæ apparēt, ſuperflua eſt ſermonis prolixitas.

Sermo ſimpliciter narratus, integras ſæpe familias euertit, & animas perdidit ac ſubmerſit. Et pecuniæ quidem iacturam reſarcire licet, ſermonem autem ſemel elapſum, reuocare non licet.

*Greg. Nyſſeni.* Reliqua peccata verbis & rebus & externa ope indigent vt perficiantur: Sermonis autem natura per ſe ſola poteſt delinquere.

Qui pudore ac timore vacuus eſt, illi os effrene, & lingua remiſſa ſoluitur.

*De illis, Qui Linguam ſuam & os cuſtodiunt, & de ſermone non duro neque contumace, Sermo. 75*

*Iob. 17.* OS meum non loquetur iniqua, nec anima mea meditabitur iniuſta.

Dixi, cuſtodiam vias meas, ne peccē in lingua mea, ponam cuſtodiam ori meo cū corā me ſteterit impius.

*Pſal. 38.* Pone Domine cuſtodiam ori meo, & ianuam munitionis circa labia mea.

*Salomon.* Omnia verba oris mei cum iuſtitia, nihil in eis obliquum neque tortuoſum.

A fructibus oris, anima viri implebitur bonis, & retributio labiorum ipſius dabitur ei.

Argentum ignitum, lingua iuſti.

Amato, labia quæ rectos ſermones reſpondent.

Mitis reſponſio auertit iram.

Sapit qui durum ſermonem proferre parcit.

*Prou. 10.* Qui cuſtodit os ſuum & linguam, ab afflictione ſeruat animam ſuam.

*Eccl. 10.* Mors & vita penes linguam ſunt, qui vero moderantur eam, fructum inde capient.

*Sirach.* Bona verba faui ſunt mellis, & dulcedo eorum remedium eſt animæ.

Oris ſapientis verba gratioſa ſunt.

Mel & lac ſub lingua tua.

Ne cohibeas ſermonem in tempore ſalutis.

Si quid vales dicendo, reſponde: ſin minus, cohibito manu os tuum.

*Deeſt hic ſermonis 75. finis & totus 76. qui inſcribitur, De illis qui os ſuum & linguam non cuſtodiunt.*

FINIS.

## MELISSAE PER ANTONIVM MONAchum Græcum congeſtæ, liber ſecundus, Ioanne Ribitto interprete,

autore damnato, versi tamen [illegible] fideli et cura, ut observarunt docti, ideo caute legenda.

*De Rege cōmodo & æquo, & de Magiſtratu ac poteſtate, Sermo 1.*

AVgebitur regnum eius, gētes hoſtium eius edet, & quæ in eo ſunt craſſa, emedullabit, & ſagittis ſuis conficiet hoſtem.

Seruauit Deus Dauidem in omnibus ad quæ profectus eſt, regnavitque in omnes, ac vniuerſo populo ius cum æquitate dicebat.

Sinite, inquit Dauid, illū maledicta iacere, quia Deus ipſi iuſſit: ſi qua ratione reſpiciet dominus in hac mea

*2.Paral.9* abiectione,& ad me reuertentur bona pro maledicto hoc ipſo die.

*2 Para. 13* Auctus eſt Salomon ſupra omnes terræ reges,opulentia & ſapientia: ac omnes reges requirebant os illius,vt quam ei deus largitus eſſet ſapientiam audirẽt, ſuaque ad illum quiſque munera ferebat.

*2 Para.17 Dauid.* Regnante Aſa quieta fuit Iudæa annos decem, probeque ſe geſſit ac recte in conſpectu domini dei ſui,& altaria aliena excelſaque ſuſtulit, ac columnas contriuit,& lucos excidit,& quietum fuit regnum in oculis eius:nec fuit ei vllum bellum per illos annos.

*Prou.14.* Fuit dominus cum Ioſaphat, ac per manum illius, regnum recte adminiſtrauit, ac vita ſua auctus eſt Ioſaphatus vſque ad ſummum.

B Potentia tua domine lætabitur rex, & ſalute quam das,exultabit valde.

*Pſal. 20. Pſal. 71.* Deus iudicium tuum regi da,& iuſtitiam tuam filio regis,vt cum æquitate res populi iudicet,&pauperum tuorum cum iudicio.

*Prou.16.* Execrandus eſt regi qui male facit,quia cum iuſtitia ſolium magiſtratus paratur.

*Prou. 14.* Accepta ſunt regi labia iuſta, nam ſermones rectos diligit: multitudine gentis gloria regis, at ſi defecerit populus,principis comtemptio eſt.

*Prou.20.* Ventilator impiorum rex ſapiens,& in rege rota ipſorum.

Quum iuſtus rex in ſolio conſidet, nihil improbum aduerſatur in oculis eius.

C Acceptus regi miniſter intelligens.

Miſericordia & veritas cuſtodiæ ſunt regi, & ſoliũ eius cum æquitate circundabunt.

Lingua regis gladius minime carneus..

*Prou.25.* Ne ſis arrogans coram rege, nec principum loca occupato:melius eſt enim vt tibi illud dicatur, Aſcende ad me,quàm vt abiiciaris in oculis potentium.

Regis vere cauſas pauperum iudicantis,ſolium in teſtimonium firmum ſtabit.

*Prou. 19.* Ira regis, mortis nuncia:at vir ſapiens placabit illum.

Regis minæ leonis rugitui ſimiles:qualis autem eſt ros herbæ inſidens,talis illius hilaritas.

D Obſerua regis os,quia quicquid voluerit, efficiet: *Eccl. 10.* ſumma præditus authoritate loquitur,&quis ei dicet, Quid agis?

Regi,ne in cõſcientia quidem tua maledictio,nec in cubiculi tui parte ſecretiore opulẽto maledicas, quia volucris aërea deferet vocem tuam: & qui præditus eſt pennis,ſermonem tuum enunciabit.

*Eſaias.* En rex iuſtus regnabit,& principes cum iuſtitia imperabunt. Populus pauper & ciuitates hominum iniuria affectorum laudibus te afficient,quod fueris auxilio ciuitati afflictæ, & animum deſpondentes propter inopiam protexeris.

*Sap.6.* E Diligite iuſtitiã qui iudicia exercetis inter homines.

*Sirach.* Rex prudens populi ſtabilitas.

Apud regem captioſus ne eſto.

*Tobias.* Regis arcanum honeſtum eſt cælare:at dei opera renunciare nobile & glorioſum.

*Lucæ.3.* Interrogauerunt autem eum & qui militabant his verbis:Et nos inquiunt,quid faciemus? Et ille,Neminem,inquit,concutiatis aut calumniis prematis.Et eſtote contenti ſtipendiis veſtris.

Subiicimini omni humanæ creaturæ propter dominum,ſiue regi tanquam præcellenti, ſiue præfectis vt qui per illum mittuntur ad ſceleroſorum quidem vindictam, proborum vero laudem.

A Omnes homines poteſtatibus præcellentibus ſubiiciantur. *Rom.13.*

Quiſquis poteſtati reſiſtit,dei decreto reſiſtit,at qui *Ibidem.* reſtiterint,ſibi damnationẽ acquirent .Principes enim non ſunt terror bonorum operum, ſed malorum. Vis non timere poteſtatem?quod bonum eſt facito, & ab illa laudem conſequeris. Sin autem malum quod eſt, feceris ,time.

Qualis iudex populi,tales ſũt miniſtri eius:&qualis *Sirach.10* gubernator ciuitatis,tales ciues qui in ea habitant.

Ne quære præfecturam à domino, nec à rege ſo- *Eccli.7.* lium gloriæ.

Regnum eſt legitima præfectura. *S. Baſilij.*

B Ergo præcepta ea quæ à rege traduntur, qui quidẽ hoc vocabulo dignus fuerit, legitima ſunt,communẽ vtilitatem ſpectantia,nec priuatæ vtilitatis cauſa comparata:hoc enim differt tyrannus à rege,quod ille ſua vndecunque parat commoda,hic eorũ quibus præeſt, vtilitatem quærit,

Si cor regis in manu dei eſt, non ſeruatur armorum robore,ſed diuino adminiculo ac ductu. Eſt autem in dei manu,[redacted] hoc regis nomine dignus. *caute lege*

Dominus reges conſtituit, & idem detrahit & mutat,nec eſt poteſtas,niſi à deo ordinata.

Sæpenumero populi impotẽtia, deterrimo magiſtratum dedit.

C Ad principis mores ferè fingi ſolent,qui in eius ſunt imperio, vt qualeſcunque tandem fuerint ductores, tales eſſe qui ſequuntur neceſſe ſit.

Honeſtum eſt, vt præſtantior ſemper deteriori præſit & imperet.

Vetus eſt verbum, Qui ſtudeant virtuti,cum voluptate eos magiſtratum non accipere.

Qui præeſt aliis ne ſe efferat propter authoritatem, ne excidat beatitudine quæ poſita eſt in animi abiectione.

Confuſio inordinata,nota eſt reipub. magiſtratu carẽti,at ordo, qualis ſit magiſtratus oſtendit:quid e- *Prou. 21.* nim iuuat gubernatorem eſſe moderatum,prauis vtẽtem remigibus?

D Vbi enim nullus magiſtratus,ibi immoderate& ſine ordine omnia feruntur, & magiſtratuum multitudo ſeditioſa eſt.

Cum liceat ſine periculo ſequi, periculoſe præeſſe nemo concupiſcat, neque ſubiectionis lex abrogetur *Theologus* quæ & terreſtria & cœleſtia continet. *Prou. 21.*

Regis voluntas lex eſt non ſcripta,quæ potentia defenditur,& quidem multo ſcriptis firmior, quæ nulli⁹ potentia iuuatur.

Regis purpuram metuite, legiſlator enim eſt & legiſlatoribus,ipſa ratio:quid vobis ſit commiſſum, cognoſcite,& quale ſit in rebus veſtris myſteriũ vniuerſus mundus ſub manu veſtra exiguo diademate & par- E uo panniculo tenetur.Superna ſolius dei ſunt,at inferna etiam veſtra. Eſtote dij,ſubiectis,vt aliquid dicam etiam audacius,Cor regis eſſe in manu dei & dictum *Prou.11.* & creditum eſt,illic ſic vobis robur veſtrum, non etiã in auro & phalangibus.

Tuam in efficiendo vim & poteſtatem demonſtra, nõ vt mali, ſed vt boni aliquid efficiatur,ſi cupis deus eſſe:hoc enim eſt viri innatam vim cognoſcentis, facillime autem paſtinaca & ſcorpius necant. *Chriſoſt.*

Qui geritis poteſtatem,timete potentiorem: qui in alto throno ſedetis,altiorem.

Regna dei duo nouit ſcriptura, vnum familiare & domeſticum,alterum quod creationis rationem ſpe-



ctat. Etenim rex vniuerſorum &Græcorum & Iu- A dæorum, & dæmonum, & aduerſariorum creationis ratione.

Multi etiam reges ſæpe imperio accepto, cum eos qui ſibi antea fuiſſent moleſti, in ſua poteſtate haberent, in tanto imperij faſtu indignum eſſe iudicauerunt,qui pœnas repoſcerent ſceleratè factorum.

Colenda,non irritanda poteſtas.

Quum princeps apud omnes inculpatæ vitæ fuerit, tum poteſt quanta volet poteſtate & punire ſubiectos omnes,& eiſdem ignoſcere.

*Patri neceſſaria eſt etiam dilectio.* Nihil eſt quod ſic magiſtratum oſtendat, vt amor & beneuolentia erga eos qui ſunt ſub ipſius imperio: nam pater non ſolum procreando, ſed etiam diligen- B do poſt procreationem, efficitur. Quod ſi vbi natura eſt,charitate eſt opus,multo magis gratia.

Non in veſte & zona, nec in præconis voce cernitur princeps, ſed in reficiendo fracta & fatiſcentia, & quæ malè conſtituta ſunt corrigendo, ac improbos puniendo, nec permittendo vt põtentiâ,ius cuiquam eripiatur & auferatur.

Ars eſt imperare, non ſolum dignitas, & quidem ars omnium maxime neceſſaria & excellentiſſima.

Qui maxime ex humilibus ſunt, cũm dignitates nacti fuerint,licentius in arrogantiam tolluntur, quippe qui ad repentinos honores inepti ſint.

Regnum terrenarum rerum aſperitates exæquat.

*Ioan. Damaſce.* C Optimum principem decet in ſuis quidem peccatis eſſe acerbum iudicem & minime ignoſcentem : at in erratis ſubiectorum placidum & ad ignoſcendum facilem.

*Philonis.* Deus nullius indiget, rex ſolius dei. Imitare igitur eum qui nullius eget, ac largiter impartire petentibus miſericordiam, non ſummo iure nec ſtricte cum ſupplicibus agens,ſed omnibus quæ ad vitam degendam pertinent petentibus, præbens.

Tyrannus eſt princeps belli, rex vero pacis præſes.

Rex iuſtiſſime, cum miſſus ſis à natura ad ſupremam puppis partem occupandam, cumque gubernacula teneas, guberna communem hominũ ſcapham, D feliciter cum ſalute omnium : nulla re magis gaudeas ac lætitia afficiare, quàm tua erga ſubiectos beneficentia.

Quid enim regis beneuolentia ſubiectis populis optabilius, aut melius eſſe poſſit?

*Xenophontis.* Principem omnibus quibus præſit ſimul ſuccenſere,magnum peccatum hoc quidem mihi videtur eſſe: neceſſe eſt enim quia multis terrori ſit,multos habere hoſtes:& quia omnibus ſimul ſuccenſeat,eoſdem omnes ad concordiam commouere.

*Plutarchi.* Ne puero gladium,prouerbio dicitur.Ego vero dixerim, Ne puero diuitias, nec viro doctrinæ experti potentiam.

E Nullum firmius principis præſidium quàm vera & conſtans beneuolentia : cum enim vulgus & proceres aſſuefacti fuerint non principem ſed principi timere, tum multis oculis videt, multis auribus audit,ac,quæ geruntur præſentiſcit.

Potentiam,diuitias, magiſtratum accipere & quaſi in humeros tollere vel mulieres & pueri poſſunt: at magnam poteſtatis prouinciam ſuſcipere & adminiſtrare nec ſuccumbere, nec opprimi pondere & magnitudine rerum,id viri demum eſt virtute, prudentia & intelligentia præditi.

Cleon quidem cum primum ſtatuiſſet rempub. capeſſere, amicis in vnum locum conuocatis, eam quæ ei cum illis interceſſerat amicitiam dirupit, tanquam A quæ in admiſtratione ciuitatis,rectum & iuſtum inſtitutũ emolliat, & tranſuerſum agat. Themiſtocles contrà, qui cum quidam moneret vt præclare magiſtratu fungeretur, Nequaquam, inquit, in eo ſeſſurus ſum throno,in quo amici non meliore ſunt futuri conditione, quàm non amici : non enim ciuitas homines amicis & ſodalibus carentes,ſed commodos & temperantes requirit.

Quæ velis,eos qui ſub tuo ſunt imperio& ſentire & *Dionis Romani.* agere,eadem tu & loquitor & facito : ſic enim eos facilius & melius inſtitueris quàm iis quæ legibus conſtituuntur ſuppliciis : illud enim æmulationem, hoc terrorem habet, & facilius quis optima imitatur quæ B videt opere fieri, quàm cauet peſſima quæ audit verbo vetari.

Ad principum voluntatem populi mores ſemper conformantur.

Dicta & facta ſuorum præfectorum vulgus ſequitur,ac ea quæ ab illis fieri animaduerterit, eadem & qui ſunt ſub imperio,alij ſimulatè faciunt.

Deſyderari magis,quàm timeri in vita expete:quem *Democriti.* enim omnes metuunt,idem omnes metuit.

Principem in rerum opportunitatibus vti decet ratione: aduerſus hoſtes audacia, beneuolentia autem erga ſubiectos.

Mali qui accedunt ad honores, quanto magis *Prou. 28. & 29.* C ſunt indigni qui honores aſſequantur,tanto magis dedecoroſi & inglorij fiunt, & imprudentia & audacia pleni turgent.

Si magiſtratum geris,manſuetus: ſi ſub imperio al- *Clitarchus.* terius agis,magno animo præditus eſto.

Regem prudentem diadema non efficit,mens enim eſt quæ imperat.

Si parere non didiciſti,imperare ne aggreditor.

O diuitiæ,& tyrannis,& ars artem excellens, in vi- *Euripidis* ta hac æmulatione plena, quantum inuidiæ vobiſcum latet?

Decet,ô beate,qui rebus maximis præſit, eum prudentia præditum eſſe maxima.

D Debent potentes parce vti poteſtate, vt ſemper vti *Platonis.* poſſint.

Magiſtratus aut iudex neque pro iuſtis orari,neque *Catonis.* pro iniuſtis exorari debet.

Alexander, cum poculorum miniſter,eius phialam *Alexander.* auream perdidiſſet, ob eamque cauſam male ſuſpicaretur,iubet arceſſi ſimul ac reſciuit, cui, Confide, inquit,puer,nam vbiubi eſt,omnino noſtra eſt.

Alexander,quis eſſet optimus rex,rogatus: Qui,inquit,amicos donis retinet,& inimicos beneficiis amicos facit.

Diogenes interrogatus, quomodo quis viuere de- *Diogenes.* beat ſub poteſtate: Quemadmodum igni vtendum eſ- E ſe reſpondit, neque nimis propè accedendum,ne exuraris:neque nimium procul,ne rigeas.

Imperium non conuenit ei qui nihilo iis qui ſunt *Cyrus.* ſub imperio,eſt præſtantior.

Impera,ſi prius parêre didiceris: nam parere qui di- *Solon.* dicit, imperandi erit peritus.

Qui multis metuendus eſt,multos metuit.

Qui poteſtatem gerunt, ſi ſapientes ſunt, debent *Ariſtoteles.* non propter magiſtratus, ſed propter virtutes cum admiratione laudari, vt fortuna mutata iiſdem laudibus digni iudicentur.

Aemulare non eos qui maximum imperium acqui- *Iſocrates.* ſierint,ſed eos qui optime præſentibus vſi fuerint.

Idem peſſimum imperatorem eſſe dicebat, qui ſibi ipſe imperare non poſſet.

Suſcipe curam multitudinis, & iucundum imperium omnibus rebus antepone, intelligens & eam formam Reipub. in qua pauci imperant, & aliarum Rerumpublic. illas diutiſſime conſeruari, quæ multitudinem curant, & colunt optime. Bonus autem eris populi ductor & curator, ſi nec affici iniuria turbam patiere, nec iniuria affectam negliges: ſed conſiderabis ac curabis, vt optimi quique honores accipiant, cæteri nulla afficiantur iniuria.

Corporis tui cuſtodiam tutiſſimam exiſtima eſſe amicorum virtutem, & aliarum Rerumpublic. beneuolentiam, tuámque ipſius prudentiam: iis enim rebus & conſeruari & parari regna maxime poſſunt.

Grauis & metuendus fac videare, nihil eorum quæ fiunt, inexploratum relinquendo: clemens autem, leuiora delictis ſupplicia ſtatuendo.

Fac velis imperio dignus eſſe non acerbitate, neque grauiter puniendo, ſed efficiendo vt omnes ſuperentur tua mente & intelligentia, arbitrenturque te melius quàm ipſos pro ſua ſalute conſultare.

*Diodori.* Nemo eorum qui aliquam dignitatem aſſequuti ſunt, ſi vehementer peccarit, ſperet ſe ad extremum ſine reprehenſione latere poſſe. Etenim ſi in vita ſua effugerit reprehenſionem & infamiam, poſt tamen expectanda ei eſt veritas cum libertate, quæ occultata olim ſilentio, prædicabit.

Regem bene fungentem ſuo munere, decet iuſtum & magnanimum, & veracem & liberalem in largiendo eſſe, ac quauis cupiditate maiorem, ſupplicia leuiora delicto, gratiam autem beneficio maiorem referre, tum ſubiectis tum amicis.

*Agathonis.* Nullus princeps longius in vitia prouehitur, niſi cupiditatum miniſtros habeat.

Tria meminiſſe decet magiſtratum: primum ſe hominibus imperare: alterum, ex legibus imperare: tertium, ſe non ſemper imperaturum eſſe.

*Antigoni.* Antigonus rex cuidam anui illũ beatũ prædicanti, Si ſcires, inquit, ô mater, quàm multorum malorum ſit hic pannus (diadema autem oſtendebat) eum in ſtercore iacentem non tolleres.

*Epaminondæ.* Epaminondas Thebanus, cum videret exercitum magnum & ornatum, ſed bono imperatore carentem: Quanta, inquit, beſtia caput non habet.

*Philippi.* († [redacted].) Rex meminiſſe debet, homo cum ſit, ſe poteſtatem [redacted] † deo [redacted] accepiſſe, vt quæ præclara ſunt & diuina ſibi proponat, & expetat, prudentia autem vtatur humana.

Si vis domum bene habitari, Spartanum Lycurgum imitare: quemadmodum enim ille non muris cinxit vrbem, ſed virtute incolas obuallauit, ſicque ſemper ciuitatem liberam retinuit: Sic & tu facito, nec magnum veſtibulum cingito, nec muros altos excitato, ſed ciues beneuolentia & fide & amicitia firmato, & nihil in eã ingredietur infeſtum aut noxium, nec ſi vniuerſum quidem improbitatis agmen ſe opponat.

Prudens à gerendo magiſtratu ne ſe abducito: impium eſt enim ſeipſum abſtrahere ab indigentium vtilitate & commodis: & improbis cedere, minime generoſum: ſtultum eſt enim præoptare male gubernari, quàm bene gubernare.

Acerbum eſt & moleſtiæ pleniſſimum, deteriores præſtantioribus imperare, & ſtultiores prudentioribus præſcribere.

*Eumenes.* Eumenes rex fratribus crebro dicere ſolebat, Si me vt rege vſi fueritis, vobis tanquam fratribus gratificabor: ſin autem tanquam fratre, ego vobis vt rex.

*Cotys.* Cotys Tracum rex, Thebanis gloriantibus quod Lacedæmoniis imperarent, Vidi, inquit, torrentes perennibus fluuiis maiores factos, ſed ad breue tẽpus.

Idem interrogatus cui relinqueret arcem regiam, Potenti, inquit.

Corpore quidem, rex cuiuis alteri homini par eſt: poteſtate vero dignitatis ſimilis eſt, ei qui ſupra omnes eſt, deo: [redacted]: itaque debet rex vt mortalis nõ extolli, & vt deus non iraſci. Etſi enim imaginis diuinæ honore eſt affectus, pulueri tamen terreno implicitus eſt, per quem edocetur, qua erga omnes vtatur, ſimplicitatem.

*Muſonij.* Niti decet vt ſubiectis venerabilis magis quàm terribilis eſſe videaris, illud enim grauitas, hoc vero feritas comitatur.

*Democriti* Improba natura, ſi poteſtatem aſſecuta fuerit, publicas afferre ſolet calamitates.

*Antiſthenis.* Tum ciuitates interire ſolent, cum qui imperant, improbos à probis diſcernere non poſſunt.

Vt furioſo gladium, ſic improbo poteſtatem dare periculoſum eſt.

*Menand.* Opulentia rationis expers poteſtatem nacta, etiam eos qui ſapere videntur, ſtultos reddit.

*Demoſthenis.* Nam fortunatum eſſe præter dignitatem, deſipiendi præter dignitatem occaſio eſt.

*De rege non multum admirando, vel, de rege malo,*

*Sermo 2.*

*Prouerb.* Rex audax incidet in mala.

Regis ſubauſcultantis orationem iniquam, imperio qui parent, omnes ſunt ex leges.

*Eccleſ.10* Pauper probus & ſapiens, eſt ſupra regem ſenem & inſipientem.

*Ecclẽs.10* Væ tibi ciuitas, cuius iuuenis rex eſt.

*Eſa.3.* *Sap.6.* Actio mala, potentium ſolia euertit. Audite igitur reges ac intelligite, accipite auribus, qui imperatis multitudini, & in turbis gentium elati eſtis: datus eſt à domino principatus veſter, & potentia ab excelſiſſimo, qui facta veſtra examinabit, & conſilia veſtra perſcrutabitur: quia cum regni eius miniſtri ſitis, non recte iudicia exercuiſtis, nec legem ſeruaſtis, neque ex dei ſententia & conſilio vos geſſiſtis, horribile vobis exitium ingruet, idque citò: iudicium enim ſeuere fiet in eos, qui pręcellunt aliis: minimus enim venia & miſericordia dignus eſt, ſed potentes potenter examinabuntur: non enim faciem & os cuiuſquam verebitur omnium dominus, neque magnitudinem reuerebitur, quia paruum & magnum ipſe fecit, æqualitérque omnium commodis conſulit & proſpicit, potentes autem diligenter & ſeuere excutientur.

*Eccli.8.* Multos perdidit aurum, & corda regum à recto deflexit.

Rex doctrinæ expers populum ſuum perdet.

*Prou.29.* *Prou.28.* Regnum à gente ad gentem transfertur propter iniuſtitias & violentas iniurias & pecunias doloſas.

*Theologi.* Non eadem reges & priuatos decere exiſtimamus, quod non eadem ſint dignitate, priuatis enim vel vafre aliquid facere concedemus: quem enim perſpicuum eſt vi nihil agere poſſe, huius vafricies veniam meretur. Regi autẽ cum valde turpe ſit vi & potentia ſuperari, tum turpius minúſque decere arbitror, vt arte & callide conata perficiat atque inſtituta.

*Philonis.* Iuuentus cum ſumma poteſtate appetitionibus quæ



quæ cohiberi non poſſunt vtens, malum inexpugnabile eſt,

*De epiſcopis moderatis & Dei mandata obſeruantibus: grauem, & talem quæ reprehendi non poſſit, vitam eorum, documentum eſſe iis quibus præſint,*

*Sermo 3.*

*Gene.14.* Melchiſedec rex Salem protulit panes & vinum [redacted], cum reuerteretur ex occidione regum, erat autem Dei ſummi ſacerdos.

*Leuiti.22* Quiſquis vitioſo corpore, non ingredietur (aut accedet ad miniſterium) non cæcus, non claudus, non mutilo naſo præditus, aut auribus truncatis, nec qui fracta manu aut pede eſt, nec facie lẽtiginoſa, aut glaber ciliis, item nec qui fera ſcabie, aut mentagra laborat, aut vniteſtis eſt. Dona enim Dei ſunt ſancta ſanctorum.

*Exod.22.* Diis & principi populi tui ne maledicito.

*Deut.17.* Qui per ſuperbiam non audierit ſacerdotem adſtantem ad miniſtrandum in nomine Domini Dei tui, aut iudicem qui illo tempore fuerit, is morte multetur, & ex Iſraele tolles improbum.

*Pſal.131.* Sacerdotes tui induentur iuſtitiam, & ſancti tui exultabunt.

*Eſdræ.* Nos deſignauimus vobis omnes ſacerdotes & Leuitas, & cantores & ianitores & miniſtros Dei, ne habeatis poteſtatem imponendi illis tributum & exactionem & penſionem.

*Prou.27.* Accurate agnoſces animas ouilis tui, & cor tuum gregibus tuis præficies.

*Malach.2.* Labia ſacerdotis obſeruabunt iuſtitiam, & legem requirent de ore eius, quia nuntius eſt Domini omnipotentis.

*Eſaiæ.* Sacerdotes, inquit Deus, exhortamini & conſolamini populum meum.

Dabo principes tuos cum pace, & epiſcopos tuos cum iuſtitia.

*EZech.3. & 18.* Si frameam videris, nec ſignificaueris tuba, populúſque non ſibi cauerit, ſed gladius ipſe vnum aliquem ex illis ceperit, is quidem propter iniquitatem ſuam capitur: at ſanguinem illius de manu tua repetam. Sin impium reprehenderis, nec ſe cõuerterit ab impietate ſua, nec à via ſua deflexerit, ille in impietate ſua morietur, & tu tuam animam liberâris.

*EZec.44.* Nulli ſacerdotes vinum bibent, quandiu quidem in aulam interiorẽ ingrediũtur *(id eſt, verſantur in aula.)*

Hæc dicit Dominus Deus Iſraelitarum: Iniuſtitiam & vexationem auferendam eſſe, & iudicium & iuſtitiam exercendam. Auferte oppreſſionem à populo meo, inquit Dominus.

*Sapient.3.* Qui ſancta ſanctè ſeruauerint, ſancti futuri ſunt: & qui ea didicerint, inuenient defenſionem.

[redacted]

*Sirach.7.* Toto corde metue Dominum, & ſacerdotes eius venerare: omnibus viribus tuis eum qui te fecit, laudibus afficito, & miniſtros eius ne deſeras, metue dominum & ſacerdotem laudibus afficito, & (vt tibi præcepi) da illis partem ſuam.

*Eccli.32.* Ducem te præfeci, ne effertor, eſto in illis vt vnus de illis.

*Eccli.37.* Sapiens vir populum ſuum inſtituet, ac eum prædicabunt beatum quotquot eum viderint: nam ſapiens in populo hæreditariam fidem & authoritatem ſibi parabit, & nomen eius viuet in ſæculum.

*Matt 24.* Quis eſt, inquit Dominus, fidelis rei domeſticæ præfectus, & prudens, quem præficiat Dominus familiæ ſuæ, vt ſuo tempore det illis demenſum? Beatus ſeruus ille, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit ſic facientem: verè dico vobis, eum omnibus bonis ſuis præficiet.

Dixit Dominus Petro: Simon fili Ionæ diligis me plus quàm hi? Etiam, inquit, domine. Tum ille: Paſce, inquit, agnos meos. Dixit illud iterum: Simon fili Ionæ amas me? &c. *Ioan.21.*

Teſtificor vobis poſthac me fore purum ſanguinis & peccati omnium veſtrum, non enim quicquam cælaui, quin vobis totum Dei conſilium enunciarem. Proſpicite igitur vobis & toti gregi, cuius vos ſpiritus ſanctus effecit epiſcopos, vt eccleſiam domini paſcatis, quam ſuo ſibi ſanguine acquiſiuit. *Acto.20*

Si quis epiſcopi officium appetit, honeſtum munus concupiſcit. Oportet igitur epiſcopum talem eſſe, qui reprehendi non poſſit, ſobrium & vigilantem, moderatum, hoſpitum ſtudioſum, ad docendum aptum, nõ violentũ, nõ violentũ & iniurioſum, ſed clemẽtem & de ſuo iure cedentẽ, nõ pugnacẽ, à ſtudio pecunię alienũ, quíque domui ſuę bene pręſit. Si quis enim domui ſuæ præeſſe neſcit, quo tandem modo eccleſiæ Dei curam geret? non nouitium, ne inflatus in damnationem incidat. Etiam oportet eum honeſtum teſtimonium ab externis habere, vt ne in probra & laqueum calumniatoris incidat. *2.Tim.3.*

Manus cito nemini imponito, nec alienorum peccatorum particeps eſto, teipſum caſtum ſeruato. *1.Tim.5.*

Oportet epiſcopum talẽ eſſe, qui neque redargui, neque conuinci poſſit, tanquam Chriſti diſpenſatorem, non pertinacem, non iracundum, nõ iniurioſum, non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitum & peregrinorum ſtudioſum, bonitatis & probitatis amãtem, temperantem, iuſtum, ſanctum, continentem, adhærẽtem doctrinæ fideli ſermoni, vt & poſſit ſana doctrina exhortari, & contradicentes reprehendere, *Ad Tit.1*

Paſcite eum cui præeſtis Chriſti gregem, non coacti, ſed volentes, non auarè, ſed alacriter: neque tanquam dominantes in ſortem, ſed eſtote exemplar gregis, & cum prodibit paſtorum princeps, recipietis gloriæ coronam, quæ nunquam marceſcet. *1.Pet.5.*

Date operam ne reſiſtatis epiſcopo, vt deo ſubiiciamini, & quo magis tacitum videritis epiſcopum, tanto magis eum metuite. Quemcunque enim mittit paterfamiliâs qui rei domeſticæ præſit, ſic decet excipere, vt eum ipſum qui mittit: itaque decet, vt epiſcopũ tanquam dominum ipſum ſuſcipiatis. *S.Ignatij.*

Authoritas docentis, orationem efficit acceptam, ac diſcipulos reddit attentiores. Qui præeſt aliis ne efferatur dignitate, ne amittat humilis animi beatitudinem, aut ipſe inflatus in condemnationem incidat diaboli. *S.Baſilij.*

Cui cura eius credita eſt, is tanquã debeat rationem reddere de ſingulis creditis, ita affectus eſto.

Nullus epiſcopi munere fungens reprehenditur, ſi quid in rebus differentibus (in oratione populari) inconſiderate ſcripſerit. *Theologi. (ἐν τῷ λαικῷ.)*

Hæc mihi videtur eſſe ars quædam artium & ſcientia ſcientiarum, hominem verſutiſſimum omnium animalium ac maxime varium regere.

Vt corporibus non idem medicamentum adhibent omnes, ſed alij aliud ſiue valentes ſiue ægrotantes: ſic & animas diuerſa ratione & inſtitutione curabimus, atque huius curationis teſtes ſunt qui & perturbationibus animi afficiuntur: alios enim ducit oratio, alij exemplis ducuntur & corriguntur: alij calcari, alij fre-

no egent: alij enim ſunt ſegnes & difficiliter ad honeſta incitantur, alij ſupramodum calent, etiam appeti- A tionibus effrenatis:quemadmodum generoſi equi vltra metam currentes, quos meliores efficias, ſi verbis reprehendas ac retro inhibeas.

Hic eſt terminus cuiuſuis ſpiritalis pręfectutæ, vbique ſua negligere ad aliorum vtilitatem.

Neque eam quæ non datur præfecturam appetere, neque eam quæ datur repudiare debemus: illud eſt enim audacium, hoc vero rebellium & contumacium, vtrunque indoctorum.

Qui res maximas tractant, quíque rerum ſummam tenent & tanquam pondere librant, ij maxime deum curare & ab illo auxilium petere debent.

Nihil tam mouet vulgus, atque actio quæ eſt taci- B ta admonitio.

Alimentum etiam alentis eſt doctrina.

*Chriſoſt.* Tanto eſt ſuperius regno ſacerdotium, quantum eſt inter ſpiritum & carnem interuallum.

Non ſolum ſagacitatem, ſed etiam antea magnam à deo gratiam, vitæque mores rectos & puros, ac virtutem humana maiorem habere decet, eum qui ſacerdotij curam ſuſcipit.

Radiis ipſis purior eſſe debet anima ſacerdotis.

Medius inter deum & hominum naturam ſtat ſacerdos, beneficia illinc ad nos deducens, & ſupplices noſtras poſtulationes illuc ſubducens.

Magna dicendi facultate ſacerdoti eſt opus, quinetiam dialectices valde peritum eſſe oportet.

*Eccl. 7.* Noli fieri iudex ſi iniuſtitiam tollere non potes.

Noli eſſe doctor ſi à rei virtute abes, ſed etiã ſi traharis reſilito.

Periculoſum eſt eum qui non ſit in rerum actione verſatus, docendi munus ſuſcipere.

Etſi enim alij milites labantur, poſſunt tamen veniam impetrare: at doctor, ſi iſtud ei acciderit, omni excuſatione priuatur, & extremo afficitur ſupplicio.

Qui aduerſus omnes pugnam ſuſcepturus ſit, eum noſſe artes omnes oportet.

Sagacitas & intelligentia non ex ætate iudicanda eſt, nec presbyter à canicie probandus, nec iuuenis eſt D omnino arcendus à tali miniſterio, ſed neophytus, *id eſt recens inſitus*: magnum eſt autem quod eſt inter vtrũque medium.

Non nouit ætatis differentiam, vniuerſorum deus, ſed pietatem ſolam, & rerum diuinarum amorem, & ſui ſtudium requirit: at ſi hęc in iuuene repererit, hunc multis ſenioribus anteponit.

Tum maxime ſacerdotes honore afficere debemus, cum etiam Reipub. venerabiles fuerint. Si enim quoſuis propter ætatem venerabiles exiſtimamus, multo magis patres ſpirituales ſacerdotij dignitate præditos, lex deos nominat: Diis, inquit, nõ maledices, nec principi populi tui.

Honor qui habetur ſacerdotibus, in vniuerſorum dominum redundat.

Epiſcopus dicitur ab epiſcopeĩn, id eſt à ſpeculando & ſpectando, quod vniuerſos ſpeculetur.

Quanto maior eſt dignitas, tanto maiora ſunt pericula.

Epiſcopi munere fungenti, vnum rectum officium ſui muneris ſatis eſt vt in cœlum ſubducatur, & vnum peccatum vt in gehennam ipſam detrudatur.

Si contingat quempiam vel per amicitiam vel per aliam cauſam ab aliquo ad Epiſcopi dignitatẽ euehi indignum, omnium quæ ab illo acta fuerint, ipſe reddet rationem: nam qui in numero priuatorum eſt in- A cautus, multo magis cum magiſtratum capeſſit. Etenim inanis gloria tum vehementius inuadit, & pecuniarum cupido & pertinacia, magiſtratu poteſtatem præbente & offenſiones & iniurias & conuitia.

*1. Tim. 5.* Manus, inquit diuus † Apoſtolus, cito imponito nemini, nec peccatorum ſocius eſto. Quid ais? alius peccauit, & ego ſum particeps criminationum & ſupplicij: certe, inquit, quia improbitati poteſtatem dediſti: Et vt ſi quis furenti & inſano gladium in manus tradiderit, quem in ſua habebat poteſtate, cædis quam fecerit per furorem ille inſanus, culpam ſuſtinet: ſic & qui poteſtatem magiſtratus dederit homini improbo, vniuerſorum peccatorũ illius & audacter temereque B factorum ignem in caput attrahit ſuum: nam qui radicem tradiderit vbicunque, is eorũ quę ex ea naſcuntur cauſa & author eſt.

Vt te dominus, ſic tu omnes ferto, omnes ſuſtine cum charitate, poſtula prudentiam maiorem quàm habes, omnium morbos portato: vbi enim plurimum laboris, ibi quoque lucri plurimum.

Si quis à domino gloriam conſequi volet, oues rationis participes curato, fratrum ſuorum curam gerito, nullum eſt deo officium hoc gratius & maioris dignitatis.

Qui ſeipſum exercet, ſoli ſibi prodeſt: at artis paſcẽdi lucrum, in totum populum manat.

*1. Cori. 4.* C Sic decet ſacerdotem erga eos quibus præſit affectum eſſe, vt pater erga filios prorſus infantes ſolet affici. Et quemadmodum ab illis neque † certantibus neque flentibus diſcedimus: ac ne tum quidem cum rident, ob idipſum ſuperbimus & magnifice de nobis ſentimus: Sic & horum neque laudibus inflari, neque vituperationibus, animis concidere debemus, quum id intempeſtiue nulla à nobis occaſione præbita ab illis ſit.

*† aut fortaſſe legendum πιπτόυσι. cadentibus aut labentibus.*

*Gene. 33.* Si patriarcha Iacob pecudibus præfectus oues rationis expertes paſcens, atque id, hominibus rationem redditurus, & noctes inſomnes duxit, & æſtum & frigus, & quamuis aëris intemperiem ferebat vt nulla D ex illis pecudibus periret: nos qui non rationis expertibus præſumus, ſed paternis ouibus, nec hominibus, ſed deo rationem reddituri, multò magis debemus nihil grauate facere, aut recuſare quicquam eorum quæ gregibus prodeſſe poſſunt. Sed quanto hic grex illo, & homines brutis, & hominibus Deus præſtat, tanto nos alacrius & vehementius in hoc ſtudium incumbere debemus. *Deſunt hic quædam.*

*Dionyſij.* Qui ad puriſſimum accedunt ſacrificium, eos perpurgatos eſſe oportet, extremis etiam animi viſis & ſimilitudinibus, atque ita pro viribus ad ipſum accedere.

*Euagrij.* Verbo quidem virtutem doceto, opere autem eam E prædicato.

*Conſtantini imperatoris.* Sacerdotum errata non debent nota eſſe vulgo, ne offendiculi excuſationem hinc prętendentes, licenter ac ſine metu peccent. Si enim ipſe epiſcopum viderem alienas † nuptias perfodientem, contra legem admiſſum, purpura mea contegerem, ne facti aſpectus ſpectatores læderet.

*De Epiſcopis improbis, nec Dei præcepta obſeruantibus,*

*Sermo 4.*

*Leuit. 10* DVo filij Aaronis Nabad & Abiud, ſuum quiſque ceperunt thuribulum, & in ea ignem impoſuerunt, inieceruntque ſuffitum, atque ſic obtulerunt in



conſpectu Domini ignem alienum, quod non iuſſerat A ipſis dominus. Et prodiit ignis à domino, qui eos deuorauit, ac in conſpectu Domini mortui ſunt.

*Oſeæ.* Viam domini ſacerdotes occultarunt.

*Oſeæ. 4.* Tu ſcientiam repuliſti, & ego te à ſacerdotio meo repellam.

*Michęę. 3* Præfecti eius donis corrupti iudicabant, & ſacerdotes pro mercede reſponſa dabant.

*Sophoniæ. 3.* Sacerdotes eius ſancta mea profanant, & legem meam impie violant.

*Zach. 11.* O qui paſcitis res inanes, ouibus deſertis.

*Iere. 23.* O paſtores, qui oues gregis diſpergitis, ob quã cauſam hæc dominus in paſtores dicit qui populum non paſcunt: Vos, inquit, oues diſperſiſtis, ac eas reieciſtis, nec viſitaſtis. Ecce ego vlciſcar vos, & inſtituta veſtra B malitiæ plena.

*Ezec. 34.* Populus meus: vt oues perditæ, fuit, qui eum paſcebant, repulerunt eos, & per montes vt errarent impulerunt.

*Ezech. 22.* Sacerdotes legem meam repudiauerunt, ac ſacra prophanauerunt, impura à puris non diſcreuerunt, & in medio ipſorum profanarunt.

Hæc dicit dominus, ſi eduxeris pretioſum ex indigno, eris os meum.

*Ezech. 3.* Fili hominis ſpeculatorem te poſui domui Iſraeliticæ, Si non reprehenderis populum meum, morietur ille quidem in peccato ſuo, ſed ſanguinem eius de C manu tua repoſcam.

*Ezec. 34.* O paſtores Iſraelitici, num paſtores ſeipſos paſcũt? Lac deuoraſtis, & lana amicti eſtis, & optimas oues mactaſtis, nec paſcitis oues meas: infirmas non corroboraſtis, & ad errantes non reuerſi eſtis, & perditas nõ quæſiiſtis, & robuſtas occidiſtis, & diſſipatæ ſunt oues meæ. Paſtores ſeipſos pauerunt, quod non eſſent paſtores, ſed oues meas non pauerunt: ob hanc cauſam agam nunc contra paſtores, & oues meas de manibus ipſorum repetam.

Auertam os meum ab illis, contaminant viſitationem meam, & in ſacra mea inuerecunde intrant, eaque profanant atque ſordidant: propterea quod terra D iudicio homicidiorum, & ciuitas iniquitate plena eſt.

*Sapien. 6.* Minimus veniam & miſericordiam impetrat, ſed potentes ſeuere examinabuntur.

*Ibidem.* Non enim os cuiuſquam metuet omnium Dominus, nec magnitudinem verebitur.

*Matt. 23.* In cathedra Moſis ſedent ſcribæ & phariſæi, itaque quæcunque iuſſerint vos facere, ea ſeruate & facite, ſed opera eorum nolite imitari: dicunt enim nec faciunt, quia alligant onera grauia & portatu difficilia, ac in humeros hominum imponunt, digito autem ſuo nolunt ea mouere: quæcunque autem opera faciunt, ea, vt ipſi ſpectentur ab omnibus, faciunt.

*Ibidem.* Væ vobis ſcribæ & phariſæi ſimulati, quia decimas E datis mentæ & anethi & cumini, quæ autem grauiora ſunt in lege, præteriſtiis, iudicium & miſericordiam & fidem: hæc enim facere oportebat, & illa non prætermittere. Duces cæci qui culicem percolatis, ſed camelum deglutitis.

*Ibidem.* Væ vobis ſcribæ & phariſæi ſimulati, propterea quod ſimiles eſtis ſepulchris tectorio inductis, quæ foris ſpecioſa videntur, intus autem plena ſunt oſſibus cadauerum & quauis immundicie: ad eũdem modum & vos extrinſecus, hominibus videmini iuſti, intrinſecus autem pleni eſtis ſimulatione, & omni genere iniquitatis.

*Acto. 8.* Cumque Simon animaduertiſſet per impoſitionem manuum dari ſpiritum ſanctum ab Apoſtolis, obtulit A eis pecunias: Ac mihi etiam date, inquit, hanc poteſtatem, vt cuicunque manus impoſuero, is accipiat ſpiritum ſanctum. Tum Petrus, Habe tibi, inquit, tuam pecuniam in perditionem, quod exiſtimaris donum ſpiritus ſancti pecunia parari, nõ eſt tibi vlla ſocietas aut vllum conſortium in hac re.

*Baſilij.* Quantum mali ſit cum te ducem eſſe oporteat, erroris autorem eſſe tuis, ex apoſtolicis documẽtis perſpicere licet: atque hoc argumentum eſt, ne præceptũ quidem de charitate recte eſſe perfectũ. Nemo enim pater negligit filium ſuum, quem videt caſurum in foueam, aut iam delapſum relinquit in illa miſeria. Quãto indignius eſt animam in malorum profunditatem B cum deciderit, in exitio relinquere?

Actum eſt de grauitate ſacerdotali, defecerunt miniſtrandi pauperibus rationes ad priuatos vſus & munerum largitiones, omnia conſumentibus * tribuum præfectis.

** φιλαρχόντων. per iota habetur in ſcripto exemplari Græco.*

*Theologi.* Periit æquum iudicium. Nemo non inſtituit vitam ad arbitrium cordis ſui, malitia eſt immenſa, populus admonitiones non audit, præfecti loqui libere nõ audent. Serui enim ſunt eorum à quibus beneficium accepere, qui per homines ſibi præfecturam & potentiam compararunt.

Qui alios erudire conantur, priuſquam ipſi ſatis eruditi ſint, ac in dolio artem figuli diſcũt (vt eſt in pro- C uerbio) atque in animis aliorum pietatem ediſcunt ac meditantur, nimis ſtultorum hoc mihi eſſe videtur vel audacium: hebetes quidem certe ſunt, ſi non ſentiunt ſe eſſe indoctos: audaces autẽ, ſi cum intelligant, tamen aggredi audent.

Ordo non optimus eſt docere prius, deinde diſcere, non ſolum in diuinis ac tantis rebus, &c,

Occaſio facile creat ſanctos permultos, & impios item plurimos contra ius, vel potius omnes miſeros.

Hæc enim ſunt nothorum & obreptitiorum ſacerdotum & deſignatione indignorum, qui quum ad ſacerdotium nihil attulerint, neque quicquam honeſti exercuerint, ſimul diſcipuli & doctores pietatis deſi- D gnantur, ac priuſquam purgati fuerint ipſi, purgant alios: heri ſacrilegi, hodie ſacerdotes: heri excluſi ſacris, hodie myſtagogi, id eſt, ſacrorum inſtitutores: in vitiis veteres, in pietate repentini ſeu extemporanei.

Caput ne eſto, qui vix alicubi manus es, aut pes, aut aliud aliquod ex corporis membris imperfectioribus. Vnuſquiſque igitur in quo vocatus eſt ordine, fratres, in eo maneto, etiam ſi fuerit maioris æſtimationis. Plus enim laudis conſequetur ſi præſenti fuerit contentus, quàm ſi quæſierit eam, quam non accepit.

Nemo, cum liceat ſine periculo ſequi, ducere periculoſe concupiſcat.

Nauticam conſuetudinem laudo quæ remum antea E dederit ei qui nunc gubernator eſt, & illinc cum ad proram deduxerit: & commiſſis alicui muniis quæ in priore nauis parte neceſſaria ſunt, ſic ad gubernacula ſedet poſt multam maris verberationem, & ventorum conſyderationem.

Non ex virtute magis quàm ex maleficio præſides conſtituuntur: neque digniorum, ſed potẽtiorum ſunt throni.

Quis ſubiectos moderatos efficiat, cum ſic, qui pręſunt affecti ſint?

Subiecti celerrime præfectorum vitio, malitia complentur, atque id multo facilius quàm virtute contraria.

*Chriſoſt.* Magnitudo honoris, non conuenienter honori viuere inſtituentibus, pœnæ acceſſionem facit.

Nihil doctore frigidius, verbis tantum philoſophante: hoc enim non doctoris, ſed hiſtrionis eſt.

Non enim tam ex verbis quàm ex rebus diſciplinæ in animum infunduntur.

Quanto ad altius magiſtratus faſtigium aſcendit, qui epiſcopi munus eſt ſortitus, tanto maiorem cogetur reddere rationem, non modo de docendi ratione, & pauperum præfectura, verumetiam de ſuffragiorum probatione, deque aliis infinitis.

Nihil prodeſſe poterit ſi dicant ſe ignoraſſe eum qui crearetur ſuffragiis, ſed ob hanc ipſa cauſam magis accuſandi ſunt, quod quem ignorabant, promouerint.

Nihil eo magiſtratu miſerius, qui quibus præſit, nihil prodeſt.

Honorẽ eſſe quietis & voluptatis prætextũ non debemus exiſtimare, omnium enim rerũ laborioſiſſimũ eſt animis præeſſe. Et eos qui eò accedunt, vnctos eſſe oportet, vt qui in certamen laborioſum deſcendant.

Diſcant ſi velint ab † Abimelech & Gedeone, ſubiectos, non dictis, ſed factis ad imitationem incitari: *† Iudic. 9* ille quidem lignorum faſces & faciebat & portabat, ac ſuis, Quemadmodum, inquit, vidiſtis me facientem, ita & vos facitote: hic autem ad res nouas quum hortaretur & duceret ſuos, ipſeque author eſſet facinoris, Quod me, inquit, facere videtis, idem vos quoque facitote.

Doctoris imperitia diſcẽtes perdit, at diſcipulorum calamitas periculum creat doctori, præſertim cum propter illius inſcientiam illi imperiti & inertes fuerint,

*Euagrij.* Abſurdum eſt qui perſequatur honores, eum fugere labores, è quibus naſcuntur honores.

*Ioſephi.* Qui indigne ſummos honores ſunt aſſecuti, iis pareant qui tradiderint neceſſe eſt.

*De principibus moderatis, Sermo 5.*

*Eſaiæ. 5.* DAbo principes tuos cum iuſtitia, nec amplius in terra tua audietur iniuſtitia, nec afflictio, nec miſeria in finibus tuis.

*3. Eſdr. 9* Ego & fratres mei panem præfecturæ meæ non edimus: magiſtratus autem qui ante me fuerunt grauia vincula iniecerunt populo, & panem & vinum ab eo acceperunt, & ad extremum argenti ſiclos quadraginta. Recordare deus eorum quæ bene feci populo huic.

*Sirach. 24* Sapiens in populo ſuo authoritatem habebit hæreditariam (& nomen eius viuet in ſæculum.)

Ciuitas, prudentia eius qui poteſtatem obtinet, ædificabitur.

In gloria tua vide ne des reprehenſionis occaſionẽ, & in die gloriæ ne extollaris.

Noli petere à Domino præfecturam, nec à rege cathedram gloriæ.

*Eccli. 7.* Noli in multitudinem ciuitatis peccare, nec teipſum des in turbam.

*Eccli. 7.* Noli fieri iudex, ſi non potes expellere iniuſtitiam: ne verearis vultum poteſtatem obtinentis, & impedimentum afferas rectitudini & integritati tuæ.

*Rom. 13.* Principes nõ ſunt terrori iis qui bene, ſed qui male faciunt. Visnon timere poteſtatem? quod bonum eſt, facito, & ex illa laudem conſequêre. Sin autem quod malum eſt feceris, timeto: non enim fruſtra gladiũ gerit, dei enim miniſter eſt, vindex ſeuerus improborum.

*1. Pet. 2.* Subiecti eſtote cuiuis humanæ creaturæ propter A dominũ, ſiue regi tanquam præcellenti, ſiue præfectis tanquam per illum miſſis ad ſceleſtos vlciſcendos, & probos laude afficiendos.

*Baſilij.* Si laudem concupiſcis, viſque ſupra vulgus eminere, & cum gloria in mundanis negotiis verſari, iuſtus eſto, temperans, prudens, fortis, patiens in afflictionibus pietatis cauſa ſuſceptis. Sic enim & tibi ipſe ſalutem conſequêris, ac in maioribus bonis illuſtriorem obtinebis laudem & excellentiam.

*Theolog.* In omnium conſpectu adhibe humanitatem, qua Deus magis quàm reliquis omnibus rebus delectatur.

Clementiam terrori miſceto, minis ſpem temperato.

B Multum etiam boni moderatione & benignitate fieri ſcio.

Tuam in efficiendo vim demonſtrato, non aliquid mali, ſed bonum efficiẽdo, ſi cupis deus fieri. Hoc autem viri eſt naturam ſibi congenitam noſcentis: occidit autem. *deſit nonnihil.*

*De principibus improbis, Sermo 6.*

*Prou. 31* PRincipes animoſi ſunt, vinum ne bibant, vt ne cũ biberint, ſapientiæ obliuiſcantur, nec tenuibus rectum poſſint exercere iudicium.

Si ſeruus imperârit, violenter poteſtatem exercebit.

Miſera eſt ciuitas, cuius rex iunior eſt, & magiſtratus mane cibum ſumunt.

C *Oſeæ 4.* Gladio cadent magiſtratus ipſorum, quod lingua ſint inerudita.

*Michæ. 7.* Hei meę animę, quod probus de terra ſublatus ſit, & quod inter homines, qui perfecte officium præſtet, non ſit: omnes cum ſanguinis cupiditate iudicant, fratrem ſuum quiſque opprimit, ad maleficium manus ſuas paratas habent: princeps petit, iudex pacifica loquitur pro animi ſui deſiderio,

Principes eius in ea ſunt vt leones rugientes, & iudices vt Arabici lupi.

*Soph. 3.* Principes tui non obediunt, ſocij furum, ac munera amant, perſequuntur remunerationes, pupillorum *Eſaiæ 1.* cauſas non iudicant, & ad viduarum iudicia non attendunt. D

Præficiam iuuenes qui illis imperent, & deriſores qui in illos dominentur.

*Iere. 22.* Oculi tui non boni, nec cor tuum rectum, ſed habendi cupiditate rapitur, & contra ſanguinem innocentium ad effundendum illum, & ad calumniam & iniuriam, & ad cædem faciendam.

*Ezec. 22.* Principes in medio eius tanquam lupi rapaces qui prædam rapiunt violenter, vt ſuam auaritiam & habẽdi cupiditatem expleant.

*Sapientiæ* Iudicium ſeuerè in eos qui præcellunt, exercebitur.

*Salo.* Principum mala, ſubiectis important calamitatem.

*Baſilij.* Hoc enim video multis iudicibus nunc vſu venire, E qui facilius ſummis maxima concedant, quàm minima infimis & tenuibus.

*Chryſoſt.* Non in pretioſa veſte & zona, nec in præconis voce, cernitur princeps: ſed in eo quod collapſa reficiat, quæ male conſtituta ſunt, corrigat, ac in iniurioſos animaduertat, nec patiatur à potẽtioribus ius auferri.

*Iuſtini Philoſophi.* Tantum poſſunt magiſtratu fungentes qui veritati gloriam anteponunt, quantum in ſolitudine latrones.

Aurigæ imperitia & vitio neceſſe eſt animalia iugata per præcipitia dari, vt contrà, eiuſdẽ virtute & peritia ſeruari.

*Philonis.* Donec rerum externarum affluentia eſt, ſagacitas & ſolertia eam comitari videntur: ſin autem detra-

cta



cta fuerit, ſimul & opinio prudentiæ ſublata erit.

Si viris rempub. adminiſtrantibus, materias & apparatus detrahas, inane ſepulchrum reperies mente carens.

Si magiſtratus deſperât ſe imperium retinere poſſe, ſubiectos ſtatim rebellare neceſſe eſt, ac eos qui ex tenuibus & vulgaribus prognati ſunt, maxime irritari.

*De iudicibus incorruptis & puras habentibus manus, quique iuſtitiam exercent. Et acceptum eſſe deo recte vereque iudicia exercere.*

*Sermo 7.*

*Exod. 23* INnocentem & iuſtum non occides, nec vt iuſtum, abſolues impium ob munera accepta.

Munera ne accipito, quia munera excæcant oculos aſpicientium, & verba iuſti labefactant.

Pauperis in iudicio ne miſeretor.

Iudicium pauperis in ipſius cauſa ne peruertito.

*Leuit. 19.* Nihil contra ius in iudicio facito: pauperis perſonę rationem ne habeto, nec mirator perſonam potentis: ex iure cauſam proximi iudicato.

Pretium ne accipito ob redimendum eum qui cædem fecerit. Si conuictus fuerit, dignus qui tollatur de medio, eum tu mortis ſupplicio afficito.

*Deut. 24* Non agnoſces quenquam in iudicio: tum paruo tum magno æqualiter iudicium reddes: non verebe ris os cuiuſquam, quia iudicium dei eſt.

Non reiicies cauſam aduenæ, nec pupilli, nec viduę: nec pignori accipies viduæ veſtem.

*Iob 29.* Iuſtitia me induebam, & iudicio vtebar tanquam diploide.

Qui manibus eſt puris, fiduciam ſumit, iniuſtos & iniquos deridens.

*Iob 32.* Coram homine non afficiar pudore, neque verebor mortalem. Non enim noui admirari perſonam: ſi autem non, & me tineæ comedent.

*Pſal. 14.* Munera aduerſus innocentes non accepi: qui facit hæc: non concutietur in ſæculum.

Beati qui obſeruant iuſtitiam, & quouis tempore eam exercent.

*Salomonis.* Aperi os tuum domini verbo, & de omnibus iudica integre: aperi os tuum & de omnibus iuſte iudica.

Lætitia iuſtorum eſt (cum † iudicia reddunt) † ποιεῖν κρίματα.

Res magni prætij, vir purus.

Reuereri perſonam cuiuſquam in iudicio, honeſtum non eſt.

*Regnorũ.* Salomoni Dominus: Quia, inquit, à me hoc petiiſti, nec multos annos dari tibi poſtulaſti, nec opulentiam, nec hoſtium tuorum capita, ſed intelligentiam & ſagacitatem ad diiudicandas cauſas, en do tibi cor prudens & ſagax, vt nullus ante te fuerit qualis tu, nec poſt te exiſtet quiſquam tui ſimilis.

*Sopho. 2.* Iudicium exercete & iuſtitiam, quærite manſuetudinem, vt in die iræ domini tecti ſitis.

*Zach. 7.* Iudicium iuſtum exercete.

Hæc dicit Dominus, facite iudicium & iuſtitiam, & eripite ſpoliatum de manu iniuria afficientis illum: aduenam, viduam & pupillum potentia ne opprimatis, nihil impie agatis, & ſanguinem innoxium ne profundatis.

*Iere. 22.* Hæc dicit Dominus, iudicia iure exercete, iuſtitia vtimini: beatus qui hæc agit, his adhærens, & manus ſuas abſtinens ab iniuria facienda.

*Eſaiæ 1.* Exquirite iudicia, liberate iniuria affectum, iudiciũ reddite pupillo, viduam abſoluitote, & venite & diſceptemus, inquit Dominus.



*Iere. 21.* Hæc dicit dominus, iudicate mane, & recta ratione A dirigite: eripite ſpoliatũ & vexatũ, de manu ipſum iniuria afficientis, ne ira mea tanquam ignis ſuccendatur, & exardeſcat, nec ſit qui poſſit extinguere.

*Ezechiel.* Iniuſtitiã & calamitatẽ auferte, iudiciũ & iuſtitiã exercete, eximite tyrannidem è populo meo, dicit Dominus Deus.

*Sirach. 4.* Perſonam potentis ne reſpicito, ad mortem vſque pro veritate certato. Et dominus præliabiturpro te.

Aduerſus animam tuam perſonam ne reſpicito.

Iniurioſi perſonæ, ne aſſurgito.

Tum ſummis tum infimis ius dicito æqualiter.

Iniuria affectum de manu iniuria afficientis eximito, nec in iure dicundo paruo & anguſto ſis animo.

B Prius quàm inquiſieris ne accuſes: primum cognoſcito, tum denique obiurgato.

Sine iudicio nihil quicquam feceris.

Nolite ex aſpectu & vultu iudicare, ſed iuſto iudicio iudicate.

Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.

Iuſti animi index eſt integritas in iudicando.

Ad cognoſcendã verã iuſtitiã profectò magno opus eſt ingenio & mẽte abſolutiſſima. Fieri enim non poteſt, vt qui nõ ſit in iure inſtitutus, cõtrouerſias poſſit recte diiudicare. Qui autẽ verã ſcit iuſtitiã, ac per eam ſuũ cuique tribuere doctus eſt, is optime poteſt iudicia dirigere & adminiſtrare,: Quemadmodũ enim ſagittari⁹ C ad ſcopũ dirigit tela, neque ſuperãdo, neque deficiẽdo, neque in vtramque partẽ cõuertẽdo, fruſtra ſagittã emittit, ſed collimat, ſic iudex ius tractat, neque perſonas reſpiciẽs, neque quicquã faciẽs cuiuſquam hortatu & inuitatione, ſed rectas & minime contortas proferens ſententias. Ex duobus litigantibus ſtat in medio iudex, illos inter ſe exæquans, & tantũ detrahens ei qui plus habet, quãtũ inuenit adẽptũ ei cui iniuria facta ſit.

Nõ eſt æqui iudicis pares imparibus decernere ſatisfactiones, ſed authorẽ mali neceſſe eſt cũ additamẽto perſoluere debita, ſi debeat illa pœna melior fieri, & reliquos ſuo exemplo reddere temperantiores.

*Theologi.* Nolite committere vt veſtra eruditio ſit mortis ar- D matura, ſed iuſtitiæ.

Iudex, rei perſonam ſuſtine, & minus peccabis.

Sic fratrem tuum probato, vt ſi ipſe eiſdem rationibus in iudicium vocatus eſſes.

Qui ſupra modũ iniqui & iniurioſi ſunt, iudicũ lenitate fiunt aſperiores ad non parendũ & rebellandum: itaque iudex ignorare nõ debet ſe dei iudiciũ adminiſtrare, ſe autem dominũ non eſſe, vt ſic iudicia gubernet, vt litigãtibus & in iudiciũ vocatis pœnã cõdonet.

*Philonis.* Abſurdum, criminibus teneri eos qui aliis iura exæquant & adminiſtrant.

*Democriti* Cum iudex reum accuſat, tum tacere neceſſe eſt.

Optimus iudex fieri poſſe iudicatur, qui cito intel- E ligit, & lente iudicat. Alterum quidem eſt beneuolentiæ, alterum autem diligentiæ exquiſitæ.

Inconſyderate nihil oportet præcipitare in iudicio, ſed prius deliberare: nec cogitatione feſtinandum vt aliquid plus quàm decet, dicas: ſed lente & cunctanter appetitio accurate exercenda eſt, nec ad gratiã immutanda eſt: nam inconſtantem, temerarium & leuem eſſe, deterius eſt quàm conſilio carere.

Non tam in literarum figuris, quàm in negotiis rectum ſequi debemus: prauum enim iudicium omnis mali cauſa eſt.

*Epicteti.* Nemo prudens à ſe alienũ iudicet magiſtratu fungi: eſt enim impium ſeſe abſtrahere ab iis qui cõmoda

k

abs te requirunt, & parum generoſum improbis cedere:ſtultum eſt enim magis expetere male gubernari A quàm bene gubernare.

Nil eſt quod magis eum qui præſit, deceat, quàm vt neminem vel ſuperbe contemnat, vel indecore admiretur, ſed ex æquo omnibus præſit.

*De iudicibus nummariis & munera accipientibus, & contra ius & fas condemnantibus,*
*Sermo* 8.

Deut. 27. Iob 15. EXecrandus quiſquis reiecerit cauſam peregrini, & pupilli & viduæ: ignis, domos muneribus corruptorum exuret.

B Iracundia in impios erit propter munerum impietatem, quæ inique acceperunt ad alterius iniuriam.

Pſal. 14. Si vere tandem iuſtitiam loquimini, recte filij hominum iudicate. Etenim in corde iniquitates perficitis in terra, iniuriam manus veſtræ connectunt.

Pſal. 81. Quouſque tandem inique iudicatis, & perſonas ſceleratorum reſpicitis?

Salomonis Munera qui accipit, ſe ipſe perdit: at qui odit munera, viuet.

Pecuniam quæ dolo datur, quaſi teſtam exiſtimare debemus.

Impij perſonam admirari, honeſtum non eſt: nec ſanctum, declinare ius in iudicio.

C Qui occultat manus ſuas in ſinum, iniuſtus eſt, nec illas ori ſuo admouet.

Os impiorum deglutiet iudicia.

Qui iuſtum iudicat iniuſtum, & iniuſtum iuſtum, impurus eſt apud dominum, & odio dignus.

Oſeæ. Cur impietatem reticentes tuliſtis, & iniurias eius vindemiaſtis?

Abacuc. Quouſque tãdem domine clamabo, nec exaudies? cur demonſtraſti moleſtias & dolores, vt inſpicias miſerias & impietatem me circunſtantes ex aduerſo: iudicium factum eſt, & iudex recipit, atque ob eam cauſam diſſipata eſt lex, nec perducitur ad finem iudiciũ, quod impius iuſtum potentia opprimit: cuius rei cauſa prodit iudicium peruerſum. D

Aduerſus me factum eſt iudicium, & iudex recipit, ob quam cauſam prodit iudicium peruerſum.

Eſaiæ 1. Quum extenderitis manus, os meum à vobis auertam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

Væ vobis qui iuſtificatis & abſoluitis impium munerum cauſa, & ius iuſto eripitis.

Pupillorum & viduæ cauſas non ſuſceperunt, an non hæc viſitabo, dicit dominus, aut in talem gentem non vindicabit anima mea?

Væ ſcribentibus malitiam, ſcribentes enim malitiã ſcribunt, à ſe reiicientes pauperum cauſam, rapiunt iudicia populi mei, vt vidua ſit illis rapinæ, & pupillus prædæ: at quid in die viſitationis facient? afflictio E enim ipſorum olim veniet: tum ad quem perfugient auxilij petendi cauſa?

Cur vos, inquit dominus, iniuriam facitis populo meo, & ora pauperũ dedecore & ignominia afficitis?

Eſaiæ. 5. Væ qui malum dicitis bonum, & bonum malum: & ponitis lucem tenebras, & tenebras lucem, & amarum dulce, & dulce amarum.

Improborum conſilium iniqua deliberat, vt humiles oratione iniqua perdat, & pauperum ſermones in iudicio diſſipet.

Ezec. 23. Deiecisti ſuperbum, & extuliſti deiectum: pro iniuria hoc ponam, dicit dominus.

Animæ populi mei peruerſæ ſunt, & animas † viuificauerunt, & apud populum meum profanarunt me pro hordei pugillo & fruſto panis, ad eos interficiendos quos occidi non oportebat, & vt eos conſeruarẽt in vita quos viuere non oportebat † Id eſt, abſoluerunt.

Xenia & munera excæcant oculos ſapientum, & quaſi frenum in ore reprehenſiones auertunt. Sirach. 20

Eſt qui perdat animam ſuam per turpitudinem, & reſpectus perſonarum perdit eam.

Si perſonam reſpicitis, peccatum admittitis: reprehendimini enim à lege tanquam violatores. Iacob 2.

Quare, excuſationem non habes ô homo quiſquis es qui iudicas: quo enim iudicio de altero iudicas, teipſum condemnas, eadem enim facis qui iudicas. Rom. 2.

Iniquus iudex, contaminata conſcientia. Baſilij.

Qui veram iuſtitiam in animo prius defixam non habet, ſed vel pecunia corrumpitur, vel amicitiæ gratificatur & placere ſtudet, vel inimicitiam vlciſcitur, vel potentiam ſuſcipit aut timet, is recte iudicia exercere non poteſt.

Iudicia apud magiſtratus, ne victoriam quidem ſine damno reportant.

Viri boni non eſt, iniquitates ſilentio contegere. Theologi.

Iniurioſi ſupra modum qui ſunt, iudicium lenitate fiunt contumaciores ad non parendum & detrectandum imperium. Et iudicem ſcire oportet ſe Dei in iudicio miniſtrum eſſe, non vero Dominum qui litigantibus leges & iura præſcripta condonare poſſit.

Metus Dei, hominibus ſalũtaris eſt, ſed idem rarus: vnde mirandum non eſt ſi conſyderes tum pauperes calumniis oppreſſos, tum iudices † deceptos. † παραλογιζομένους.

Maximæ eſt iniuſtitiæ paria imparibus tribuere, Cyrilli.

*De parentibus bonis, & quod oporteat liberos diligenter ac decenter inſtitui.*
*Sermo* 9.

NOn cælabo, inquit dominus, Abraham famulum meum, quæ facturus ſim: ſcio enim quod præcepturus ſit filiis ſuis, ac familiæ ſuæ futuræ poſt ipſum, vt obſeruent vias domini, iuſtitiam & iudicium exercentes, vt adducat deus ſuper Abraham quæcunque locutus eſt ad illum, Gene. 18.

Miſit nuncios Iob ad liberos, & purgauit eos, maneq́ue ſurgens, pro illis ſacrificia obtulit numero paria liberis: itemq́ue vitulum vnum pro peccato ac illorum animis: ſic enim ſecum cogitabat, Liberi mei fortè mala cogitarunt mentibus ſuis aduerſus deum. Iob 1.

Corrige filium, & te diliget, afferetq́ue ornamentũ animæ tuæ.

Pater probus bene educat filios: animus autem eius, filio ſapiente lætabitur.

Qui diligit, diligenter erudit.

Infantem caſtigare ne recuſato: nam ſi virga eum cæcideris non morietur. Tu quidem virga eum cędes, animam vero ipſius è morte liberabis.

Iuuenum gloriatio, patres eorum: plagæ & reprehenſiones dant ſapientiam.

Erudito filium tuum: ſic enim bonæ ſpei futurus eſt. Prou. 19.

Si tibi ſunt liberi, inſtituito illos, & iam inde ab adoleſcentia ipſorum colla inflectito. Sirach. 7.

Qui diligit filium ſuum, continenter eum flagellet. Prou. 13.

Qui erudit & caſtigat filium ſuum, inimicum ad æmulationem prouocat, & apud amicos eo exultabit. Eccli. 30.

Nolite



Apoſtol. Epheſ. 6. Nolite patres, liberos veſtros ira veſtra prouocare, ſed eos in eruditione & admonitione domini educate.

Liberos veſtros, patres, ne irritetis, vt ne animam deſpondeant.

Baſilij. Vt parẽtes ſingulis liberis ex æquo corporis eſſentiam impertiti ſunt, ſic eiſdem æqualiter pariq́ue conditione quæ ad vitam degendam pertinent, iure optimo præbere debent.

Theologi. Patrum lex eſt liberis ſuis parcere.

Legitimum maxime & ęquiſſimum eſt, vt liberorum bona, pater cogitatione conſyderet.

Chryſoſt. Liberorum modeſtiam & temperantiam patres non curantes, liberorum interfectores ſunt, atque grauius peccant quàm illi, quanto ſcilicet animi perditio B & mors grauior eſt quàm corporis.

Philonis. Quod deus eſt mundo, hoc liberis patentes eſſe arbitror: nam vt ille quod non erat vt exiſteret, effecit: ſic & hi imitantes quoad fieri poteſt illius potentiam, genus immortale reddunt.

Epicteti. Cura vt filios tuos eruditos magis quàm opulentos relinquas: præſtant enim eruditorum expectationes, quàm indoctorum diuitiæ.

Medici contumelia iucundũ remedium. *Græcus codex habet*, ἰαζὸς ὕβρισ ἡδὺ φάρμακον.

Solonis. Filia, aliena poſſeſſio patris eſt.

Syneſij. Liberis ne arrideas, vt in poſterum ne fleas.

Virtutes Liberis honeſta gloriatio, laudes paternæ. C

Philonis. Patris & matris appellationes communes, ſed potentiæ differentes ſunt. Illum igitur qui hanc vniuerſitatem molitus eſt artificem, ſimul & patrem ſui operis recte iuſteq́ue appellamus: matrem autem, ipſius fabricatoris ſcientiam, cum qua congreſſus deus, non more humano, generandi ſemina inſeuit, quibus illa domini ſeminibus acceptis perfecta & fœcundiſſimo partu amabilem & ſub ſenſus cadentẽ filium peperit.

*De Parentibus liberorum educationem neglectim curantibus.*
*Sermo* 10.

1. Reg. 2. REnunciaui ei me vlturum familiam eius vſque in ſæculum: quia filij eius maledicebant deo, nec illos caſtigauit, iccirco iuraui familiæ Eli, quod non expietur iniquitas domus eius in ſuffumigatione & ſacrificiis vſque in ſæculum. Salomonis

Eccli. 41. Sirach. 39 Qui parcit ſuis baculis, filium odit ſuum.

Patrem impium accuſabunt liberi, quia propter ipſum probris afficientur.

Equus indomitus ore fit duro, filius indulgenter tractatus fit temerarius & præceps. Educa filium tuũ, & ipſe territabit te: ne ſimul cum illo rideas, vt ne ſimul cum illo triſteris & ad extremum dentibus tuis infrendeas. Ne des ei in iuuentute licentiam, & ignorationes eius ne prætermittas. In iuuentute ceruicem eius flectito: & latera ipſius tundito, dum adhuc puer eſt, ne robuſtus factus nolit tibi parere, atque ex eo tunc animus dolorem capiat maximum. Filium tuum erudito ac perpolito, vt in turpitudine illius ne † proficias. † Alias προσκόψῃς, id eſt offendaris.

Abominandi ſunt liberi improborum & ſceleribus infantium.

Impiorum poſteri non multiplicabunt ramos, & radices ex * acutiſſimo ſaxo impuræ. ἀκροτόμου.

Incerti authoris. Crudeliſſima eſt in pullis educandis aquila, duos enim cum ediderit pullos, alterum alis impellens in terram deiectum allidit, alterum retentum tantummodo pro ſuo & legitimo habet, tędio nutricationi A quem procreârit ipſa repudians & abdicans. Tales ſunt parẽtes qui paupertatis ſpecie ſuos pueros infantes exponunt, qui & ſuis poſteris in hæreditatis diſtributione iniquiſſimi ſunt.



Sacerdos fuit Eli, ac filios ſuos impie ſe gerentes reprehendit quidem, ſed quia non ſatis vehementer obiurgauit, pater religioſus pœnam filiorum temeritatis & iniquitatis luit. 1. Reg. 2.

Ridiculum eſt, eum qui ſuis parcat, alienos caſtigare velle. Diogenis.

*De liberis parentes honorantibus, & quæ bona conſequantur qui illis obtemperarint,*
*Sermo* 11.

B HOnora patrem & matrem tuam, vt tibi bene ſit, & longo tempore in terra viuas. Exod. 20 Leuit. 19.

Patrem ſuum quiſque ac matrem metuat.

Fili caue violes à patre tibi impoſitas leges, & matris monita ne repellito, ſed applicato ſemper animo tuo, & collo tuo alligato, gratiarum enim coronam in verticem capitis recipies, & monile aureum in collum tuum.

Audi fili patrem qui te procreauit, nec matrem ſenẽ contemnito.

Filius gloriæ erit patri. Quod ſi pater ſum ego, vbi gloria mea? Malach. 2

C Qui patrem ſuum honore afficit, delet peccata & deum placat. Sirach 3.

Qualis eſt qui theſauros recondit, talis eſt qui matrem ſuam gloria afficit: qui patrem honorat, à filiis lætitia afficietur, & orationis ſuæ tempore voti fiet compos. Qui patrem gloria affecerit, longæuus erit: & qui audit dominum, matrem ſuam recreabit, & tãquam dominis ſeruiet iis qui ſe procrearint: verbo & opera patrem colito, vt ab illo tibi benedictio accidat. Patris benedictio domos liberorum firmat: at matris execratio radicitus fundamenta euertit.

Fili ſuccurrito patri ſeneſcenti, & ſi amiſerit intelligentiam, veniam mereatur: nec vlla ignominia affici D ipſum patiare pro omnibus viribus tuis. Patris enim miſericordia non veniet in obliuionem: & vt ſerenitas glaciem liquefacit, ſic peccata tua diſſoluentur. Ibidem.

Ex toto animo tuo, vt honori & gloriæ ſis patri curato, nec matris tuæ dolorum obliuiſcitor. Recordare te ab illis eſſe procreatum: & quid illis redderes, qualẽ ipſi dederunt tibi?

Honore afficito patrem & matrem tuam, & tanquam teipſum, proximum diligito. Euangelij

Liberi parẽtibus veſtris obedite in rebus omnibus, ſiquidem hoc domino pergratum & acceptum eſt, Epheſ. 6.

Ciconiarum erga parentes ſenes beneuolentia, ſatis poteſt liberos noſtros, ſi modo attendere velint, patris E amantes efficere: nemo eſt enim adeo prudentia deſtitutus, qui non pudendum eſſe iudicet ab auibus rationis expertibus virtute ſuperari: illæ enim patrem præ ſenectute pennas dimittentem, in orbem circunſtant, ac pennis ſuis fouent, alimenta copioſe ſuppeditantes, quantum etiam poſſunt volatum eius adiuuant, placide pennis ſuis vtrinque alleuantes. Atque ſic beneficiorum remunerationem ἀντιπελαργωσιν nominant, quaſi dicas reciconiationem. Baſilij.

Grati liberi magna faciunt patrum encomia.

Quod honeſtum eſt exerceto, quia honeſtũ eſt patri parere: etiam ſi nihil aliud tibi acceſſurum eſſet, hoc ipſum merces eſt patri gratificari. Theologi.

*Chryſoſtomi.* Quia eadem menſura, vt ait dominus, in quaque re gerenda nobis redditur, parentes tanquam dominos honorare diſcamus, vt & à noſtris ipſorum honore afficiamur liberis, & à domino in hac re definitam mercedem amplam recipiamus.

Tãquam verna genitoribus tuis ſeruito: quid enim illis tale reddas, quale ab illis accepiſti? quia viciſſim generare illos non licet.

*Ariſtotelis.* Aequum eſt vt filius, patris ſit ſeruus magis quàm verna: ille enim natura patris eſt ſeruus, hic lege.

*Iſocratis.* Talem te præſta parentibus, quales optas tibi morigeros fore liberos.

Alexander rex cum interrogaretur, Vtrum magis deſyderaret patrem Philippum, an Ariſtotelem? Magiſtrum, inquit: ille enim vt eſſem, hic autem vt præclare inſtitutus eſſem author fuit.

Idem cum mater Olympias ei aliquid grauius imperaret: Acerbam ô mater, inquit, pro nouem menſium onere mercedem exigis.

*Meleſij.* Qualia in parentes contuleris beneficia, talia in ſenectute à liberis expecta.

*Euripidis* Viuens parentes qui colit,
Futurus eſt gratus deo viuus, ſimulque mortuus:
Nec præmium vllum eſt liberis honeſtius,
Quàm ſi probo naſcantur & honeſto patre,
Digniſque parentes afficiant honoribus.

*Solonis.* Solon interrogatus, cur nullas pœnas aduerſus eos qui patres verberaſſent conſtituiſſet: Quod nullos, inquit, tales exituros exiſtimabam.

*Philonis.* Parentibus par gratia reddi nullo modo poteſt: nam viciſſim eos generare omnino non licet.

*De patricidis & matricidis, & quæ eos ſecutura ſint mala,*
*Sermo* 12.

*Exod.* 21. *Leuit.* 20. QVi patrem ſuum verberat, morte mulctetur.
Qui patri aut matri maledicit, mortis ſupplicio afficiatur.

*Deut.* 27. Execrandus quiſquis patrem aut matrẽ ignominia afficit: cunctus autem populus, fiat, inquiet, fiat.

Filius rebellis miſerè peribit.

*Prouer.* 6 Qui patrem ſuum dedecorat, & matrem ſuam repellit, ignominioſus & probroſus erit.

Lumen extinguetur eius qui in patrem & matrem maledicta congeſſerit. & oculorum eius pupillæ tenebras aſpicient.

Qui patrem aut matrem reiicit, & putat ſe non peccare, is eſt viri impij ſocius.

Filio inerudito & non caſtigato pater non lætabitur: at prudens filius lætitia afficiet matrem.

Filius inſipiens author eſt vt ſemper iraſcatur pater, & genitrix dolore afficiatur.

*Sirach.* 3. Qui patrem ſuum deſerit, ſimilis eſt ſummi Dei conuitiatori: & qui matrem ad iram prouocat, domino execrandus eſt.

*Philonis.* In patris ignominia non eſt gloriandum: ſua enim cuique gloria ex patris honore eſt.

Liberi parentum rationem non habentes, in vtrãque partem, tum deo tum hominibus ſunt odioſi.

*De filio ſapiente,* *Sermo* 13.

*Prouer.* 15. FIlius ſapiens patrem afficit lætitia.
*Ibidem.* Filius prudens afficit lætitia matrem.

Lætetur de te pater & mater, & quæ te peperit gaudeat.

Viri ſapientiam amantis lætabitur pater.

Si ſapiens fueris fili, tibiipſi eris ſapiens, & aliis: ſin autem malus & in doctus, ſolus feres mala.

Propter filium ſapientem, animus paternus lætitia afficitur.

Iuuenis probus, pauper & ſapiens, antecellit regem ſeniorem & inſipientem.

*Sirach.* 16 Filius vnus probus, præſtat mille impiis.

Liberi in vita honeſte verſantes, ſuorum genitorum ignobilitatem tegent.

*Theologi.* Vnus eſt liberorum felicitatis terminus: nempe virtus, & ſi in rebus laudandis parentum ſimilitudinem referant.

*Philonis.* Liberorum virtus, patri gloriæ eſt.

Satis † bene fœcundi ſunt, qui bonitatis & probitatis ſunt periti. *† εὔπαιδες.*

*De filio inſipiente, improbo & inerudito,*
*Sermo* 14.

*Prouerb.* FIlio inerudito non lætabitur pater.
Filius inſipiens patrem deridet ſuum.

Inſipiens filius patrem ad iram commouet, & genitricem dolore afficit.

Mali liberi patrem execrantur, & matri non benedicunt.

Mali liberi elatis ſunt oculis, & palpebras ſemper motitant.

*Sirach.* 22 Dedecori eſt patri proles inerudita.

Vitioſorum liberorum hæreditas peribit, & in poſteritate eorũm continuabitur probrum.

Liberorum inutilium multitudinem ne concupiſcas, nec liberis impiis lætandum tibi eſt. Præſtat ſine liberis è vita decedere, quàm impios habere liberos.

Liberi inſipientia & imperitia gloriantes, cognationis ſuæ contaminant nobilitatem.

*De filia honeſta & modeſta.*
*Sermo* 15.

*Leuit.* 19 FIliam tuam ne profanato, nec ſcortari ſinito, nec patieris eſſe ſcortationem in terra, ne compleatur iniquitate.

*Sirac.* 26. Si tibi ſunt filiæ, corpora ipſarum ſeruato, nec hilarem vultum tuum illis oſtendito. Eloca filiam, & rem magnam perfeceris: atque viro ſagaci in matrimonium dato.

42. Filia, patris occulta eſt vigilia, & ſolicitudo de ipſa eripit ſomnum patri, ac in iuuẽtute quidem, ne defloreſcat forma: & cum nupta eſt, ne fiat odioſa, in virginitate, ne vitietur, & in ædibus paternis prægnãs fiat: & elocata viro, ne leges matrimonij violet.

22. Prudens filia, viro eſt vice hæreditatis.

Puella pudica etiam virum reuerebitur.

Volo igitur iuniores nubere, liberos procreare, rem familiarem adminiſtrare, nullam aduerſario conuitiãdi occaſionem præbere.

*1. Tim.* 5. Filia, patri aliena poſſeſſio eſt.

*Solonis.* *Epicteti.* Generum bonũ nactus, filium inuenit: nactus autem malum generum, filiam etiam perdidit.

*De filia minime honeſta & immodeſta,*
*Sermo* 16.

*Sirac.* 42. FIliæ inquietæ pone cuſtodem, ne gaudio afficias inimicos tuos.

22. Filia *(aliàs additur fatua)* minoris venit æſtimanda.

*Ibidem.* Audax & impudens, patrem & virum dedecorat, & ab vtroque vituperabitur.

Filia verecunda infamiam delebit.

*De ſenibus virtute & prudentia ornatis.*
*Sermo* 17.

Cano



*Leuit.* 19. *Deutero.* CAno aſſurgendum eſt, & ſeniori honor habendus eſt.

*3. Reg.* 2 *2. Par.* 10 Interroga patrem tuum, & annunciabit: ſeniores tuos, & dicent tibi.

Locuti ſunt ad Roboam ſeniores in hunc modum: Si hodierno die fueris ſeruus populi huius, eíque ſeruieris, & bonis humanitatis plenis verbis loquutus fueris, illi futuri ſunt in perpetuum ſerui tui. Sed Roboam conſilium ſeniorum non eſt ſecutus.

*Scholion.* Tuta eſt ſeniorum doctrina, & conſilium longo vitæ & rerum vſu adiutum & firmatum.

*Iob* 12. In diuturnitate temporis ſapientia, at in longa vita ſcientia eſt.

*Prou.* 16. Gloriationis corona, ſenectus quæ in viis iuſtitiæ reperitur.

Gloria ſenum, cani ſunt.

*Sapien.* 4. Corona ſenum, liberi liberorum.

*Hippothoonthis.* Canicies eſt prudentia hominibus: & ſenilis ætas, vita nulla labe contaminata.

*Sirach.* Leonis ſenectus præſtantior eſt hinnulorum iuuenta.

Multitudini ſenum acquieſce, ac ei qui ſapiens eſt agglutinare.

Ne repudiato narrationes maiorum natu: nam illi à patribus ſuis didicerunt.

Noli contemnere quenquam in ſenectute: etenim ex vobis etiam ſunt qui futuri ſint ſenes.

Corona ſenum multus rerum vſus, & gloriatio ipſorum Dei metus.

Quàm decorum eſt caniciei iudicium, & maioribus natu noſſe conſilia? Quàm pulchra eſt ſenum ſapientia? & euectos quàm decet conſiliorum intelligentia?

Odi vehementer ſenem adulterum intelligentia carentem.

*Ioan.* 21. Quum iuuenis eſſes, cingebas teipſe: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, alius te cinget.

*Baſilij.* Quicquid vetuſtate excellit, venerabile eſt.

Senilis animi habitus & matura prudentia, reuera præſtantior vel capillorum canicie, quæ in omnibus ætate prouectis reperitur.

Nihil intereſt inter ætate puerum, & eum qui mente pueros imitatur.

*Theologi.* Melior eſt canicies cum prudẽtia coniuncta, quàm iuuentus inerudita.

Magnum vſum rerum & experientiam tempore collegimus, ex qua naſcitur ſapientia.

Non decent ſenes puerilia ludicra.

*Chryſoſtomi, & Sap.* 4. Canicies, non capilli albi, ſed animi virtus.

Neque iuuenem criminare, neque ſenem lauda: neque enim in ætatis, ſed in animi differentia virtus & vitium conſiſtit.

Non ætatum differentiam nouit vniuerſitatis Deus: ſed pietatem ſolam, & rerum diuinarum ſtudium à nobis requirit: quod ſi hæc in iuuene repererit, multis hunc anteponit ſenibus.

Senectus & paupertas, duo ſunt curatu difficilia.

*Philonis.* Vere ſenex non ex temporis longinquitate, ſed ex laudabili & perfecta vita ſpectatur.

Iuuenili vitæ quæ in rerum actione verſatur, ſenilis ſuccedit præſtantiſſima & ſacratiſſima, eáque in rerum contemplatione cernitur: cui quaſi gubernatori à ſe miſſo deus gubernacula in manus tradidit, tanquã idoneo qui poſſit terrena gubernacula tenere: nam ſine contemplatione & ſcientia nihil in rebus agendis honeſtum eſt.

*Euagrij.* Tum floreſcit animus ad ſcientiam percipiendam, cum robur corporis diuturnitatẽ temporis marceſcit.

*Nili.* Capillus albus factus animam hinc abituram teſtatur & clamat.

*Symeonis* Neque cuiuis ſeni fidendum eſt, neque quiuis omnino iuuenis repudiãdus. Fieri enim poteſt, vt opinor, vt & iuuentus temperans ſit, & ſenectus ſæpe officiũ negligat.

*Plutarchi.* Hyems tegumentum, ſenectus doloris vacuitatem requirit.

*Solon.* Solon, ſenectutem portum malorum eſſe dicebat, quod ad eam omnia confugiant.

*Phauorini.* Qui ſibi voluptatem reprimit, ſapiens: qui repreſſione nõ indiget, beatus eſt: ſenectus ad vtrumque. *Deſunt quædam.*

*De ſenibus inhoneſtis & imprudentibus,*
*Sermo* 18.
*Deeſt initium.*

*Sirach.* 25 SEnem adulterum intellectu carentem, ex animo odi.

*1. Cor.* 14. Fratres, ne ſitis puerili mente, ſed vitiis pueros imitamini, at mente abſoluta eſtote.

*Hebr.* 5. Tardi fuiſtis ad audiẽdum. Etenim qui propter diuturnitatem temporis debuiſtis eſſe magiſtri, rurſus doctore egetis, qui vos doceat quæ ſint diuinorũ oraculorum principia & elementa, taleſque eſtis qui lacte egeatis, non etiam ſolido cibo: quiſquis autem lacte vtitur iuſtitię, † rationis imperitus eſt, quod puer ſit. Solidus vero cibus, eſt perfectorũ qui per habitũ ſenſus habent exercitatos ad diſcernendum, mala à bonis. *† aliàs expers eſt ſermonis iuſtitiæ.*

*Baſilij.* Nihil intereſt inter ætatem puerilem, & mentem pueros imitantem.

Noui quoſdam qui cum in iuuentute in carnis vitia prolapſi eſſent, in eis propter conſuetudinem ad canos vſque perſeuerarunt.

*Theologi.* Turpe eſt ætatis vigorem deferbuiſſe, libidinem autem non deferbuiſſe.

Diſcit aliquid etiam canicies, nec cuiuſuis ſenectus prudentiæ ſatis nacta eſſe videri debet.

*Chryſoſtomi.* Ergo cum ſenex iiſdem quibus iuuentus morbis laborat, maximum vitium eſt, ac ne de iuuentute quidem excuſationem habet: neque enim illa poteſt dicere, Peccata iuuentutis meæ & ignorationes meas ne memineris. Vide igitur ne propter ſenilia facta iuuenilium peccatorum venia te priues.

*Philonis.* Qui multum æui in vita corporis contriuerint ſine vlla virtute & probitate, eos longi temporis pueros appellare licet, vt qui nullis diſciplinis eruditi ſint, ſenectute dignis.

Quouſque tandem nos ſenes adhuc pueri erimus, corporibus quidem propter temporis longinquitatẽ veteres, animis autem propter ignorationem & hebetudinem admodum pueri.

*Plutarchi.* Senex ſtultus, quemadmodum lacerna vetuſta, nulli rei eſt aptus.

*Diogenes.* Diogenes anum comptam conſpicatus: Si, inquit, ad viuos, falſa es: ſin ad mortuos, ne cunctare.

*Philemonis.* Reperiuntur aliquando iuuenes ſagaces, & ſenes hebetes: tempus enim prudentiam non docet, ſed natura & recta inſtitutio.

*De iuuenibus eruditione & prudentia ordinatis,*
*Sermo* 19.

*Num.* 27 IEſus Naue filius, iuuenis cum eſſet, non egrediebatur de teſtimonij tabernaculo.

*Eccli.* 46. Etſi vobis ſum iunior, non tamen hebetior.

*Iob.* Iunior ſum tempore, vos autem ſeniores, itaque me

continui, veritus vobis explicare quæ ſciebam. Illud A autem cogitabam, tempus non loqui ſolere, atque nõ in multis annis ſciri ſapientiam, ſed eſſe ſpiritum in mortalibus, aſpirationémque omnipotentis eſſe quæ me doceat: neque enim longæui qui ſunt, iidem ſapientes ſunt, nec ſenes diiudicandi rationem norunt.

*David.* Qua in re adoleſcentiores vitæ inſtitutum emendabunt? ſi tuis ſermonib. parebunt.

Adoleſcentium ornatus, ſapientia eſt.

*Solon. Eccleſ. 11.* Dum iuuenis es, lætare, & animo tuo obſequere, inſtituta cordis tui ſine cuiuſquã reprehenſione, ac quæ viderint oculi tui, ſequere. Sed illud ſcito fore, vt poſthæc omnia, deus te in iudicium vocet ſuum.

B *Dani. 13.* Dixerunt ſeniores Danieli, dicentes: Age, conſide in medio noſtrûm, ac declara nobis quantam tibi ſenilem prudentiam largitus ſit deus.

*Sirach. 6.* Fili in ætate iuuenili collige eruditionem, & quaſi arãs & ſerens ad eam accede, illiúſque optimos fructus expectato.

Fili florem ætatis tuæ tutum conſeruato.

*Ignatij, ex epiſtola ad Magneſianos* Samuel cum adhuc paruus puer eſſet, videns eſt vocatus, ac in prophetarum numerum cooptatus. Daniel adhuc iuuenis conſenes quoſdam iudicio dãnauit, eoſque non ſeniores, ſed perdite libidinoſos eſſe demonſtrauit. Hieremias cum iuuentutis cauſa eam quam Deus ei tradebat prophetandi prouinciam C recuſaret, à Deo illa audit: Te iuniorem eſſe ne dicito, ad quoſcunque enim te miſero, proficiſcêris. Salomon autem ille ſapiens cum duodecim haberet annos, magnam quæſtionem de ignoratione mulierum non agnoſcentium ſuos liberos diiudicauit. Dauid Propheta ſimul & rex, adoleſcẽtulus adhuc à Samuele ad futurum regnum vngitur.

Iuniores ſubiecti eſtote ſenioribus.

Non enim ætate iuuenis, ſed qui animo imperfecto eſt, iunior dicitur.

*Baſilij. Theologi.* Si quis iuuenis eſt, aduerſus cupiditates & perturbationes fortis ſit, tantúmque ex ipſa iuuentute capiat D vtilitatis, vt iuniorũ perturbationibus non ſeruiat, ſed ſenilẽ prudentiã in vigenti corpore exerceat, & id erit gratia dignum maiore, quàm ſi Olympiis viciſſet corona accepta.

Optimum eſt iuuenem vel ante tempus temperantem eſſe.

Iuuenis es? ſta contra motus animi perturbatos cum baptiſmatis auxilio, in Dei aciem fac annumereris. Contra Goliath gere te fortiter, aſſume mille aut decem milia, ad hunc modum fructum percipitio iuuentæ.

*Plutarchi.* Plutarchus iuuenes hortabatur, vt hæc tria habere curarent: in animo temperantiam, in lingua ſilentium, in ore autem pudorem.

E

*De iuuenibus in imprudentia & ignoratione vitam degentibus, Sermo 20.*

*3. Reg. 12* DEliberauit Roboam cum adoleſcentulis æqualibus ſuis, qui circunſtabant illum: Quid, inquit, mihi conſulitis, vt reſpondeam huic populo, & illis qui hac oratione apud me vtuntur. Iugum quod pater tuus nobis impoſuit, leuius facito. Illi reſpondent: His verbis populo reſpondebis: Paruitas mea lumbo patris mei craſſior eſt: Et nunc pater meus graui iugo vobis imperauit, Ego grauius imponam vobis: Pater meus flagellis vos caſtigauit, Ego vos ſcorpionibus caſtigabo.

*Scholion.* Audaci atque ſuperbo conſilio iuuenum dum paret Roboam, ſubiectos ad deficiendum & rebellandũ præparauit.

*Prou. 22.* Stultitia appenſa eſt cordi iuuenum, virga autem & caſtigatio ſunt procul ab eis.

*Eccleſi. 2.* Iuuentus & iniquitas, nihil aliud ſunt quàm vanitas.

*Baſilij.* Iuuentutis naturale vitium hoc eſt, vt propter leuitatem conſilij ea ſe habere iam arbitrentur quæ ſpe concupierunt: cum enim quieſcunt aut noctu ſoli ſunt, fingunt ſibi viſa quæ nuſquam ſunt, facilitate ingenij per omnia cogitationem circunferentes, ſplendidas ſibi vitæ conditiones proponunt, magnificas nuptias, liberorum felicem procreationem, ſenectutem longam, ac honores ſibi ab omnibus deferendos: deinde cum nuſquam cogitatione conſiſtere poſſint, inflantur, ac præ ſtultitia ſperatis ſe frui putant tanquam præſentibus & ante pedes poſitis.

Iuuẽtus eſt leuis & ad improbitatẽ procliuis: cupiditas effrenata, beluarum ira, temeritas, iniuria, ſuperbia, & inflationes, magniq́ue ſpiritus, congenita & coalita mala iuuentutis hæc ſunt: inuidiæ aduerſus rem excellentem, ſuſpiciones de familiaribus. Denique malorum tanquam examen iuuentuti connexum & copulatum eſt, quorum omnium fructum neceſſe eſt in ſubiectos redundare, propterea quod magiſtratuum vitia ſubiectis importent calamitatem.

Iuuentute nihil mobilius, & facile vana ſpe effertur: quòd ſi poteſtatem ſummam adipiſcatur, tum leuitas maior fit, tum in maiorem ſtultitiam & ruinam ferè progreditur.

Mobiliſſima iuuentus, & ad vitia propenſa, diuerſis enim perturbationum fluctibus agitatur. Eget igitur ductore, qui ad portum rectà deducat.

*Theologi.* Quid inſipientius corpore bene conſtituto ac deliciis affluente? aut iuuentute errante & nullis certis ſedibus conſiſtente?

Iuuentus temporis eſt æſtus.

*Chriſoſto.* Ira & cupiditatibus facilius iuuenes ducuntur & vincuntur: quare maiorem quandam cuſtodiam requirunt, ac frenum durius. (*In Græco additur,* ἀσφαλεστέρου τοῦ ζυγίου καὶ τοῦ κωλύματος.

Cani tum demum venerabiles exiſtũt, cum quæ canis digna fiunt, fiunt: cum autem iuueniliter ſe gerunt ſenes, maiore riſu quàm iuuenes digni erunt.

*Greg. Nyſſeni.* In omni ferè negotio periculoſa ſunt adoleſcentium conſilia, nec facile reperias qui aliquid recte geſſerint rerum magnarum, quibus cani non fuerint ad conſyderationis communionem adhibiti.

*Philonis.* Iuuenis ſummam poteſtatem adeptus, cupiditatibus vtens effrenatis, malum eſt inexpugnabile.

Iuuenis laborem recuſans, in ſenectute miſer, & calamitoſus eſt.

*De bonis & benignis dominis, Sermo 21.*

*Iob 31.* SI peruerti iudicium ſerui aut ſeruæ, cum apud me litigarent. An non vt ego in vtero fui, ſic illi fuerunt? Fuimus autem in eodem vtero. Sin autem ſæpe etiam dixerunt ancillæ meæ: Quis det nobis vt carnibus eius expleamur? cum illis valde eſſem commodus & clemens.

*Salomonis* Vir bonus iumentorum ſuorum vitam miſeratur.

Ne curioſe quæras omnia quæ ab illis dicuntur: ne ſeruum tuum audias tibi male precantem.

*Sirach. 32.* Si eſt tibi verna, tanquam alter ipſe ſit: quia ſanguine comparaſti eum. Si tibi verna erit, eum diligito: Si eſt



eſt tibi vtilis & frugi, vtere eo tanquam fratre: quia anima tua illius opera egebit.

*Apoſtoli Col. 3.* Eadem domini illis facitote poſitis minis, quod intelligatis dominum veſtrum & illorum in cœlo eſſe.

*Epheſ. 6.* Iuſtos & æquabiles præbete vos domini ſeruis veſtris, non ignorantes vos etiã dominũ habere in cœlo.

*Theologi.* Omnibus manſuetus eſto, ſi fieri poteſt. Multò magis autem proximis.

*Philonis.* Seruis male inſtitutis & inſipientibus, vtilis eſt dominus formidoloſus: nam illius indignationes dum metuunt, vel inuiti metu corriguntur.

[redacted]

B [redacted]

*De improbis Dominis, Sermo 22.*

*Exod. 21.* SI quis percuſſerit oculum ſerui ſui aut ſeruæ, atque etiam excæcauerit, pro oculo eos manumittet: ſin autem dentem excuſſerit vel ſeruo vel ſeruæ, pro dentibus eos libertate donabit.

Si quis ſeruum aut ſeruam ſuam virga percuſſerit, & ſub manibus illus moriatur, mulcta mulctabitur. Quod ſi ſuperuixerit vnum aut duos dies, non mulctabitur, pecunia enim illius eſt.

C *Salom. 11.* Qui non diligenter obit domum ſuam, pro hæreditate ventos poſſidebit.

*Sirach. 4.* Ne ſis vt leo in familia tua, nec moroſus in ſeruis tuis, & ſubiectos tibi ne deprimito.

Si male ſeruum tuum tractaris, iſq́ue te relicto aufugerit, qua via quæres illum?

*Baſilij.* Improbos pater in ſeruitutem redegit, ſeruóſque effecit, ac ſeruum tibi reliquit: dona eum libertate, & illi leuiorem feceris pœnam, & tibi veram paraueris libertatem.

*De frugi ſeruis, Sermo 23.*

*Salomo. 1.* IRam viri, ſeruus prudens mitigat.

Seruus intelligentia præditus dominis inſipientibus dominabitur.

D Serui ſapientis proſperæ erunt actiones, & inſtituta eius recta.

Sapiens, iucundus domino ſeruus.

Serui ſapientes, dominis ſuis mutuabuntur.

Dulcis ſomnus ſerui eſt, ſiue parum, ſiue multum cibi ſumpſerit.

*Sirach 33.* Seruum ſyncere opus facientem ne male tractato.

Prudentem ſeruum ex animo diligito, nec eum libertate fraudato.

Sagaci ſeruo liberi miniſtrabunt.

*Epheſ. 6.* Serui dominos veſtri corporis diligite, metuentes dominum & trementes cum cordis veſtri ſimplicitate, non quidem, vt qui tantum ſeruiunt oculis domini, vt hominibus placeatis: ſed vt Chriſti ſerui ex E voluntate dei vitam degatis, non inuiti cum beneuolentia domino, & non hominibus ſeruientes: intelligitis enim quod quiſque boni fecerit, id à domino eum reportaturum.

*1. Pet. 2. χάρις παρὰ τῷ θεῷ.* Serui obedite dominis veſtri corporis, non illis ad oculum ſeruientes quaſi qui hominibus velitis placere, ſed ſimplici corde dominum metuentes: & quidquid feceritis, id ex animo faciendum ſuſcipite, tanquam domino & non hominibus: illud non ignorantes fore, vt à domino recipiatis remunerationem hæreditatis veſtræ.

Serui ſubiecti eſtote omni metus genere dominis A veſtris, non ſolum bonis & clementibus, ſed etiam importunis: hoc enim gratum eſt domino, ſi qui bona conſcienria moleſtias & dolores patiatur immerito: quid enim habet ea res gloriæ, ſi propter peccata colaphis cæſi patimini? Sed ſi honeſte & ſancte viuentes patimini & ſuffertis, hoc demum deo eſt gratum.

*Ignatij.* Serui non debent rogare vt vulgari more manumittantur, ſed in dei gloriam magis ſeruire, vt meliorem à domino conſequantur libertatem.

*Theologi.* Cum omnes, tum maxime dei ſerui, elaborare debent vt domini beneuolentiam habeant.

Liberum & ſeruum mores oſtendunt.

Etenim Chriſtus viſus eſt ſeruus, ſed liberos nos fecit.

B *Chriſoſt.* Iucundum eſt auribus ſeruorum, ſi quid admirabile de dominis narretur.

*Philonis.* Maximum eſt ſerui encomium, nihil eorum quæ præſcripſerit ei dominus contemnere, ſed impigre & induſtrie ſupra vires diligenter omnia curare, vt bono conſilio abſoluat, & recte adminiſtret.

*De ſeruis improbis, Sermo 24.*

*Gen. 16.* CVm vidiſſet Agar ſe prægnantem eſſe, probris affecit dominam ſuam, ac præ ſe contempſit. Sarra autem apud Abraamum queritur ſic: Iniuria afficior abs te cum hanc puellam in ſinum tuum collocarim, at poſtquam ſe prægnantem eſſe vidit, probroſa illi viſa ſum: iudicet deus inter me & te. Abraa- C mus autem, Ancilla, inquit, ſub tua manu eſt, tracta eam vt tibi videbitur. Sarra male cœpit tractare, ita vt aufugerit à conſpectu eius.

*Prou. 29.* Seruus durus & pertinax, verbis non erudietur: nam etſi intelliget, non tamen obediet.

Non conueniunt inſipienti deliciæ: etſi ſeruus magiſtratu fungatur, iniurioſe poteſtate vtetur.

*Prou. 26.* Flagellum equo, ſtimulus aſino, virga ſeruo inſipienti.

*Sirach 33* Pabula, virga, & onera aſinum decent, ſeruum autem panis, caſtigatio, & opus.

Cura vt ſeruus opus faciat, & requietem inuenies: ſi remiſeris manum illi, quæret libertatem.

D Seruo improbo tundens latus ad ſanguinem vſque, ne veretor.

Iugum & lorum ceruicem inflectent: ſeruum autem malignum tormenta & quæſtiones: Ad opus faciendum compellito, ne fiat deſidioſus & ignauus: multa enim vitia docuit otium. In ea ergo opera applicato eum, quæ illi conueniunt: quòd ſi non pareat, grauiores iniice illi compedes.

*Theologi.* Mali enim ſerui eſt dominum arridentem colere, obiurgantem autem & caſtigantem malum putare.

Illud eſt proprium malorum ſeruorum, vt heros ſuos reiiciant, & dominis reſiſtant, & liberos, ſecum ſeruos reddant.

E *Philonis.* Nemo tam inſanit, quàm qui ſeruus cum ſit, domino aduerſatur.

*Hermog.* Natura enim ſerui dominorum ſunt inimici.

*De probis creditoribus ſiue mutuantibus Sermo, 25.*

*Exod. 22* SI pecuniam mutuaueris fratri tuo pauperi, qui apud te verſatur, eum neque vrgebis, neque vſuram ab eo exiges.

*Leuit. 25.* Tecum viuet frater tuus, nec ei dabis pecuniam tuam ad vſuram, nec vt plus recipias dabis ei de alimentis tuis.

*Deut. 23.* Mutuum dato proximo tuo, quantum ei opus eſt, nec grauate aut cum animi mœrore dabis: nam ob iſtam cauſam fortunabit tibi deus omnia opera tua.

Non fœneraberis fratri tuo cibaria, aut aliud quicquam, quod fratri tuo mutuaueris.

*Iob. 31.* Syngrapham quam habebam contra quempiam humeris circundatam tanquam coronam legebam, & eam à me fractam reddidi, nihil autem à debitore meo accepi.

*Psal. 14.* Argentum non dedit fœnori, & munera contra innocentes non accepit: qui hæc exercet, non conquaſſabitur vllo tempore.

Vir bonus eſt is qui miſeretur & commodat, adhibet iudicium ſermonibus ſuis.

Iuſtus miſeretur & commodat.

*Salomonis* Creditorem ſimul & debitorem inſpicit Dominus.

*Ezech. 7. 18.* Qui debitoris pignus reddiderit, & argentum ſuum fœnori non dederit, nihilque vltra ſortem receperit, is vir bonus eſt, ait dominus, & quàm diutiſſime viuet.

*Sirach. 29* Qui miſericordiam impertit, proximo mutuum dabit: & qui manu ſua corroborat, præcepta ſeruat.

*Lucæ 6.* Petenti abs te, dato: & ab eo qui vult abs te mutuum ſumere, ne auertaris.

Si mutuum datis à quibus ſperatis vos recepturos, quæ vobis gratia eſt? & enim ſceleroſi mutuũ dant ſceleroſis, vt paria eis referantur: imò vero diligite inimicos veſtros, ac benefacite, mutuumque date nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra in cœlis copioſa.

*Baſilij.* Neque volentem abs te mutuum ſumere repellito, nec argentum tuum des fœnori, vt ex veteri & nouo teſtamento quæ vtilia ſunt, diſcas, bonáque ſpe accedas ad deum, vbi vſuras bonorum operum recepturus es.

Si vis Chriſtum continenter amicum & fauentem retinere, multarum rerum efficito illum debitorem: neque enim tam gaudet fœnerator debitoribus: & quibus nihil debet, eos refugit: quibus autem debet, ad hos accurrit.

*De auaris & improbis creditoribus, Sermo 26.*

*Deuter. † Id eſt, nouarum tabularum, ſiue iubileum.* CAuendum tibi eſt, ne quid occulte impium in animo volutes iſta ratione, qua dicas † ſeptimum annum appropinquare condonationis, atque ob eam cauſam ſis iniquior fratri tuo egenti, nec des ei quicquam: ille clamabit ad dominum, peccatum autem tuum magnum erit. [D]

*Iob. 20.* Diuitiæ iniuria coaceruatæ euomentur.

*Salom. 28* Qui amplificat res ſuas vſuris & præter ſortem acceſſionibus, is impertienti miſericordiam pauperibus, eas coaceruat.

Diuitiæ per iniuriam comparatæ minuentur.

*Oſeæ.* Si quid largitus ſit inſipiens, non proderit ei qui acceperit, oculi enim ipſius erunt pro vno, vt multa accipiat: pauca dabit, & multa exprobrabit: & ſic aperiet os ſuum quemadmodum præco ſolet, hodie mutuum dabit, & cras repoſcet: iſtiuſmodi qui eſt, tum deo tum hominibus odioſus eſt.

*Matth. 18* Egreſſus autem ſeruus ille inuenit vnum ex conſeruis ſuis, qui centum denarios debebat, apprehenſumque eum vrgebat, ac dicebat: Redde quod debes, & quæ deinceps.

*Theologi.* Si debitorem deprehenderis ſupplicem, totam ſyngrapham iniquam diſcerpito: recordare decem milia talentorum, quæ tibi Chriſtus condonauit, nec ſis acerbus exactor debiti minoris.

*Baſilij.* Extremæ profecto inhumanitatis eſt, ſubſidia vitæ quærere ab eo cui neceſſaria deſint, illi vero ſortem non ſatis eſſe, ſed ex calamitatibus pauperis reditus & copias ſibi parare cogitare.

[A] † Fœnus vt opinor, à multiplici fœtu mali nominatum eſt, nec aliunde: vel fortaſſe dicitur fœnus propter triſtitias & dolores quibus affici ſolent animi eorum, qui mutuantur à fœneratoribus: vt enim dolor parienti, ſic dies certus obærato incidit, fœnus cumulatum fœnore. Ex improbis parentibus improbi liberi. Fœnorum fœtus, viperarum proles recte dici poſſunt: narrant aut viperas, erroſa matris aluo in lucem edi, & fœnora deuoratis debitorũ domibus procreantur. *† τόκος à τίκτω quod parere ſignificat.*

Quæ exigis, omne inhumanitatis genus ſuperant: ex incommodis alterius tua paras commoda: ex lachrymis argentum colligis, nudum iugulas, eſurientem verberas: nulla vſquam miſericordia eſt, neque cognationis eius qui premitur recordatio vlla.

[B] Agricola cum ſemel ſpicam ſeminis receperit, iterum ſub radice ſcrutari non ſolet: tu vero & fructus habes, nec tibi vnquam ſors diminuitur: incertum eſt cui coacerues, certus eſt qui fœnorib. preſſus lachrymatur, atqui fruiturus ſit, iſto modo comparatis opibus, ambiguum eſt.

Canes ſi quid acceperint, cicurantur: at fœnerator accipiens, etiam irritatur, non enim deſinit latrare, ac plus pluſque inquirere: ſi iuras, non credit: quæ intus ſunt, ſcrutatur, in contractibus multum operæ ponit: ſi è domuncula prodeas, trahit ad ſe & ſcindit veſtimenta: ſin autem teipſe occultaueris, adſtat in veſtibulo & oſtium pulſat.

[C] Quum inuenerint debitores ſuos, quaſi prædam nacti ſic lætantur, ac omnia faciunt vt totum repetant. Quod ſi id minus poſſunt propter eorum qui debent inopiam, iram, pecuniæ cauſa inflammatam, in ærumnoſorum & miſerorum corpus exercent, contumelioſe flagris cædentes, & verberantes, & mille aliis incommodis afficientes. *Chryſoſt.*

*De iis qui mutuantur, quos æquum eſt creditoribus gratos eſſe, Sermo 27.*

PRudentiæ eſt, cognoſcere à quo proficiſcatur gratia, *id eſt, gratuitum beneficium.* *Salomonis*

Gratiam hominum tanquam pupillam oculi conſeruato. *Sirach.*

Qui gratiam reddit, futurorum meminit, & tempore ſuæ calamitatis inueniet ſtabilimentum.

Qui de nobis bene meriti ſunt, iis omnem beneuolentiam præſtare debemus. *Baſilij.*

Reddamus igitur cum fœnore debitum ſi modo tantum poſſidere videamur. *Theologi.*

Nihil eſt quod facilius beneuolentiam conciliare poſſit, quam ipſa beneficiorum grata commemoratio. *Philonis.*

*De ingratis cum mutuum ſumpſerint, Sermo 28.*

MVtuatur improbus, nec vnquam reddit. *Dauid.*

Ne ſit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad reddendum contracta. *Sirach. 4.*

Multi mutuum quaſi inuentum æſtimant, exhibentque moleſtias eis qui ipſis ſubuenerint. *Eccli. 29.* [E]

Stultus & ingratus, eum à quo fuerit aliquando liberatus, deſeret.

Non ſolum eſt cogitandum tibi eſſe accipiendum, ſed etiam reddendum cum repetetur, quod acceperis: cur te cum beſtia nodoſa coniungis? *Baſilij.*

Qui ſe fœnoribus ſubiectum reddit, quorum poſſeſſionem non tenet, voluntariam perpetuamque ſuſcipit ſeruitutem.

Videmus non eos quibus neceſſaria deſunt ad mutuum ſumendum accedere: non enim habent qui ipſis credant, ſed ij ſolum mutuantur qui ſumptibus profuſis, & luxui infructuoſo ſe dediderunt.

Rem



Rem miſerabilem ſpectaui, liberos homines, quorum patrimonia eſſent obærata, qui traherentur vt vænirent. [A]

*Debitorũ vita miſera.* Non noctes debitori quietem adferunt, non dies ei iucunda, non ſol delectans, ſed per omnem vitam in triſtitia verſatur: dies odit, qui ad præſcriptum tempus properant: menſes formidat, quaſi vſurarum genitores: ſi dormierit, in ſomnis videt fœneratorem capiti imminentem, infauſtum ſomnium: ſin vigilarit, cogitatio & ſolicitudo de vſuris eſt.

Tale quiddam in ingratos efficit beneficij gratia: pro iis enim beneficiis quibus adiuti ſunt, multis damnis afficiunt de ſe bene meritos.

*De mercede conducentibus, ſeu operariorum dominis probis, Sermo 29.*

*Gen. 29.* DIxit Labanus Iacobo: Quandoquidem meus frater es, mihi gratis non ſeruies: declara mihi, quam mercedem poſtulas?

*Leuit. 19.* Non pernoctabit mercenarij merces apud te vſque in craſtinum.

Non fraudabis pauperem ſua mercede, nec egentem ex fratribus tuis aut aduenis qui verſantur in tuis ciuitatibus: eo ipſo die mercedem reddes, nec occidet ſol ſuper ea: pauper enim eſt & in ea ipſa ſpem habet.

*Sirach. 7.* Seruum, opus verè facientem ne male tractato, nec mercenarium qui dat animam ſuam.

*Rom. 4.* Opus facienti, merces, non beneficij ſed debiti loco, numeratur & æſtimatur.

*De mercede conducentibus ſeu operariorum dominis improbis, Sermo 30.*

*Leuit. 19.* VIde ne mercenarius tuus clamet ad dominum cõtra te, & peccatum in te ſit & culpa.

*Deut. 27.* Execratus ſit, qui mercenarium mercede fraudauerit, & dicat cunctus populus, Fiat, fiat.

*Iob.* Tenues ſine cibo & mercede vineas impiorum coluerunt.

*Ieremiæ.* Qui ædificat domum ſuam non cum iuſtitia, & cœnacula ſua non cum iudicio, operarios ex proximis ſuis gratuito ſumit, nec mercedem illis debitam tribuit.

*Sirach 34* Sanguinarius eſt (*vel, ſanguinis effuſio*) qui mercenarium mercede priuat.

Dignus eſt operarius mercede ſua.

*Matth. 10 & 1. Cor. 9.* Boui frumenta terenti os ne obturato, dignus eſt operarius cibo ſuo.

*Iacob. 5* En merces operariorum, qui meſſuerunt agros veſtros, quæ à vobis retenta eſt, clamat, & clamores meſſorum ad aures domini exercituum peruenerunt.

*De viris bonis & probis, Sermo 31.*

*Num. 10* SVos dominus cognoſcit, & ſanctos ad ſe aduocabit.

*Deut. 16.* Qui diligitur à domino, fidenter in tabernaculo ſuo erit, omneque tempus ætatis ipſius deus ei glorioſum reddet.

*1. Reg. 16* Surge, inquit dominus Samueli, & vnge Dauidem, quia hic eſt vir probus.

*Pſal. 36.* Iuſti terræ hæreditatem conſequentur, & in multa pace deliciabuntur.

Quum ſenex ſim, iuuenis fui, nec vidi iuſtum derelictum, nec ſemen ipſius panem mendicans.

Salus iuſtorum domini eſt, & eorum propugnator eſt in rebus aduerſis.

Familia integrorum virorum beata erit, gloria & diuitiæ in domo illorum.

Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.

Fame iuſtos dominus non necabit.

*Salom. 10* Ex ore iuſti gratiæ fluunt.

Viæ iuſtorum ſimiliter vt lux ſplendent.

Vir bonus filios filiorum in hæreditate ſua cernet.

Acceptæ ſunt domino viæ iuſtorum: propter ipſos, etiam inimici fiunt amici.

Vir probus vt leo confidit.

Moderati erunt incolæ terræ, & innocentes in ea relinquentur: quia recti qui ſunt, terram pro hæreditate poſſidebunt, & ſancti in ea relinquentur.

Ex hominum proborum labiis, gratiæ ſtillabunt.

Iuſtitia rectorum recte vias ſecat.

Domus iuſtorum beatæ ſunt.

Iuſtorum radices non extirpabuntur.

Qui aſpicit molliter, miſericordiam conſequetur.

Qui ſine cuiuſquam reprehenſione in iuſtitia verſatur, liberos relinquet, beatos. [B]

Proborum lætitia eſt, iuſta omnia facere.

Viro bono poſuit in conſpectu ſapientiam, cognitionem & lætitiam. *Oſeæ.*

Quis ſapiens eſt, & hæc intelliget? aut ſagax, & hæc agnoſcet? quod rectæ ſunt dominini viæ, quas probi ingredientur

Viri boni viuent æternum, quorum merces in domino eſt, & cura apud celſiſſimum, ob quam cauſam regnum decorum adipiſcentur, & pulcherrimum diadema manibus domini eis imponetur, quia dextera ſua teget, eos, & brachio ſuo defendet. *Sapientiæ Salomonis*

Iuſtus ſi ex hac vita deceſſerit, in requie futurus eſt.

[C] Gratia & miſericordia in electis eius, & viſitatio in ſanctis eius.

Vt bona bonis à principio parata ſunt, ſic mala malis & ſceleratis. *Sirach 39*

Qui bonus eſt, ex bono cordis ſui theſauro bona promit. *Lucæ 6.*

Iuſto nulla lex impoſita eſt. *1. Tim. 1.*

Bonus bonorum eſt largitor. *Baſilij.*

Virga boni viri melior eſt, quàm mali laudatio. *Theologi.*

Optimi enim, externis etiam ſunt lenes & humani.

Boni enim viri vel aſperitas lenis eſt, propter vtilitatem quam continet: mali autem etiam benignitas, propter morum imbrobitatem dura eſt.

[D] *Nullus bonus niſi ſolus deus.* Iis verbis, quod ſumme bonum eſt, aſſeritur dei ſolius eſſe. *Luc. 18.*

Spiritalis, omni malitia carere debet, aſtutia & dolo: quemadmodum Chriſtus inquit, Niſi conuertamini, & effecti fueritis ſimiles paruis pueris, non introibitis regnum cœleſte. *Chriſoſto.*

Atque robur quidem eorum, qui virtutem exercent, admiratione perpetua dignum eſt: præſertim vero cum multis eam deſerentibus nonnulli reperiuntur qui virtuti adhæreſcant.

Qui natura bonus eſt, idem ad bona omnia largienda propenſus eſt. *Greg. Nyſſeni.*

Vt fragrantia aromata ſuo odore circunfuſum [E] complent aërem, ſic boni viri præſentia proximos iuuat.

Proprium eſt bonorum omnium aliis prodeſſe. *Cyrilli.*

Erit ſanè maxime inſignis virtutis cultor, & præclariſſimorum operum author. Quemadmodum enim odoratiſſima aromata & eximia, etiamſi in vaſe condita ſint, fragrantia ſua tamen explent odorandi ſenſum, non ſolum eorum qui propè adſtant, ſed etiam eorum qui longius ſemoti ſunt: ita ſanctus animus & virtutis cupidus, & honeſte factorum & ad pietatem pertinentium rationem habens, vel nihil tale cogitans, omnibus modis erit nobiliſſimus & clariſſimus.

*Philonis.* Humanus, vrbanus & comis & ad ignoſcendum propenſus, nullius omnino iniuriæ memor eſt, ſed vincere hoſtes cupit benefaciendo, magis quàm lædẽdo.

Bonis, deus bona ſuppeditat & inſerit conſilia, quibus cum aliis proſint, ipſi maxime iuuantur.

Viri boni, vt figurate dicam, columnæ ſunt, populum totum confirmantes quaſi domos magnas, ciuitates & reſpublicas.

Honeſtum, tum eſt honeſtum, cum vt ab altero laudetur non eget, ſed ſecum circunfert ſuæ pulchritudinis notas & inſignia.

*De malis & improbis viris, Sermo 32.*

*Deut.25.* VT ne perdat ſceleroſus à ſcelere immunem, non vult deus illi placari, ſed accendetur ira domini & æmulatio eius in hominem illum.

*1.Reg.1.* Ab iniquis exlegibus progredietur improbitas & maleficium.

Improbe ſe geſſit Achabus in conſpectu domini, & ſceleratior quàm ij qui ante ipſum fuerant.

Nemo improbus cum ſit, ſe fore innocentem confidat.

Dulce fuit in ore eius vitium.

Modum tranſeunt errata improborum.

Malorum mors erit non decora.

*Pſal.4.* Filij hominum quouſque tandem dura geretis corda?

Scelerati multa flagella (*id eſt, omnis generis afflictiones.*)

C Vultus domini in mala patrantes.

Mors ſceleratorum mala eſt.

Molliores oleo ſermones illorum, at ipſi ſunt quaſi bolides, *id eſt, pondera funiculis affixa ad explorandum aliquid.*

Iam inde ab vtero matris abalienati ſunt improbi, fallaciter mendacia loquuntur.

Salus longe abeſt ab improbis, quia iura tua iuſte inſtituta non exquiſierunt.

Sanguinarij & doloſi, ætatis dimidium non conſequentur, peccantes in mala incident.

*Prouerb.* Qui malos caſtigat, ſibi ignominiam lucrifaciet: quíque impium reprehendit, ſeipſum vituperabit.

D Quærent me improbi, nec tamen inuenient, ſapientiam enim odêre.

Animi eorum qui exleges ſunt, interibunt immaturi.

Exitus eorum qui legem violant, malus eſt.

Malos ne reprehendas, vt ne ſis odio illis.

*Prou.9.* Fili, ſi ſapiens fueris, tibi & proximis tuis ſapies: ſin malus, euaſeris, ſolus exantlabis mala.

Dolus eſt in corde mala fabricantis.

Miſericordiam & iudicium non norunt malorum architecti.

E Expelle è concilio peſtiferum, & vnà cum illo exibit contentio: cum enim ſederit in virorum conſeſſu, omnes probro afficiet.

Improbus non erit impunitus.

*Amos 3.* Odi repulíque dies veſtros feſtos, nec veſtris conuentibus delector.

Qui eum qui iuſtus ſit, iniuſtum iudicat: & qui iniuſtus ſit, iuſtum: is impurus apud dominum & abominandus eſt.

*Malach.1* Summa poteſtate præditus dominus loquitur ſic: Illi ædificabunt, ego vero diruam, vt vocentur termini iniquitatis, & populus cui dominus ſe opponet in ſæculum: non manſura eſt in ſæculum temporis improba progenies.

A Ex ſemine ſerpentis prodibunt aſpidum catuli, at illarum poſteri, volantes ſerpentes erunt. *Eſaiæ 59*

Peccata noſtra diſſociant nos à deo, proptérque iniquitates noſtras auertit à nobis vultum ſuum vt non miſereatur.

Inſipientes ſunt nec ſagaces, docti ad malefaciendum, honeſte facere non norunt.

Opera illorum, opera eorum qui exleges ſunt: & pedes eorum in vitia currunt.

Si mutabit Aethiops cutem ſuam, & pardalis varietates ſuas, & vos poteritis benefacere cum mala didiceritis. *Ierem.13.*

Ruina improborum ſerio tandem veniet.

B Via ſceleroſorum elapidata & complanata, ſed in extremo, ipſa inferorum eſt foſſa.

Peccantem in animam ſuam quis abſoluet?

Liberi abominandi ſunt ex improbis prognati.

Nomen ſceleratorum hominum delebitur.

Malus ex cordis ſui malo theſauro quæ mala ſunt, promit: ex abundantia enim cordis os loquitur. *Matth.12 & Lucæ 6*

Illud autem cognoſcitote fore, vt in vltimis diebus inſtent acerba & difficilia tempora. Erunt enim homines ſui amantes, &c. *2 Tim.3.*

In improbitatis certamine, miſerior victor quàm victus, propterea quod ille pluribus peccatis onuſtus diſcedit. *Baſilij.*

Vltima, in improbitate, etiam ſecum ipſa diſcrepant.

Complures ſunt qui actiones prauas approbent, ac vrbanum quidem gratioſum nominantes: & obſcœnitate verborum vtentem, ciuilem: acerbum & iracundum, minime contemnendum vocant: parcum & alienum à liberalitate, quaſi rei familiaris adminiſtrandæ peritum laudant: prodigum, quaſi liberalem: ſcortatorem & libidinoſum, voluptuarium quendam & remiſſiorem: iſtiuſmodi laudatores, illis ore quidem bene precantur, at corde execrantur. Nam in illa verborum pulchra commemoratione, omnem execrationem in illorum vitam inducunt, imò eos æternę damnationi obnoxios efficiunt, ipſa vitia approbantes.

Profecto res eſt rationis expers, improbitas: [redacted]. *Theologi.*

Improbitas facile ſui ſtudium excitat, atque in promptu eſt, nihílque tam facile eſt, quàm fieri malũ.

Difficiliter, bonum comprehenditur à natura hominum: quemadmodum ignem non concipit humidior materies. At ad maleficium parati plurimi, & ad idipſum quaſi facti ſunt.

Malum facilius & promptius improbum ſequitur, quàm coërceatur à meliore.

Animis profanis nihil honeſti ſatis dignum videtur, cui perſuadendos ſe præbeant.

Qui ſæpe peccant nec puniuntur, metuere & vereri debent: augentur enim illis ſupplicia per ſupplicij tarditatem & diuinam lenitatem. *Chryſoſt.*

Non tantum ij qui ſcelerate aliquid faciunt, verumetiam, qui iſtos laudibus afficiunt, eorum cum illis vel etiam grauiorum participes erunt ſuppliciorum.

Sanctos quidem lucidi ſeruant angeli, [redacted]. *Angeli hominum cuſtodes.*

Abundantia cognitionis ſapientiæ, nobis multos conciliat angelos: impurus autem, etiam ab eo qui ipſi à puero datus eſt, ſeparatur.

Improbus aliud ſentit, aliud loquitur: aliæ etiam ſunt eius actiones: denique diuerſa ei & omnino pugnantia ſunt omnia, non enim loquitur quæ ſentit, & contraria decreuit iis quæ ſe facturum narrat, nec his conſenta-



A conſentanea exequitur, vt proprie dicere liceat, improbi vitam ſecum bellum gerere.

Improbis, nulla re gaudere conceſſum eſt: quemadmodum in propheticis canitur oraculis, Gaudere non licet impiis, deus ait. Sermo enim diuinus, verus & vtilis eſt, tetricam & triſtitiæ deditam, ac † infelicitatis plenam eſſe improbiſſimi cuiuſque vitam. *† βαρυδαιμονίας.*

Inſtabiles ſunt malorum hominum ſpes, qui ſibi quidem commoda proponunt cogitatione: quibus tamen aduerſa, & illis digna contingunt.

*Antiſthenis.* Antiſthenes cum ab improbis quibuſdam laudaretur, Vereor, inquit, ne quid mali à me deſignatum ſit, quod iſtis placeo.

B Mali, cum adulationibus deliniuntur, peiores euadunt.

Senem peccantem ne moneas: veterem enim arborem tranſplantare difficile eſt.

*Diogenis.* Diogenes improbum quendam monebat, interrogatus autem quid ageret: Aethiopem (inquit) abſtergo, vt candidum reddam.

Medici, amaris medicamentis quæ lingendo ſumuntur, mellis nonnihil adhibent vt dulciora faciant: Sic ingenioſi difficiliorum hominum congreſſiones, hilaritate molliunt.

Ex factis, magis quàm ex verbis, hominis periculum facito: nulli enim cum vitam vitioſam agant, oratione ſuaui & ad perſuadendum valenti vtuntur.

*De muliere forti, & temperanti & ſagace, Sermo 33.*

C *Gene.31.* RAchel & Lia reſpondentes Iacobo: Num, inquiunt, pars adhuc nobis eſt aut hæreditas in domo patris noſtri? Nónne alienæ ab illo exiſtimatæ ſumus? vendidit enim nos, & planè deuorauit argentum noſtrum.

*Iudic.9.* Acceſſit Abimelechus vſque ad turris portam, vt eam incenderet: mulier autem quædam fragmentum molæ in caput eius coniecit, & ſtatim clamans acceſſit puerum qui arma ipſius gerebat: cui, Educ, inquit, gladium tuum & me interfice, ne dicant vulgô, me à muliere interfectum. Et puer eius pupugit eum, & mortuus eſt.

D *1.Reg.19* Melchol vxor Dauidis, renunciauit ei, dicens: Niſi hac nocte ſeruaueris vitam tuam, cras morte afficieris: & demiſit maritum ſuum Dauidem per feneſtram. Sicque ille exiit, aufugit, & ſeruatus eſt.

*Iob.* Quis dedit mulieribus texendi ſapientiam & artem acu variandi?

Vxor fortis, corona eſt viri ſui.

*Prou.12.* Vxor grata, excitat viro gloriam.

Qui nactus eſt vxorem bonam, is gratias eſt adeptus, & à domino accepit hilaritatem.

Qui eiicit vxorem probam, eiicit bona è domo ſua.

*Prou.14.* Vxores ſapientes, ædificauerunt domos: at inſipiens ſuis manibus demolita eſt.

E *Prou.31.* Vxorem fortem quis inueniet? talis pluris eſt æſtimãda quàm lapides pretioſi, in ea confidit cor viri, hęc ſpoliis non carebit, bonis afficit virum ſuum, non malis: vir non eſt ſolicitus de rebus domeſticis, ſicubi autem diutius moratus fuerit, ipſa interea geminas confecit veſtes. Cum autem in conſeſſu ſeniorum conſidet, ipſa os ſuum aperit attente & legitime, ac ordinem ori ſuo tenendum præſcribit. Taciturnæ autem ſunt, domûs eius exercitationes, cibum otioſa non capit.

Multæ filiæ diuitias & potentiam comparauerunt, tu autem ſuperaſti omnes, & ſuper illas te extuliſti: falſa affabilitas & inanis pulchritudo non eſt in te.

A Mulier ſagax benedicitur, ſed metus domini eam commendet: date ei de fructibus labiorum ſuorum, & vir eius laudetur in portis.

Vide ne excidas vxore ſapiente & bona, nam gratia eius auro præſtat. *Sirach.7. 26*

Gratia duplicata, mulier † taciturna, nec eſt quicquam quod cum animo illius continente comparari poſſit. *† Aliâs pudica. Ibidem.*

Probæ mulieris vir eſt beatus, & numerus dierum eius duplicabitur: vxor fortis exhilarat virum ſuum, & annos eius cum pace complebit. Mulier proba, portio bona eſt: & in parte metuentium dominum dabitur.

Vxoris gratia virum exhilarat, & ſcientia eius oſſa viri ſaginat.

B Vir nullam rem acquirere poteſt vxore proba honeſtiorem, quemadmodum nullam deteriorem improba. *Theologi.*

Muliebre genus quodammodo lachrymarum amans eſt, & animo ad miſericordiam facili præditum. *Cyrilli.*

Mulier vitat omnes calumniarum ſuſpiciones, ſi neque ſe comat, neque ornet ſupra modum, precationibus & deprecationibus attentione ſumma vacans.

Narrant phyſici, fœminam nihil aliud eſſe quàm imperfectum marem. *Philonis.*

C Infirmiora quodammodo ſunt mulierum conſilia, nec extra res quę ſub ſenſus cadunt, quicquam poſſunt eorum quæ tantum ſub intelligentiam cadunt, comprehendere.

Philonis vxor in complurium fœminarum cœtu interrogata, cur ſola ex omnibus aureo non vteretur ornatu: Satis (inquit) vxori magnus ornatus, viri ſui virtus eſt.

Ariſtippus mulierem paruam, ſed pulchram, conſpicatus: Paruum, inquit, malum, ſed magnum pulchrum. (*Videtur potius inuertendum, vt ſit: Paruum quidem pulchrum, magnum autem malum: nam κακὸν & καλὸν apud Græcos facile permutari poſſunt.*)

Vxorem temperantem quærito, nec formoſiorem: illud enim eſt theſaurus qui ſurripi non poteſt, hoc autem animi opinio, ſiue perſuaſio.

D Honeſtam vxorem & bonam ſi eris aſſecutus, vitam dolore vacantem deges.

*De improbis mulieribus & adulteris, omnique vitio plenis, Sermo 34.*

MVlieri improbæ ne mentem adhibeto: mel enim ex meretricis ore fluit, quod ad tempus vngit guttur, poſtea tamen felle amarius inuenies, & gladio ancipiti acutius. *Prouer.5. & 7.*

Ne des mulieri opes tuas.

Fili ſerua mandata mea & viues, vt te ſeruent à peregrina muliere & improba.

Mulier, pretioſas virorum animas prædatur. *Prou.9.*

Tempus eſt ignominiæ, mulier quæ odit honeſta.

E Mulier inſipiens & audax cibo quo alatur carebit, (quæ ſcilicet verecundiam non cognoſcit.)

Vt inauris in nare ſuis, ſic in muliere malitioſa, pulchritudo. *Prou.11.*

Qui adulteram retinet, inſipiens & impius eſt.

Melius eſt habitare in ſolitudine, quam cum muliere pugnace & linguace & iracunda.

A coniuge tua tibi caue: nec quod facturus es, illi aperito. *Malach. prophe.*

Ne tradas mulieri animam tuam, meretricibus obuiam ne ito: ne pſaltriam canentem frequentato, virginem ne conſyderato: auerte oculos tuos à muliere formoſa: cum vxore alterius omnino ne ſedeto: forma *Sirach 9.*

enim & pulchritudine mulicbri complures ſeducti ſunt.

Vinum & mulieres ad deficiendum impellunt, etiam ſapientes.

Omnem malitiam, & noui malitiam mulieris.

Aquæ ne des exitum, nec mulieri improbæ licentiam ſi nolit monentem te audire, deſecato eam de carne tua.

Cum leone & dracone potius habitato, quàm cum muliere improba.

Omnia vitia parua ſunt, ſi cum mulieris vitiis comparentur, Sors ſcelerati in eam incidat.

Ex muliere peccati initium eſt, at per eam omnes morti debemur.

Improbæ mulieri licentiam loquēdi ne concedito.

Ira magna eſt mulier ebrioſa.

Cor malum & vultus triſtis cordíſque vulnus, mala mulier viro ſuo reſiſtens.

Scortatio mulieris in elatione oculorum, & in palpebris ſuis agnoſcetur.

Præſtat malitia viri, quàm benefica mulier.

Ex veſtimētis enaſcitur tinea, ſic ex muliere malitia.

In muliere improba bonum eſt ſigillum.

Mulier clamoſa & linguax, quaſi tuba hoſtium ad fugam ſpectabitur.

*Baſilij.* Vt enim naues putres, procellæ & tempeſtates demergunt: ſic improba mulierum ſtudia & affectiones, imbecillas cohabitantium animas miſerè ſubmergunt & perdunt.

Quando igitur animi ſui curam geret, qui amoribus mulierum quaſi ſeruus addictus eſt? nullæ enim copiæ ſatis ſunt cupiditatibus mulierum.

*Theologi.* Mulieres inſipientiſſimæ, pulchritudine ſua carentes, ad pecunias confugiunt: ac ſunt (vt ſic dicam) theatrali ornatu conſpicuæ, propter formam deformes, & propter deformitatem deformiores.

*Chriſoſto.* O malum quouis malo peius, mulierem improbam.

Aſperi ſunt dracones, aſpides maleficæ: ſed mulieris aſperitas acerbior quàm ferarum.

Improba mulier nunquam manſueſiet: ſi durius tractetur, furit: ſi blandius, tollitur & elata eſt.

Ferrum coquere, quàm mulierem caſtigare, facilius.

Qui habet vxorem malam, ſuorum ſe peccatorum mercedem accepiſſe intelligat.

Nulla in mundo bellua eſt, quæ cum muliere improba conferatur.

Quid leone inter quadrupedes ferocius? Nihil quā mulier improba. Quid crudelius dracone inter ſerpentes? Nihil quàm mulier improba.

Acerbum eſt pauperiorem duxiſſe vxorem, acerbum item opulentiorem: illud enim rem, hoc authoritatem & libertatem viri minuit & lædit.

*Philonis.* Mulieri parere, contumelia eſt ſuprema.

Callidiſſimum eſt mulieris ingenium ad mentem viri luxandam & è ſtatu ſuo deturbandam, maxime ſi fuerit intemperans, quia enim conſcia ſibi eſt huius vitij, mollior ſubinde redditur.

Sui amans eſt mulier, & zelotypa immoderatè, ac mire induſtria vt poſſit viri mores peruertere.

*Diogenis.* Diogenes conſpicatus mulieres inter ſe colloquentes: Aſpis (inquit) à vipera venenum mutuatur.

*Ariſtippi* Ariſtippus Cyrenæus philoſophus, à quopiam interrogatus, An ſibi ducere vxorem expediret, negauit. Si enim duxeris (inquiebat) formoſam, habebis communem: ſin autem deformem, pœnam.

Mulier os exornans, animum deformem indicat.

*Democriti* Cum Democritum quidam percunctaretur, cur cum magnus eſſet, paruam duxiſſet vxorem: Ego (inquit) in malo eligendo, quod minimum erat, elegi.

*Socratis.* Quum ſe diligere & appetere te dixerit mulier, tum ab illa magis metuendū tibi eſt, quàm cū conuitiatur.

*Prothagoræ.* Protagoras interrogatus, ob quam cauſam inimico filiam nuptum dediſſet: Quia, inquit, nihil ei dare poteram deterius.

Idem cum vidiſſet anum exornatam: Si (inquit) viris, falleris: ſi ſepulchro, ornata es.

*Socrates.* Socrates dicere ſolebat, tria ſe mala aſſecutum, grammaticam, paupertatem, & pernicioſam vxorem: quorum duo effugiſſet, pernicioſam vxorem effugere non potuiſſet.

Idem, ſe conſulentibus de ratione matrimonij contrahendi, dixit: Quemadmodum piſces, ô adoleſcentuli, qui nondum intra naſſas ſunt, volunt intrare: qui autem iam intus ſunt, volunt exire: ſic & vos ne idem vobis accidat, videte.

Idem, Xantippen ornatam & ad ſpectacula euntem conſpicatus: Non, inquit, vt ſpectes ô vxor proficiſceris, ſed vt ſpecteris.

*Philoxeni.* Philoxenus poëta cum quidam eum percunctaretur, quám ob rem Sophocles bonas introducat fœminas, ipſe autem malas: Quia, inquit, quales oporteat eſſe fœminas Sophocles dicit, ego vero quales ſint.

*Catonis.* Omnes vxoribus imperant, nos omnibus hominibus, nobis autem vxores.

*De congregatione bonorum virorum: & præſtantiſſimis adhærendum eſſe, non etiam improbis, Sermo 35.*

*Prouer. 13* QVi cum ſapientibus congreditur, ſapiens euadet. Si videris ſagacē ac prudentē, mane illum adito, & limina ianuarum eius pedibus tuis deterito.

In multitudine ſeniorum ſtato, et ſi quis erit ſapiens, huic te adiungito.

Narrationes ſapientum ne contemnas, & in prouerbiis illorum verſeris.

Sermoni ſapientis, aures accommodato.

Viri ſapientes ſint tui conuiuæ.

Viro pio multum aſſiduéque vtitor.

Volucres ad pares diuertunt: miniſtri, & omnes qui vrbem incolunt, præfecti mores imitantur.

*Rom. 12.* Odio ſit vobis malum, at bono agglutinamini.

*Baſilij, in epiſtola ad Gregorium, de vita ſolitaria.* Quemadmodum pictores quum imaginem ab imagine pingunt identidem exemplaria ſpectantes, illorum lineamenta ad ſuum opificij vſum transferre ſtudent: Sic qui ſe ſtudeat omnibus virtutis partibus perfectum efficere, debet elaborare, vt quaſi ad ſimulachra motu & actione prædita, vitas dico ſanctorum, ſæpe oculos animi conuertat.

Si videris ethnicum, vitam temperatam & reliquam in moribus moderationem diligētius, quàm teipſum, conſeruare, fac vt ſtudium tuum & diligentiam circa eadem augeas.

*Theologi.* Si honeſtos ſequeris monitus, non erubeſces à malis deriſus.

Oſtia ſapientum, non diuitum terito.

Ad eruditionem & monitionem domini ne obturato aures, quemadmodum aſpis ad incantamenta.

Non exiguum quid videtur bonis, licet exigua, maximarum rerum imitatio.

Præſtat magnorum partes ſecundas, quàm paruorum primas tenere.

*Chryſoſt.* Solent ad rationem conuerſationis, conuiuentium mores componi & formari.

Cuiuſque ingenium quale ſit ex conuerſatione arguitur:



guitur: etenim improbus neceſſario cum ſui ſimilibus verſabitur: contrà autem temperans & ſapiens, cum iis qui eadem exercent.

*Philonis.* Bonum eſt ſemper, vt improbior meliorem ſequatur, propter emendationis ſpem.

*De congregatione malorum virorum: & oportere ſodalitates improborum, exitioſas exiſtimari. Sermo 36.*

*Deuter. 1. Cor. 5.* AVferte ex vobis ipſis improbum. Se abſtinere ab improbis viris, id demum ſcientia eſt.

*Dauid Pſal. 1.* Beatus eſt qui in conſilio impiorum non ambulat, nec in via ſceleroſorum ſtat, nec in ſede peſtiferorum ſedit.

Non ſedi in conſeſſu vanitatis, nec ingrediar cum exlegibus.

*Salomonis* Inſipiens, confidenter ſe cum exlege commiſcet.

Fili vide ne te ſeducant impij, nec ſequaris eorum inſtituta: deflecte à viis illorum, non enim ſomnum capere poſſunt, niſi aliquod maleficium commiſerint.

Noli æmulari exleges: vbicunque caſtra ſua poſuerint, eò fac ne accedas: declina illos ac præteri: non enim ſomnum capient, niſi maleficium commiſerint.

Viam impiorum ne ingrediaris, nec exlegum vias quæſieris.

Qui cum inſipientibus congreditur, agnoſcetur.

Fili, malos viros ne æmuleris, nec illorum cœtus appetas: falſa enim meditatur cor illorum, & moleſta, labia eorundem loquuntur.

Ne te adiungas ſodalem iracundo, aut amico iracundo conturbernalem: ne diſcas tandem illius vias, & laqueum capias animæ tuæ.

*Eſaiæ pro 33.* Abſtine ab iniuſto, & non terreberis, nec tremor appropinquabit tibi.

*1. Theſ. 5.* Præcipimus vobis fratres, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, ſecedatis ab vnoquoque fratre immoderatè & ſine ordine ſe gerente, & non ea ratione quam à nobis traditam acceperatis.

Fugite imitationes condemnatorum.

*1. Cor. 5.* Si quis frater cum nominetur, fuerit vel ſcortator, vel ſimulachrorum cultor, vel conuitiator, vel rapax, cum eiuſmodi ne cibum quidem ſumite: tollite ex vobis ipſis improbum.

*Sirach.* Cum inſtitutione carentibus ne colludas, ne parentes tui probro afficiantur.

*Baſilij.* Pernicioſæ ſunt malorum congreſſiones: ſiquidem hæc eſt amicitiæ lex ac conſuetudo, vt per ſimilitudinem ingeneretur coniunctis: vt enim in peſtilentibus locis paulatim aër immiſſus morbum occultè illic degentibus immittit: Sic improborum conſuetudo multa mala importat, etiam ſi calamitas in præſentia videndi ſenſum effugiat.

*Theologi.* Bonos non bonis ſemper anteponito:

Nam ſi cum malis verſeris, malus omnino fies.

*Chryſoſt.* Delicatos & diſſolutos ac improbos vitato, ac etiam eos qui ſcorta ductant.

*Athanaſi.* Non modo à vitiis cauere debemus, ac ea vitare: verumetiam eos qui talia faciunt, auerſari.

*Cyrilli.* Improbis conniuere, & noxium eſt & vituperatione dignum.

*Clementis* A malis liberari, eſt ſalute initiari.

*Nili.* Probi viri ad improbos accedentes multò facilius vitia trahunt, quàm virtutem impertiunt.

*Philonis.* Pernicioſæ ſunt, ſtultorum intelligentia carentium congreſſiones: & animo ſæpe audienti, illorum dementiæ ſimulachra imprimuntur.

Non rus improbos, non vrbs bonos efficit, ſed ſimilium congreſſio & conſuetudo.

*De illis qui optimos & ſanctos viros honorant, Sermo 37.*

*Gene. 20.* ABimelechus mille didrachmas argenti, oues, vitulos, pueros & puellas Abrahamo donauit: reddidit etiam Sarram vxorem, cúmque ſic affatur: En terra mea eſt in conſpectu tuo, vbicunque libitum fuerit, ibi inhabitato & colito.

*4. Regū. 4* Vxor dixit viro ſuo: Noui hunc hominem dei ſanctum frequenter hac tranſire, faciamus ei cœnaculum in paruo aliquo loco, vbi collocemus ei lectum & menſam, & ſedem ac candelabrum, vt cum præteribit hac, huc diuertere poſſit. Poſtea autem aliquando accidit, vt veniret Eliſſæus, & ſe recepit in illud cœnaculum, ibíque dormiuit.

*Pſal. 138.* Valde autem honorati ſunt à me amici tui deus: corroborati ſunt admodum principatus eorum.

*Prou. 11.* Qui bonis ſuccurrit, magnus tandem aliquando euadet & exiſtet.

*Sirach 12.* Memoria iuſtorum, cum laudibus coniuncta eſt.

Pio benefacito, & remunerationem conſequeris, & ſi non ab illo, at ab ipſo celſiſſimo.

*Matt. 10* Qui prophetam prophetæ nomine recipit, mercedem prophetæ accipiet: & qui iuſtum recipit iuſti nomine, iuſti mercedem accipiet.

*1. Theſſ. 5.* Rogamus autem vos fratres, vt eos agnoſcatis qui inter vos laborant: itemque eos qui præſunt vobis ad domini laudem: quíque vos admonitionibus erudiunt & caſtigāt, & habeatis illos in ſummo pretio per charitatem, propter munus & officium quo ipſi funguntur.

*Theologi.* Primum inter beneficia eſt, vt boni laude afficiantur. Laus enim parit æmulationem, æmulatio virtutem.

Præſtantiſſimorum maxime memores eſſe debemus, quorum vel ſola recordatio ſancta mihi & vtilis eſt.

*Chryſoſt.* Honeſtum, ex æquo omnibus veneratione & laudatione dignum videtur.

Qui bonos laudant, coronarum quæ illis repoſitæ ſunt, participes fiunt.

*Cyrilli.* Si quis extiterit inter nos eximiæ vitæ meditator, & teſtimonio comprobatus de vitæ præſtantia, huic omnino conſequens eſt, & vt honoretur, & fides ei habeatur: quin etiam iuriſiurandi loco ex illo accipiatur ſimplex affimatio aut negatio.

Res magna non eſt, virum iuſtum curare, ſed gratiam meretur qui iuſto miniſtrare dignatur.

*De iis qui ſanctos & præſtantes viros ignominia afficiunt, Sermo 38.*

*Iob. 12.* IVſti deridētur, nam in impiorum manus traduntur. Vir iuſtus & irreprehenſibilis, factus eſt ad ludibrium.

*Dauid.* Muta fiant labia doloſa quę contra iuſtum loquuntur inique.

Obſeruat ſceleratus iuſtum, & dentibus in eum frendet.

*Prou. 29.* Sapientes & ſagaces improbos vocant.

Viri ſanguinarij, quod ſanctum eſt oderunt.

Abhominandus eſt ſcelerato diuinus cultus.

In regione impiorum, probi gemunt: at illorum exitio, boni augebuntur.

*Eſaiæ. 3.* Miſer animus illorum, quia malum ceperunt conſilium contra ſeipſos, dicentes: Vinculis conſtringamus iuſtum quia nobis eſt inutilis. Ergo fructus operum illorum, deuorabunt.

Si viderint iuſtum, contemnent: dominus autem

irridebit eos: deinde ignominioſe & contumelioſe tractati ruent.

*Sap. 5.* Tunc cum magna conſtantia ſtabit iuſtus aduerſus ora eorum qui ipſum afflixerint, & qui repudiauerunt labores ipſius, cúmque viderint, graui metu turbabuntur, & obſtupeſcent ad admirabilem illius ſalutis rationem: ſecum enim taciti loquentur pœnitentes, Hic eſt quem riſui habuimus inſipienter, & conuitiis proſcidimus, ac in eum conuitiorum prouerbia iecimus, in vita eum inſanire putabamus, & mortem ipſius ignominioſam arbitrati ſumus: quomodo vero annumeratus eſt inter filios dei, & inter ſanctos ſors eius cecidit? Ergo aberrauimus à via, & iuſtitiæ lux nobis non illuxit, & ſol nobis non eſt exortus: quid profuit nobis ſuperbia? quid opulentia cum arrogantia nobis contulit? præterita ſunt illa omnia, quaſi vmbra, & quaſi fama præteruolans.

*2. Tim. 3.* Quicunque volunt pie viuere ex Chriſti Ieſu inſtituto, ij perſecutionibus agitabuntur: improbi autem homines & præſtigiatores ad peiora proficient ſeducentes & ſeducendi.

*Baſilij.* Sæpenumero boni etiam in manus impiorum traduntur, non vt illi honore afficiantur, ſed vt hi contemptu probentur.

*Theologi.* Quod ſi malus cum ſim, optimum exiſtimas, quid mihi faciendum eſt? an improbior ero, vt magis placeam tibi? nequaquam vero ſic mihi conſulam. Eodem modo nec ſi cum recte fungar officio meo, labi & errare me credis, rectum officium propter te deſeram: viuo enim non tibi magis quàm mihiipſi.

Fabricantur ſcelerati ſupra dorſum noſtrum, factíque ſumus commune theatrum & angelis & hominibus.

*Chryſoſt.* Fieri non poteſt, vt qui virtuti dediti ſunt, apud omnes audiant bene.

*Athanaſii.* Traduntur ſæpe etiam iuſti in ſceleroſorum manus, non vt iſti honorentur, ſed vt illi probentur: deridentur in præſens quandiu Chriſti bonitas permittit: occultantur aliquantiſper magna & ſecreta penetralia earum rerum quæ vtriſque ſunt reſeruatę in illud tempus quum & oratio, & actio, & cogitatio æquis lancibus pendentur, quum ſurget ad iudicandum vniuerſam terram, conſilia, voluntates & opera ipſa congregaturus & aperturus quæ apud ipſum conſignata & clauſa ſeruantur.

*De improbitatis odio, ac de iis qui quæ abſurda ſunt declinant, Sermo 39.*

*Exod. 2.* ACcidit autem longo poſt tempore, vt Moſes iam grandis inuiſeret fratres ſuos filios Iſraelis: cúmque animaduertiſſet eorum moleſtias ac labores, videt hominem Aegyptium percutientem Hebræum quendam vnum ex fratribus filiorum Iſraelis: cúmque huc & illuc circunſpexiſſet, nec quenquam vidiſſet, percuſſit Aegyptium illum, ac occultauit eum in harena. Poſtridie autem cum prodiiſſet, vidit Hebræos duos compugnantes, ac iniuriam facienti dixit: Cur verberas proximum tuum? Ille autem, Quis te, inquit, principem & iudicem conſtituit ſuper nos? an me interficere vis, quemadmodum heri interfeciſti Ægyptium?

*Pſal. 25.* Odi concionem improbe viuentium, nec cum impiis habitabo.

Qui dominum diligitis, improbitatem odiſſe debetis.

Non proponebam mihi ante oculos rem quæ contra legem eſſet, tranſgreſſores & præuaricatores odi.

Iniquitatem odi, & abominor: legem autem tuam diligo.

Metus domini iniuſtitiam odit, & contumeliam, ſuperbiam, & improborum mores. *Prou. 8.*

Odi tortuoſas prauorum vias.

Qui odit iniquitatem, longo viuet tempore.

Piaculum eſt iuſto, exlex.

Nihil legi aduerſum, placebit iuſto.

Verbum iniquum odit iuſtus.

Iuſtus non attendit labiis mendacibus.

Gratum eſt domino ab improbitate deſiſtere, & placatur, cum ab iniuria deſiſtitur. *Sirach. 35*

Demonſtra ô homo te improbitatem odiſſe, peccata reiiciens, & virtutes honore afficiens. Si enim in vnaquaque actione effeceris vt meliora vincant, beatus eris illo die quo deus occulta hominum iudicabit. *Baſilij.*

Quid iuſtum effecit ipſum Phineem? nónne iuſta & improbitatem exoſa ira aduerſus ſcortatores, qui alioqui eſſet lenis & clemens? Sed poſteaquam animaduertit improbitatẽ Zambri & Madianitidis, manifeſtam & inuerecundam, illis non tegentibus turpitudinem, deforme ſpectaculum non ferens, ſicut decebat, iracundiam in illos exercuit, ac vtrumque haſta ſua transfodit. Samuel vero Agagum regem Amalecorum, iuſta commotus ira, in medium adductum occidit: ita ſæpenumero bonarum & iuſtarum actionum miniſtra eſt ira. Itémque Helias ille æmulator quadringentos & quinquaginta ſacerdotes lucorum de menſa Hiezabelis cibum ſumentes, & quadringentos turpitudinis ſacerdotes meditata ratione, & ira ſobria commotus, morte affecit ad vniuerſi populi Iſraelitici vtilitatem. *Nu. 25. c.* *1. Reg. 15* *3. Reg. 18*

Sine ſæuo animo non repurgantur vitia. *Philonis.*

*De iis qui malis delectantur, probántque improbitatem, Sermo 40.*

COmprehenduntur in inſidioſis ſuis conſiliis quæ excogitarunt, quia laudatur ſceleroſus in cupiditatibus animi ſui, & iniurioſus in eiſdem bene audit. *Dauidis.*

Si videbas furem, vnà cum illo currebas, & cum adultero ſocietatem inibas.

Quid gloriatur potentia præditus in vitio? iniquitatem totos dies, & iniuriam commenta eſt lingua tua. *Pſal. 49.*

Qui dicit impium iuſtum eſſe, is execratus populis erit, & genti odioſus.

O qui malis delectamini, ac peruerſitate mala gaudetis, quorũ viæ tortuoſæ, & obliqua curſus veſtigia.

Quærens mala, comprehendetur ab illis.

Qui alterius interitu gaudet, non erit innocens.

Quouis tempore, oculi improborum admittunt flagitia.

Ne gaudeas inimica mea quod ceciderim, nam reſurgam, propterea quod etiam ſi ſedero in tenebris, dominus illuſtrabit me: iram domini ſuſtinebo, quia in eum peccaui donec ipſe iuſtificarit cauſam meam, & eduxerit me in lumen, ac ipſius iuſtitiam videro. Videbit item hoſtis mea, & confuſione turpi inducetur, quæ mihi dicere ſolebat, Vbi eſt dominus deus tuus? *Amos.*

Miſeri vos qui dicitis malum bonum, & viciſſim bonum malum: qui ponitis tenebras lucem, & lucem tenebras: itémque amarum dulce, & dulce amarum. *Eſaiæ. 5.*

Laqueo capientur qui piorum ruina gaudent, & vehemens dolor conficiet ipſos ante mortem.

Non



Non conuenit, ſceleroſum laudibus efferri.

Sceleroſus amicos ſuos turbabit: & inter eos qui pacifice viuunt, iniiciet calumniam.

Qui geſtiunt gaudio propter vitia mala, iis conſeneſcent mala.

*Rom. 1.* Qui quidem iuſta dei decreta cum cognoſſent, eóſque qui talia deſignaſſent mortis ſupplicio dignos eſſe, non ſolum illa faciunt, ſed etiam approbant eos qui faciunt.

Proditio eſt veritatis, & aſſuefactio ad rerum indifferentiam, improbe viuentium receptio.

Multi malas actiones approbant, ac feſtiuum, gratioſum dicunt: & obſcœnitate verborum vtentem, ciuilem nominant: & quæ deinceps ſequuntur.

Non ſolum vitium imitari, ſed etiam cum peccato viuentes, laudare, pœna dignum eſt, & ſupplicio non vulgari: & vt etiam admirabile quiddam dicam, ſi licet nobis grauius imminet periculum, quàm iis qui in ipſo ſcelere viuunt: nam laudare peccantes, maiore animaduerſione dignum eſt, quàm peccare, & meritò: eſt enim corrupti animi, & morbo incurabili laborantis hæc ſententia & iudicium. Qui enim improbitatem laudat, is ſe pœnitendi curatione priuat, vt merito Paulus, hoc, illo grauius eſſe iudicarit. Itaque non modo qui improbe faciunt, ſed etiam qui iſtos laudant, eiuſdem vel etiam acerbioris participes erunt animaduerſionis.

*Philonis.* Maleuolentia ac propter vitia delectatio, à ſapientibus aliena eſt.

*De bonis ciuibus, Sermo 41.*

*Gene. 18.* DIxit Abrahamus ad dominũ: Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, perdes eos? nónne condonabis propter quinquaginta iuſtos? Nequaquam iſtud committas, vt iuſtum cum impio interficias, ſitque eadem conditione iuſtus cum impio: nequaquam, qui iudicas vniuerſam terram, non facias iudicium. Dominus autem: Si, inquit, inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos, propter illos quinquaginta non perdam: & reliqua.

*Prou. 11.* Propter bonitatem iuſtorum, fortunatæ fuerunt ciuitates.

In benedictionibus iuſtorum, exaltabitur ciuitas.

Habitationes iuſtorum fortunatæ & felices.

Per vnius ſagacis hominis prudentiam, frequens erit incolis ciuitas.

*Eccleſiaſt.* Hoc etiam vidi, ſapientiam ſub ſole, & magna eſt apud me parua ciuitas, & pauci in ea viri, aduerſus quam venit rex magnus, obſeditque, & magnos aggeres aduerſus eam congeſſit & obuallauit: inuentus autem eſt pauper in ea, ſed ſapiens, qui eam vrbem ſaluam præſtitit ſua ſapientia.

*Greg. Nyſſeni.* Vt aromata odorata, fragrantia ſua, circumfuſum aërem complent: ſic viri boni præſentia, proximis vtilitates adfert plurimas.

*Philonis.* Quum virum aliquem bonum vel in familia aliqua vel in ciuitate verſari animaduerto, eam familiam aut ciuitatem beatam prædico, exiſtimóque eam & præſentibus bonis perfrui firmiter, & eorum quæ deſunt expectari non fruſtra copiam, cum deus infinitam & incircumſcriptam opulentiam ſuam propter dignos, indignis etiam largiri ſoleat.

Felix iudicari meretur & ciuitas & regio & familia, cum aliquem virtute præditum habuerit: infelix autem, cum tali viro caruerit.

Imbroborum quidem cauſa, nulla reſpub. tranquilla eſſet: ſed ſine ſeditione durant propter vnum aut alterum ciuem, cuius virtus ciuilibus morbis medetur, Deo (cui virtus & probitas placet) hoc præmium virtutis cultori tribuente, vt is non ſolum ſeipſum, ſed etiam proximos adiuuet.

Boni viri (vt figuratius dicam) columnæ ſunt populum totum ſuſtinentes, tanquam magnas domos, ciuitates & reſpublicas.

*De ciuibus improbis, Sermo 42.*

CIues Sodomorum ſceleroſi & improbi in conſpectu dei vehementer. *Gene. 19.*

In populo tuo doloſe ne agito. *Leuit. 19.*

Per ſtultum os, illaqueatur ciuitas.

Impiorum ore dirutæ ſunt vrbes.

Peruerſum cor fabricatur mala quouis tempore: & homo talis, ciuitati turbas excitat, ob quam cauſam repente venit illius exitium, diſcinditur, & conteritur ita vt nullum poſſit inueniri remedium, quia delectatur iis omnibus, quæ dominus ipſe odit, conteritur autem propter animi impuritatem. *Prou. 17.*

Subſannat ciues mentis inops, vir autem prudens quietus eſt.

Peccans vnus, perdit bonitatem multorum: muſcæ mortuæ putidam reddunt confectionem olei ſuaueolentis. *Eccleſi. 9.*

Qui in ea habitabant, falſa loquebantur, & lingua ipſorum elata eſt in ipſorum ore.

Iſti ſunt viri qui mala excogitarunt, & malum conſilium capientes in ciuitate hac, ac dicentes: Hæc eſt lebes, nos autem carnes in medio eius: itaque dominus dicit, Mortui veſtri quos in medio eius percuſſiſti, hi ſunt carnes, hæc autem eſt lebes, voſque educam è medio eius: gladium metuitis, at ego gladium adducam in vos (dicit dominus omnium rerum præpotens) & tradam vos in alienorum manus, & exercebo in vos iudicia.

*De monachis probis, & bonis præfectis, Sermo 43.*

EStote fortes, nec manus veſtræ diſſoluantur, quia merces eſt operæ veſtræ. *2. Par. 20*

Domino iuuante curram † ſingulari certamine pugnans, & auxiliante deo tranſiliam murum. *Regnorũ 2* *† μονόζωνος.*

Ecce igitur quid honeſtius, aut quid iucundius quàm fratres concorditer habitare? *Pſal. 132*

Salutem quaſi theſaurum recondit, recte ſe gerentibus, dominus: teget quaſi clypeo greſſum illorum, vt ſeruent rationem iuſtorum decretorum. *Prouerb.*

Duo præſtant vni, quibus ipſis eſt optima merces in labore communi: quia ſi ceciderint, alter tollet ſocium ſuum. Et miſer eſt qui ſolus eſt, ſi ceciderit, quia non ſit alter qui eum poſſit erigere. *Eccleſi. 4*

Exui tunicam meam, quomodo eam induam? Laui pedes meos, quomodo contaminabo eos? *Cantic. 5.*

Quem reſpiciam niſi humilem & quietum, & trementem ſermones meos? *Eſaię 66.*

Qui dominum expectant, nouas ſubinde vires recipient, & aquilarum more pennas emittent: current, & non defatigabuntur: ambulabunt, & non eſurient. *Eſaiæ 40*

Vtile eſt cuíque viro ſub iugo domini fuiſſe in iuuentute ſua, ſedebit ſolus & tacebit. *Hieremiæ*

Bonus eſt dominus, iis qui ipſum patiẽter expectãt. *Sirach. 2.*

Fili ſi accedas ad ſeruiendum domino, ad tentationem animum tuum præparato: cor tuum rectum facito, & durato: nec feſtines ipſo captiuitatis tempore, adiunge te illi nec deficito, vt ad extremum augeare: quicquid graue impoſitum fuerit id ſu-

ſcipe. Vicem abiectionis & humilitatis tuæ leniter ferto: quia vt igni aurum probatur, ſic homines accepti, in humilitatis fornace.

In medio fratrũ, qui ductor eſt illorũ, in honore eſt.

Ne deficite, ſed valentes eſtote domini auxilio, vt ipſe vos corroboret.

Portas vrbis nec circumſpicito curioſe, nec per vias eius errato.

Si te alicui muneri præpoſitum videris, ne efferare, ſed vt vnus de multis eſto: curam gere illorum, ſicque ſedeto: cúmque te omnibus modis vtilem præbueris, recumbito.

*Lucæ 12.* Ne metue exigue grex, quia patri placitum eſt dare vobis regnum: vendite bona quæ habetis, & ad beneficentiam conferte: parate vobis ſacculos qui non ſentiunt vetuſtatem: theſaurum qui non deficiat in cœlis, quò fur non accedit, & vbi tinea non corrumpit: vbi enim fuerit theſaurus veſter, ibi erit & cor veſtrum. Sint autem lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes, & vos ſimiles iis qui expectant dominum ſuum, quando reuertatur è nuptiis, vt cum venerit & pulſarit, ſtatim aperiant illi: beati ſunt ſerui illi, quos, cum venerit dominus ipſorum, vigilantes inuenerit: hoc enim vobis confirmo fore, vt ille ſe ſuccingat & illos accubare iubeat, ac illis accumbentibus miniſtret.

*Ibidem.* Seruus ille qui volũtatem domini ſui norit, nec explerit, largiter vapulabit, multáſque accipiet plagas: qui autem non norit, ſed plagis digna fecerit, paucas accipiet. Cuicunque autem multum datum eſt, ab eo ipſo multum repetetur: & cui multum commiſſum fuerit, ab eo plus repoſcetur.

Nullus ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire.

Pro certo hoc vobis confirmo, nullum eſſe qui reliquerit domos, aut parentes, aut fratres, aut coniugem, aut liberos gratia regni cœleſtis, qui non recepturus ſit, hoc quidem tempore multo plura, & in futurum vitam æternam.

*1. Cor. 9.* In curriculo omnes quidem currunt, ſed vnus accipit præmium: ſic currite vt apprehendatis: quicunque certat, omnibus modis continens eſt: at illi, vt corruptioni obnoxiam coronam accipiant: vos autem, vt immortalem & corruptioni minime obnoxiã.

Fratres firmi eſtote, immobiles, diligentiſſime verſantes in opere domini aſſidue, illud intelligentes, laborem veſtrum domini cauſa non eſſe inanem.

Fratres, fortes & robuſti eſtote à domino, & in firmitate roboris eius induite diuinam armaturam.

Mementote eorum qui vobis ductores præpoſiti ſunt, qui vobis annunciant diuinum ſermonem: quorum contemplantes conuerſationis exitum, fidem imitamini.

Parete ductoribus veſtris, & cedite, ipſi enim vigilant pro animis veſtris.

Nemo militans, negotiis pro victu implicatur, vt ei qui ſe in militiam accerſiuerit, placeat: quod ſi quis certet, non coronatur continuo, niſi legitime certauerit.

*Ioan. Baſilij.* Videte ne perdatis ea ipſa quæ perfeciſtis, ſed vt plenam mercedem accipiatis.

Certator bonus, qui ſemel ad pietatis curriculum exutus eſt, fortiter & generoſe ferre debet ictus aduerſariorum, ſpe coronarum laudis adipiſcendæ. Etenim in gymnicis certaminibus qui aſſuefacti ſunt palæſtræ laboribus, non contrahuntur ad dolorem plagarum, ſed cupiditate laudationis quæ à præcone ſit, cum colluctatoribus pedem conferunt præſentia omnia deſpicientes.

Vinculis affectionum & perturbationum vitæ humanæ ſolui debet, qui vere deum ſequi ex animo decreuit, id quod per ſeceſſum planè perfectum, & veterum morum obliuionem recte paratur: nam niſi & à cognatione propinquitatéque carnali, & vitæ communione nos ipſos abalienauerimus quaſi in alterum quendam mundum exercitatione & meditatione migrantes, eius conſilium ſequentes, qui dixit, Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, omnino fieri nequit, vt ſcopum, qui eſt deo gratificandi, attingamus: quum dominus definite dixerit, Quicunque ex vobis non valere iubet omnia ſua, non poteſt eſſe diſcipulus meus.

Eſt autem poſtrema ſalutatio bonorum è corde profecta, cum ad cœleſtem conuerſationem & adminiſtrationem ſe conuertit.

Continentiam dicimus non omnino omnis generis ciborum abſtinentiam: (hæc enim eſt violenta vitæ diſſolutio) ſed eam duntaxat quæ puritatis cauſa ſuſcipitur.

Continentia eſt peccati detractio, ab affectibus abalienatio, corporis extinctio vſque ad perturbationes etiam naturales & cupiditates.

Inſtitutum & pietatis propoſitum non debemus exiſtimare otij prætextum, aut laboris recuſationem: ſed argumentum certationis & plurium laborum, ac in afflictionibus patientiæ. Ad hunc modum dei templum efficimur, cum curis terrenis, contentio memoriæ perpetua non interrumpitur, cum mens inexpectatis perturbationibus non turbatur: ſed hæc omnia cum effugerit diuinarum rerum cupidus, ad deum ipſum ſeſe abdit & ſecedit, ac depellens ea quæ ad vitia flectunt & incitant, in iis tantum immoratur officiis & muneribus, quæ ad virtutem ducunt.

Si bonos & honeſtos tantum diſcipulos diligis, nulla tibi gratia debetur: magis rebelles lenitate tractare debes, vt erudiantur: non enim omne vulnus eodem emplaſtro curatur. Exacerbationes perfuſionibus ſeda. *Ignatij.*

Subiiciamur tum deo, tum alij aliis, tum his qui in terra poteſtatem gerunt, ac deo quidem omnibus modis: alij aliis propter fraternam charitatem, & ſocietatem: magiſtratibus, propter ordinis conſeruationem, eoque magis, ſi fuerint manſuetiores & benigniores: (Improbum enim eſt æquitatem conſumere perpetuo ignoſcendo) vt ne etiam illorum aſperitatis ipſi pœnas luamus, tranquillitatem immiſſo vento ſoluentes, & luci tenebras inducentes, & melle commiſcentes abſinthium. *Theologi.*

Qui ſeipſi à mundo ſepararunt, & ſolitudinem amplectuntur, deo viuunt, omnium maxime qui corpore aluntur: qui ſolummodo prorſus ſolitariam perferentes vitam, ſecum & cum deo colloquuntur, illud tantum de mundo cognoſcentes, quantum in ipſa ſolitudine agnoſcunt, aliis quidem mortui hominibus, & rebus quæ in medio hominum verſantur tum agitantes tum agitatæ in omnem partem, tum nos ludificantes volubilibus mutationibus: ſibi inuicem vero mundus ſunt, & mutua collatione virtutem acuunt.

Solum eſſe, morum magis conſtantia quàm corporis ſeceſſu formatur ac exprimitur.

Vides iſtos opibus & domibus carentes, excarnes, exiles



exiles & exangues, etiam deo hac ratione appropinquantes, illotis pedibus & humi cubantes: qui infra cum ſint, inferiora ſuperant, & inter homines ſupra humanam conditionem ſunt: vinctos, & liberos: detentos, & tamen non teneri, quorum in mundo nihil eſt, & omnia ſupra mundum: quorum duplex eſt vita, altera quæ deſpicitur, altera quæ appetitur: qui per mortificationem ſunt immortales, qui per ſolutionem deo copulati & apti qui careãt amoris deſyderio, & in diuino & perturbationis experte cupidine: quorũ ſunt fontes lucis, & quorum iam ſunt irradiationes: quorũ angelicæ pſalmodię, & per noctes ſtationes, & mentis ad deum raptæ peregrinatio: quorum denique purgatio, quorumque repurgari eſt.

Philoſophari quantò eſt maius, tantò, etiam difficilius, quod non multi facere conantur, niſi per diuinæ mentis inuitentur excelſitatem quæ boni quippiam proponentibus, manum porrigit.

*Greg. Nyſſeni.* Quibus deliciæ ſunt: continentia: & actio, otium, & gloria, à nemine cognoſci.

*Athanaſij.* Honeſta res eſt, exercitatio cum moderatione & cognitione vera. Sic debet monachus vndique ſeipſum circunſpicere, & immobilem tenere animi oculum ad ſuam cuſtodiam, quaſi ſi per medios laqueos ſemper incedãt.

Martyres quidem ſæpe vel vno temporis momento cum certaſſent, perfectionem aſſecuti ſunt, at monachorum vita ſingulis diebus per Chriſtum certans, martyr eſt, id eſt teſtimonium Chriſto dicit, non aduerſus ſanguinem & carnem in acie inſtructa: ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi dominos, rectores tenebrarum, aduerſus ſpirituales aſtutias vſque ad vltimum ſpiritum certamen habens, & certat & coronatur armatura dei induta.

*S. Serapionis.* Continenti conuenit turbas fugere, vt mentem non diſtractam retineat, & perturbatione vacuam: multa enim eſt in turbis perturbatio.

Non, dormientium & deſidioſorum, eſt regnum dei, ſed violenti rapiunt illud: hæc autem ſola violentia honeſta eſt, deo vim adferre, ab eodémque vitam rapere. Ille vero cognoſcens violentos, vel potius tenaciter in propoſito durantes, eis concedere ſolet. Gaudet enim deus ſe hac in re vinci.

*Iuſtini philoſophi* Finis quem ſibi proponit qui philoſophatur, eſt, vt dei ſimilis, quoad eius fieri poteſt, ſit.

*Philonis.* Inæquale quiddam naturâ, eſt meditatio & exercitatio, modo enim in altum conſcendit, modo in contrarium remeat. Et aliâs (quemadmodum nauis) bona & felici nauigatione vitæ, aliâs autem infelici vtens meditatorum vita † alternat, vt quidam ait, interdum viuens & vigilans, interdum vero mortua aut dormiens. Neque vero hæc à propoſito aberrantia dicuntur. Sapientes enim, humanũ locum ſortiti ſunt vt habitarent, ſurſum tendere ſemper aſſueti: mali autem, inferorum ſeceſſus & angulos petunt, à principio ad finem vſque mori aſſuefacti, & in ſenectutem à cunabulis, corruptioni familiares effecti: at meditatores medij ſunt inter extrema, & ſurſum ac deorſum frequenter quaſi in gradibus eunt, vel meliore quodam fato ſurſum attracti, vel à peiore retracti, donec huius certaminis & pugnæ præfectus deus reddat præmia præſtantiori parti, contrariam in vniuerſum abolens.

† ἑτερήμερος.

*De monachis inconſtantibus & ad vitia reuertentibus, Sermo 44.*

*David.* Declinantes ad fraudes abducet dominus cum iis qui exleges ſunt.

*Prou. 26.* Vt canis quum redit ad vomitum ſuum, odioſus eſt, ſic inſipiens ad vitium ſuum reuerſus.

*Eccl. 7.* Animaduerti iuſtum pereuntem in vanitate ſua, atque id quidem vanitas eſt.

*Zacha. 8.* Ingrediunti & exeunti non eſt pax ab afflictione.

*Eſaiæ.* Defecit currens, velut equus hinniendo feſſus.

*Ezech. 33* Si iuſtus deflexerit à iuſtitia ſua, iniuſtéque fecerit ad exempla peccatorum quæ committunt exleges, eius omnes iuſtitiæ in quibus ante ſe exercuerit, in obliuionem venient propter erratum ipſius quo lapſus fuerit, ac in ipſis peccatis quæ admiſerit, morietur.

*18.* Iuſtum non eripiet è malo ſua iuſtitia, quo die ipſe aberrauerit: & impium iniquitas ſua non affliget, quo die ab iniquitate ſua diſceſſerit. In ſuis quemque viis & inſtitutis iudicabo ô domus Iſraelitica.

Qui à iuſtitia ad flagitia deflectit, ei dominus præparabit gladium.

Ne connectas gemina peccata: nam ne in vno quidem innocens eris *(id eſt, quaſi innocens non abſolueris.)*

*Sirach. 34* Ei qui ſe lauerit ob tactum cadauer, & iterum idem tangit, quid prodeſt lauacrum? eadem eſt ratio eius qui ieiunat propter peccata ſua, & iterum redit ad eadem: quis iſtiuſmodi precationem audiet? & quid illi profuit quod ſe humiliauerit?

*Lucæ 9.* Nemo cum manum ſuam aratro admouerit, & ad poſteriora ſe conuerterit, aptus eſt ad regnum cœleſte.

*2. Pet. 2.* Nam ſi poſtea quàm refugerunt inquinamenta mundi per agnitionem domini & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, rurſus tamen his impliciti ſuperati fuerint, illis, poſtrema peiora primis acciderunt: melius enim illis fuiſſet non agnouiſſe viam iuſtitiæ, quàm ea agnita retrorſum reuertiſſe, & à ſancto illo præcepto ipſis tradito deflexiſſe: accidit enim illis quod vero prouerbio dici ſolet, Canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota ad volutabrum cœni.

*Baſilij.* Spectaculum miſerabile, poſt ieiunium, poſt duram exercitationem, poſt precationes aſſiduas, poſt multas & copioſas lachrymas, poſt continentiam annorum viginti fortaſſe, vel etiam triginta: per incogitantiam & negligentiam, denudatum omnibus oſtendi, ac præceptorum perfectione abundantem, ſimilem eſſe mercatori alicui opulentiſſimo qui copia mercium aduectitiarum exultans, naui ſecundis progrediente ventis, periculoſa maria præteruectus, in ipſo tandem portu naui fracta, vniuerſis illis ſimul priuatur: quod hic quoque infinitis laboribus comparata, vno diaboli impetu perdat per peccatum, quaſi per procellam quandam immanem, ſubmerſus. Hæc vox ei conuenit qui omnem ſimul virtutem naufragio amiſerit: Veni in altum mare, & procella ſubmerſit me.

*Eiuſdem ex oratione contra ebrioſos.* Qui progreſſum in bonis actionibus fecerit, deinde ad priſtinam conſuetudinem reuerſus fuerit, non modo laborum pręteritorum mercede priuatur, ſed etiam acerbiore condemnatione dignus iudicatur.

*Theologi.* Si tu tibi nihil moleſtiarum fore putabas quum ad philoſophiam acceſſiſti, alienum à philoſophia fuit initium. Sin putabas, & non accidit, deo gratia eſt habenda: ſin acciderit aut patienter ferto, aut promiſſis non ſtetiſti.

*Philonis.* Nonnulli cum in virtute profeciſſent, deflexerunt & reuocauerunt ſe priuſquam ad finem perueniſſent. A Etenim optimam viuendi rationem ex animo detrahit turbulenta & peſſima ratio, quæ cum pauliſper quiêrit, de integro maiorib. viribus renititur.

*† ἀσκηταί.* Complures † meditatores cum eſſent, ad exrremum virtutem mutarunt. At cui deus firmam largitur ſcientiam, huic vtraque largitur, & virtutes exercere, & ab iiſdem nunquam deficere, ſed recondere & vnamquamque ſemper conſeruare.

Iam quidam nouarum rerum cupidi & faſtidioſi, cum probitatem deguſtaſſent, ac ſpem melioris mentis dediſſent, in eundem recidere morbum.

*De iis qui opus libenter faciunt & ſtudioſe. Item elaborandum eſſe, quod labor vtilitatem habeat,* *Sermo* 45.

*Gen. 3.* CVm ſudore oris edes panem tuum.

*2. Par. 15* Robuſti eſtote, nec fatigentur manus veſtræ, quia eſt merces operæ veſtræ.

*Iob.* Ex ſolicitudine & cura, tibi exorietur pax.

*Pſal. 103* Exibit homo ad opus ſuum, & ad culturam ſuam vſque ad veſperam.

Labores fructuum tuorum edes, beatus es, & præclare tecum agetur.

*Prouer. 6* Si impiger fueris, veniet veluti fons meſſis tua: indigentia autem velut egregius curſor aufugiet.

Manus fortium locupletant.

In omni ſolicite cogitanti ineſt aliquid redundans.

Qui accumulat ſibi, cum impietate locupletabitur.

*Prou. 31.* Porrexit brachia ſua ad opus, ac intellexit honeſtum eſſe operari, & totam noctem lucerna ipſius non extinguitur.

Condemnabit iuſtus laborans, viuentes impios.

Bonorum laborum fructus, gloriæ coniunctus eſt.

*Sirach.* In omnibus operibus tuis aſſiduus eſto, & nullus te morbus corripiet

*Eccli. 2.* Crede domino, & perſiſte in labore tuo: quia leue eſt in oculis domini repente ditare pauperem.

*Eccle. 58.* Facite opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem in tempore ſuo.

Præſtat qui in omnibus aliquid operis facit, quàm qui gloria afficitur, panis indigens.

In opere tuo conſeneſcito.

Ad horam præſcriptam ſurgito, nec tardus eſto.

*Ioan. 5.* Pater meus adhuc operatur, & ego operor.

*Matth. 25* Homo quidam peregre profecturus, vocatis ſeruis ſuis dedit bona ſua, alij quidem talenta quinque, alteri autem duo, alteri vnum, ac pro facultate cuique, & peregre profectus eſt: *& reliqua.*

*Act. 20.* Ipſi noſtis, manus has, neceſſitatibus meis & eorum qui mecum erant miniſtraſſe: exemplo demonſtraui vobis, ſic laborandum eſſe, vt infirmis ſubueniatur: recordari enim debetis verba domini, quum ipſe dixerit, felicius eſſe dare, quàm accipere.

*1. Theſſ. 4* Hortamur autem vos fratres, vt abundantiores ſitis, & ſtudeatis quieti, & priuata opera faciatis, manibúſque veſtris opus conficiatis: quemadmodum præceperamus vobis, vt decenter vos geratis erga extraneos, nulláque re indigeatis.

*Incerti authoris.* Quod enim labore partum eſt, maiore lætitia accipitur, diligentiúſque aſſeruatur: quorum autem facilis eſt comparatio, eorum ipſorum contemnenda eſt poſſeſſio.

Otium profectò, condemnatione & odio dignum eſt, quo formicis & apibus deterior homo redditur: qui quidem cum primò formatus eſſet, in paradiſo collocatus eſt vt eum excoleret, & cuſtodiret. Quare primum & maxime accommodatum eſt naturæ hominis, operis & laboris ſtudium, & quaſi contra naturam ipſius, otium.

Quid ex numero bonorum facile eſt? quis dormiens vnquam trophæum fixit? quis in deliciis viuens, & cantibus ſeſe oblectans, pietatis coronis eſt vnquam decoratus? Nemo qui non cucurrerit palmam & brauium retulit. Labores gloriam pariunt, ſudores, coronas comparant.

[redacted]: at præceptum eſt diuinũ, vt ob proximi neceſſitatem & ſoliciti ſimus & diligentiſſime in opus incumbamus.

Longa conſuetudine exerciti labores, minore moB leſtia ab exercitatis ſuſcipiuntur.

Ex laboribus valetudo, ex ſudoribus ſalus.

Si quæ carni ſunt moleſta fugerimus, non fruemur iuſtorum bonis.

Paululum paululo adiungere, non ſolum ad pecuniæ amplificationem, ſed etiam ad quamcunque ſcientiam vtile, ſtudioſique & diligentis hominis officium eſt.

*Theologi.* Eiuſdem eſt difficultatis, aliquid boni acquirere quod nondum habeas, & acquiſita tueri. Sæpe enim quod ſtudio partum erat, negligẽtia perdidit: & quod negligentia perdidit, diligentia recuperauit.

Quod labore partum eſt, diligentius retineri ſolet: C quod autem facile quæſitum eſt, quàm celerrime reſpuitur, tanquam facile recuperari poſſit.

Generoſa ingenia, ratione quidem moderante & dirigente, magnum habent momentum ad virtutem ſequendam: at ſi deſit ſcientia & ratio, non minus prompte ad vitia labuntur.

*Chryſoſt.* Exiguo tempore ô prædilecti elaboremus, ne bonis excidamus æternis.

Breuis eſt temporis labor, at in ſęcula multa requies.

Vbi maior labor, ibi maior voluptas.

Qui prudentia præditus eſt, ad laborem non grauatè accedit, propter conſequentes laborum fructus.

Vtilia, nuſquam niſi difficultate & laboribus ſuppeD ditari ſolent.

Labores, bonorum vbique ſunt largitores.

Exigua eſt inter volucres apis, at inter dulcia primum locum tenet fructus ipſius.

*Dionyſij Alex.* Fortis autem & accurata oratio, amara etiam dicit eſſe dulcium † cauſas, & laborum fructus, eſſe voluptates: nam ſine labore nihil poteſt pulchri cõtingere. *† ἐφόδια*

*Philonis.* Principium omnis boni & virtutis, ſi verum fateri volumus, laborem eſſe deus hominibus oſtendit, quo remoto, nihil boni apud genus humanum conſtitui poteſt.

Natura enim nulli mortalium, boni poſſeſſionem, ſine laboribus largita eſt.

E Hæc eſt animi in rerum diuinarum contemplatione verſantis voluptas, vt laborare, exiſtimet dulciſſimum.

Qui laborem fugit, ipſa bona fugit: qui autem toleranter & fortiter ſuſtinet dura, ad beatitudinẽ feſtinat.

Plurima & maxima bona, certationibus exercitationis plenis & virentibus laboribus acquiruntur.

*Democriti* Labores debemus perſequi, quib. homines magnas res & ſplendidas ſibi comparant.

Naturæ virtutem corrumpit incuria, improbitatem corrigit doctrina. Et facilia negligentibus elabuntur, difficilia vero, curis capiuntur. Vt enim inſtrumentum quod remittitur, & intenditur, iucunda voluptate



ptate oblectat: ſic etiam vitæ ratio, hominum & otio A & negotio diſpertienda eſt.

*Socratis.* Exerce te laboribus voluntariis, vt poſſis & non voluntarios tolerare.

*Carcini.* Nullus vnquam, laudem eſt voluptatibus conſequutus.
Nullus negligens, gloriam magnam eſt adeptus.
Sed labores, fortitudinis laudem pariunt.

Demoſthenes à quodam interrogatus, quemadmodum eſſet dicẽdi facultatem adeptus, Plus, inquit, olei quàm vini conſumendo.

Corpus laboribus exerce: animum autem, fortiter & generoſe pericula ſuſtinendo.

*Xenophõtis.* Deus ſic ſtatuit, vt illis qui nolint imperare & præſcribere ſibi honeſta facta, alios eis imperantes inducat dominos. B

Labores voluntarij, non voluntariorum perpeſſionem efficiunt leuiorem.

Idem conſpicatus iuuenem induſtrium, & laboris amantem, Iucundiſſimum, inquit, ſenectuti condis obſonium.

*De oſoribus laborum & operum, ac pigris, nihil curantibus, & incuriis,*

*Sermo* 46.

*Pſal. 72.* NN laboribus hominum non ſunt, & cum hominibus flagris non cædentur.

*Prou. 6.* Ito ad formicam, ô piger, & æmulare rationem ac C viam illius, ſiſque ea prudentior, nam cum illi deſit ager quem colat, neminémque qui cogat ad opus, habeat, nec ſub vllius dominatu viuat, parat tamen æſtate cibum, multúmque in meſſe aceruat quod ſibi hyeme apponat. Aut accede ad apem, diſcéque quàm ſit laborioſa, quamque opus ſplendidum efficiat, cuius laboribus tum Reges, tum priuati vtuntur ad valetudinem: & ab omnibus amatur, & celebratur, quanquã ſit robore infirmo: ſapientiæ enim debita, honeſtata eſt. Quouſque piger decumbes? quando tandem è ſomno excitaberis? Pauliſper dormis, pauliſper ſedes, paululum dormitas, admoues manus pectori, deinde paupertas velut egregius curſor ad te venit, & inopia D velut celer viator. Pigri, diuitiarum ſunt inopes.

In cupiditatibus verſatur omnis otioſus, & operis nihil agens.

Viæ otioſorũ, ſpinis ſtratæ ſunt: anima otioſi eſuriet.

Veſtietur detritis pannis, ſomniculoſus.

Piger probris cum afficitur, non erubeſcit: ſimiliterque qui commodatô accipit frumentum, meſſis tempore.

Cupiditates pigrum interficient, non enim manus eius volunt quicquam facere.

Cauſatur & dicit piger, leonem eſſe in viis, & in vicis graſſatores.

Qui rem contemnit, contemnetur ab ipſa.

Piger, ſibi videtur ſapientiſſimus. E

Vt oſtium voluitur in cardine, ſic piger in lecto ſuo.

Viæ nihil curantium, exitioſæ,

Pigritia deiicietur & diruetur tectum, & otio manuum, ſtillabit domus. *(id eſt, ſtillicidiis plena erit propter otioſas manus.)*

Ne ſis lingua celeri, & in operibus languidus ac remiſſus.

Plurima vitia docet otium.

*Sirac. Eccli 33.* In iuuentute cum nihil collegeris, quomodo inuenias in ſenectute tua?

*Tobiæ.* In otio multæ res imminuũtur: otium famis mater eſt, & frater furti.

*Matth. 13* Omni qui habet, dabitur, & affluet: ab eo autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur

*2. Theſ. 3.* Si quis operari recuſat, is quoque nihil edat: audimus enim quoſdam inter vos qui immoderate ſe gerant, nihil operis ipſi facientes, ſed in aliena opera curioſe inquirentes: quos monemus, & hortamur per dominum Ieſum vt quiete operantes, ſuum ipſi panem edant.

*Baſilij.* Otium, maleficij principium.

Propria eſt hæc ægritudo otioſi & deſidioſi animi, vt vigilante corpore ſomnia videat.

Quis ſementis tempore domi ſedens, inſtante æſtate ſinum ſuum manipulis impleuit? quis vindemiauit vineam, quam ipſe non conſeuerit? eorum ſunt fructus, quorum fuerunt labores. Honores & coronæ, eorum, qui victoriam obtinuerint, eſſe ſolent: Quis vnquam coronandum putauit, eum qui ad certãdum cum aduerſario ne ſe exuerit quidem? quando non ſolum vincendum eſt, ſed etiam, vt ait Apoſtolus, legitime certandum.

Quis certaminum præfectus adeò caret iudicio, vt iiſdem coronis dignos iudicet, victorem, & eum qui nihil certarit? Quis imperator eſt, qui eos, qui ne viſi quidem ſint in prelio, ad parem victoribus, ſpoliorum diſtributionem vocet?

*Theologi.* Quantum eſt malum, ad peſſima paratum eſſe, & ad optima cunctatorem & imparatum?

Honeſtum iam non eſt honeſtum, cum non ſit honeſte.

Infirma & diſſoluta ingenia, tum ad virtutem, tum vitium, ſimiliter remiſſa & languida ſunt, difficiliaque ad ſe commouendum: & in neutram partem inſigniter inclinant otioſorum momenta.

Segnities ſomni coniunx.

Aeque inutilia ſunt, & ſegnities nihil agens, & diligentia calida ſine doctrina: quod illa ad honeſta non accedit, hæc honeſtum trãſilit, & † iuſto iuſtius quiddam facit. *† δεξιοῦ δεξιώτερον.*

*Chryſoſtomi.* Nihil eſt tam facile, quod non valde graue & inuiſum magna pigritia reddat: nec quicquam tam laborioſum & difficile, quod ſtudium & alacritas non facillimum efficiat.

Qui faciunt aliquid non vt decet, prorſus non facere videntur.

*Clementis* Qui infirmi & imbecilles ſunt, iis, vel quod mediocre eſt, ſuper vires ipſorum videtur.

*Philonis.* Labor vtilia, & facilitas nocentia comitatur: qui autem labori facilitatem præponunt, ij vtilia ſuadentibus ſuccenſent.

Continuata exercitatio ſcientiam efficit firmam, ſicut inſcientiam nulla exercitatio adhibita: itaque innumerabiles neglecta exercitatione, robur etiam naturale eneruauerunt.

Conſuetudine & quiete confirmatum otium, inſidioſum eſt.

*De præſtanti ſenſu & intellectu præditis.*

*Sermo* 47.

*Salomonis* TInea & eroſio oſſium eſt, Cor ſenſu præſtans.
Senſus prudentibus facilis.
Prudentis cor ſenſu viget.

*Eccli 22.* Qui ſenſum comparauit, ſe ipſe diligit.
Cor viri ſenſu præditum, moleſtũ eſt animæ ipſius.
Solicitudine afficietur vir intelligentia præditus.
Vir prudens, thronus intelligentiæ.
Cor ſapientis intelliget, quæ ex ipſius ore proficiſcentur.

*Sirach.* Intelligentia præditus, lapſum ſuum agnoſcit.

A Si audierit ſcientia præditus ſapientem ſermonem, laudabit illum, & ad illum adiiciet.

*De nullo ſenſu aut intellectu præditis,*
*Sermo* 48.

*Salomonis* SI flagris inſipientem cecideris in medio concilio, illi non detraxeris hac ignominia inſipientiam.

Stultus flagris cæſus non ſapit.

Erubuerunt, & infamiam ſuam non agnouerunt, nec vt dedecore affecti verecundati ſunt.

Velut qui excitat dormientes ex alto ſomno, ſic qui ſtulto aliquid narrat: qui tandem ad extremum dicet, Quid iſtud eſt? & in conſummatione, quid primum?

Cum ſtulto ne congreditor: nam cum ſenſu careat, B omnia contemnit: caue illum, ne moleſtiam ſuſcipias.

*Dionyſij Areopagitæ epiſt. ad Demophilum.* Doceri ignaros decet, non ſuppliciis affici, ſicuti & cæcos ad manum ducimus non cruciamus.

Agglutinat teſtam, qui ſtultum docet.

*De nomine bono & gratiam habente,*
*Sermo* 49.

*Gene. 39.* FVit dominus cum Ioſepho, & impertiit ei miſericordiam, deditque ei gratiam apud præfectum carceris.

*Proue. 22* Magis expetendum eſt nomen honeſtum, quàm diuitiæ multæ: argento & auro præſtantior eſt bona gratia.

C Gratia & amicitia liberum faciunt. Has igitur fac ſerues tibi, ne ſis probroſus.

Compara gratiam & notitiam bonam in oculis dei & hominum.

*Ecclesi. 7.* Bonum nomen pretioſius bono oleo.

Curæ ſit tibi nominis fama, ipſa enim tibi magis proderit, quàm mille magni theſauri.

Gratia eſt veluti paradiſus copioſus.

Honeſtæ vitæ numerus dierum: & honeſta fama æternum durat.

Gratia & miſericordia in ſanctis illius.

*De nomine malo, & gratiam non habente,*
*Sermo* 50.

*Sirach.* D NOmen improbum, turpitudinem & dedecus hæreditarium conſequetur.

Homo gratia carens, intempeſtiuus ſermo.

Nomen non bonorum virorum delebitur.

Stultus queretur nullum ſibi eſſe amicum, & nullam eſſe gratiam in bonis ſuis.

*De Ponderibus, ſtateris & menſuris,*
*Sermo* 51.

*Leuit. 19.* NIhil inique feceris in iudicio, in menſuris, ſtateris & ponderibus: pondera ſint iuſta, & menſuræ, & congius iuſtus.

*Deut. 25.* Non erit in marſupio tuo pondus paruum & magnum: nec menſura magna & parua domi tuæ. Pondus verum & iuſtum erit tibi, vt diu viuas in terra. E

Pondus æquum, domino eſt acceptum.

*Ezech. 45* Bilanx æqua, itemque menſura & chœnix æqua vobis ſint.

*De ponderibus & ſtateris & menſuris iniquis,*
*Sermo* 52.

*Pſal. 61.* VAni filij hominum, & fallaces in ponderibus, † vt iniuriam faciant: ipſi ex vanitate ſimul. Nolite ſpẽ habere in iniuria, & rapinam non deſyderate: diuitiæ ſi affluxerint, nolite cor in eis defigere. (*† Hebræi habent, Si ſimul ponantur in bilance, ipſa vanitate leuiores erunt.*)

*Prou. 29.* Pondera doloſa abominanda ſunt domino.

A Statera magna & parua, & gemina menſura, ambo impura ſunt in conſpectu domini: quique ea facit, in ſuis inſtitutis irretietur impeditus.

Deteſtatur Dominus duplicem ſtateram, & pondus doloſum in conſpectu ipſius non gratum eſt.

*Oseæ 12.* Chanaan eſt in manibus ipſius ſtatera doloſa, oppreſſionibus delectata eſt; &c. Labores eius non inuenientur in eo, propter iniurias quas fecit.

*Amos 8.* Audite hæc omnia, qui mane pauperem conteritis, & potentia mendicos opprimitis in terra, ac dicitis illa: Quando tandem præterierit menſis, vt mercaturam noſtram faciamus, & aperiamus theſauros vt minorem faciamus menſuram, & maiora pondera, & lancem faciamus iniquam, vt argento comparemus B egentes, & tenues calceamentis, & ex omni genere fructus mercemur.

*Micheæ 6* Non iuſtificabitur in ſtatera iniquus, nec in ſacculo ponderum doloſorum quibus diuitias impietatis coaceruauerunt.

*De excandeſcentia & ira,*
*Sermo* 53.

*Matt. 5.* QVisquis iraſcitur fratri ſuo temere, iudicio erit obnoxius.

*Epheſ. 6.* Omnis acerbitas & excandeſcentia & ira, clamor, maledictum, ac ſimul omne vitium à vobis tollatur.

Sol ne occidat ſuper irritationem veſtram, nec date locum criminatori.

C *Salomonis* Minæ conterunt cor ſapientis: inſipiens ne flagris quidem cæſus ſentit.

Stultus eo ipſo die enunciat iram, ſapiens autem paulatim promit.

Graue eſt ſaxum, & difficilis portatu arena, ſed ſtulti ira vtroque grauior: nam quo ſe inclinarit ira eius, ruinam dabit ipſi.

Iracundus & facile excandeſcens, deformis eſt: itaque cum iracundo ne habites.

Sodalis hominis iracundi ne eſto: néue contubernalis ſis amico iracundo, ne quando ipſius inſtituta diſcas, & laqueos tendas animæ tuæ.

Iracundus pugnas excitat: lenis autem, eam quæ excitari videbatur, ſedat & mitigat. D

*Baſilij.* Ira excitat rixam, rixa parit conuitia, conuitia, ictus, ictus vulnera, & ſæpe vulnera mors conſequitur.

Regis ira, mortis nuncia: ſed ſapiens placabit illum.

Iracundia eſt feruor ſanguinis qui circumfuſus eſt cordi, ex euaporatione ſuccorum conſtans: ira autem eſt libido vlciſcendi, & viciſſim moleſtia afficiẽdi. Itaque illa celerem habet perturbationem, & motionẽ, hæc autem diuturniorem.

*Theologi.* Nec corona datur ſine aduerſariis, neque caſus & lapſus ſine aduerſario colluctatore.

Cæca eſt ira, & moleſtiarum plena, & maxime quũ cauſa indignandi iuſta ſubeſt.

E Iræ maxime parcendum eſt, nec ſtatim decet in bilem ferri, cuius ſtulti ſerui ſunt.

*Chriſoſto.* Nihil æque mentis puritatem, & animi ſynceritatem turbat, ac immoderata ira quæ magno fertur impetu.

Iracũdia eſt celeris ac breuis: ira autem tardior quidem, ſed diuturnior.

Duæ in nobis ſunt generales perturbationes, naturales magis quàm aliæ, ira & cupiditas.

Continentiam ne probes vbi clementia reiicitur.

In vehementiore ira, ſummum adhibẽdum eſt ſtudiũ & cautio: eſt enim affectus tyrannicus. Sæpe enim non ſobrios peruertit, & in barathrum exitij detrahit.

Prompta



Prompta ferè per omnem vitam, iræ eſt ægritudo.

A Iracundus es? eſto in peccata tua talis: obiurga animum tuum, flagris cæde conſcientiam, vehemens eſto iudex & acerbus in propriis peccatis: hoc enim eſt iræ lucrum, ob hanc enim cauſam Deus nobis eam indidit.

Alieni ab ira ſimus: non enim vbi ira fuerit, habitat ſpiritus ſanctus.

*Plutarchi* Iræ, quemadmodum canes, cæcas pariunt criminationes.

Equi duri, frenis: at iræ vehementiores, ratione ducuntur & reguntur.

Vt aqua tepida, inflammationes: ſic oratio humanitatis plena, iram reſtinguit.

B Vt enim, Cæcias, nubes ſic improborum vita, in ſe conuitia attrahit.

*Euripidis* Nimirum in omnibus hominum habitat ira: nam qui iucunda audierit, voluptate corpus implet: qui autem contraria audierit, tumore afficitur.

*Plato.* Plato, ſeruo iratus, adſtanti Xenocrati, Accipe, inquit, & flagris hunc cædito: ego enim iraſcor.

*Democriti.* Caſtiga iudicio, non ira adhibita.

*Menandri* Vir improbus & veterator, clementiæ obrepẽs habitu, proximis quaſi laqueus occultus prætenditur.

Nullum eſt, vt videtur, iræ remedium
Aliud, niſi apta amici oratio.

C Vt vehemẽter doleas, nihil tamen irritatus, temere agas: iram enim vincere (quæ alieniſſima rationis eſt) In perturbationibus, maxime ſapientem decet.

*Theognidis.* Haud licet ira tibi concedere congrua cuncta.

Ab iis qui iniuriam fecerint, ius aut rationem facti ne exigito: ſatis eſt enim illos ſuo premi malo.

Impius eſt qui non reueretur honoratum virum, nec animaduertit vt honorem illi habeat.

Immoderatum & inexplebile otium, aut ſtultitiam, aut inſignem improbitatem procreat.

*Leucippæ.* Dolor per pectus diffuſus, animæ fomitem liquat: ira autem cor circumlatrans, furoris ſpuma, rationem quaſi vndis obruit.

*De ſimplicitate, & iniuriarum memoria,*
*Sermo* 54. D

*Marci 10* AMen amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & fiatis quaſi pueri, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ.

*Matth. 5.* Si munus tuum obtuleris ad aram, ibique recordatus fueris fratrem tuum aliquid aduerſus te habere, relicto munere, adîto primûm fratrem, eumque tibi reconciliato, deinde redito ad oblationem muneris tui.

*2. Theſ. 5.* Videte ne quis malum pro malo reddat cuiquam: ſed ſemper quod bonum eſt perſequamini.

Sol ne occidat ſuper iracundiam veſtram.

Si alij alios mordetis & deuoratis, videte ne mutuo conficiamini.

E *Salo. 24.* Si ceciderit inimicus tuus, ne illius malo læteris, nec caſu illius tollare: quia dominus intuebitur, nec placebit ipſi, ac iram ſuam ab illo auertet.

Viæ eorum qui iniuriarum ſunt memores, ad mortem ferunt.

Iniuriarum memor, exlex eſt.

*Sirach. 28* Condona iniuriam proximo tuo, & te precãte peccata tua diſſoluentur.

*Baſilij.* Non decet vt ſuper iracundia fratris ſol occidat, nequando nox traducatur inter vtrumque, & relinquat in die iudicij inexcuſabile crimen.

Improbus facillime condemnat bonum, bonus autem ne improbum quidem facile accuſat.

Nemo malum malo ſanat, ſed bono malum.

A Quum inimicus tuus inciderit in manus tuas, non vindictæ, ſed ſalutis occaſionem eſſe credito.

Quum mente volutamus quæ à conſeruis paſſi ſumus, cogitemus etiam quemadmodum ipſi nos erga dominum geſſerimus, ac noſtrorum peccatorum metu impulſi, iram ex alienis peccatis ſuſceptam cito deponere poterimus.

Si enim licet peccatorum meminiſſe, noſtrorum meminiſſe debemus ſolum: quod ſi noſtrorum memores erimus, nunquam aliena ſupputabimus.

Si condonaueritis inimicis veſtris, vobis condonabitur. Ignoſce ſeruorum erratis, vt à domino veniam impetres peccatorum. Quod ſi grauiter peccarit, & te B læſerit, quanto maiora remiſeris, tanto maiorem impetrabis veniam. Idcirco enim docemur dicere: Remitte nobis, ſicut remittimus, vt intelligamus remiſſionis & condonationis modum, à nobis primum initium capere. Itaque inimicus, quanto maiori affecerit maleficio, tanto maiori afficit beneficio. Feſtinemus igitur ac properemus, vt eos qui moleſtia & dolore nos affecerint (ſiue iure ſiue iniuria iraſcantur) reconciliemus. Si enim hic reconciliatus fueris, illic iudicij condemnatione liberaberis: ſin autem interea manente ira, mors interueniens ſimultati abducat in iudicium illud metuendum quod reliquum eſt, cauſam adduci neceſſe eſt, & extremo afficieris C ſupplicio ex ſententia illius omnium iudicis: Et ambo ſupplicium ſubibitis ineuitabile, alter iniuſte iratus, quia iniuſtus: alter vero iuſte propter ipſam, vtcunque iuſtam, iniuriarum memoriam.

Quod igitur ieiunio & lamentis, precibus, ſacco, & cinere, & infinita confitendi ratione vix alij perficiũt, vt peccata abſtergant ſua: id nobis licet facile aſſequi ſine ſacco, cinere & ieiunio, ſi modo ex animi cogitatione iram deleamus, & omnino ex animo iis qui nobis iniuriam fecerint, ignoſcamus.

Quouis peccato, iniuriarum memoria deterior eſt.

Quum delictorum veniam petis, fac ipſe ignoſcas D iis qui in te peccarint, quia condonatio condonatione remuneratur: ac conſeruorum noſtrorum conciliatio, nobis fit à diuina ira liberatio.

*Moſchionis.* In quibus alios reprehendere vis, in iis detrimẽtum maius eſſe exiſtimato.

*Epicuri.* Hoſti precanti ne denegato quod petit ſed te ipſe munito aduerſus illum, cum à cane nihil differat.

*Theopõpi.* Da operam vt inimicitias ſuſcipias breues, amicitias autem ſempiternas.

*Euagrij.* Iniuriarum memoriam munera extingunt, id quod ex Iacobo diſcere licet, qui ſe in gratiam Eſau fratris ſui cum trecentis obuiam occurrentis muneribus inſinuauit. Sed nos pauperes cum ſimus, quæ deſunt menſæ compleamus.

E *Martini Anachoretæ.* Qui memor eſt iniuriæ dæmonum, non meminit iniuriæ hominum: & pacem cum dæmonibus agit, qui fratri iraſcitur.

*Crœſus.* Crœſus filij interfectori, qui ſe ad ſupplicium offerebat, dediſſe veniam dicitur: & huic ipſi Crœſo magnus ille Cyrus poſt victoriam amicus factus eſſe fertur.

*De proximo: quod proximi onera ferenda ſint, eique ſuccurrendum: & quod amice reprehendere deceat, ſi quid indecenter egerit, non autem inimicitias cum illo gerere.*
*Sermo* 55.

*Leuit.19.* Diliges proximum tuum tanquam teipſum.

A Acriter redargues proximum tuum, nec illius cauſa ſcelus admittes.

*Deut. 5.* Nihil eorum quæ ſunt proximi tui, concupiſcito.

Iraſcimini,ſed nolite peccare.

Melior eſt qui reprehendit & arguit, quàm qui peruicax eſt.

*Oſeæ.* Qui libere arguit,pacem conciliat.

Cur ad impietatem ſilentio connexiſtis: & iniquitates eius vindemiaſtis?

*Zachariæ.* Nemo vitia proximorum in corde ſuo recordetur.

Miſericordiam & miſerationem impertimini quiſque proximo ſuo ac fratri ſuo.

Ne ob quamlibet iniuriam proximo tuo iraſcitor.

*Sirach.28* B Remitte proximo iniuriam,& tum te precante, peccata tua delebuntur.

Melior eſt minore præditus intelligentia, ſi metu ſe continet,quàm abundans prudentia qui legem violat.

Recordare præceptum, & ſic proximum tuum non negliges.

Recordare poſtrema quę tibi eueniãt,& inimicitias gerere deſinito.

Ex teipſo res proximi cognoſcito.

*Matth. 5.* Si obtuleris munus tuum ad aram &c.

Si remiſeritis hominibus delicta ipſorum,remittet etiam vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra.

*Matt.18* Tum Petrus domino dixit:Quoties peccabit in me C frater meus,& remittam ei?Num vſque ſepties?Dicit ei Ieſus,Non dico tibi vſque ſepties,ſed vſque ſeptuagies ſepties.

*Luce. 17.* Si frater tuus in te peccarit, obiurga eum: & ſi pœnituerit, remitte illi: & ſi ſepties in die peccarit in te, ſeptieſque in die reuertatur,ac dicat, Pœnitet me, reremitte illi.

Videte ne contemnatis vnum de puſillis his: dico enim vobis,angelos ipſorum in cœlo continenter videre faciem patris mei,qui eſt in cœlis.

*Rom. 15.* Debemus nos qui robuſti ſumus, infirmitates imbecillium ferre,nec nobis ipſis placere.

D Vnuſquiſque veſtrûm proximo placeat in eo quod bonum eſt ad ædificationem.

Nemo ſua quærat,ſed proximi commodis quiſque ſeruiat.

Onera portate alij aliorum, & ſic explebitis legem Chriſti.

Eſtote igitur alij in alios ſuaues & commodi, miſericordes,cõdonantes viciſſim, quemadmodum Chriſtus condonauit.

Eſtote igitur imitatores Dei tanquam filij chariſſimi, ac in dilectione ambulate, quemadmodum ipſe Chriſtus vos dilexit, & ſeipſum pro vobis offerendũ & mactandum Deo tradidit in odorem ſuaueolẽtem.

E Induimini, vt electi Dei ſancti ab ipſo dilecti, viſcera miſerationis, ſuauitatem, animi demiſſionem, clementiam, lenitatem. Ferte vos inuicem, & vobis mutuo condonate,ſi quis cum aliquo habet expoſtulationem: vt Chriſtus cõdonauit vobis, ſic etiam vos condonare debetis alij aliis.

Hortamur vos fratres,vt eos qui immoderate nulloque ordine ſeruato ſe gerunt, admoneatis: eos qui paruo ſunt animo conſolemini, & imbecilles ſuſtentetis,& lenes erga omnes ſitis. Videte ne quis malum pro malo reddat,ſemperque quod bonum eſt, proſequimini,tum erga vos inuicẽ, tum erga alios omnes.

Pacem cum omnibus & ſanctificationem expetite, ſine qua dominum nemo viſurus eſt.

Vitia proximi ſui,nemo veſtrûm in animo cogitet.

A Peccantes coram omnibus reprehende, vt cæteri metu in officio retineantur.

Vt qui in littore tuti ſunt, cùm,eorum qui in mare demerguntur calamitate afficiuntur, ſuam ſecuritatem & tutam ſtationem non amittunt propter ſolicitudinem quam de periclitãtibus ſuſcipiunt: Sic etiam qui proximorum peccatis mœrent, ſuam non delent lætitiam,ſed contrà maiorem eam reddunt, dum propter lachrymas quas fratrum cauſa profuderint,domini gaudio digni habentur, propter affectionem illam qua alienis malis afficiuntur:quia talis lachryma,quaſi ſemen & fœnus æterni gaudij eſt. *Baſilij.*

Qui pro peccato proximi feruentem profuderit B lachrymam,hic fratrem deplorando, ſeipſe ſanauit.

Qui conquieſcit,nec fratris ſui peccatum reprehendit,hic immiſericors eſt, & venenum quodammodo in morſum à diabolo immittit.

Scis ne,quid boni proximo ſit faciendum? QVOD TIBI IPSE VIS AB ALTERO FIERI

Qui proximum ſicut ſeipſum diligit, is nihilo plus quàm proximus poſſidet.

Remitte,cum tibi ſit remiſſum:miſerere,qui miſericordiam conſecutus es, humanitateque tibi humanitatem parato. *Theologi.*

Caſum proximi ne rideto:tutò autem, quoad à te fieri poterit, tranſito. Quinetiam porrigito manum C humi iacenti.

Concedamus aliquid exiguum, vt maius impetremus,nempe concordiam:patiamur nos vinci, vt vincamus. Videte athletarum conſuetudinem,& luctatorum certamina, qui ſæpenumero hoc ipſo quod ſuppoſiti ſunt,aduerſarios ſibi incumbentes vincunt.

Bonum eſt manſuetudine audaciam vincere, & meliores efficere eos qui iniuriam faciunt, quæ toleramus patiendo.

Vnuſquiſque noſtrùm aliquid debet, & Chriſtus multa facit nomina. Veniam demus, vt impetremus: remittamus,vt nobis remittatur.

Si Deo nihil ſupplicij debes,
D Ipſe quoque nihil afficiaris debentium miſeriis.
Sin autem ſcis te debere,tu prior exhibe clementiam.
Pro miſericordia enim,vel apud Deum ipſum miſericordia rependitur.

Satis eſt moderatis quidem, iniurioſos metu affici atque ea expectare quibus ſunt digni:quæ enim quis tanquam perpeſſurus metuit, eadem patitur, etiamſi non patiatur: & fortè plus à ſeipſo punitur, quàm ab iis qui cruciaturi eſſent.

Satis eſſe exiſtimare debemus, ſi faciẽdi poteſtatem habemus.

Satis mihi ſupplicij eſt aduerſus eos qui iniuriam intulerint,ſi vlciſcendi poteſtas fuerit.

E Et ſæpenumero mentionem facio veniæ dandæ, vt quæ ad ſalutem,pudore affectum eum qui iniuriam intulerit,reducat: & metu liberatam,ad amorem alliciat,mentem quæ non prorſus deſipit. *Videntur hæc iungẽda præcedenti verſui.*

Multo eſt melius dolore exiguo comparare vtilitates maximas,quàm voluptates ſequendo,ſummæ totius damnum inferre.

Bonis præditi moribus,ad veniã dãdam parati ſunt.

Ignoſcamus alienis in nos peccatis, vt & ipſi veniã impetremus.

[redacted]

Vt cum



Vt cum ratione vincere, ſic & honeſte vinci didicimus. A

*Chryſoſtomi.* Quãto fortior fueris,tãto æquius eſt te, imbecillirẽ ferre. Non enim ſibi ſolũ fortis eſſe debet qui robore præditus eſt, ſed etiam aliis. Quod ſi dicis te fortem eſſe, & illius imbecillitatem contemnis, duplicem dabis pœnam: nam vnuſquiſque noſtrûm de ſalute proximi ſolicitus eſſe iure debet: itaque non tantum commoda noſtra ſpectare & parare iuſſi ſumus, ſed etiam proximorum: pretio empti ſumus: qui autem nos redemit,hoc præſcripſit ad communem omnium vtilitatem.

Non ſimpliciter ad delictorum modum adhibenda eſt obiurgatio, vel caſtigatio: ſed delinquentium conſilium etiam conſyderãdum eſt, ne dum diſſutum B conſuere vis, deteriorem efficias rupturam.

Difficile eſſe arbitror vt qui futurus ſit aliorum reprehenſor & caſtigator, animum ſuum ab audacia & ſuperbia longiſſime abducat: & verbis tantum non verberibus agat.

*Clementis.* Fidelis maxime,quæ ſit ſciẽtia adhibita, reprehenſio:quando perfectiſſima eſt demonſtratio,†condemnatorum rerum cognitio. *† τῶν κατεγνωσμένων.*

*Methodij.* Maius bonum eſſe iudico, reprehenſionem ferre quàm reprehendere: quanto maius eſt ſcilicet teipſum liberari malo quàm liberare alium.

Nec quiſquam tetrice monens eos qui in vituperatione dignam rem inciderint, coarguendo,oratione C commota vtatur: nam dicere,cur peccaſti,grauius eſt & ſeuerius,quàm laboribus leuare: multũ autem valet proprie,& vt decet, adhibita reprehenſio.

*Philonis.* Venia,pœnitentiam generat.

*Euagrij.* Talẽ te pręſta omnibus, quales tibi omnes eſſe vis.

*Maximi.* Veniam & condonationem peccatorum noſtrorum in condonatione proximi inuenimus. Et miſericordia Domini, in miſericordia quæ impertitur proximo,abſcondita eſt. Quamobrem dominus dicebat: Remittite,& remittetur vobis,in voluntate veſtra relinquitur ſalus veſtra.

*De iis qui non remittunt,ac iniurias meminerunt.*
*Sermo* 56.

*Prou.26.* Viæ eorum qui iniuriam meminerunt, ad mortem ferunt.

Inimicitiam cęlans,dolum machinatur.

Qui odit occultare iniuriam, amicos & familiares diſſociat.

*Ezech.35* Iniurias meminerunt,& vlti ſunt,quamobrem hæc dicit Dominus: Extendam manum meam aduerſus Idumæam, & exterminabo ex ea hominem, eamque vaſtabo.

*Sirach28.* Qui ſe vlciſcitur,eum Dominus vlciſcetur,eiuſque peccata ſedulo obſeruabit.

*Ibidem.* E Homo homini iraſcitur, & à Domino ſanari quærit:homini ſui ſimili miſericordiam non impertit, & pro peccatis ſuis precatur: ipſe caro cum ſit,iracundiã retinet, & quis Deo placato peccata illius expiabit? Fac eorum quæ ad extremum tibi euentura ſunt, memineris:& deſine inimicitias gerere. Recordare præcepta,proximo autem ne ſuccenſeas.Perpẽde pactum altiſſimi,& parce inſcitiæ.

*Matth.6.* Si non remiſeritis hominibus delicta ipſorum, ne pater quidem cœleſtis remittet vobis peccata veſtra.

*1.Cori.3.* Si alij alios mordetis & deuoratis, videte ne alij ab aliis conficiamini.

*Baſilij.* Sæpe qui hoc morbo tenẽtur vt iniurias recordentur,in manifeſtum & certum malum ſe coniiciunt,vlciſcendi cupiditate impulſi, ac ſui omnino obliti: Etenim quaſi œſtro, memoria eorum qui moleſtia affecerint, tabeſcunt, & bulliente ac ſaliente eorum ira, non prius deſiſtunt quàm mali aliquid ei qui ipſos irritarit,dederint,ſicubi fortè in eum inciderint.

Scimus difficile eſſe, recenti adhuc iniuria & ira feruente,recipere rationis conſilia. Cæca enim ira eſt, & dolor,& maxime ſi iuſta fuerit indignationis cauſa: Sed non idcirco etiam nosipſi iniuria afficiemus, nec eum qui iniuriam fecit tantum oderimus, quantum nobis non expedit: nec noſtram erga Deum libertatem amittemus, inimici exiſtentes eorum qui iniuriam fecerint,& ſupra modum indignantes. *Theologi.*

B Peccata obſeruamus, non vt lugeamus, ſed vt exprobremus: nec vt ſanemus, ſed vt præterea vulneremus:& proximorum vulnera pro noſtrorum malorum excuſatione habemus.

Aeque vitioſum eſt obſequium immoderatum, & condemnatio omni venia ſemota:illud enim totas laxat habenas,hæc acerbitate præfocat.

Quid poteſt eſſe iniuriarum recordatione deterius, quæ humanitatem Domini promptam reuocat & amolitur? *Chryſoſtomi.*

Quum memoria repetimus quæ à conſeruis paſſi ſumus:& quæ deinceps ſequuntur. *Vide ſupra in Sermone 54. mox poſt citatum Baſilium.*

C Multi ſunt pecudibus ipſis deteriores, qui ne ſalutare quidem dignantur priores proximum,exiſtimantes ſe contumelia affici & contemni, ſi vel tenuem quandam impertiant ſalutationem. Sed quid eſſe poteſt iſta ſtultitia ridiculum magis? tum enim contumelia afficeris, tum ignominia notaris ô homo, cũ prior te tuus proximus alloquitur.

Non reconciliari ei qui moleſtiam exhibuerit, non tam eſt illum vlciſci,quàm contumelia Deum afficere,qui hanc legem præſcripſit.

*De gratis & beneficia agnoſcentibus,*
*Sermo* 57.

D Quid retribuam Domino pro omnibus quæ mihi largitus eſt? *Pſal.115.*

Si obliuiſcar tui Hieruſalem,in obliuionem veniat dextra mea,agglutinetur lingua mea gutturi meo. *136.*

Prudentiæ eſt agnoſcere cui debeatur gratia. *Salomonis.*

Qui gratiam refert,in futurum proſpicit,ac in tempore miſeriæ ſuæ inueniet quo ſtabiliatur. *Sirac.29.*

Gratia hominis tanquam pupilla oculi obſeruanda.

Vnus autẽ de leproſis cum vidiſſet ſe eſſe ſanatum, cum magna voce reuerſus eſt Deum laude celebrans, & cecidit in faciem ſuam ad pedes Ieſu, gratias illi agens:is autem erat Samaritanus. *Lucæ 17.*

In omni re gratias agite: hoc enim Deus requirit à vobis,qui Chriſtum Ieſum agnoſcitis. *2.Theſſ.5*

E Impertiatur Dominus miſericordiam Oneſiphori familiæ,quia ſæpe me recreauit & refecit, nec catenæ meæ eum puduit, ſed cum Romam veniſſet, ſumma diligentia me quæſiuit,& inuenit: faxit Dominus, vt illo die miſericordiam conſequatur. *1.Tim.1.*

Beneficiorum acceptorum commemoratio,honeſta eſt laudandi occaſio. *Baſilij.*

Benemeritis vltro debemus omnem beneuolentiam præſtare.

Reddemus igitur cum fœnore debitum, ſi modo tanta copia abundare videamur. *Theologi.*

Quando,quantũ debemus ad gratiam vobis referẽdam,dicere non valemus,dicimus quãtum poſſumus. *Chryſoſtomi.*

*Philonis.* Nihil tam valet ad beneuolentiam conciliandam, quàm beneficiorum deprædicatio acceptorum.

*De ingratis & beneficia non agnoſcentibus,*
*Sermo* 58.

*Pſal.* 33. MAla pro bonis mihi reddiderunt.
Calumniabantur me,cum diligerem eos. Ego autem precabar,& mala pro bonis mihi repoſuerunt, & odium pro dilectione mea.

*Prouc.* 17 Qui mala pro bonis reddit, ex eius familia mala nõ mouebuntur.

*Oſeæ* 7. Væ illis, quia reſilierunt à me, infelices ſunt, quia impij in me fuerunt. Ego enim redemeram eos, ipſi vero oblocuti ſunt mihi falsò.

*Eſaiæ* 1. Audi cœlum, auribus percipe terra, quia Dominus loquitur: Filios procreaui, euexi, ipſi vero me reiecerunt: agnoſcit bos dominum ſuum poſſidentem, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non agnoſcit, & populus meus non intelligit.

*Sapien.* 16 Ingrati ſpes, quaſi hyberna pruina liqueſcet, & defluet vt inutilis aqua.

*Sirach.* 19 Ingrata mens deſeret eum à quo aliquando fuerit liberata.

*Ibidem.* Hoſpitio & potu excipies ingratũ, & inſuper acerba audies, &c. Duplicia enim mala comparabis tibi pro omnibus bonis, quæ in eum contuleris.

*Baſilij.* Indigna res, cum qui ſit beneficio affectus vel maximis oppigneratorum remiſſionibus & condonationibus, præter quàm quòd ingratus ſit, etiam iniuria & ignominia laceſſere: indignum quidem id eſt, ſed facienti, maiori eſt damno, quàm patienti.

Ingrati animi, in alienatione bonorum, præteritam gratiam ſentire conſueuerunt: cum enim acceperint à liberalioribus, nullam largienti habẽt gratiam: priuati autem, præterita beata prædicant.

Admirãda illa quidẽ ingratitudo eſt, quæ bene merẽtis beneuolentiam, ingratitudinis occaſionem facit.

Permulti ſunt moroſis hominibus ſimiles, id quod adeſt contemnentes, & quæ abſunt requirentes: non enim indigentiores ipſis enumerãdo, pro iis quæ poſſident gratias agunt domino: ſed comparantes ſua cum excellentiſſimis, & quantum vincantur cogitantes, quaſi propriis careant, quòd aliena non habeant cruciantur & queruntur.

*Chriſoſtõ.* Multos hominum videre licet, beneficiis acceptis, mancipiorum ritu, de ſe bene meritos contemnere, & aduerſus illos ſupercilia contrahere.

Vitium maximum ingratitudo videtur, indignum profecto & perquam indignum vitium. Nam beneficio aliquo affectum, non conari rependere, ſi non licet aliter, at ſaltem gratias verbis agẽdo, vel omnino ſtulti & beneficia non ſentientis, vel ingrati hominis eſt.

*Hic deeſt* SERMO *59. qui inſcribitur: De conſultore & illis qui conſilium & reprehenſionem admittunt: & quod intelligere oporteat qualis ſit conſultor.*

*De iis qui conſilium & reprehenſionem non admittunt,*
*Sermo* 60.

*Salomonis* IN aures inſipientis nihil dicito, ne quando ſermones tuos prudentiæ plenos irrideat.

*Prou.* 15. Malos ne reprehendito, vt illis odio ne ſis.
Reprehenſio, impio eſt pro vibicibus.
Qui odit reprehẽſionẽ & caſtigationẽ, inſipiẽs eſt.
Qui malos caſtigat, ſibi pariet dedecus.
Qui caſtigationes odêre, turpiter vitam finient.
Imperitus non amabit caſtigantes ipſum.

A Oderunt in portis, reprehendentẽ, & ſanctam orationem abhominati ſunt. *Amos* 3.

Omnes reprehendentes in portis, pro offendiculo habebunt. *Hieremię*

Locutus ſum tibi in delicto tuo, & reſpondiſti te nõ auditurum.

Hæc fatur dominus: Ecce ego poſui ante veſtrum conſpectum viam vitæ & viam mortis. *Sirach.*

Improbus caſtigationem declinare ſolet.

Vir conſilio carens, nauigium eſt gubernatore deſtitutum. *Matt.* 18.

Si peccarit frater tuus, reprehẽde ipſum dũ ſoli eſtis: Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. *Baſilij.*

Qui nõ recipit, ſibi à fratre adhibitam curationem, is ſecum ipſe diſſidet. *Theologi.* B

Omnis anima repudians admonitiones, incurabilis eſt.

Amicè reprehendens, non eſt extra terminos amicitiæ eiiciendus. *Nili.*

Inanis eſt omnis oratio, quæ ad corrigendum adhibetur, ſi auditorum voluntas & ſtudium ad deterius inclinans, conſilio noſtro aduerſatur. *Chriſoſto.*

Multi ſæpenumero ne viderentur alterius egere cõſilio maluerunt prodere & amittere vtilitatem, quæ à conſilio profecta fuiſſet, quàm audiendo admonitiones, errata corrigere: & ignorare quàm diſcere maluerunt: neſcientes in diſcendo nullum eſſe crimen, ſed in C ignorando: nec diſcere, ſed inſcitiam retinere: nec reprehendi & caſtigari, ſed peccare ita vt corrigi nolis, vitio dari. Licet enim, licet, vel apud hominem infimũ & abiectiſſimũ, aliquid rectũ, quodque deceat inuenire, quod apud ſapientem & magnũ ſępe nõ reperitur.

Dauid, Iobi, monitione contempta, mulctę ſubiacet diuinæ.

Roboam conſilio maiorum natu repudiato, populum ſuum diſſipauit.

Nemini improborum, caſtigatio voluptati eſt. *Philonis.*

Inanis eſt omnis ad honeſtatem exhortans oratio, cum audientium animi ad deterius conſpirant.

D *De pudore honeſto,* *Sermo* 61.

SEmus & Iaphetus acceptam veſtem impoſuerunt ſuper dorſa ſua, & auerſi acceſſerunt, & nuditatem patris ſui contexerunt: auerſi igitur cum eſſent, nuditatem patris ſui non viderunt. *Gene.* 9.

Eſt pudor qui peccatũ adducit, eſt qui gloriã & gratiã. *Salomonis*

Non eſt honeſtum, quemuis pudorem cauere. *Sirach.* 32

Vt à tonitru confeſtim prodit fulgur: ſic à verecundo & pudente proficiſcetur gratia.

Verecundare coram parentibus de ſcortatione, coram præfecto & tyranno de mendacio, apud iudicem & magiſtratum de errato, apud ſocium & amicum de iniuria: in loco vbi habitas, de furto verendum eſt: in E cogitatione, de muliere nupta, & à curioſa eius ancilla: ab amico, de verbo exprobrationis, & patefactione arcanorum ſermonum. Et eris vere verecundus, eriſque gratioſus apud omnes.

Malus ſi audis, verere, non ignobilis. *Theologi.*
Genus ſunt qui pridem iam putruere diu.
Genus incipere, quàm finire melius eſt,

Verecundum, oportet peccatum vereri, & ne deum offendat, & ne quid turpe admittat. *Chryſoſt.*

Eſt igitur & hoc ſecũdum bonum, vereri: nam nunquam peccare palàm, eſt diuini cuiuſdam fati, & naturæ. Rubor autem qui ob non recte facta innaſcitur, temperantiæ indicat colorem. *Syneſij.*

De vere-



*De verecundia improbanda,*
*Sermo* 62.

*Sirach.* DE anima tua ne verearis: eſt enim pudor qui peccatum inducit, alter vero gloriam & gratiam: & ne accipias perſonam contra animam tuam, nec verearis in ruinam tuam.

Eſt qui pudoris gratiam aliquando profeſſus amico, parauit eum ſibi inimicum gratis.

Non eſt honeſtum, quamuis verecundiam obſeruare.

Ira & impudentia & pudẽdum quiddam eſt, ſi vxor, marito neceſſaria præbeat.

Mulieri improbæ, honeſtum eſt obſignata eſſe omnia: & vbi manus multæ, claudendum eſt: cuicunque dederis, numero & pondere, & datum & acceptum omnia perſcribantur. B

Eſt qui pudore perdit animam ſuam, & perſonæ acceptione perdet eam.

*Philonis.* Pudorem aiunt plæriſque inutilem eſſe.

*De iis qui iureiurando frequenter vtuntur: item non licere fruſtra vſurpare iuſiurandum aut omnino iurare,* *Sermo* 53.

*Exo.* 20. NOmen Domini Dei tui ne in vano & re nihili vſurpato, nõ enim purum exiſtimabit Dominus, eum qui nomen ipſius in vano vſurparit.

*Leuit.* 19. Nomen meum ne iurate in re iniqua, nec prophanate nomen Domini Dei veſtri.

*Eccleſia.* Iuri-iurando ne aſſuefacito os tuum, & ſancti nominationi non aſſueſcas. C

*Sirach.* 23 Qui multum iurat, iniquitate replebitur, nec flagellum ab illius domo recedet.

*Matt.* 5. Audiſtis dictum eſſe antiquis, non eſſe peierãdum, ſed reddendum Domino iuſiurandum. Ego vero dico non iurandum omnino: neque per cœlum, quod thronus ſit Dei: neque per terram, quod ea ſit ſcabellum pedum eius: ſed nec per caput tuum iuraueris, quia nõ potes capillum vnum candidum aut atrum facere: ſed ſit ſermo veſter, etiam, etiam: & non, non: quod enim præter hæc adiicitur, ex malo eſt.

*Iacobi.* 5. Ante omnia, fratres mei nolite iurare, neque per cœlum, neque per terrã, nec vllo alio modo iuratote. Sed ſit veſtrum, etiam, etiam: & non, non. D

*Theologi.* Lex ait, non peierabis: tu vero ne initio quidem iurato, neque per rem minimam neque per maximam, quod iuſiurandum, periurium pariat.

*Chryſoſt.* Iuſiurandum, omnis controuerſiæ finis eſt ad confirmationem.

*Gregorij Niſſ.* Iuramentum, eſt oratio confirmans per ſe veritatem.

*Philonis.* Iuſiurandum eſt teſtificatio dei de re controuerſa.

*† ηϗυδι- χελίως ὀμνύειν.* [redacted].

**Socratis.* * Bonos viros decet, vt eos mores afferre videantur qui ſint iureiurando firmiores.

Iuſiurandum oblatum, duabus de cauſis ſuſcipito: aut te à crimine abſoluens, aut amicos ex magnis periculis liberans. E

Pecuniæ cauſa nequicquam Deum iurâris, ne ſi ſancte quidem iuraturus ſis: aliis enim peierare, aliis auarus eſſe videberis.

*Euſebij.* Multi ſolent monere alios, vt ſancte iurent: ego vero ne ab initio quidem, facile iurare licitum eſſe cenſeo.

Morum probitatem iureiurando firmiorem, habere oportet.

*De multum iurantibus & iuſiurandum exigentibus,*
*Sermo* 64.



A SI anima peccarit & vocem iuriſiurandi audierit, & hic teſtis vel vidit, vel conſcius eſt, niſi enunciarit, aſciſcet ſibi peccatum illius. *Leuitici* 5.

Si qui iuſiurandum additum audierint, nec enunciauerint, quod homines aut metuerent, aut reuererẽtur, fraudem admiſerunt. *Salomonis*

Hæc dicit Dominus: Viuo ego, niſi teſtamentum meum quod violauit, & iuſiurãdum meum quod dedecore affecit, dedero in caput eius, & extendam rete meum in eum, capieturque in munitione ſua. *Zach.* 17.

Inique doloſeque iurauerunt, ſanctitate contempta: non enim iurantium poteſtas, ſed peccantium ſupplicium, perſequitur ſemper iniquorum præuaricationem. *Sapient.* *Salom.* 14.

B Vt ſeruus ſemper vapulans, flagello non emendatur: ſic iurans & Deum nominans ſemper, à peccato non repurgatur. *Sirac.* 15.

Qui multum iurat, iniquitate plenus eſſe ſolet, nec ab illus domo diſcedet flagellum.

Confirmans mendacium iureiurando, exitioſam inhumanitatis mercem, videlicet periurium, comparat.

Non tam interficit enſis, quàm iuriſiurandi natura: non tam occidit gladius, quàm iuriſiurãdi plaga. Qui iurat, etſi videtur viuere, tamen iam mortuus eſt, & plagam accepit: Ac quemadmodum cui iniectus eſt laqueus, priuſquam ex vrbe egrediatur & adſtantem videat carnificem, mortuus eſt, ſimul atque ianuam C egreſſus eſt prætorij. Sic & qui falsò mendaciterque iurârit, etiamſi viuat, mortuus eſt. *Cryſoſto.*

Ex frequenti iureiurando, per-iurium naſcitur. *Philonis.*

Aiunt quidam, iuſiurandum verũ, non eſſe reiiciendũ: ſed qui iam iurârit, eius fides in ſuſpicionem venit.

Teſtificatio Dei eſt de rebus ambiguis, iuſiurãdum: teſtem autem adhibere in mendacio Deum, ſummè impium eſt.

[redacted].

*De Zelo bono & imitatione bona,* *Sermo* 65.

D DIxit Dominus, Exemplũ dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ſic & vos alij aliis faciatis. *Ioan.* 13.

Aemulamini dona perfectiora. *1. Cor.* 14

Imitatores mei eſtote, quemadmodum & ego Chriſti.

Conſyderemus alij alios ad charitatis prouocationem, & honeſtorum operum.

Memores eſtote eorum qui vobis præſunt, qui vobis verbum Dei miniſtrarunt, quorum cõtemplantes exitum conuerſationis, imitamini fidem.

Dilecte, noli tibi malum ad imitandum proponere, ſed id quod bonum eſt: qui bene facit, ex Deo eſt: at qui male, Deum non vidit. *3. Ioan.* 1.

Imitatio, conciliatio eſt, & coniungit cum eo quod E imitandum proponitur, imitantem. *Syneſij.*

Si videris et hnicum vitæ tẽperatæ, & reliquæ morum honeſtatis ſtudioſum ſupra te, tuum etiam ſtudiũ intende, vt fias aſſimilis fructuoſæ ficui, quæ per caprifici viciniam vires ſuas colligit, ac diffuſionem cohibens melius ſuos fructus alit & producit. *Baſilij.*

*De Zelo & imitatione praua,* *Sermo* 66.

EGo Dominus Deus veſter: Secundum inſtituta Ægypti, in qua incolæ fuiſtis, non viuetis: nec ex inſtitutis Chananæorum vitam inſtituetis, in quorum agrum vos inducam, nec ex legibus eorum regemini, ne terra deteſtetur vos, ſicut deteſtata eſt eos qui habitabant in ipſa. *Leuit.* 18.

*Pſalm. 1.* Beatus qui non adiit cōſilia impiorum,& in via ſceleratorum non ſtetit,& in cathedra peſtilenti nō ſedit.

Noli æmulari ſcelerate viuentes,nec legis violatores,quia ſicut herba cito exareſcent.

*Salomonis* Vide ne prauorum hominū dedecora aſciſcas, nec vias illorum ſequaris.

*Prou. 24.* Fili noli æmulari improbos, nec cum illis eſſe cōcupiſcas:mēdacia enim meditatur cor eorum, & moleſtias labia eorum loquuntur.

Ne delectare malis,nec improbos æmulare.

*Prou. 4.* Fili ne legis cōtēptorū vias ſequare,vbicūque caſtrametati fuerint,eò ne accedas, declina illos & præteri, nō enim ſomnum capere ſolent,niſi malefecerint, detractus eſt illis ſomnus, nec dormiunt. Iſti enim cibis impietatis aluntur,& vino iniquitatis inebriantur.

Impiorum vias ne ingrediaris, nec exlegum viam quæras.

*Sirach.* Noli æmulari gloriam ſceleratorum:ignoras enim quid exitus ipſorum ferat.

*Galat. 4.* Semper decet æmulari honeſta.

*Baſilij.* Fugite imitationes condemnatorum.

*Theologi.* Noli quicquam æmulari eorum quibus non inuidetur,ſed odio habentur.

Noli cogitare te malis videri præſtātiorem, ſed triſtare quod ſis bonis inferior.

*De charitate,pace,concordia & pacificis, Sermo 67.*

*Pſal. 33.* QVære pacem,& eam perſequere.

Eſt derelictio homini pacifico.

Cum iis qui pacem oderunt,eram pacificus.

*Salomonis* Cupientes pacem,lætitia afficientur.

Occultant inimicitiam labia iuſta.

Libere reprehendens,pacem conciliat.

Iram viri mitigat famulus taciturnus.

Qui cælat iniuriam,quærit amicitiam.

Omnes non contentioſos teget amicitia.

Simulātio ſummiſſe ſe gerens,iram auertit.

Melius eſt fruſtum panis cum lætitia in pace,quàm domus multis bonis plena, & iniquis victimis cum contentione.

Melius eſt accipi hoſpitē oleribus amicè& gratioſe, quàm ſi apponerentur vituli cum inimicitia.

*Zacha. 8.* Veritatem & pacem diligite,dicit Dominus.

*Eſaiæ 26* Pacem Domine Deus da nobis,cum omnia nobis dederis.

*Sirach.* Si proſpera & pacifica tibi fuerint omnia,plurimi ſeſe tibi coniungent.

*Matth. 5.* Dixit Dominus,Diligite inimicos veſtros: benedicite iis,qui execrantur vos:benefacite iis,qui vos oderunt:& orate pro iis qui vos offendūt & perſequutur, vt ſitis filij patris veſtri, qui eſt in cœlis: quia ſolem ſuum exoriri facit ſuper improbos & probos,& pluuiam demittit ſuper iuſtos & iniuſtos.

Beati pacifici,quoniam ipſi filij Dei vocabuntur.

Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis.

In quācunque domū ingreſſi fueritis, primū dicite, Pax huic domui:& ſi fuerit illic filius pacis,requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin ſecus,ad vos ſe reflectet.

*Rom. 12.* Quoad à vobis fieri poteſt, cum omnibus hominibus pacem habete.

Pacem perſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam,ſine qua nemo Deum viſurus eſt.

Nemini quicquam debete, niſi vt mutuo alij alios diligatis: qui enim alterum diligit, legem compleuit: nam illud, Non committes adulterium, Non furaberis,Non falſum dices teſtimonium,Non concupiſces, & ſi quod præterea eſt aliud mandatum, in hoc ſermone ſummatim comprehenditur, qui eſt: Diligito proximum tuum tanquam teipſum.

Dilectio,proximum malo non afficit: expletio igitur legis,eſt dilectio.

Tota lex in vno ſolo completa eſt, in illo videlicet: Proximum tanquam teipſum diligito.

*1. Pet. 4.* Ex puro corde alij alios vehementer diligitote:charitas enim operit multitudinem peccatorum.

*1. Ioan. 4.* Si quis dicat ſe Deum diligere, & fratrem ſuum oderit,mendax eſt.Qui enim fratrem ſuum non diligit quem videt, quo tandem modo diligere poteſt deum quem non videt?

*S. Ignatij.* Nihil eſt pace melius, qua omne bellum dirimitur.

*Baſilij.* Quàm ſit res honeſta pax,quid neceſſe eſt commemorare apud filios pacis?nihil eſt tam proprium Chriſtiani, quàm pacem conciliare & pacificum eſſe: itaque Dominus mercedem maximam nobis propter illam promiſit.

Ratam facite charitatem,qua remota nullum mandatum confici poſſe Dominus ipſe affirmauit.

Non omnium Deus,Deus eſt: ſed ſibi coniunctorū per charitatem.

*Theologi.* Nihil tam firmum ad charitatem,quàm mutua affectio.

Humana eſt charitas,vel potius ipſa humanitas.

Nō ſatis eſt animi affectio, niſi & re ipſa declaretur: opus enim,affectionis argumentum & probatio eſt.

Deo proximi rerumq́ue diuinarum participes eſſe cēſentur,qui pacis commoda amplectuntur,& è contrario ſeditionem oderunt,& moleſte ferunt.

Laudabilius eſt bellum, quàm pax ea quæ nos à Deo diſiungit & ſeparat.

Præſtat honeſte vinci, quàm periculoſe contra fas vincere.

Nemo ita exiſtimet me in ea eſſe ſentētia, vt dicam omnem pacem eſſe amplectendam:noui enim vt ſeditionem quādam optimā, ſic nocentiſſimā concordiā: ſed eā quæ honeſta ſit,& ob rem honeſtā ſuſcipiatur, quæq́ue Deo nos copulet,probandam eſſe cenſeo.

Plurimum valet ad concordiam,alienis affici malis: & ad conſilium capiendum,concordia.

In amore nulla eſt ſatietas, qui niſi re amara potiatur,maiorem concipit flammam: atque id huius cultor virtutis Paulus declarans, dicebat: Nemini quicquam debetote,niſi vt inuicem diligatis. *Rom. 12.*

Dilectio,omnis virtutis effectrix.

Optima & præſtantiſſima res eſt concordia,& conſenſio mutua.

Vt enim cum iraſcimur,& contendimus,& confligimus inuicem,diabolus gaudet &regnat:ſic nobis in pace viuentibus & iram regentibus, mœrore contrahitur & abiectus redditur: quippe qui ſit pacis hoſtis, & concordiæ inimicus,& inuidentiæ pater.

*Gregorij. Nyſſeni.* Caput bene ſentientium pax eſt.

Vt valetudine recuperata morbus euaneſcit, & lumine illato tenebræ recedunt: ſic pace oborta, diſſoluuntur omnes perturbationes quæ ab aduerſario productæ erant.

Pax,eſt diſſidentium concordia & conſenſio.

Bellum honeſtum,pace turpi magis expetendum.

Pax bona,magnum malorum ipſi contrariorum numerum ex animo depellere & fugare ſolet.

*Clementis* Omnis malorum turba,charitatis affectione exterminatur.

Multis modis charitas intelligitur & ſentitur,clemētia,ſuauitate,patiētia,inuidētiæ & æmulationis vacuitate



tate,& iniuriarum obliuione: indiuidua eſt in omnibus,inſeparabilis,ad impertiendum propenſa.

Amare inimicos iubet non autem malum, neque impietatem, aut adulterium,aut furtum:ſed furem,& adulterum,non quia peccet, & illa turpi actione, hominis vocabulum contaminet: ſed quia homo ſit, & Dei opus. Peccatum certe actio eſt, non ſubſtantia, ideoq́ue ne opus quidem Dei eſt.

*Philonis.* Pax vel cum magno damno cōiuncta, vtilior bello.

Pax ex recta præfectorū adminiſtratione naſcitur.

Pax maximū bonū eſt, quod nullus omnino mortalium præſtare poſſet:ſiquidē diuinum hoc donū eſt.

*Cratetis.* Crates Thebanus fertur familias diſſidentes adiiſſe,& de pace verba faciendo lites diremiſſe.

*Democriti* Seipſum vincere, omnium victoriarum prima & pulcherrima:vinci autem à ſeipſo, & turpiſſimum& peſſimum eſt.

*Lamachi.* Lamachus cum quendam manipuli ductorem obiurgaret peccantem,illeq́ue reſpondiſſet,Se in reliquū tempus non peccaturum: Non licet, inquit, in bello bis peccare.

*De odio & inimicitiis,& pugnas ſerentibus, Sermo 68.*

*Iudicū. 11* IEphtha nūcios miſit ad regē Ammonitarum, cum huiuſmodi mandatis:Quid tibi mecū rei eſt, quod venis in fines agri noſtri bellatum? nihil in te peccaui: & tu mecum malitioſe agis,qui mihi bellum inferas. Iudicet Dominus de cauſa Iſraelitarum & Ammonitarum.Rex autem Ammonitarum non acquieuit orationi Iephthæ, qua per nuncios apud illum vſus erat: & corripuit Iephtham ſpiritus Domini, & progreſſus eſt ad bellum inferendum filiis Ammonis, tradiditq́ue eos Dominus in manus ei,vaſtauitq́ue viginti vrbes:& Ammonitæ timuerunt Iſraelitas.

*Dauid.* Seda iracundiam, & iram omitte, noli ita æmulari vt improbe agas:quia improbi funditus peribunt.

Diſperge gentes quæ bella volunt.

*Salo. 15.* Odium excitat contentionem.

Quocunque ingreſſa fuerit contumelia, eò etiam ignominia.

Vir iracundus præparat pugnas.

Cōtradictiones excitat omnis malus: Dominus autem illi mittet angelum immiſericordem.

Peccādi cupidus,pugnis gaudet: moleſta oratio excitat iras.

Ne inſultes aut irruas in prælium citò, ne ad extremum te eius pœniteat.

Vt ferrum acuit ferrum,ſic homo hominem irritat.

Noli ſine cauſa inimicitias cum quoquam ſuſcipere,ne quid in te mali excogitet.

*Eſaiæ. 59* Contritio & miſeria in viis eorum, nec viam pacis norunt,nec eſt in viis eorum iudicium: viæ enim quas ingrediuntur,prauæ ſunt,nec pacem nouerunt.

*Ezechiel.* Tota familia Iſraelitica ex contentioſis & peruicacibus conſtat.

Improbus exacerbat amicos, & inter concorditer viuentes iniicit calumniam.

*Sirach. 28* Contentio feſtinata emittit ignem, & pugna accelerata effundit ſanguinem.

*Matth. 12* Omne regnū ſecū diſſidens deſolatur,itēq́ue ciuitas omnis ac familia diuiſa aduerſus ſeipſam, non ſtabit.

Quia multiplicabitur iniquitas, frigeſcet charitas multorum.

*1. Cori. 11* Si quis videtur contentioſus eſſe,nos talem conſuetudinem non habemus,nec Eccleſia Dei.

Qui conturbat vos, damnationem portabit quicunque tandem ſit.



Quum enim in vobis contentio & æmulatio & ſeditiones ſint,nónne carnales eſtis, & hominum ritu ambulatis & viuitis?

*Iacob. 3.* Vbi æmulatio & contentio,ibi inconſtantia & omnis improbitas.

Seruum Domini nō decet pugnare,ſed erga omnes mitem eſſe.

*1. Ioan. 4* Si quis dicat ſe Deum diligere, & fratrem ſuum oderit,mendax eſt.

*Baſilij.* Defecit dilectio mandatorum radix.

In certaminibus improbitatis miſerior eſt qui vicerit,propterea quod peccatis onuſtior diſcedit.

Solent contentioſi,minus conſilio valere, & ſæpe ſuis rebus male conſulere,vt dolore afficiant ſuos aduerſarios.

*Theologi.* Præſtat honeſte vinci, quàm periculoſe & iniuſte vincere.

*(Ex Græcis hoc loco mutilis,hæc tantū integro ſenſu reddere licuit.)* Qui ingenio ſunt bellicoſo,gloriā ſuam ex publico malo venantur, & dedecore ſuo gloriantur.

Apertum hoſtem cauere, facile eſt.

Inimicitiæ fines fac noſcas,nullos autē beneuolētiæ.

*Chryſoſtomi.* Qui inter nos temere digladiamur? quid bellamus alij cum aliis?quibus præceptum eſt, vt qui nos oderint,amemus.

Si inter Paulum & Barnabam anguſtus & puſillus animus fuit,quid mirum ſi etiam inter nos?

Non vbique debemus velle vincere: eſt enim vbi victoria detrimentū affert, vinci autem vtilitatē præbet.

*Democri.* Seipſum vincere omniū victoriarū prima & præſtātiſſima eſt, at vinci à ſeipſo & turpiſſimū & peſſimū.

*Iſocratis.* Praua ingenia, eadem ſolent eſſe & contentioſa, vt non prius finem faciant pugnæ & contentionis,quàm letalem acceperint plagam,& ſupplicio memorabili afficiantur.

*Euripidis* Nam conſilium bonum multas vincit manus.

Turbæ vero coniuncta ruditas,plus affert mali

*De obloquutoribus,& contumelia, Sermo 69.*

*Deutero.* AVditionem inanem ne admittas.

*Pſal. 14.* Qui detrahebat clam proximo ſuo, eum perſequebar.

*Baſilij.* Qui fratri detrahit,aut audit detrahentem & ſuſtinet,ambo digni ſunt qui exterminentur.

*Theologi.* Nihil tam iucundum eſt hominibus,atque de alienis rebus loqui,& maxime ſi fauore alicuius aut odio ducantur, à quibus ſolet plurimum veritas occultari & ſupprimi.

Cum iraſceris conuitium facienti, probra cōfirmas: quid eſt enim ira inſipientius? Sin vero iræ parcas & lentus fueris,pudore afficis iniuriam facientem,reipſa temperantiam declarans.

*Chriſo.* Qui fratrem ſuum criminatur, fraternas carnes edit,exiſtimatione eius læſa, & mille aliis malis lingua patratis.

Vt benedicere & laudare,initium amicitiæ eſt: ſic maledicere & criminari, inimicitiæ & odij & ſexcentorum malorum principium & occaſio eſt.

Si tibi vt probrū obiicit inimicus,peccatum cuius tu tibi conſcius es, nec tu audiens illum contumelioſe excipis, ſed acerbe gemis, deumq́ue precaris, ſtatim omne peccatum à te remouiſti.

*Clementis* Fac nunquam reuerearis eum qui apud te alteri detrahit,ſed potius illum ſic moneas,dicens: Deſine frater.Ego quotidie grauius labor & pecco: & quî poſſum illum condemnare? duos enim lucraberis, ac vno emplaſtro & teipſum & proximum ſanans.

*Platon.* Plato cum quidam ei narraret eſſe nonnullos qui ipſum maledictis inſectarentur: Et ego, inquit, ſic viuam, vt illis non habeatur fides.

Quum reprehenderis conuitioſe, vide num quid à te cõuitio dignũ deſignatum ſit: Quod ſi à te nihil tale actum eſt, fumum eſſe conuitium illud exiſtimato.

*Chabriæ.* Chabrias ab improbo quodam multis conuitiis affectus: Bene, inquit, feciſti, quod nihil eorum quæ inſunt, prætermiſiſti.

Gladius ſecat, calumnia autem diſiungit amicos.

Neque infirmi, ictus: neque ſtulti minas metuere debemus?

*Philipp⁹.* Philippum Alexandri patrem conuitio afficiebat quidam effreni lingua præditus, cumq́ue amici hortarentur vt conuitiatorem perſequeretur: Non eſt hoc, inquit ille, faciendum, ne amplius affectus & implicatus plura in nos iaciat maledicta.

Idem dicebat ſe ſuis conuitiatoribus gratiam habere, quod ſe meliorem redderent.

Ego enim, inquit, ſtudens illos mendacij conuincere, ſi quid improbe fecerim, muto conſilium & pœnitentia emendo factum.

*Democriti.* Vitato calumnias etiam falſas: multi enim veritatẽ ignorantes, exiſtimationis & opinionis rationem tantum habent.

Quum ſapientia cuidamliquis diceret, ſe præſente, ipſi à certo quodam conuitium factum: tum ille, Niſi tu, inquit, libenter audiuiſſes, nunquam ille mihi conuitiatus eſſet.

Cum quidam afficeretur conuitio à Caluo aliquo: Tibi, inquit, contumeliam non dicã, ſed capillos tuos laudo, quod malum caput refugerint.

Conuitio laceſſitus quidam ab altero diſcedebat: cum autem conuitiator perſequeretur, ac diceret, Fugis? Etiam, inquit: nam tu quidem maledicendi poteſtatem habes, ego autem non audiendi.

Cum cuidam multis modis aliquis vt probrum obiiceret, quod è parentibus prognatus eſſet ignobilibus: Mihi, inquit, dedecori ſunt parentes, tu vero parentibus.

*Diogenis.* Diogenes conuitianti ſibi, At nec mihi, inquit, credit quiſquam te laudanti, nec tibi, me vituperanti.

Cum ſapienti quidã narraret, eum à quopiam cõuitio impetitũ: Non pręſentem, inquit, etiã verberet me.

*De loquacitate & temeritate in dicendo, Sermo 70.*

*Matth. 12* ILlud autem vobis confirmo fore, vt de omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, in die iudicij rationem reddant: nam ex verbis tuis iuſtificabebis, & ex verbis tuis condemnaberis.

*Iacobi. 1.* Sit omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum.

Nullus ſermo ſpurcus de ore veſtro exeat, ſed ſi quis aptus eſt ad ædificationem fidei.

*Sirach. 8.* Cum linguaci noli pugnare, nec in ignem eius ligna congerere.

Ne feſtina pronunciare verbum in conſpectu Dei, quia deus in cælo ſurſum, & tu in terra deorſum.

*Baſilij.* Lingua ne ſis in omnibus confidenti, ne quid tibi intempeſtiuum accidat: quemadmodum oculus totũ volens intueri ſolem, id etiam quod habet lumen perdit.

*Theologi.* Lubrica eſt lingua, quæ non ratione regitur.

*Chryſoſtomi.* Multi ſæpe etiam temperantes, per obſcœna verba ad vitioſas actiones deſcenderunt: anima enim noſtra nec bona eſt natura, nec mala, ſed ex † inſtituto hoc & illud efficitur.

*† προαιρέσει.*

Nullus ſit ſermo otioſus: ab otioſo enim in abſurdos delabimur. Non eſt hoc tẽpus ridendi, ſed lugẽdi, afflictionum & lamentationum. Tu vero ſcurrã agis? quis athleta in ſtadiũ ingreſſus, omiſſo certamine cum aduerſario, vrbana iactat dicta? Adſtat diabolus, circumit rugiens ad rapiendum, omnia mouet, omnia voluit in caput tuum, & machinatur, vt è domo te extrudat, crepat dentibus, fremit, ignem ſufflat contra ſalutem tuam: & tu ſedes vrbanis dictis te oblectans, & ſtulta loquens, ac ea quæ non decet ore proferens.

*Nili.* Si ventrem contines, cõtine & linguam: vt ne ſis alterius ſeruus, alterius autem ſtultè liber.

*Euagrij.* Loquere quæ decet, & quãdo decet, & de rebus honeſtis: & non audies inhoneſta, quęq́ue minime decet.

Amygdalas, quia omnium ſtirpium primæ florent, pruina corrumpere ſolet: ſic homines ferè linguæ temeritas, & præceps loquacitas.

*Iſocratis.* Quicquid dicturus es, id prius in animo cõſyderato: multorum enim lingua mentem præcurrit.

Iſocrates orator, cum Caræon loquax ei vellet operam dare, duplicem petebat mercedem, cumq́ue ille cauſam percunctaretur: Vnam, inquit, vt loqui diſcas: alteram autem vt tacere.

*Clitarchi.* Quæ nolis audire, ea ne dicito: quæ nolis dicere, ea ne audito quidem. Aurium enim & linguæ magnum eſt periculum.

Præſtat pede quàm lingua labi.

*Socratis.* Arrogãtia eſt omnia dicere, nihil autẽ audire velle.

*Theophylacti.* Multiloquiũ multa errata habet, ſed tacere tutũ eſt.

*Simocati.* Quæ verbis peccarimus, eorum ſupplicium factis feremus.

*De contradictione & confidentia, ſiue audacia, Sermo, 71.*

*Rom. 9.* TV quis es, qui ex aduerſo reſpõdeas Deo? num dicet figmentum fictori ſuo, Cur me ſic feciſti? an non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa faciendi aliud vas honorificum, aliud dedecoroſum?

*Salo. 27.* Ferrum acuit ferrum, homo hominem exaſperat.

Vt ante ignem vapor camini & fumus præit, ſic ante vulnera & ſanguinem conuitia.

*Sirach 28.* Contentio accelerata ignem accendit, & pugna feſtinans ſanguinem effundit.

Diſſenſionem ſedat omnis taciturnus.

Diſſenſiones excitat omnis malus: Dominus autem illi angelum immiſericordem mittit.

Aſſuefactus verbis probroſis, in omnibus diebus ſuis non caſtigabitur.

*Baſilij.* Vbi odia, lites, iræ, cõtẽtiones, magnos tumultus in animis excitãt, ibi ſpiritus mãſuetudinis nõ requieſcit.

Ipſa contradictio, imperatoriũ quiddam & voluntatem nulli ſe ſubiiciendi indicat, etiamſi in humili fuerit habitu.

*Theologi.* Solent enim magno ſpiritu præditi violentis contumaciter præfracteque reſiſtere: & quemadmodum flamma à vento excitata, tanto magis accendi, quanto vehementius ſufflatur.

*Chryſoſtomi.* Si finis doctrinæ eſt ſeipſum revereri: extremæ eſt imperitiæ, ne alios quidem reuereri.

*Philonis.* Impudentia, eſt propria ſceleratorum, pudor autem bonorum. Neutro autem horum affectuum moueri, eorum eſt qui nihil affirmant, aut aſſentiuntur.

*Ariſtotelis.* Ariſtoteles cum ab impudente quodam conuitiis laceſſeretur: Tu (inquit) & conuitia facile audis & libenter dicis: mihi vero & dicere non conſuetum, & audire iniucundum.

Si quis malus cum ſit non erubeſcit, inſigniter improbus eſt.

Lingua



*Socratis.* Lingua petulanti non vtendum, Sæpe enim audacia ipſum perdidit caput.

*Euripidis* Audacia quidem, nemo adhuc virtutem comparauit, ſed induſtria, generoſitate & clementia.

*Theophra* Theophraſtus adoleſcentulũ erubeſcentem conſpicatus: Cõfide, inquit, talem enim virtus habet colorẽ.

*De temerario & impudente, iracundo, & efferueſcente ira, & extremæ bilis homine, Sermo 72.*

*Geneſ. 49* SImeon & Leui fratres, iniuſtitiam perfecerũt propoſiti ſui, in conſilium eorũ ne veniat anima mea, quia in ira ſua interfecerunt homines, & in cupiditate ſua eneruauerunt tauros: deteſtãda ipſorum ira eſt ob contumaciam: & indignatio eorum, quia induruit.

*Iob.* Scelerati commoti ira, imbecillos euerterunt.

Impius eſt qui non reueretur conſpectum honorati viri, nec nouit ei honorem habere.

*Dauid.* Fac finem iracundiæ, iramq́ue omittito.

Ira eorum eſt, qualis ſerpentis.

*Salom. 15* Qui iracundus eſt, agit nullo conſilio adhibito.

Iracundus indecorè ſe gerit.

Grauis eſt lapis & portatu difficilis arena: ſed inſipientis ira grauior vtroque.

Animoſus fodit victoriam, iracundus autem effodit peccatum.

*† διδυμός.* Vbi non eſt † concitatus ira, ibi quieſcit pugna.

Inſipientis labia in calamitatẽ ferunt, os autem eius audax, mortem accerſit.

Os inſipientis conterit ipſum, & labia illaqueant animam?

*† Cæcias.* † Boreas excitat nubes: facies imprudẽs, linguam irritat. *Iuxta Hebræos vertitur: Ventus aquilonaris pellit pluuias, at vultus ſeuer⁹ linguã abſcõſionis: id eſt, quæ clã defert.*

Ore impudenti qui eſt, odio habebitur.

Propter iniuriam ſuperbiens, temerario eſt corde.

*Iſaiæ.* Ne feſtina ſpiritu perturbari, quia ira in ſinu inſi-

*Ieremiæ.* pientium manet & conquieſcit.

Néruus ferreus collum tuum, & facies tua ænea.

[redacted] Aſpectus meretricis fuit tibi, erga omnes te impudenter geſſiſti.

Cum iracundo ne pugnes, nec iter facito cum illo in ſolitudine, quia nihili æſtimat ſanguinẽ, & vbi nullus ſuccurrere poterit, ibi te proſternet.

[redacted]

Aemulatio & ira, dies vitæ minuunt.

Omnipotẽs domine deus ſalutis meæ, ne tradas me

*Matth. 5.* voluntati hominis impudentis.

Temerarius ne ſis, vt ne auferaris.

*Epheſ. 4.* Quicunque fratri ſuo iraſcitur temere, obnoxius erit iudicio.

Sol ne occidat ſuper iracundia veſtra, nec date locũ calumniatori.

*S. Baſilij.* Omnis amaritudo & excandeſcentia, & ira, & clamor & blaſphemia tollantur.

Poſtquam ſemel deturbata ratione, iræ perturbatio, animi dominatum occupauit, hominem efferat omnino, nec hominem eſſe patitur qui à ratione amplius auxilium habeat: nam quod eſt in venenatis venenũ, id eſt in irritatis & acerbis ira.

Quemadmodum enim torrentes per caua loca fluentes, quicquid occurrerit ſecum trahunt: ſic iratorum impetus, violenti ſunt, taleſq́ue vt retineri non queant, ac per omnia ſimiliter incurrunt.

Iratis non veneranda canicies, non victus vitæ, non propinquitas generis, non præterita beneficia, non aliud quicquam talium, apud tales magno æſtimatur.

Irati non prius deſiſtunt quam per magnum & inſanabile aliquod malum, ira ipſorum veluti bulla erũpat, & inflãmatio diſcutiatur. Neq; enim gladij acies, neque ignis, neque aliud quicquam eorum quæ maxime timentur, ira furentem animum coercere poteſt: Non magis quàm eos qui à dæmonibus occupati tenentur, à quibus irati nihil prorſus neque habitu, neque animi affectione differunt. Cum enim vlciſcendi libidine, quempiam dolore afficere cupiunt, tum iis ſanguis circa cor efferueſcit, quaſi calore ignis agitatus, & ebulliens: at cum in extrema cute effloreſcit, aliam irati ſpeciem demonſtrat, familiarem & notam omnibus veluti perſonam in ſcena immutans.

*Theologi.* Freno coërce iram, ne mente excidas.

Nihil tam puritatem & limpitudinem turbat mentis, atque ira immoderata quæ multo impetu fertur.

*Cyrilli.* Quæ fera adeo crudelis & immanis eſt, vt iracundus & intemperatæ iræ imperio ſubditus? Aut quod mare adeo vehementibus ventis agitatum & impulſum ad ſaxa illiditur, vt homo effrenis & aſper, quiq́ue nullo modo retineri poteſt quin iræ pareat, & totas perturbationi laxat habenas?

*Dionyſij Alexan.* Iraſci, apud nos eo vſque extendatur, dum peccata ſedet: Iraſcimini enim, inquit, & ne peccetis. Et ſummum ius vitandum eſt, cum dicat Eccleſiaſtes: Ne ſis iuſtus multum.

Iræ maxime opus eſt gubernatore: nam ſi gubernatore careat, ſurſum & deorſum agitata fluctibus & procellis, animam totam quaſi ſcapham fundo carentem euertet, corpore ſimul euerſo.

*De modeſtis & ſpiritu pauperibus, Sermo 73.*

*Gen. 18.* REſpondens Abrahamus: Nunc, inquit, cœpi loqui cum domino meo, cum tamen ſim terra & cinis.

*2. Reg. 16* Dixit Dauid ad Abeſſa: Sinite eum maledicta iacere, quia dixit ipſi deus: Si qua fieri poſſit vt Dominus videat humilitatem meam, & redeant ad me bona pro maledicto & execratione iſtius, hoc ipſo die.

*Iob.* Demiſſos oculos Deus liberat.

Antea auribus te audiui, nunc vero meus oculus te vidit: & meipſe nihili feci, me terram & cinerẽ putaui.

Semel Domine locutus ſum, ſed iterũ non loquar; quis enim ſum vt cauſam meã agam in conſpectu tuo?

*Pſal. 21.* Ego ſum vermis & non homo, probrum hominũ, & reiectamentum populi.

Propè adeſt dominus contritis corde, & humiles ſpiritu ſaluos facit.

*Pſal. 50.* Sacrificium Deo ſpiritus contritus, cor contritum & humiliatum deus non reiiciet.

In humilitate noſtra memor fuit noſtri Dominus, & redemit nos de inimicis noſtris.

*Salom. 29* Modeſtos ad gloriam euehet Dominus.

*Pro, 11.* Superbis Dominus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

*1 Pet. 5.* Os humilium, ſapientiam meditatur.

Sãctum exiſtimate, eum qui animum ſuum deiicit.

*Eſaię 66.* Quem reſpiciam, niſi humilem & quietum, ſermoneſq́ue meos cum tremore ſeruantem?

*Ezec. 17* Ego Dominus ſum qui lignum excelſum humile reddo, & lignum humile exalto: viride autẽ arefacio, & aridum florere facio. Ego qui quod dixerim, facio.

*Sirach. 17* Igne probatur aurum, & homines accepti fiunt humilitatis camino.

Quanto maior es, tanto ſummiſſius te geras in conſpectu Domini, & gratiam nanciſceris quia magna Domini poteſtas eſt, & ab humilibus magnificabitur?

Principum thronos detraxit Dominus, & pro illis plantauit abiectos. A

*Matt. 5.* Beati pauperes ſpiritu, quia ipſorum eſt regnum cœlorum.

Amen amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & facti fueritis vt parui pueri, non ingrediemini in regnũ cœlorum. Qui igitur ſe abiecerit vt paruus puer hic, in regno cœlorum is erit maximus.

Quicunque vult in vobis magnus eſſe, ſit miniſter veſter: & quicunque in vobis vult primus eſſe, ſit omnium ſeruus, & omnium poſtremus. Etenim filius hominis non venit vt ipſi miniſtraretur, ſed vt ipſe aliis miniſtraret.

Qui ſe ipſe elatè geſſerit, humilis reddetur: qui vero ſummiſſe, in altum gradum euehetur.

*Lucæ 5.* Dixit Petrus Ieſu: Exi à me, quia homo peccatis onuſtus ſum, Domine.

*Matthæ. 8.* Dixit Centurio: Non ſum idoneus, Domine, vt tectum meum ſubeas.

Quum ab aliquo vocatus fueris ad nuptias, ne accumbas in primo loco: *& quæ deinceps.*

Quum feceritis omnia quæ præſcripta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, quia quod debuimus facere, fecimus.

*Rom. 12.* Dico autem per gratiam mihi datam, cuiuis verſanti inter vos, ne ſentiat de ſe, ſupra id quod ſentire debet: ſed ita ſentiat, vt moderate & temperanter ſentiat,

Videte ne vos elate geratis, ſed abiectis & humilibus vos accommodetis.

*Philip. 2.* Per humilitatem animi, alium quiſque ſibi antecellere exiſtimato: non veſtra commoda ſpectate, ſed etiam aliorum.

Deus nos Apoſtolos poſtremos fecit, quaſi morti addictos: quin ſpectaculum facti ſumus mundo.

Quaſi mundi purgamenta facti ſumus.

*Iacobi.* Humiliamini coram Domino, & extollet vos.

*1. Pet. 5.* Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

*S. Baſilij.* Fieri non poteſt, vt is, qui non infimam & poſtremam ſortem ſibi æquo animo ferendam perſuaſus ſit: aut ſi conuitium ipſi fiat, iram comprimat: aut ſi prematur, potentia victor euadat.

Exercitatio humilitatis, eſt, in vilioribus rebus verſari: ſic enim gloriæ cupiditas coercetur.

Optimam dignitatis viam oſtendit Dominus, humilitatem dico.

Præſtat doctum, de ſuo iure cedere clementia, quã imperitum, per audaciam nimium alas extendere.

Non in veſte ſolum vtamur modeſtia, ſed etiam in animi conſtitutione: neque enim ceruicis deiectio, aut vocis remiſſio, aut capitis nutus, aut barba promiſſa, aut inceſſus compoſitus modeſtiam recte exprimunt, vtpote quæ ad tempus finguntur, ſed celerrime falſa deprehenduntur: quicquid autem eſt fictum, idem nõ diuturnum erit. Simus igitur vita quidem elati, ſed ſpiritu humiles: & virtute quidem inacceſſibiles, conuerſatione autem facillimus ſit ad nos aditus. Eſt enim hominis ciuilis officium, vt omnia faciat & ducat ex quibus ab aliis gloriam conſequatur: Spiritalis autem & eius qui nobiſcum ſentit, in vnicam rem ſpectare, nimirum ſalutem, quæ eſt in ſimplicitate & moribus minime doloſis, ac iniuriatum obliuione.

*Chryſoſt.* Nihil eſt tam Deo gratum, quàm ſeipſum cum poſtremis numerare.

A Non tam peccantem, quàm recte facientem, decet modum ſeruare & mediocritatem.

Modeſtia eſt, fortiter factis & virtutibus excelſum, animo ſeipſum deiicere.

Nemo credat labore carere, aut facile præſtari poſſe modeſtiæ & humilitatis officium. Innatum eſt enim ſuperbiæ vitium omnibus ferè natura humana conſtitutis. Quare hoc ex omnibus virtutis operibus difficillimum eſt.

Infamia non eum attingit, qui ſe moderatione & abiectione animi rexerit.

Modeſtia eſt, modeſte ſentire, alterum conuitiantem ferre, agnoſcere peccatum, accuſationes pati.

B Ταπεινοφροσύνη dicitur quod φρονήματος, id eſt ſpiritus eſt, ταπείνωσις, id eſt abiectio.

Modeſtus aut humilis eſt, is qui cum poſſit elatus eſſe, ſeipſe abiicit: vt ſi imperator ſubiiciatur prætori aut proconſuli, modeſtus eſt, quod ex alto deſcenderit. Sin prætor imperatori, non eſt humilis iccirco: non enim ex alto ſe ipſe abiecit, & extrenuauit.

Tanto quiſque debet ſe ſummiſſius gerere, quanto maior videtur eſſe. Decet enim vt ſuperiorẽ deterior ſequatur, ea ſpe vt fiat melior. *Clementis*

Beatus cuius eſt vita excelſa, ſpiritus autem humilis. *Nili.*

Armatura tutiſſima, animi modeſtia. *Euagrij.*

Legi, magiſtratui, & ſapientiori cedere, modeſtiæ eſt.

C Verſare cum modeſtis, & mores ipſorum ediſces. Si enim contemplatio dictorum vtilis eſt, quanto magis doctrina, quæ ex illorum ore proficiſcitur? *Patrum.*

Tolerantiæ & prudentiæ & iuſtitiæ amatorem, decet, elationem & magnos ſpiritus detrahere: nam magnum eſt argumentum verè exerceri virtutem, ſi omnis modeſtia adſit, & arrogantia abſit. *Philonis.*

Si dignitatibus & magiſtratibus multum inflantibus † præditus, tanquam optimus gubernator vela expanſa contrahito, ne imprudens præcipiteris. *† ἐφίεσαι.*

[redacted]

*De ſuperbis, & proteruis, & arrogantibus, & inanis gloriæ cupidis.*
*Sermo 74.*

D

OMnem [redacted] humilia, & ſuperbum reſtingue: tabefaci[redacted] ipſorum ignominia impleto. *Iob. 40.*

Dum ſuperbit impius, vt ignis accenditur. *Pſalm. 9.*

Oculos ſuperbos deprimes. *Pſalm. 17*

Vidi impium ſuperexaltatum, & in ſublime quaſi cedros Libani ſublatum.

Tu depreſſiſti ſicut ſaucium, ſuperbum. *Pſal. 88.*

Cum ſuperbo oculo & inexplebili corde cibum nõ ſumpſi. *Pſal. 100*

E Superbis Dominus reſiſtit, humilibus vero dat gratiam. *Salom. 11.*

Impurus eſt apud Dominũ, quiſquis eſt elato corde.

Audax & præfractus & arrogans, peſtis vocatur.

Perdam contumeliam exlegum, & ſuperborum iniuriam deprimam. *Sophon. 3.*

Si tam ſublime ſublatus fueris quàm aquila, ac inter aſtra nidum poſueris tuum, illinc detraham te, inquit Dominus.

Euanuerunt etiam pennigera, quia dixerunt Dominum non viſurum vias ipſorum. *Hieremiæ*

Omnes qui ſuperbe incedunt, Dominus deprimet, *Danie. 4.*

Tunc dicent in ſeipſos, Quid profuit nobis ſuperbia? quid item opulentia cum arrogantia coniuncta contulit? *Sap. Sa. 5.*



contulit? omnia in vmbræ morem præterierunt.

A Noli te tollere, ne cadas & animæ tuæ ignominiam inuras, & dominus patefaciat occulta tua, & in medio eccleſiæ deiiciat te.

*Sirach. 10* Odioſa eſt in conſpectu dei & hominum, inanis gloria.

Sunt qui ſe diuites prædicent, cum nihil habeant.

Melius eſt in ignobilitate ſibi ſeruire, quàm honorẽ ſibi aſſumere cum panis penuria.

*Ibidem.* Quid ſuperbit terra & cinis?

*Ibidem.* Superbiæ initium peccatum eſt, *(al. ſuperbia initium peccati eſt)* & præditus ea profundet execrabilia.

*Sirach. 13* Qui tangit picem, contaminabitur: qui cum ſuperbo communicat, ſimilis ei euadet.

B *Ibidem.* Deteſtantur ſuperbi, modeſtiam.

Ne ſuperbe te geras in conſpectu regis: noli ſuperbe ſentire de te, ſed time.

Defecit exlex, periit ſuperbus, cadent elati gladio.

Laudem inuicem accipientes, laudem à ſolo Deo non quæritis.

Quiſquis ſe ipſe extollit, deprimetur.

*Apoſtol.* Quod in hominibus excelſum eſt, id coram Deo deteſtandum, noli elatus eſſe, ſed time.

*Galat. 5.* Ne ſimus inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

*S. Baſilij.* Non verba ipſa ſolent dolore afficere, ſed conuitiantis nobis contemptus, & vt cuiuſque eſt de illis opinio.

C Mores hominis ſuperbi ſi vere ſanati fuerint, ſolent eſſe ſui deſpicientiores.

Aeque difficile eſt in rerum difficultatibus animum non abiectum ſeruare, atque in proſperitatibus non extolli.

Inanis gloriæ captator eſt, qui aliquid aut facit aut dicit mundanæ & nudę glorię cauſa, quę ipſi vel à ſpectatoribus vel auditoribus tribuatur.

*Theologi.* Ne multum tollare, vt ne magis deiiciare.

Inanis gloria, magnum eſt ad virtutem impedimentum.

D Facillimum eſt ſeipſum fallere, ac præ gloria inani inflatum, ſe aliquid putare cum nihil ſit.

Opinari, ab eo quod eſt plurimum dirimitur.

Noli cogitare te malis videri præſtantiorem: ſed potius triſtare quod ſis bonis inferior.

Iniuria eſt, ſi quis cum paulum valeat, multum infletur.

*Chryſoſt.* Quid faſtu & arrogantia turpius?

Verè dicta eſt ab antiquis inanis gloria, quod inanis ſit, nihil intus habens quod vtile ſit.

*Greg. Nyſſeni.* Generis nobilitas & faſtus ſuperbi, cognationem cum figulinis lateribus habẽt. *(Nimirum quia omnes homines ex luto vt lateres originem ducunt.)*

E Effrenatus & proteruus, cũ ab aliis adiri non poteſt, tum ipſe ſibi inimicus eſt.

Si detrahas faſtuoſos mores, iræ nullus relinquetur locus.

Elatus eſt ſemper arrogantium animus, & ad ſublimia ſemper fertur, conuiuere humilioribus non ſuſtinens, & moderatum & humilem deſpiciens ſpiritum.

Laudatione ſumma dignus eſt, qui arrogantem odit, videlicet ipſum arrogantiæ vitium quod eſt omnium malorum fœdiſſimum, tum apud deum, tum apud homines odioſum & reiiciendum. Quis enim contemptorem non putat moleſtum & intolerandum? quis turgidum non vitat ſpiritum? quis non inflatos obiurgandos & increpandos putat?

Semper enim quodam modo arrogans eſt audax, aſper, iracundus, & compeſci non poteſt.

Excelſo & glorioſo affixa eſt volubilis ad humilitatem mutatio & caſus, vt diuina docet oratio. *Clementis*

Aiunt quidam ſapientem omnium poſtremum exuere inanis gloriæ tunicam: etenim vt alias perturbationes ſuperet, à gloria & à populi laudatione ſuperari ſolet. *Philonis.*

Ex his qui in repub. verſantur, ſi detrahas † materias, inane ſepulchrum reperies mente carens. *† Id eſt, Quod foriſecus apparet.*

Honorem aut magiſtratum quis contempſit? Nullus feré illorũ qui adhuc immerſi fuerunt inani glorię.

Indignum eſt, vt is qui parum efficiat, multum glorietur. *Euagrij.*

In omnibus rebus opinio impedit illud quod eſt reuera.

Ventilator virtutis, animus ſuperbus.

Ciſterna deſtituta aquis, animus gloriæ cupidus.

Superbus animus, diuerſorium latronum.

Ieiunans, gloriæ inanis cupidus ſum, abdo me vt ignotus ſim, tanquam prudens, rurſus gloriam appeto. Splendide veſtitus ab ira vincor: vili habitu tectus, rurſum gloriam cupio: loquens vincor, tacens rurſus victus ſum: vtcunque proieceris iſtum tribulum, aculeus ſtat rectus. *Ioan. Climacis.*

Difficile eſt, inanis gloriæ dæmonem effugere: nam quicquid molitus fueris vt hanc detrahas, id ipſum erit alterius inanis gloriæ initium.

Fur, ſolem deteſtatur: ſuperbus modeſtos deſpicit.

Præſtat cum ratione vini potio, quàm cum faſtu, aquæ. *Maximi.*

Exhaurire oportet ex animis iuuenum falſam opinionem, & faſtum: ſicut aërem ex vtribus vtile quippiam infuſuri exugunt: ſecus enim inflatione & ſpiritu turgentes nihil admittunt. *Platonis.*

Vtres aër diſtendit, homines autem ſtultos elatio. *Socrates.*

Faſtus, quaſi paſtor, quo libet † multos agit. *Diogenis. † τῶν πολλῶν.*

* Alexander diuturno morbo afflictatus, vt conualuit, negauit ſe deterius eſſe affectum: admonuit enim nos ægritudo, mortales cum ſimus, ne magnifice de nobis ſentiamus. ** Alexãdri.*

Si videris improbum in altum gradum euectum, magníſque opibus & fortuna exultantem, ſuperciliáque ſupra fortunam extollentem, eius celerrimam expecta mutationem: tollitur enim altiſſime, vt maiori caſu ruat. *Philiſtionis.*

O ter miſeri quotquot magnis ſunt inflati rebus, ipſi enim hominis naturam non norunt. *Menandri.*

Ariſtoteles adoleſcentulum ſuperciliis ſublatis ſuperbientem conſpicatus, ſed nulla ſcientia præditum: Adoleſcentule, inquit, vtinam talis eſſem, qualis ipſe tibi videris: qualis autẽ reuera es, tales fiãt hoſtes mei. *Ariſtotelis.*

Idem cum animaduertiſſet ſumptuoſa chlamyde adoleſcentulum ſe iactantem: Non deſines, inquit, adoleſcentule ouis pelle gloriari?

*De amore ſui: Sermo 75.*

QVi amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit eam in hoc mundo, in vitam ſempiternam cuſtodiet eam. *Ioan. 12.*

Non qui ſeipſe commendat, hic probatus eſt, ſed quem deus commendat. *1. Cor. 10*

Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ ſunt Chriſti.

Quiuis ſibi videtur iuſtus, ſed cor dominus dirigit. *Salomonis*

Laudet te proximus, non os tuum, ſed labia aliena.

Omnes videntur pij in hoc vno, condemnan- *Theologi.*

ſdo videlicet alij alios impietatis,& ſuorum peccatorũ parum ſeueri iudices, alienorum autem accurati examinatores.

Conuerſemur alij aliis ſpiritualiter, & ſimus fratrum magis quàm noſtri amantes.

*Chryſoſt.* Qui non fratris obſequium accipit quod ille offert, ſecum ipſe diſſentit: nemo amicus, nemo frater, ſuis quiſque ſeruit commodis, ideóque ſua quiſque minuit: & infirmi & debellatu faciles, tum hominibus, tum diabolo ſumus, quod alij alios non contegimus, & propugnamus.

*Philonis.* Sua cauſa omnia agentes, philautiæ, (*id eſt, amoris ſui*) maximum vitium exercent.

*Maximi.* Amor ſui, eſt corporis ratione carens amicitia, ex qua quidem naſcitur guloſitatis ratio,& inanis gloriæ cupiditas: ex his autem naſcitur vniuerſus malorum numerus.

*Platon.* Cum deridebimus alios,decet in noſipſos nos conuertamus, conſyderemúſque num & ipſi iiſdem vitiis ſimus obnoxij: multa enim amor ſui cælat & tegit, etiam in his qui maxime alios irrident.

*Critiæ.* Indigna res eſt, quum quis non ſapiens, ſapere ſibi videtur.

Apti ſumus ad aliena vitia cernenda, ipſi autem ſi quid facimus,non cernimus.

*Socratis.* Nemo in ſeipſo vitia cernit,alterius vero dedecora videt aperte.

*Diogenis.* Diogenes interrogatus quid eſſet difficillimum, Noſſe ſeipſum, inquit: multa enim propter amorem ſui,ſibi quemque ſumere ſolitum.

Idem, nonnullos homines eſſe dicebat, qui cum belle dicerent rectéque loquerentur, ſeipſos non audirent,in Lyrarum morem,quæ cum bellè ſonent, nihil tamen ſentiunt.

*De curioſitate & ſecuritate & quiete: ac quietum eſſe, Dei cognitionem conciliare, Sermo 76.*

*Gene.25.* IAcobus erat vir minime fictus, domi ſe continens.

*Regum.* Gloriam comparato,domi ſedens.

*Iob.* Quieſces,& non erit qui tecum bellet.

Deridens magnam ciuitatis turbam, querelam autem exactoris tributorum non audiens.

Otium agite,& cognoſcite me eſſe deum.

Solus ſum ego dum præteriero.

*Salomonis* Vir prudens quietem agit.

*Sirach. 3.* Difficiliora quàm quibus par ſis, ne quærito: & tę profundiora ne ſcrutator:ſed quæ tibi præſcripta ſunt, hæc conſyderato:quæ enim vlterius opera dei ſunt, in arcanis latent.

Boni viri,perpetuo ſunt quieti.

*Amos 5.* Intelligentia præditus hoc tempore tacebit, quia tempus malum eſt.

*Eſaiæ 66* Quem reſpiciam, niſi humilem & quietum, & timide audientem ſermones meos?

Lætabuntur qui requieti ſunt in terra.

*Ierem. 6.* Ne egrediamini in agrum,nec per vias vadite,quia gladius hoſtium in orbem circumhabitat.

Beneuolus dominus, iis qui ipſum expectant: animæ quæ ipſum quæret, bene erit, & in ſalute illius conquieſcet.

Bene eſt ei qui tulerit iugum à iuuentute ſua, ſedebit ſolus & tacebit, quoniam in ſeipſo ſuſtinet, dabit percutienti mallam. Saturabitur probris: quia non in æternum repellet dominus.

*Luce. 10.* Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Martha, Martha ſolicita es,& turbaris circa multas res, vno autem eſt opus.

Obſecro igitur fratres,vt magis ac magis abundetis, & honeſtatem concupiſcatis, quieti vos tradatis, & priuata negotia geratis, & manibus veſtris opus faciatis. *Philip. 1.*

Facilius eſt cuique noſtrûm,alia curioſe ſpectare, quàm noſtra propria conſyderare. *S. Baſilij.*

Multi feſtucam quæ eſt in oculo fratris conſyderant,trabem autem ſui oculi non vident.

Vt enim feræ facile ſuperantur,ſi demulceas: ſic cupiditates, iræ, timores,dolores,venenata animi mala, per quietem conſopita,nec efferata perpetua irritatione,vi rationis facilius domari ſolent.

Quod ſeparatum,& priuatum eſt,pluris æſtimatur, quàm quod commune multis & coniunctum.

Vtile eſt priuatim & ſeparatim habitare, vt animus in plures partes non diſtrahatur: nam in vita commiſcere ſe cum iis qui imprudenter & contemptim ad mandatorum obſeruationem exquiſitam affecti ſunt, inutile & pernicioſum eſt.

Quies igitur,initium eſt purgationis animi,cum neque lingua res humanas loquitur,nec oculi corporum colores & aptas membrorum compactiones circunſpiciunt, nec aures animi intentionem ſoluunt audiendis canticis ad voluptatem modulatis, aut dictis ſcurrilibus & ridiculis, qua re,animi intentio langueſcere maxime ſolet.

Mens enim cum ad res externas non diſſipatur,nec in mundum per partes,in quibus ſiti ſunt ſenſus, diffunditur,ad ſe ipſa reuertitur, ac per ſeſe ad dei notionem aſcendit: atque illa pulchritudine cum circumluſtratur ac illuminatur,ipſius quoque naturæ obliuiſcitur, non alimenti cura aut veſtimenti, animum ſolicitans,ſed liberata terrenis curis omne ſuum ſtudium ad comparanda bona ſempiterna transfert,quò nimirum temperantiam & fortitudinem, iuſtitiam & prudentiam & reliquas virtutes habeat & exerceat.

Quietos nos eſſe oportet, vt non turbulentè cum deo colloquamur, & paululum reuocemus mentem ab iis quæ ſeducunt & errore inuoluunt. *Theologi.*

Obſeruamus inuicem errata, non vt deploremus, ſed vt exprobremus: nec vt ſanemus, ſed vt inſuper vulneremus, & pro defenſione noſtrorum vitiorum, habemus proximorum vulnera.

Otioſa quies,pluris æſtimanda quàm negotiorum illuſtris tractatio. *Greg. Nyſſeni.*

Vita quieta multis pecuniis anteponenda eſt. *Nili.*

Moleſtum iis qui recẽs ſeceſſerunt,otium eſt,quod tunc occaſionem nacta memoria, omnem repetit & mouet inſitam immundiciem,cum antea ad id faciendum ſpacium non haberet, propter multitudinem diſtrahentium negotiorum.

Sapiens,quietem & otium perſequitur,vt rerum diuinarum opportune compos fiat. Sapiens demigrat & transfugit à vita confuſa & perturbata ad beatam vitam,& pacificis conuenientem.

Res profecto conſtans,& vera exiſtit ſapientia: qui amat illam,ſapiens exiſtit:cúmque talis ſit, tamen nos improbos pręterit: bonum enim malo comitatum eſſe non vult.

Socrates interrogatus, qui ſine perturbatione viuerent: Qui,inquit,nihil ſibi conſciunt mali. *Socrates.*

Ariſtippus,cum quidam ei obiiceret ac diceret: Propter te ager periit: An non, inquit, melius agrum propter me,quàm me propter agrum perire? *Ariſtipi.*

Demoſtheni cum quidam diceret, eum, agrum negligere,ipſum autem,ſe curare: Ea enim, inquit, curo propter



propter quæ agrum comparaui.

*Seuerini.* Thaletem in cœlum ſuſpicientem,& lapſum in barathrum ancilla conſpicata, merito id illi accidiſſe dicebat: qui cum quæ ante pedes eſſent ignoraret, cœlum contemplaretur vt cognoſceret.

*Euclidis.* Valens ægrotat,omnis curioſus, aliena ſolicite curans.

*Demonact.* Cum quidam exquirerent, an mundus eſſet animatus:& rurſus,an globoſus: Vos, inquit, Demonax, de mundo ſoliciti eſtis, at veſtram ipſorum immundiciem non curatis.

*De negotiorum ſolicitudine & diſtractione, Sermo 77.*

*Iob.* TOta impij vita in ſolicitudine eſt.

Odi equidem vniuerſum laborem, quem ſub ſole ſuſtineo: quia relinquo eum poſt me futuro hæredi: & quis nouit ſapiens ne an inſipiens futurus ſit?

Peccanti dedit diſtentam anxietatem augendi & coaceruandi,vt det bono in conſpectu dei.

*Sirach. 4.* Fili,fac ne variis actionibus diſtraharis. Si enim auctus fueris, non eris innocens: qui ſequitur † quæſtum,implicabitur litibus. *† ἐργολάβειαν.*

Cor malitioſum onerabitur laboribus

*Sirach 14* Homo quidam fecit cœnam magnam, multóſque vocauit,& miſit ſeruum ſuum hora cœnæ, qui iuberet inuitatos venire,quod iam parata eſſent omnia: & cœperunt pariter omnes ſe excuſare,ac primus dixit ſe agrum emiſſe, &c. Dico vobis, neminem illorum de cœna mea guſtaturum.

*Philip. 2.* Omnes de ſuis rebus ſoliciti ſunt, non de iis quæ pertinent ad Chriſtum.

*S. Baſilij.* Fieri non poteſt vt potiatur aliquis laborioſa rerum diuinarum meditatione, inter animi diſtractiones & occupationes rerum ad victum pertinentium.

Vt in ſpeculo non repurgato videri non poſſunt imaginũ ſpecies: ſic animus curis affixus,& perturbationibus quæ à carnis ſenſu ſuggeruntur victus & obtenebratus, ſpiritus ſancti illuſtrationem recipere non poteſt.

Vt oculus qui continenter circumagitur,ac nunc in tranſuerſa circumfertur, nunc ſurſum ac deorſum deflectitur, euidenter & clare rem propoſitam cernere non poteſt: Sic & mens humana ſexcentis mundanis curis diſtracta,veritatem attente cernere,ac in ea defixa eſſe nullo modo poteſt.

Qui vehementer vitæ huius curis occupati ſunt, quaſi aues corpulentæ fruſtra pennis præditæ deorſum trahuntur cum pecudibus.

*Chryſoſt.* Animus igitur mundanis nondum liberatus curis, neque vere deum diliget, neque diabolum deteſtabitur,vt dignum eſt. Prætextum enim habet,grauem,rerum ad victum pertinentium,curam.

*Cyrilli.* In mente,tumultu & angore plena, neque rerum honeſtarum cogitatio,neque dei gratia ineſt.

*Nili.* Perfecti animi eſt,curæ vacuitas: impij autem,curis conteri.

Inſipiens prætor,rectam rationem,motus tranquillitatem,& requiem ſemper odiſſe ſolet.

*Iſaac.* Qui multis curis diſtractus eſt, lenis & quietus eſſe nullo modo poteſt, propterea quod cauſæ negotiorum in quibus miſer eſt,cogunt eum commoueri inuitum & nolentem,& eius tranquillum & quietum ſtatum diſturbant.

Sine curarum vacuitate, lumen in animo tuo ne quæras.

*Philonis.* Improbus,ciuitatem ac ciuitatis turbam & fecem hominum ſimul & negotiorum perſequitur: nam alienarum rerum curationes & † rapinæ,popularitates & tribunatus plebis, iſtiuſmodi homini, ceu dignitates probantur: at quietum eſſe,probroſiſſimum eſt. *† πλεονεξίαι δημοκοπίαι τε.*

[redacted] *† ἐν πεφυρμένῳ βίῳ.*

*De libertate reprehendendi, Sermo 78.*

NEmo quod in occulto facit, id vult palàm fieri. (*Aliàs, Nemo aliquid in occulto facit, & quærit ipſe palàm eſſe.*) *Ioan. 7.*

Si cor noſtrum non condemnet nos, fiduciam habeamus apud deum:& quæ petimus ab eo accipimus, quia mandata eius exequimur,& quæ illi placent, facimus. *1. Ioan. 3.*

Fac ne quis iuuentutem tuam contemnat: reprehende eos ſeuere.

Facit poteſtatem dicendi,æquus magiſtratus. *Salom. 26*

Ne carbones accendas,ſceleratos reprehendens: nę flamma ignis peccatorum ipſorum exuraris.

Qui quieſcit,nec coarguit peccatum, *Deeſt aliquid.* *S. Baſilij.*

In obiurgando grauis ne eſto, nec cito, nec affectu nimio reprehendito,hoc enim contumacię eſt: nec ob res leuiores damnato, quaſi ſummo iure cum his qui deliquerint agens, ſed ſpiritaliter eos inſtaurans, quemadmodum monet Apoſtolus, teipſe conſyderans ne & tu tenteris.

Multo ſatius,breui dolore afficere dum plurimum proſis, quàm voluptati ſe accommodando ſumma re priuare. *Theologi.*

Optabilius eſt, obiurgationem ſapientis vnius admittere, quàm totius chori hominum improborum canentium fieri auditorem.

Libere loqui ſimpliciter,eſt etiam vulgaris hominis ſæpenumero: at ſicut res poſtulat, & cum tempus idoneum eſt, adhibita modi regula, & prudenter hac re vti, id vero magnum admodum & admirabilem virum requirit. *Chriſoſto.*

Vita quæ ex legibus,libertatis effectrix eſt.

Maxima eſt libertas, ſe non habere libertatem exiſtimare, quemadmodum dedecus eſt maximum in conſpectu domini ſe iuſtificare: teſtes ſunt eorum quæ dicimus, Phariſæus & Publicanus.

Nihil eſt quod magis arrogantiam augere ſoleat, quàm præclarorum facinorum ſibi conſcius animus, & vtens libertate.

Concede libertatem, tibi bene cupientibus, vt de quibus ambigis, qui tecum exquirant & probent, habeas. *Iſocratis.*

Præſtat ſua, quàm aliena redarguere peccata

Pythagoras,cum quidam dixiſſet. Nimium me irrides: Atqui,inquit, ſplenicis etiam acria & amara proſunt,dulcia nocent. *Pythagoræ.*

Neque gladio obtuſo, neque immoderata libertate vti decet.

Libertatis,vt cuiuſque partis anni, in tempore gratia iucundior. *Socratis.*

*De generis nobilitate & ignobilitate, Sermo 79.*

QVod natum eſt ex carne,caro eſt: & è ſpiritu natum,ſpiritus eſt. *Ioan. 3.*

Non filij carnis, iidem ſunt filij dei: ſed filij promiſſionis habentur pro ſemine. *Apoſtoli*

Liberi honeſte vitam agentes, genitorum ſuorum tegunt ignobilitatem. *Sirach.*

Patres & maiores non licet narrare nobiles, cum veritatis lex,propria cuiuſque depoſcat encomia. *S. Baſilij.*

Malum vocari pudeat,haud ignobilem. *Theologi.*

*Chryſoſt.* Splendidum & nobilem, non maiorum nobilitas, ſed animi virtus efficere ſolet.

*Euripidis.* Nihil generis nobilitas ad pecuniam. Opulentia enim, vel peſſimum inter primos collocat.

[redacted] in calamitate verſari neceſſe eſt.

Non recte ſe habet vetus hæc ſententia: ex malo patre nunquam naſcetur bonus.

*Theopempti.* Generoſos exiſtimato, non qui ex bonis & probis nati ſunt, ſed qui honeſta, & bona ſequenda ſibi proponunt.

*Theſpidis.* Maiorum nobilitate nemo gloriari debet: omnes enim habent generis originem, lutum, tum ij qui in purpura & byſſo nutriuntur, tum ij qui in paupertate magna viuunt.

*Sileſiæ.* Multi mortalium præſe ferunt nobilitatem in vultu, quorum tamen animus ignobilis & ingeneroſus reperitur.

Quid cæco cum ſpeculo?

*Soſtrati.* Soſtratus tibicen, cum quidam ei obiectaret, quod ex ignobilibus prognatus eſſet parentibus: Atqui, inquit, ob id ipſum debui magis laudari, & in admiratione eſſe, quod à me genus initium cœpit.

*Phalaridis.* Nobilitate quemadmodum alia aliqua re honeſta gloriari non indecorum eſt. Ego vero vnam virtutem noui, cætera omnia tribuuntur fortunæ. Et fieri poteſt, vt qui ex improbis ſit, bonus fiat, & regũ & omniũ generoſiſſimus: ex bonis autẽ prognatus, improbus fiat, & ſeipſo deterior & humillimis quibuſque ignobilior. Quare laudem animi glorioſe iacta, non autem maiorum, per ignobiliores poſteros emortuam nobilitatẽ.

Ex virtute procreatus, is generoſus effingitur.

*De conſuetudine & more, Sermo 80.*

*Salomonis* TEmpore confirmata impia conſuetudo, quaſi lex ſeruatur.

*S. Baſilij.* Nihil eſt tam appetendum, quin perpetuo fruendo, contemptibile reddatur.

Quorum autem rarior eſt poſſeſſio, iucundior eſt vſus & perceptio.

Inueteratum enim vulnus animi, & mali meditatio tempore confirmata difficiliter curatur, vel etiam non curatur omnino, quod habitus ſæpenumero in naturam mutetur.

Ab aſſuetis diſiungi vel rationis expertibus, difficile & moleſtum eſt. Et ipſe aliquando animaduerti bouem, qui ad præſepe ſocium bouem & in paſtu & in iugo ſubeundo, mortuum fleret.

*Theologi.* Facilius eſt à principio non ſe vitio dedere, & effugere naſcens, quàm natum abſcindere atque eo ſuperiorem fieri.

Reticulo aquam ferre & laterem lauare, facilius eſt, quàm vitium in hominis animo tempore diuturno plantatum eximere.

*Chryſoſt.* Nihil tam firmum eſt in rebus humanis, quàm veteris conſuetudinis tyrannis.

Externi quidam, conſuetudinem alteram naturam eſſe dixerunt.

Mire efficax eſt conſuetudo retinere, & non pati vt ad priſtinum virtutis habitum aliquis reuertatur.

*Philonis.* Diuturnus mos natura ipſa firmior eſt, & leuiora peccata, ſi non prohibeas, ſubinde naſcuntur & magnitudinem aſſequuntur.

Naturam accuſare non debemus, cum iucundam aut iniucundam vitam omnem efficiat conſuetudo.

*Chariclis.* Ex omnibus enim paſſionibus quæ cito percipitur, ei facile remedium adhiberi poteſt: quæ vero longo tempore innata fuerit, propè eſt incurabilis.

Nacta ſemel delicias natura, vix ad labores vult reuerti. *Choricij.*

Nihil natura iucundum aut iniucundum, ſed omnia talia conſuetudine fieri videmus. *Socratis.*

Optimum vitæ genus tibi proponito, hoc enim iucundum efficiet conſuetudo: perdifficile eſt vt longa conſuetudo breui tempore ſoluatur: conſueta enim haudquaquam deſpicienda ſunt.

Conſuetudo à paruis initium capit, neglecta autem vim maximam accipit. *Polyæni.*

*De libertate, Sermo 81.*

NEmo liber eſt, qui ſe-ipſe non continet.

Libertas impotens & immoderata, facile amittitur.

Fieri non poteſt vt is liber ſit, qui perturbationibus ſeruit, & à perturbationibus vincitur.

Præſtat ſeruire decenter, quàm libertate vti impudenter.

*De conſcientia, Sermo 82.*

PArentes, pædagogo pueros nos tradiderunt, qui vbique obſeruarẽt ne quid læderemur: deus autem iam viros inſitæ conſcientiæ cuſtodiendos tradit, quæ quidem cuſtodia & conſeruatio nequaquam contemnenda eſt: quoniam & deo diſpliceret, & conſcientiæ ipſi noſtræ hoſtes eſſemus. *Epicteti.*

*De benignitate, Sermo 83.*

BEnefacite & mutuum date, nihil inde ſperantes: & erit merces veſtra ampla, eritíſque filij altiſſimi: quia ipſe in ingratos & improbos benignus eſt. *Lucæ 6.*

Eſtote benigni inuicem & miſericordes, condonantes mutuo, quemadmodum ipſe deus vobis per Chriſtum condonauit. *Epheſ. 4.*

Induite viſcera miſerationis, benignitatem, animi humilitatem, lenitatem, clementiam.

Imaginem habeo, dum rationis ſum particeps: ad ſimilitudinem autem fio, dum benignitatem colo. *S. Baſilij.*

Bonitatis habet laudem, manſuetudine feritatem vincere, & in meliores efficere iniuriam facientes, patienter ferendo quæ nobis inferuntur. *Theologi.*

Omnibus eſto benignus, ſed maxime proximis.

Quære tibi dei benignitatem, ſi benignus es.

Quodnam de benignitate præceptum daretur breuius? Talem te præbeas amicis & proximis, quales erga te illos eſſe vis.

Non ſolum deus benigne & humaniter nos tractat dum beneficiis nos afficit, verumetiam dum punit. Etenim animaduerſiones eius & ſupplicia, beneficij ſunt pars maxima: quando & medicus non ſolum cum in hortos & prata educit egrotum, aut in balneas & aquarum piſcinas, ſed etiam cum à cibo abſtinere iubet, cum ſecat, cum amara adhibet medicamenta, tum quoque æque eſt medicus, ſuámque magis declarat humanitatem.

Qui natura bonus eſt, idem & bonorum largitor omnino eſt. *Greg. Nyſſeni.*

Proprium bonorum omnium eſt, prodeſſe aliis.

Non tam verba, quàm boni mores perſuadere poſſunt.

Quorum mores ſunt moderati, eorundem tota vita bene compoſita eſt. *Poſidippi*

Arte multos mihi familiares, moribus autem plurimos amicos comparaui.

Themiſtocles prædium venditurus, iuſſit præconis *Themiſto.*



nis voce promulgati, etiam bonum vicinum id habere.

*De clementia & † verecundia, Sermo 84.* † αἰδοῦς.

*Leuit.* VErentes & metuentes facite filios Iſraelis.

*Num. 12.* Moſes manſuetus ſupra omnes homines qui ſunt in terris.

*Pſal. 24.* Deducet clementes & manſuetos in iudicio, & docebit eos vias ſuas.

Mites autẽ hæreditate capient terram, & in ſumma pace vitam agent cum voluptate.

Excipiens clementes dominus extollet, & ſalutem dabit.

*Salomonis* Vir leni præditus animo, celer eſt medicus.

*Prou. 16.* Præſtat leni eſſe animo cum humilitate, quàm diuidere ſpolia cum contumelia.

Beatus qui prudenter omnia timet, duro autem corde præditus incidet in mala.

*Prou. 15.* Reſponſio ſubmiſſa iram auertit.

Qui ſe abſtinet quo minus verbum emittat durum, prudens eſt.

*Ioel & Pro. 25.* Mollis oratio confringit oſſa: mitis eſto pugnator.

*Sirach.* Fili in lenitate fac opera tua perficias, & ab homine accepto diligêris.

Eſto lenis in reſponſione, vt intelligas.

*Sirach. 10* Fili in lenitate animum tuum doceto. (*Aliâs,* δόξασον, *id eſt glorifica.*)

*Ibidem.* Radices gentium detraxit dominus, & in locum illarum plantauit manſuetos.

*Matth. 5.* Beati clementes, quoniam ipſi terræ hæreditatem capient.

Accipite iugum meum ſuper vos, ac ex me diſcite, quoniam mitis ſum & humili corde, & animis veſtris requietem inuenietis.

*Coloſ. 4.* Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit condîtus, vt quemadmodũ vnicuique reſpondere conuenit, ſciatis.

Modeſtia veſtra nota ſit omnibus.

*S. Baſilij.* Quaſi fundamentum quoddam eſt ad perfectionem, verecundia cum metu.

Cani ſenum, clementia.

Iuuenis clemens multa ſuſtinet.

Nulla de virtutibus ſic ſolet ſapientiam parere, vt clementia.

*S. Ignatij.* Clementia egeo, qua euertitur princeps huius ſæculi diabolus.

Bonos remunerator, malos † circunſpice, vt eos quoque bonos reddas tempore. † περιφρόνει.

Clementium benignitas, largitio eſt honeſta.

*Chryſoſt.* Modeſtia nihil potentius, atque hoc declarans quidam, dicebat Oratione molli oſſa confringi: atqui quid oſſe durius? Verum etſi quis adeò durus fuerit, & minime flexilis, facile tamen moderato & leni orationis vſu corrigitur.

*Cyrilli.* Exemplum ſummæ omnium clementiæ, ipſum habemus omnium ſeruatorem Chriſtum, quem à tergo ſequi debemus, & alij aliorum iniurias neceſſario ferre: nam de illo ſcriptum eſt, Cum contumelia vexaretur, non viciſſim contumelia & conuitio affeciſſe: dum pateretur, non minitatum, ſed ei qui iuſte iudicat tradidiſſe iudicandum.

Iuuenis lenis multa ferre ſolet: at ſenem anguſti animi quis ferat? Iracundum ſenem vidi ſublatum in thronum ſuum: maior tamen de iuuene ſpes habetur, quàm de illo.

Philoſophus quidam cum vxorem haberet improbam & garrulam, & ebrioſam, percontantibus cur talem ferret: Vt domi, inquit, habeam philoſophiæ gymnaſium & palæſtram. Ero enim erga cæteros lenior, hac quotidie inſtitutus. Sunt etiam qui ipſum ob hanc ipſam cauſam, illam duxiſſe dicant.

*De ſimplici & innocente, Sermo 85.*

IAcobus erat ſimplex miniméque fictus, domi ſe continens. *Geneſ. 25*

Dominus innocentem non repudiabit. *Iob.*

Serua innocentiam, & vide æquitatem rectam, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico. *Pſal. 36.*

Deus ſtabilit in domo, conſtantes & vnius moris homines.

Dominus in innocẽtia gradiẽtes, bonis non priuabit. *Salo. 10.*

Qui ſimpliciter ambulat, ambulat fidenter.

Quandiu innocentes iuſtitiæ adhæreſcunt, non afficientur pudore.

Qui aſpicit molliter, miſericordiam conſequetur.

Qui recte ambulat, dominum metuit.

Laudabilis eſt animus omnis ſimplex.

Simplex cuiuis ſermoni credit.

Benigni erunt terræ poſſeſſores, & innocentes in ea ſuperſtites erunt: quia recti terram inhabitabunt. *Prou. 2.*

Et erat Ephraim velut colũba ſtolida & carẽs corde. *Oſeæ 7.*

Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices vt columbæ. *Matt. 10.*

Lucerna corporis tui, eſt oculus. Si igitur oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. *Matt. 6.*

Dupliciter † innocentiam intelligimus: aut enim ob alienationẽ à peccato, quæ ratione dirigitur, ac per lõgam attentionem & exercitationem bonorum quaſi radice vitiorum exciſa: aut ex omnimoda malitiæ priuatione, ſimplicis & innocentis appellationem recipimus. Et rurſus, innocentia eſt ea quæ mali imperita eſt, vt ſæpe propter ætatem iuuenilem, aut propter vitæ genus nonnulli imperiti ſunt aliquarum improbitatum & vitiorum: vt puer non nouit ſuperbiam, non nouit dolum aut verſutiam, tales ſimplices dicere ſolemus, non quod ex inſtituto à malo & vitio ſint ſeparati, ſed quod nondum ſenſerint aut experti ſint malam animi affectionem. Format igitur ſimplicem, morum ſimplicitas. *S. Baſilij.* † ἀκακίαν. *Innocentia multiplex.*

Simplicitas & mores minime doloſi, facile animi ſecreta enunciant.

Incauta eſt ſimplicitas: miniméque mali quicquam ſuſpicatur qui à malo liber eſt. *Theologi.*

Tardus eſt ad mali ſuſpicionem, qui ad malum ægre impellitur.

Qui ad malum ſuſcipiendum paratus non eſt, is ne ad mali quidem ſuſpicionem facilis eſt.

Qui à malo liber eſt, is ad malum ſuſpicandum tardior. *Chryſoſt.*

Orationis ſimplicitas ſimplicem declarat,

Maximi eſt pretij apud deum ſimplicitas: nam etſi verſutia aliquoties non reiicitur in rerum diuinarum ſtudiis, haudquaquam tamen in virtutis ſuaueolentis numerum reponetur. *Cyrilli.*

*De verſuto, & doloſo, & peruerſis moribus prædito, Sermo 86.*

DIſperdet dominus omnia labia doloſa, & linguam magnifica loquentem. *Pſal. 11.*

Os tuum malitia redundauit, & lingua tua dolos connexuit.

Viri ſanguinarij & doloſi, dimidium vitæ tempus non implebunt.

Libera domine à labiis iniquis animam meam, &

à lingua doloſà.

*Salomonis* Peruerſum cor architectatur mala:in omni tempore,talis,turbas ſuſcitat ciuitati,quamobrem repente aderit internecio eius,quod is,omnibus delectetur quæ odit deus.

Sermones impiorum, inſidioſi.

Animi iuſtorum falluntur peccatis.

Prauus in os ſuum fert exitium.

Vir prauus immittit mala,& diſſociat amicos.

Prauis, prauas vias mittit deus.

Sermones adulatorum molles,ſed intimas partes feriunt.

Tortuoſis viis ambulans,implicabitur.

*Lucæ.16.* Filij huius ſæculi,in genere ſuo,filiis lucis ſunt prudentiores.

*S.Baſilij.* *† πανοῦργον.* Duo ſignificat † aſtuti vocabulum: alter enim ad nocendum aliis,ſolertia ingenij vtens improbus eſt:alter laude dignus, qui acute & prudenter ſibi accommodatum bonum reperit, doloſa autem & inſidioſa incommoda & detrimenta quæ ab aliis afferuntur, declinat. Obſerua igitur diligenter aſtutiæ vocabulum, ac medium quendam id habere habitum intellige: qua qui ex inſtituto ſano ad vtilitatem proximi ſui vſus fuerit, probandus eſt: at qui ad proximorum perniciem eam exercet, condemnandus, quod ea arte tanquam perditionis occaſione & materia vtatur.

Fuge varietatem & multiplicitatem ingenij. Serpens enim varius, ob id, ad ſerpendum damnatus eſt.

Dolus,eſt curioſitas vitioſa ad parandas inſidias parata cum quis boni aliquid præſe fert, idque quaſi eſcam prætendit vt inſidias ſtructas reddat.

Occulta malitia eſt pernicioſior quàm aperta.

*Philonis.* Quibus vires deſunt, tyrannicæ naturæ homines, rem aſtu & inſidiis moliuntur.

*De puro corde & cogitationibus, & de iis qui puram habent conſcientiam,* Sermo 87.

*Iob.27.* NOn loquetur labia mea,legi aduerſa, nec anima, iniuſta meditabitur.

Purum cor meum verbis, & ſagacitas labiorum meorum pura intelliget.

*Pſal.63.* Laudabuntur omnes qui corde ſunt recto.

Res pretioſa vir purus.

*Prou.4.* Omni cautione cor ſeruato: ex hoc enim ſunt exitus vitæ.

Cor viri ęqua cogitet,vt à deo greſſus eius dirigãtur.

Cogitationes iuſtorum, iudicia ſunt.

Vt probatur argentum & aurum in fornace ignis: ſic corda electa apud deum.

Cogitationibus ſuis implebitur vir bonus.

Viæ vitæ,conſilia ſapientis.

Diligit dominus corda pura, ac illi accepti ſunt omnes,qui tales ſunt vt reprehendi non poſſint.

*Eccleſ.11* Ambula in cordis tui via ſine reprehenſione,& ſcito te in omnibus his adductũ iri à domino in iudiciũ.

*Sirach.38* Remoue iram à corde tuo, & malitiam repelle à carne tua: beatus quem ſuus animus non condemnat.

*Matth.5.* Beati puro corde,quia ipſi deum videbunt.

*2.Cor.1.* Gloriatio noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſanctitate & ſynceritate dei, non in ſapientia carnali,ſed in gratia dei in mundo verſati ſumus,ſed multo magis apud vos.

Fratres precamini pro nobis. Confidimus enim nos bonam conſcientiam habere, in omnibus honeſte verſari volentes. *Apoſtoli*

*Ioan.* Si cor noſtrum non condemnat nos,ad deum libe-
A rè accedimus,& quicquid petimus, ab illo accipimus: quia præcepta eius ſeruamus, quæque illi grata ſunt facimus.

*S.Baſilij.* Primum beatiſſimum eſt quod in corde noſtro purum: quia radix eſt omnium corporis actionum,cordis conſilium.

[illegible]

*Theologi.* Non eſt pietas in rebus paruis, nec philoſophia in vultus demiſſione,ſed in animi firmitate & cogitationis puritate,& vera ad res honeſtas propenſione.

Nihil eſt quod ſic nos delectare ſoleat, vt conſcientia pura & ſpes bona.

Conſcientia læta & exultans ſibi,etiam vultum hi-
B larem reddit,ac genas rigat animi bona valetudo, nec ſine cauſa dictum eſt à ſapiẽte: Læti cordis os floreſcit.

*Greg. Nyſſeni.* Qui præclara ſunt conſcientia,filij lucis & diei prædicantur.

*Clementis* Non facinorum abſtinentia fidelem iuſtificat, ſed cogitationum caſtitas & pura ſynceritas.

Oratio caſta,& vita nulla labe contaminata, thronus & verum dei templum eſt.

*Euagrij.* Salus,eſt eorũ qui perturbationib9 carẽt,&puri ſunt.

*Ioſephi.* Cor temperans,commentationum portus eſt.

Non extirpatrix perturbationum eſt,ſed aduerſatrix ratio.

*Philonis.* Quia nobis non videntibus in animi locum intrat
C deus,præparemus locum illum, quàm licet pulcherrimum,& idoneum maxime futurum dei habitaculum. Sin ſecus, nobis non ſentientibus in aliam domum deus migrabit.

Domus dei, cogitatio ſapientis, ac huius proprie vocatur deus,qui vniuerſorum eſt, (vt inquit propheta) quod deus tanquam in regia,in ea ambulet.

Oculis quæ aperta ſunt, quæque in manibus ſunt, comprehenduntur:ſed ratio ſyncera penetrat etiam ea quæ ſub oculos non cadunt & futura ſunt.

*De corde verſuto, deque mala conſcientia,* Sermo 88.

*Pſalm.18* EX occultis meis purga me,& ab alienis parce ſeruo tuo.

D *Prou.6.* Diſtortum cor architectatur mala.

Qui duro corde præditus eſt, ei bona nõ obtingũt.

In corde bono conquieſcit ſapientia:at in corde inſipientium non dignoſcitur.

Inſipientes, mala in animo volutant, duro corde præditus in miſerias incidet.

Deteſtanda eſt apud dominum iniqua cogitatio.

*Micheæ 2* Moleſta cogitabant & mala deſignabant in cubilibus ſuis,& ſimul vt illuxerat,ea perficiebant.

*Eſaiæ.* Cogitationes eorum ſanguinariæ.

Eluito à malitia cor tuum: quouſque tandem in animo volutabis dolores & moleſtias?

*Sapien. Salom.* Stultus ſtulta loquitur,& cor eius in vanis elaborat.

E Prauæ cogitationes à deo nos ſeiungunt.

*Sirach.3.* Cor durum grauabitur moleſtiis.

Vt in motione cribri remanet fex, ſic reiectamenta hominis in cogitatione ipſius.

Vt vaſa figuli probat fornax, ſic diſtrahitur homo in cogitatione ſua.

*Matth.15* Quicquid intrat in os,in ventriculum deſcendit, & in ſeceſſum eiicitur:quod autem ex ore exit, ex corde proficiſcitur,atque id impurat hominem:nam ex corde exeunt prauæ cogitationes,cædes,adulteria,ſcortationes,furta,falſa teſtimonia, maledicta: hæc ſunt quæ hominem impurum reddunt.

Ex cordis abundantia, os loquitur.

Repurgate



*Iacobi 4.* Repurgate manus ſcelerati, purificate corda duplicis animi homines.

*Theologi.* Illud ſolum non poteſt euitari internum, & in nobiſipſis ſitum iudicium.

Quum turpe aliquid cogitas,complures adeſſe exiſtimato ac teipſe reueretor.

*Gregorij Nyſ.* Malum eſſe,in ipſa ſolum voluntate poſitum eſt: ſæpéque ſatis eſt ad vitij,perfectionem,cogitatio.

Ipſum per ſe malum, nuſquam reperitur extra voluntatem priuatim ſubſiſtens: ſed tum demum procreatur,quum animo inſtituimus illud.

Nulla res æque impudentes facit atque mala conſcientia.

*Cyrilli.* Principium & radix & quaſi fons & procreatio no-
B ſtrarum perturbationum eſt, ad malum propenſus appetitus, ad ipſas inuitans mentem,ac primo præſtigiis illudens, poſtea vim adhibens & concutiens.

Siquidem fumi more, vel etiam quemadmodum vapores quidam, inſitarum voluptatum appetitus in nobis naſcuntur.Sed qui temperans eſt, & fortis, motus increpat,nec longius progredi ſinit,facile infirmos adhuc perturbationis motus ſuperat. Iners autem & negligens voluptatum principia admittit, quaſi cogitationes nudas,cúmque permiſerit in latitudinem progredi,difficillimum erit reſiſtere: nam qui antecaptus eſt & iam occupatus, is conſiliorum ſuorum non eſt dominus, immò magis victrici perturbationi quaſi barbaro alicui ſubiicietur.

caue lege Peccatum non erit in ipſis ſolis cupiditatibus, ſed in ipſis effectorum exitibus: ac quandiu quidem eſt malum in mente parturiente, nondum eſt extinctio, nondum mors.

*Philonis.* Perpetuæ recordationes & imaginationes perturbationum, claras ſpecies imprimentes mentem lædunt,& cedentem ſæpe illam peruertunt In iſtis igitur rebus,ſalutaris eſt fuga:recordari autem, & in ore habere,ac in animo volutare, id vero vincit & violenter mentem in ſeruitutem redigit.

Peccanti virtutis ignoratione,venia parata eſſe debet: at qui de induſtria iniuriam facit, excuſationem
D non habet, quippe qui prius in iudicio conſcientiæ damnatus ſit.

Interno ac domeſtico iudicio quilibet inſipiens damnatur.

*Nili* Voluptas dolorem non exhibet, nec mœrorem gaudium,nec triſtitiam lætitia.

*De patientia & lenitate, vel longanimitate,* Sermo 89.

*2.Reg.16.* SInite, inquit Dauid, maledicta iaciat Semei, quod deus ipſi iuſſerit, ſi qua ratione dominus abiectionem meam videat,& ad me redeant bona pro execratione iſtius.

*Iob 22.* Si patiens fueris,fructus tuus in bonis numerabitur.

E *Dauid.* Quicunque patienter te expectant domine, ij nunquam dedecore afficientur.

Patienter dominum expectato, & viam eius obſeruato,& ipſe te extollet,vt terram poſſideas.

*Salom.14* Prudens multa fert.

Leni animo præditus lites accenſas extinguit, ſed impius magis excitat.

Longanimis,multum prudentiæ habet,puſillanimis autem valde ſtultus eſt.

Lenis,forti præſtat:& iræ qui imperat,maior eſt vrbium expugnatore.

*Nahum proph.* Si tardauerit, tamen expectato, quia certo veniet, nec procraſtinabit.



Expecta me,inquit dominus; ad diem reſurrectio-
A nis meæ in teſtimonium.

*Malach.3* Benignus eſt dominus iis,qui ipſum expectant cum premuntur,& agnoſcit timentes eum.

*Eſaiæ 40* Qui dominum ſpectant,vires renouatas accipient, aquilarum more renouabuntur eis alæ:current nec fatigabuntur: deambulabunt,nec eſurient.

Bonus eſt dominus iis qui ipſum expectant.

*Baruch.4* Filioli leniter ferte iram ſuper vos venturam.

*Sirach.* Ad tempus patientiam præſtabit leni præditus animo,poſtea ei afferetur lætitia, tempore poſtulante occultabit ſermones ſuos, & multorum labiis enarrabitur prudentia eius.

Qui metuunt dominum,præparant animas ſuas, ac
B in conſpectu eius humiliabunt animas ſuas,& lenitate vtentur vſque ad tempus viſitationis eius.

Fili ſi ſeruire domino inſtituis, ad tentationem animum tuũ præparato: rectũ cor habeto, & perdurato.

Vide ne feſtines tempore calamitatis, expectato patienter deum, ac illi adhæreſcito, vt ad extremum bene tibi cedat.

Lenitate in reſpondendo vtitor.

Haudquaquam tardabit patientia pij.

*Matt.10.* Qui patientia niſus fuerit vſque in finem, is ſalutem conſequetur.

*Lucæ 21.* Patientia veſtra nitentes,poſſidete animas veſtras.

*Epheſ.4.* Obſecro vos fratres, ego qui captiuus ſum & vin-
C ctus domini nomine, vt ſicuti eſt vocatione veſtra dignum, ambuletis cum omni modeſtia, manſuetudine & lenitate,ferentes vos inuicem cum dilectione.

Facite ne veſtram in dicendo libertatem amittatis, quæ magnam habet mercedem: patientia enim vobis opus eſt, vt voluntati diuinæ obtemperantes promiſſiones accipiatis.

Certus eſt ſermo:ſi commortui ſumus,conuiuemus etiam: ſi patimur patienter, ſimul etiam regnabimus.

Omne gaudium exiſtimate fratres mei prædilecti, ſi in tentationes varias incideritis, illud non ignorantes: probationem fidei, veſtræ patientiæ effectricem
D eſſe:patientia autem perfectum habeat opus, vt perfecti ſitis & integri,nulla re indigentes.

Beatus qui tentatur,& patienter fert:quia probatus cum fuerit,vitæ coronam accipiet, quam deus iis promiſit,qui diligunt ipſum.

*1.Pet.2.* Hoc gratia eſt, ſi bona conſcientia quis dolores patiatur inique. Quæ enim gloria eſt, ſi peccantes colaphis cædimini & patimini? Sed ſi benefacientes cruciati patienter fertis,id vero gratum eſt deo.

Si iuſtus vix ſalutem conſequitur, ſceleratus & impius vbi comparebit?

*S.Ignatij.* Firmiter dum cæderis, quaſi incus ſtato. Generoſi eſt athletæ cędi & vincere:maxime vero propter deum
E nobis omnia patienda ſunt,vt ipſe nos patiatur.

Patienter alij alios cum manſuetudine patimini, vt ſemper deus nos leniter ferat.

*S. Baſilij.* Qui demiſſione animi ſuas cogitationes præmunierit, apud deum minus dedecoris inueniet quàm reuera habeat: ac ex patientia ſibi coronam parabit, alterius inſaniam,ſuæ ſecuritatis & quietis occaſionem faciens.

Quum igitur ad conuitia incitaris, teipſe in iudicium adductum exiſtimato: vtrum ad deum per lenitatem acceſſurus ſis, an per iracundiam ad aduerſarium recurras.

Piis certatoribus propheta occupans in principio

Pſalmi beatitudinis finem oſtendit, vt bonorum ſpe futurorum,moleſtias vitæ non grauatè feramus:& iter facientium laborem aſperæ & ſalebroſæ viæ leuat commodi expectatio diuerſorij. Quocirca communis vitæ rector,& magnus doctor ſpiritus ille veritatis ſapienter & arte maxima præmia propoſuit, vt vltra labores & dolores præſentes proſpicientes, cogitatione properemus ad ſempiterna bona perfruenda.

Non enim rerum neceſſariarum egens, patiens eſt: ſed qui in abundantia voluptatum,perfert malum.

Temperantium eſt non ſe in pericula coniicere: ſed fortium & phiſophorũ eſt, ſi inciderint,ferre fortiter.

*Theologi.* Eſt in fabulis,plantam quandam eſſe, quæ cum inciditur germinet, quæque cum ferro certare dicatur, ac ſi poëtarum more loqui licet, quæ morte viuat, & inciſione naſcatur, & conſumptione augeatur. Talis mihi videtur eſſe ſapiens & philoſophus, qui in perturbationibus claritatem conſequitur,cui virtutis materia eſt moleſtia, & aduerſis ornatior redditur, nec dexteris iuſtitiæ armis tollitur, nec ſiniſtris flectitur aut deiicitur, ſed idem ſemper manet in non iiſdem, aut etiam probatior, quemadmodum aurum in fornace.

Melior lenitas celeritate,& conſenſus quàm contumacia.

Vtile eſt audaciam manſuetudine vincere, & meliores reddere iniuriam facientes, quæ nobis inferuntur patienter ferendo.

Nihil eſt fortius,iis qui ferre omnia parati ſunt.

Dolent etiam qui orbi pręfecti ſunt, ac multo magis quàm qui Deo ſeruiunt, ſed præmium illis eſt dolor:nobis vero etiam pati,non caret mercede,ſi modo propter deum patiamur.

Videndum eſt ne ſerui mali ſimus: & benigne quidem facienti domino gratiæ à nobis ſunt agendæ: & caſtigante etiam eo, non ægre ferendum eſt. Etenim præſtat aliquoties valetudini morbus, & patientia remiſſioni, & animi intentio negligentiæ.

*Chriſoſto.* Nulla res æque facit venerabiles, atque iniuriam ſuſtinere.

Quemadmodum pœnitentibus,diuina prodeſt lenitas, ſic obſtinatis & pertinacibus, grauiora affert ſupplicia.

Solet deus non à principio mala auertere, ſed cum vſque ad ſummum venerint & creuerint, quum ferè nihil prætermiſſum fuerit ab hoſtibus,quin omnia experti ſint: tum ſimul omnia in ſummam tranquillitatem conuertit, ac præter omnium expectationem res ipſas optime conſtituit & firmat.

Quum quis te offendit, noli ad ipſum aſpicere, ſed ad dæmonem impellentem, & iram totam in illum effundito, illius autem miſerere qui à dæmone impellitur.

Non enim ſolum dum boni aliquid facimus, ſed etiam dum mali patimur aliquid, magna præmia expectare debemus: id quod Iobus oſtendit, qui ex malis & reb⁹ aduerſis,magis quã à recte factis, clarus euaſit.

Nulla profecto res eſt, quæ tam ſplendidos efficiat & imitatione dignos, ac bonis & commodis afficiat innumeris, quàm multæ & variæ tentationes & afflictiones,pericula,labores, triſtitiæ,& continenter inſidiis appeti vel ab iis qui minime debebant, ſed omnia leniter ferre.

Quicquid enim à quocunque iniuſte patimur, aut ad peccatorum remiſſionem deus nobis iniuriam illam imputat,aut ad mercedis remunerationem.

Qui meditatas habet afflictiones, non faſtidiet cum opprimetur.

Contemnere & nolle pati calamitates, magnæ & variæ eſt inſipientiæ proprium. *Nili.*

Magnam eam peritiam exiſtimato, per quam ferre poſſis imperitiam. *Pythagoras.*

Notio dei,per lenitatem & clementiam in homines declaratur. *Glyconis.*

Optare non debes,vt ea quæ fiunt,quemadmodum velis, fiant: ſed quemadmodum res ipſæ accidunt, ita accidere velle debes. *Metrodori.*

Nihil tam plagas reprimit,quàm eas ferre: & iniuriam accipientium patientia quieta, iniuriam facientibus pudorem affert. *Ioſephi.*

*De non patientibus & animo paruo præditis, Sermo 90.*

PAruo animo præditus,valde eſt inſipiens. *Salomonis*

Animi virum anguſti quis ferat?

Væ vobis qui patientiam perdidiſtis: quid facietis, cum dominus ad res inſpiciendas veniet? *Sirach 2.*

Si iraſceris conuitianti, conuitia approbaſti. Quid enim ira inſipientius? Sin vero nihil moueris iram, iniuriam facientem pudore affeciſti, re ipſa temperantiam declarans. *S. Baſilij.*

Euidentibus argumentis dominus noſter patientiæ viam nobis monſtrauit, leniter manſuetéque percutientem ferens, nihílque ſe commouens. Effector enim cœli terræque, & dominus ab omnibus creatis adorandus, qui fulcit omnia verbo virtutis ſuæ, eum à quo alapa cæſus fuerat, haudquaquam viuum ad inferos dehiſcente terra demiſit, ſed monuit, & docuit, dicens: Si male ſum locutus, teſtare de malo: ſin autem bene,cur me cędis? Si enim aſſuefactus fueris omnium poſtremus eſſe, quemadmodum præceptum eſt domini,nunquam indignaberis, quaſi præter dignitatem tibi contingat iniuria.

Ex iis qui tentantur,alij mihi videntur in morem leuiſſimorum lapillorum & inanium conchularum rapi,ac ne ad breuiſſimum quidem tempus inſultum ſuſtinere poſſe: neque enim in ſe poſſident rationis temperatæ ſoliditatem & grauitatem, quæ caſibus irruentibus obſiſtat. Alij vero ſimiles videntur petræ, illa petra digni in qua ſtamus,quámque colimus, quicunque ratione vtentes ſapientiæ ſtudioſa, vulgi excellunt humilitatem,& omnia ferunt æquo animo & infracto,ac rident magis,quàm miſerentur alios, qui vexantur:illud per philoſophiã,hoc vero per humanitatem: Ipſi autem turpe exiſtimant, quæ abſunt pericula contemnere & nihili æſtimare, præſentibus ſuperari,& præſertim prætereuntibus:& non in tempore philoſophari, in ipſo autem vſu philoſophiæ expertes deprehendi, tanquam ſi quis ſe velit athletam exiſtimari,qui nunquam in ſtadium deſcenderit,aut egregium gubernatorem qui in ſerenitate magnos ob artem ſibi ſumat ſpiritus,in tempeſtatibus autem gubernacula deſerat. *Theologi.*

Proprium eſt inſignis ſtultitiæ,aduerſas res parui facere,& nolle quum accidunt,pati.

*De Republica honeſta, & de obedientia, Sermo 91.*

AVdiſtis dictum eſſe antiquis: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. At ego dico vobis, non eſſe malo reſiſtendum: ſed qui alapam tibi incuſſerit in malam dextram, obuertito ei & alteram: volentíque tecum certare & tunicam auferre tuam, permitte & pallium: & ſi quis te adegerit ire miliare vnũ, cum eo duo pergito: petenti à te dato:& volentem abs te mutuum ſumere,ne auerſator. *Matth. 5,*

Si quis



Si quis me diligit,ſermonem meum ſeruabit,& pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum manebimus.

*Philip. 2.* Hæc facite ſine murmuratione, & diſputatione, nihil per contentionem,aut inanem gloriam.

Ne murmuremus, ſicut quidam illorum murmurauerunt,& perditi ſunt à perdente.

Vxores ſubiectæ viris eſtote, ſicuti decet propter dominum. Viri diligite vxores, nec erga illas acerbi ſitis. Liberi,obedite parentibus in omnibus: quia hoc domino pergratum eſt. Patres, nolite liberos veſtros irritare, ne illi deſpondeant animum. Serui, ſubiecti dominis carneis eſtote, non ad oculum ſeruientes, quaſi qui hominibus placere ſtudeatis, ſed in ſimplicitate cordis deum metuentes: & quicquid facitis, id ex animo exequi debetis, quaſi in conſpectu domini, non hominum, non ignorantes futurum eſſe, vt à domino remunerationem hæreditatis accepturi ſitis. Quod iuſtum & æquum eſt domini ſeruis tribuite, quod ſciatis vos habere dominum in cœlis.

*Iob 31.* Iniquum nihil fuit in manibus meis, precatio autem mea pura.

*Prou. 4.* Oculi tui recte aſpiciant, & palpebræ tuæ æqua nutent.

Qui ſine reprehenſione in iuſtitia verſatur, liberos relinquet beatos.

Senectus honorata, non quæ multos habet annos, nec numero annorum metienda eſt,ſed vita inculpata.

*S. Baſilij.* Fac diſcas, ô homo, ac docearis euangelicam rempub. oculorum † eruditionem, linguæ continentiam, corporis ſeruitutem, animi humilitatem, puritatem mentis, iræ deletionem. Cum aliquid abs te exigitur, etiam amplius adde: cum fraudatus fueris,iudicium ne petito: ſi te quis odit,amato: ſi perſequitur, ſuſtineto: ſi conuitiis proſcindit, obſecrato. *† ἀκρίβειαν.*

*Theologi.* Factum tacitum dicto præſtat infecto.

Nemo ſine actione adhuc ſubuectus eſt.

At abſque verbis argute prolatis quamplurimi.

Non enim loquentibus, ſed recte viuentibus gratia debetur.

Vbi res ipſę comparant,longa ſuperuacua eſt oratio.

*Chryſoſt.* Vita potentior oratione, verbíſque mores: & operum demonſtratio, verborum doctrinæ præponitur.

Audi Apoſtolum dicentem, cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem efficite: † omnia facite ſine murmurationibus & diſputationibus, vt ſitis ſimplices, ac tales de quibus conqueri poſſit nemo, filij dei ſine reprehenſione. Quinetiam vates Dauid: Seruite,inquit,domino,cum metu, quia vbique eſt deus, audit omnia,omnia videt, non modo ea quæ aguntur & dicuntur, verumetiam ea omnia quæ in cordibus voluntantur, vel quæ ſunt in fundo cordis: quippe qui ſit cupiditatũ & cogitationũ cordis iudex & cognitor. *†Philip. 2*

*Nili.* Præſtantioribus ſubiectum eſſe, vtiliſſimum eſt.

[redacted]

*† λωφῆσαι.*

*Senum.* Obedientia iuncta continentiæ vel beſtias ſubigit.

*De repub. vituperanda, & inobedientibus ac rebellibus, déque iis qui moribus improbandis præditi ſunt, Sermo 92.*

QVia noluerunt mea ſequi conſilia, ſed increpationes meas deriſerunt, viæ ſuæ fructibus fruentur,& cupiditatibus ſuis explebuntur.

*Ieremiæ.* Populo huic fuit cor inobediens & rebelle: omnes inobedientes ſunt & praue ingrediuntur.

Ad quem loquar & teſtabor, vt audiat? ecce aures eorum incircuncisæ ſunt,nec poſſunt audire.

Qui audit me,audiat: & qui non paret,ne pareat. *Ezech. 3.*

Vbi inimicitiæ,lites, iræ, contentiones, quæ in animis tumultus inexplicabiles excitant, ibi ſpiritus clementiæ non requieſcit. *S. Baſilij.*

Præſtat,opinor,à patre & domino obiurgari,quàm abdicari. *Theologi.*

Impudens aſpectus,ceruix erecta,continua ſuperciliorum motio, inceſſus faſtuoſus, & ob nullam rem improbam erubeſcere, animi fœdiſſimi ſigna ſunt,occultas probrorum ſuorum formas conſpicuo corpori inſcribentis.

Semper enim imperitorum mens virorum *Oppiani.*

Expugnatu difficilis eſt, nec volunt etiam veris fidem habere.

*De remuneratione eorum qui bene & ex virtute vixerint, in beatitudine ſempiterna, Sermo 93.*

DEus qui ſeruat teſtamentum ſuum, & miſericordiam diligentibus ipſum, iiſque qui mandata ipſius exequuntur,in mille ætates. *Deut. 28.*

Iuſti hæreditatem terræ accipient, ac in ea in ſæculum ſæculi habitabunt. *Pſal. 36.*

Miſericordia autem domini continuatur iis, qui ipſum metuunt.

Iuſti optime excipientur.

Qui iuſte viuit,ei auxilium non deerit. *Salomonis*

Benigni terræ erunt poſſeſſores, & innocentes in ea relinquentur: nam qui recti ſunt, habitabunt terram, vbi abierit dolor,triſtitia & gemitus.

Iuſtus ſi extremum vitæ diem confecerit,in requiete futurus eſt.

Iuſtorum animi in manu dei ſunt, nec tanget illos cruciatus.

Hæc domini ſunt verba: Ecce, inquit, ſerui mei edent, vos autem eſurietis. Ecce ſerui mei bibent, vos autem ſitietis. Ecce qui ſeruiunt mihi,lætabuntur, vos autem pudore afficiemini. *Eſaiæ 65.*

In tempore illo ſalutem conſequetur omnis populus,qui fuerit inuentus in hoc libro ſcriptus: multíque eorum qui dormiunt in terræ tumulo,excitabuntur ad vitam ſempiternam, & qui intelligunt, ſplendebunt quaſi ſplendor firmamenti. *Daniel 12.*

Iuſti æternum viuunt,& in domino merces eorum, & de ipſis ſolicitudo apud altiſſimum: itaque regiam magnificam & decorum diadema accipient de manu domini. *Sapien. Salo. 5.*

Bona bonis iam inde ab initio condita ſunt. *Sirach. 39*

Tum dicet rex iis qui fuerint ad dextram, Adeſte, beati effecti à patre meo, poſſidete paratum vobis regnum à mundi conſtitutione. Eſuriui enim & dediſtis mihi edere. *Matth. 25*

Proponitur requies æterna iis qui legitime in hac vita decertarint, quæ non ex debito operum redditur, ſed ex dei magnorum donorum largitoris,gratia, iis qui in ipſo ſpem habuerint, præbetur. *S. Baſilij.*

Iuſtorum corona,ſpiritus eſt gratia, quæ & copioſior & perfectior conceditur,cum pro ratione fortium factorum ſpiritalis gloria cuique diſpertiatur. In ſplendoribus enim ſanctorum multæ ſunt manſiones apud patrem. Hæc ſunt quæ dignitatum differentiam efficiunt.

Ac alios quidem lumen inenarrabile excipit, ac ſanctæ & regalis trinitatis contemplatio, quæ lucidius & purius illuſtrat, quæque tota toti menti permixta *Theologi.*

eſt quod ipſum ſolum & maxime regnum cœlorum exiſtimo.

Præmium virtutis deum fieri,& puriſſima luce colluſtrari.

Non qui non ſupplicio dignus, idem continuo & honore: quemadmodum & præmio indignus, non ſtatim ſupplicium meretur.

*Chriſoſto.* Regnum cœlorum, non eſt terra fluens melle & lacte, nec viridis ſenecta, nec liberorum copia, non cibus, non vinum, non ouilia, non bubilia, ſed cœlum ac ea bona quæ in cœlo ſunt, & adoptio, & fraternitas cum vnigenito, & communio hæreditatis, & vnà cum illo gloria affici & regnare, & ſexcenta talia præmia.

*Marci Anachoretæ.* [redacted]: qui autem ad perfectum venire volunt, neceſſe habent omnia prorſus exequi: continet autem omnia mandata, animæ abnegatio, quæ eſt mors.

*De remuneratione eorum qui in vitio & illicite vixerint, perpetuúmque illis & interminatum, propoſitum eſſe ſupplicium, Sermo 94.*

*Deut.28.* VT non perdat ſceleratus innocentem, nolet deus illi placari, ſed exardeſcet ira domini, & æmulatio eius in hominem illum.

*Iob 18.* Qui ſementem abſurdã fecerint, dolores ſibi metẽt.

Impiorum lucerna extinguetur. Veniet conuerſio eorum, & ſimiles erunt paleis, quæ à vento diſpelluntur.

Paululum cæſus es flagellis, ob ea quæ peccaſti.

*Pſal. 10.* Pluet in improbos laqueo, igne, ſulphure, & vento procelloſo.

Facies domini in eos qui mala patrant.

Mors ſceleroſorum mala.

Vt cera igne liquefit, ſic ſcelerati interibunt.

Reddet illis dominus iniquitatem ipſorum, & pro ratione malitiæ illorum, dominus deus exterminabit eos.

*Manaſſæ.* Ira tuarum in ſceleratos minarum intoleranda eſt.

*Salomonis* Promptum eſt impiorum exitium, de quo boni lætantur.

In ſupplicio ſceleroſorum non eſt vllum remedium.

Vitam impiorum dominus euertet.

Impiorum afflictio mortifera.

Præparantur intemperantibus flagella.

Exleges præteribunt bona, & non ingredientur in ea.

Lumen impiorum extinguetur.

Peccantes, mala perſequentur.

Exitus iniquorum, miſer.

Execratio domini in domibus impiorum.

Domus impiorum exterminabuntur.

*Amos 9* Deſigam oculos meos in illos ad calamitates inferendas, non proſperitates.

*Sophoniæ 3.* Infirmi erunt impij, & de terra tollam iniquos, dominus ait omnium præpotens.

*Malach.4* Ecce dies veniet quaſi clibanus exardeſcens, & cremabit eos, eruntque omnes iniqui, ſtipulæ ſimiles, & incendet eos dies illa quæ ventura eſt, dicit omnipotens, neque relinquetur nec radix nec ramus.

*Abacuc.* Conſummatio in ſceleroſos veniet.

*Eſaiæ 13.* Ecce dies domini veniet cùm vehementi ira, vt totum orbem deſertum efficiat, & ex eo tollat ſceleroſos.

Væ iniquo, mala, ſicut opera ipſius requirunt, accident ei.

Exurentur iniqui & ſcelerati ſimul, nec exiſtet quiſquam qui extingat.

Vermis eorum non morietur, nec ignis ipſorum reſtinguetur, erúntque omnibus ſpectaculo.

*Sirach.39* In concilio ſceleroſorum, igni exurentur.

Ignis, grando, & fames & mors, hæc omnia ad ſceleratorum ſupplicium condita ſunt.

Vindicta ſceleroſorum, ignis & vermis: in ſceleratos ira illius exardeſcet.

*Matth.13* Quemadmodum colliguntur zizania, & igni exuruntur: ſic fiet in huius ſæculi conſummatione: mittet filius hominis angelos ſuos, & ex regno ipſius colligent omnia offendicula, eóſque qui inique ſe gerunt, & coniicient in fornacem ignis, vbi futurus eſt fletus & ſtridor dentium.

Tum dicet rex, iis qui erunt ad ſiniſtram: Diſcedite à me execrati in ignem ſempiternum, qui diabolo & angelis eius paratus eſt,

*2.Pet.2.* Nouit dominus, pios ex tentatione eripere, iniquos autem in diem iudicij cruciandos ſeruare.

*2.Cor.5.* Ad tribunal Chriſti vt ſiſtamur omnes, oportet, vt auferat quiſque pro ſuis actionibus quas in corpore geſſit, ſiue bonum ſiue malum.

*S. Baſilij.* Ex inſidiis diaboli ſunt etiam iſtæ: vt multi homines, quaſi obliti tot & talium domini ſententiarum, finem ſuppliciorum ſibi circumſcribant, quò in futurum audacius peccent. Si enim æterni ſupplicij futurus eſt aliquando finis, omnino & vita æterna finem habitura eſt. Quod ſi hoc de vita æterna non probamus, qua ratione ſupplicio ſempiterno finem concedemus? nam in vtroque æternitatis vocabulum æque additum eſt: Abibunt enim, inquit, iſti in ſupplicium æternum: iuſti vero in æternam vitam.

O quàm te ipſe laniabis, quàm ſuſpirabis & gemes fruſtra, ſero ſcilicet plorans rebus iam conſtitutis, nec mutationem admittentibus, quum videris iuſtorum ſplendorem illa magnifica donorum diſtributione, & ſceleroſorum in profundiſſimis tenebris demiſſionem & triſtitiam.

Peccati labores, triſtis & laborioſa manet gehenna.

Suæ, quiſque, actionis fructus, in illo remunerationis die agnoſcet.

*Theologi.* Quàm melius eſt nunc caſtigari & perpurgari, quàm in illum cruciatum venire, cum iudicij, non purgationis tempus erit.

Non enim licet iis qui ad inferos deſcenderint confiteri & ſe corrigere. Concluſit enim deus hic vitam & actionem, illic autem rerum geſtarum examinationem. Poſt quam non reſtat iudex maior, non per ſecunda opera defenſio: non oleum à prudentibus virginibus, aut à vendentibus, lampadibus quæ iam extinguuntur, comparari poteſt: nulla eſt pœnitentia diuitis, qui flammis exuritur, & domeſticis ſuis correctionem inquirit: non relinquitur ad emendationem dies, ſed ſolum hoc, & ſupremum, & formidoloſiſſimum iudicium exſtat.

O diem mihi infelicem: vbi illum effugiam?

Et qualis fiam? Metuo enim ſterilis, metuo ſpinis & Gomorræ labruſcis refertus apparere, quando iudicans Chriſtus Deus aſſignabit pro dignitate diis locum, prout quiſque lucis ſplendorem ſuſtinet.

*Chryſoſtomi.* Non ſolum bonorum, ſed etiam improborum immortalia ſurgunt corpora, ſed honor hic, ſceleratis, ſupplicij & cruciatus occaſio eſt: immortalia enim reſurgunt, vt ſemper ardeant: nam cum ignis ille ſit talis vt nunquam extinguatur, ei talibus opus eſt corporibus, quæ nunquam conficiantur.

Excita-



*Cyrilli.* Excitamur ergo æterna habentes corpora, ſed non omnes ſimilia. Sed ſi quis eſt iuſtus, is corpus ſpirituale accipit, vt digne cum angelis verſetur. At ſi quis ſceleroſus eſt, corpus accipit quod peccati ſupplicia pati poſſit, vt igni ſempiterno, ardens conficiatur nunquam. Atque id iuſtiſſime deus vtriſque ordinibus cõſtituit, quod ſine corpore à nobis geſtum eſt nihil.

*Quomodo ſubiici quis debeat, & valedicere mundo, & poſtea ſe exercere, Sermo 95.*

*S. Baſilij.* DEbent igitur qui in aſceſi & meditatione volunt vitam degere (vt qui in balneum ingrediuntur, omnem veſtitum exuunt) omni materia negotiorum vitæ nudati, intra ſepta philoſophicæ vitæ ſe abdere.

Cæterùm vera & perfecta ſubiectorum erga ductorem obedientia in hoc oſtenditur, vt non ſolum ab abſurdis præfecti conſilio obtemperantes abſtineant, ſed etiam vt ne illa quidem quæ laudabilia ſunt ſine illius conſilio ſuſcipiant. Continentia enim ac quæuis corporalis afflictio ad aliquid vtilis eſt: ſed ſi quis proprios appetitus ſequens, quod ſibi placet, faciat, & præfecto conſilium danti non obtemperet, maius erit peccatum, quàm † officium: qui enim reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: ac obedientiæ præmium quàm continenter facti maius eſt.

*† τοῦ κατορθώματος.*

Exercitatio vitæ ex Euangelio Chriſti inſtitutæ vt deo accepti ſimus, hæc eſt: vt ſecedamus ab omnibus mundi ſolicitudinibus, & omnino à tentationibus alieni ſimus: nam niſi abducamus noſipſos ab omni carnis cognatione, & vitæ communione quaſi ad alterum mundum migrantes, per † meditationem ſequentes conſilium illius, qui dixit: Noſtra enim conuerſatio in cœlis eſt, omnino fieri nequit, vt propoſitum teneamus quo volumus Deo accepti eſſe, cum dominus definite dicat ſic: Quicunque ex vobis non valere iuſſerit omnia ſua, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et alibi, Si quis me ſequi vult, abneget ſemetipſum. Abnegatio autem ſui ipſius eſt perfecta præteritorum obliuio, & à ſua voluntate omnino abalienari.

*† διὰ τῆς σχέσεως.*

Quod imperatum fuerit & præſcriptum, non eſt recuſandum: nam obedientia vel ad mortem vſque extenditur.

*Chryſoſt. Senum.* Virtus ſubiecti & honor, eſt in obedientia perſtare. [redacted]

Refice patrem tuum, vt cum ad dominum abierit, pro te roget, & tibi bene ſit.

Vehementer oderunt dæmones, eos qui in ſubiectione Patris eminent, & aduerſus eos dentibus frendent, quod cum obedientia renunciationem copulauerunt, idque omni ſolicitudine poſita: aduerſus quos, meditatas rationes comminiſcentes, irritationem inſtituunt, ac iræ iam innatæ adiungunt iracundiam, deinde etiam odium in patrem paulatim coquunt, quaſi pater inique obiurget, & perſonam reſpiciat, vt ex diſſidentibus moribus animum agitatum ex vlnis paternis extortum diſſipent.

*Dorothei.* Qui ſe in patrum obedientiam committit, ſecure & quiete viuit.

*De præfecto, Sermo 96.*

*S. Baſilij.* EX officio incumbit præfecto, vt fratrum ſodalitati vigilet, pro animis eorum ac de ſalute ipſorum ſit ſolicitus, quaſi qui rationem ſit redditurus. Ac ita debet de animis illorum ſolicitudinem ſuſcipere, vt ad mortem vſque ſtudium pro illis ſuum probet, & declaret, non ſolum ex mandato domini, quod ad omnes pertinet, vt animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis, verumetiam ex priuato & proprio illius qui dixit:

*1 Theſſ.2.* † Studioſi veſtrûm ex animo cupiebamus impertire vobis, non ſolùm euangelium, verumetiam noſtras ipſorum animas.

Sic igitur perſuaſus eſſe debet præfectus, futurum, vt niſi cum ratione præſit fratribus ea, res ipſi grauem & ineuitabilem iram adducat: nam ſanguis ipſorum de manibus eius requiretur, quemadmodum ſcriptum eſt. Subiectus autem ſic paratus eſſe debet, vt ad nullum præſcriptum & præceptũ vel difficillimum pigritetur, ea ſpe fretus, quod merces ampla ſit in cœlis. Obedientem ſpes conſoletur vitæ, vt cum omni gaudio & patientia opus domini fiat.

Teſtificare populo iſti, inquit propheta, etſi non audierint, ipſe culpa vacabis.

Solent ſubiecti quàm celerrime præfecti ſui vitiis infici, & perire, atque id multò facilius quàm contraria vitiis virtute imbui. Facile enim eſt & promptum vitia imitari, nec quicquam eſt tam facile, quàm fieri malum, etiamſi nemo ad illud nos inuitet & ducat.

Vitiorum apud vulgus celebratio, multos ad ſimile vitæ genus attrahit, eorum maxime qui lubrici & inconſtantes ſunt.

*Chryſoſt.* Rectum non eſt vt leo paſcat oues: nec tutum eſt vt qui adhuc perturbationibus ducitur, iis præſit qui iiſdem mouentur.

Capite enim male affecto, corpus etiam reliquum imbecillitatem participare neceſſe eſt.

Maximam affert ſubiectis vtilitatem, præfecti reuerentia.

Vita præfectorum, grauis, taliſque quæ reprehendi non poſſit, ſubiectis pro eruditione eſt.

*De iis qui ob cibos offenduntur, & de menſarum differentia, Sermo 97.*

*Coloſſ. 2.* NEmo igitur iudicet vos in cibo & potione, aut in parte diei feſti, aut nouilunij, aut ſabbatorum, quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti.

*1.Cor. 8.* Cibus vos non commendat Deo: neque enim ſi non edamus, inferiores ſumus: neque ſi edamus, ſuperiores.

*1.Tim.4.* Quæcunque deus condidit, vt ſumantur cum gratiarum actione à fidelibus, ea tangere non dedecet: quicquid enim deus condidit, bonum, nec quicquam reiiciendum eſt, ſi modo cum gratiarum actione ſumatur: ſanctum enim efficitur per ſermonem dei, & precationem.

*Rom.14.* At qui diſcernit, ſi ederit, condemnatus eſt, quod id non fide nixus faciat.

Noli deſtruere opus dei propter cibum: omnia quidem pura, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum edit.

Non ſolum ciborum ſumptuoſus apparatus, verumetiam inuitatorum appetitus, menſam efficit iucundiſſimam.

*S. Baſilij.* Non natura ciborum, ſed appetitu & affectione edentium, apparatus iudicatur menſarum.

Oppipara menſa, tenuis videtur, quum non expectata eſurie cibum ſumunt: & contra, vilis, ſumptuoſa fit cum eſurientes acceſſerint conuiuæ.

Anima enim (ait Iobus) in rerum abundantia verſans, fauis illudit: animæ autẽ indigenti, amara, dulcia videntur: non quia appoſitorum natura mutata ſit, ſed quia conuiuantium affectio, ſenſum fallit.

Multitudine ciborum & ſuperuacanea copia ad voluptatem apparans fratri tuo menſam, tacite eum accuſas quod voluptuarius ſit,& effundis in eum guloſitatis probra, ipſa præparatione tua ceu delicatum eum arguens.

Generatim cibum quærere, contrarium eſt mandato domini, dicentis: Nolite quærere quid edatis, & quid bibatis,& quid induatis: hæc enim omnia, gentes mundi requirunt.

*De non offendendo, nec iudicando quoquam, Sermo 98.*

Luca 22. OPortebat prodi filium hominis, ſed væ illi per quem proditus eſt: & offendicula venire neceſſe eſt,ſed væ illi per quem veniunt.

Math.18 & Marci 9. Vtilius eſſet vt mola aſinaria collo eius circundaretur,& in mare proiiceretur,quàm vt vnum ex iſtis paruis offendat.

Vt autem eos ne offendamus,iace hamum in mare, & eum qui primus aſcenderit, piſcem tolle, & in ore eius inuenies ſtaterem, quem illis dato pro me & pro te.

Rom.14. Si propter cibum frater tuus dolet, non ex charitate id agis. *Et paulò poſt*, Bonum eſt non edere carnes,& vinum non bibere,nec quicquam quo frater tuus impingat, aut offendatur aut infirmetur.

Sed illud iudicate magis,ne quid committatis quo frater offendatur.

Sic enim peccantes in fratres,& verberantes eorum infirmam conſcientiam,in Chriſtum ipſum peccatis.

Tales vos præſtate,vt neque Iudæis, neque Græcis, neque Chriſti eccleſiæ offendiculo ſitis.

Nolite quicquam ante tempus iudicare, donec venerit dominus, qui & illluſtrabit & in apertum proferet quæ ſunt occulta in tenebris: & cordium conſilia patefaciet, hæc dei iudicia vlciſci neceſſe eſt omnino, ne experiatur iram dei etiam ille qui fuerit quietus.

Theologi. Ne velox ſim ad iudicandum, à ſcriptura admonitus ſum.

Chriſoſto. Omnia ergo ita geramus,vt ne proximus offēdatur.

Vita enim quamuis recte inſtituta fuerit, ſi offendiculum aliis præbeat,omnia perdidit.

Qui vult igitur viam charitatis ingredi, nullius hominis ſuſcipiet curam,vt neminem iudicet, ſiue rectus & bonus ſit,ſiue ſecus.

*De negligentibus & inertibus: & quod ſi vigilemus, nihil nos diabolus poſſit lædere, Sermo 99.*

S. Baſilij. OMnino ipſum per ſe Satanam, nemini peccati authorem eſſe poſſe arbitror, ſed illum conari vt nos non vigilantes nec ſobrios in ſua abducat ex motibus qui in nobis interdum naturales, interdum etiam licet vetiti, noſtro tamē arbitrio vſurpati ſunt.

Arbitrii liberum. Chryſoſtomi. Canis ritu diabolus inſultat diuitibus, quaſi qui à puero tenente offam aut placentam, auferre velit.

Diabolus quum animaduerterit ſe nihil proficere, in poſterum deſiſtit, metuens ne maiorum nobis author ſit coronarum.

Diabolus ſibi malus eſt,non nobis: nos enim ſi velimus magnas per ipſum capiemus vtilitates: metuētes enim illius inſidias vigilamus, & continenter dei meminimus.

Nouit enim, nouit artifex varius diabolus, vel per bonas actiones ſuum interſpergere venenum.

Solent dæmonia non ſolum inter ſe mutuis vti miniſteriis, verumetiam improbis hominibus, pro inſtrumentis, ad ſui generis hominibus inſidias ponendas.

Noli igitur expectare, vt cum remiſſione & incuria

A cœlum videas: nō enim licet: nemo ſperet ſe cum deliciis per anguſtam viam ingredi poſſe: id enim fieri nequit: nemo per latam ingrediens, ſperet ſe vitam conſecuturum.

Non remiſſorum & ſecurorum eſt regnum cœlorum,ſed violentorum.

Arena eſt hæc vita: in arena autem & certaminibus non poteſt remiſſe agere qui coronandus eſt.

Adhæreſcito igitur virtuti: ſic enim etiamſi nouitius abieris,cum magna copia ibis: duplicémque ſemper vitæ feſtiuitatem habebis, & à vitio abſtinens & virtutem retinens.

Remiſſionem ne quæramus: afflictionem enim ſuis diſcipulis promiſit Chriſtus: & Paulus, Qui volunt (inquit) in Chriſto viuere, perſecutionibus vexabuntur.

B Generoſus Athleta,in ſtadio balnea non requirit, nec menſam cibis & vinis onuſtam. Hoc enim non eſt athletæ,ſed mollis & ignaui: nam athleta pugnat cum puluere,oleo,ſolis calore,ſudore multo, afflictione & anguſtia: certaminis hoc eſt & pugnandi tempus,ergo etiā vulneris accipiēdi,dolēdi, & ſanguinis effundendi tempus eſt. Audi quid beatus dicat Paulus: Sic certo, non quaſi aërem cædens. Omnem ergo vitam, certaminis tempus eſſe exiſtimemus: nec vnquam afflicti, admiremur aut ſtupeamus: nam neque pugil dum in certamine eſt,aduerſum aliquid ſibi accidere miratur. Non hoc, ſed aliud eſt recreationis tempus. Hic ſanè

C in afflictionibus perfectio nobis conquirenda eſt: quanquam illi caſus quos experimur quotidie, perſecutio & afflictio dici non debeant: quod ſi tamen hos non ferimus, vix illas feremus: Tentatio vos non apprehendat, inquit, niſi humana. Precemur igitur à deo,in tentationem ne incidamus: ſin inciderimus, fortiter feramus.

Qui molli veſtitu vtuntur,in aulis regum verſantur: qui vero non tali veſtitu ſunt, in cœlis ſunt: nam mollis veſtitus, vel auſterum animum, ſolutiorem facit, frangit,diffundit: & ſi corpus aſperum & durum nanciſcatur, continuo delitiis emollit & infirmius reddit. Ex quo fit vt mulieres quæ ruri viuunt, viris in

D vrbe degentibus ſint robuſtiores. Atqui corpore molliore reddito, neceſſe eſt etiam animùm illius corruptionis eſſe participem. Propterea quod ipſius animi actiones ferè ad corporis affectionem conſenſu mutuo formentur.

Quis igitur eſt vitij artifex? quis alius eſſet quàm voluntatis deſidia?

Dorothei. Remiſſio,ſecuritas, requies, hæc emolliunt & diffundunt animum: tentationes autem conſolidant, ac cum deo coniungunt: quemadmodum propheta dicit, In calamitate meminimus tui.

Si animaduerteris teipſum aliquo tempore perturbationibus ſolutum, videne tu tibi fidas,quia parāt ſe

E hoſtes ad tempus opportunum verſutiæ: fortaſſis homo ſoluto erit animo, omnia ſedata eſſe credens, & repente in miſerum animum inſilient hoſtes, & quaſi paſſerculum deuorabunt.

Euagrij. Cum mundanis, Dæmones per res ipſas magis luctantur, cum Monachis autem, ferè per rationum diſputationes: negotiis enim & operibus propter ſolitudinem ſoluti ſunt. At quantò facilius eſt mente peccare, quàm externa actione: tanto eſt animi bellum difficilius, quàm ipſarum rerum. Eſt enim mens quiddam quod facile mouetur, & ad contrarias legi phantaſias effrenata.

*De parti-*



*De participatione diuinorum Chriſti myſteriorum, Sermo 100.*

1. Cor.11. QVicunque panem hunc ederit, aut biberit poculum Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis domini: probet autem ſeipſe homo, ac ſic de illo pane edat,& de poculo bibat. Qui enim edit & bibit,indigne,iudicium ſibi edit & bibit,non diiudicans corpus Domini.

Si quis legem Moſis reieciſſet, ſine miſericordia, duobus aut tribus conuictus teſtibus, morte afficiebatur: quanto grauiore dignus erit ſupplicio, qui filiū Dei conculcarit, & ſanguinem teſtamenti communē duxerit, per quem ſit ipſe ſanctificatus, quique ſpiritum gratiæ contumelia affecerit. Nouimus enim eum qui dixit: Mea eſt vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Ac rurſus: Dominus iudicabit populum ſuum: terribile eſt incidere in manus Dei viuentis.

Baſilij. Impurum appropinquare ſanctis myſteriis, vel ex veteri teſtamento horrēdum eſſe iudicium docemur. Quod ſi amplius eſt hîc templo, perſpicuū eſt magis horrendum eſſe: id quod docet nos Apoſtolus dicens: Qui edit & bibit indigne, iudicium ſibi edit & bibit.

Chryſoſt. Tempus communionis non feſtus dies & celebris, ſed conſciētia pura, & vita criminibus libera. Et quēadmodum, eum qui ſibi nihil male conſcit, decet quotidie accedere: ſic peccatis præoccupatum, nec pœnitentia mutatū, ne in feſto quidem die tutum eſt accedere. Nā vt quod ſemel in anno licet, cū dignitate accedere, non liberat nos à peccatis: ita hoc ipſum magis condemnat, quod ſemel tantum accedētes ne tum quidem pure id faciamus. Quamobrem vos omnes obſecro, ne ſimpliciter propter feſti neceſſitatem adeatis: ſed ſi quando huius ſanctæ participes oblationis eſſe velitis, multo ante, vosipſos purgare debetis per Pœnitentiam, precationem & eleemoſynam, & rerum ſpiritalium ſtudia, nec rurſus reuerti, canis ritu, ad proprium vomitum.

Ad diuina Chriſti myſteria negligenter accedere, ſupplicium intolerabile meretur: & ſi vel ſemel in anno hoc quis audeat, ignis ſpiritualis plena eſt ipſa mēſa. Et quemadmodum fontes naturaliter aqua ſcaturiunt, ſic & hæc menſa flammam quandam ineffabilem fouet. Caue igitur accedas cum ſtipula, lignis & fœno, ne maius efficias incendium, & animum qui ſit eius particeps, exuras. Regem excepturus es per communionem, Rege autem in animum intrante, magna eſſe debet tranquillitas, magna quies, alta ſummaque cogitationum pax.

Migraturi hinc, ſi myſteriorum fuerint participes pura conſciētia, cum extremum edituri ſunt ſpiritum, ſtipatores habent angelos, qui ipſos propter id quod ſumpſerunt, hinc deducunt.

Si quis guloſitate aut turpium conſenſu cogitationum, quaſi luto contaminatus eſt, ſi quis odio & iniuriarum recordatione quaſi vertigine affectus eſt, ſi quis inuidia aut ira perturbatus eſt, ſi quis ſuperbia & arrogantia victus tenetur, is ad diuina & pura hæc myſteria accedere ne auſit, priuſquam per pœnitentiā conuenientem, eluerit & purgarit ſeipſum ab omni carnis & ſpiritus inquinamento. Athanaſij.

# D. PACIANI BARCILONAE INTEGERRIMI QVONDAM EPISCOPI,

*Epiſtolæ tres ad Sympronianum Nouatianum. Eiuſdem Parænesis ad Pœnitentiam. Altera eiuſdem de Baptiſmo.*

## D. PACIANI VITA.

EX D. Hieronimi Catalogo illuſtrium ſcriptorum.

*Pacianus in Pyrrhinæi iugis, Barcilonæ epiſcopus, caſtitate & eloquentia, & tam vita quàm ſermone clarus, ſcripſit varia opuſcula, de quibus eſt κέρβος., & contra Nouatianos. Sub Theodoſio principe iam vltima ſenectute mortuus eſt.* † *Ad anno Chriſti* 380.

## D. PACIANI EPISCOPI AD SYMPRONIANVM Nouatianum, de Catholico nomine. Epiſtola I.

[redacted]

PAcianus Sympronianо fratri; S. Si nō carnalis intentio, ſed, vt ego arbitror, vocatio ſpiritualis eſt (Domine) quod ex nobis fidem catholicæ veritatis examinas, tu potiſſimùm quæ vel quàm diuerſa ſequereris indicare debueras, qui à riuulo procul in quantum apparet exorſus, fontem atque originē principalis Eccleſiæ non tenebas te vt quæ, cauſa potiſſimū, de vnitate corporis noſtri ſoluiſſet, aperires. Nudari enim eas partes oportet quibus medicina depoſcitur. Nunc clauſo (vt ita dixerim) literarum ſinu, quæ mēbra nobis potiſſimùm curanda ſint, non videmus. Tantæ enim à capite Chriſtiano hæreſes extiterunt: vt nominum ipſorum ſit volumen immēſum. Nam vt Iudæorum hæreticos prætermittam, Doſytheum Samaritanum, Sadducæos & Phariſæos, quanti Apoſtolorum temporibus emerſerint, dinumerare perlongum eſt, Symon magus, & Menander, & Nicolaus, & cæteri, quos fama recōdit obſcura. Quid poſterioribus temporibus Ebion, & Appelles, & Marcion, & Valentinus & Cerdon, nec lōgè poſt eos Cataphryges, & Nouatiani, vt examina nouella prætercam? Quis ergo mihi primùm per literas refutandus eſt? Ipſa (ſi voles) nomina omnium, charta non capiet, niſi quòd, ſcriptis tuis pœnitentiam vſquequaque damnantibus, ſecundum Phrygas te aſſenſiſſe pronuncias. Verùm his ipſis Domine chariſſime, tam multiplex & diuerſus eſt error, vt non hoc vnum in illis quod contra pœnitentiam ſapiunt, ſed quaſi quædam capita Lernæa cædenda ſint. Et primùm hi pluribus nituntur authoribus. Nam puto & Græcus Blaſtus ipſorum eſt, Theodo-

Hæreſeôn numerus infinitus.

tus quoque & Praxeas, veſtros aliquando docuêre, ipſi illi Phryges nobiliores qui ſe animatos mentiuntur à Leucio, ſe inſtitutos à Proculo gloriantur. Montanum & Maximillam & Priſcillam ſequuti, quàm multiplices controuerſias excitarunt? De Paſchali die, de Paracleto, de Apoſtolis, de Prophetis, multaque alia, ſicut & hoc de Catholico nomine, de venia pœnitentiæ. Quare ſi omnia iſta diſcutere velimus,* docili præſentia opus eſt: ſi hæc ſola quæ ſcribis non ſatis inſtruerem, tamen quia quoquomodo, admirantibus ſeruiendum eſt, informandi tui gratia, ſummatim ad ea de quibus ſcribere dignatus es conloquimur. Si quid ſcire pleniùs de noſtro voles, oportet vt de tuo profiteare ſimpliciùs, ne obſcuriùs conſulendo, non ſcire nos facias, vtrum interroges an laceſſas. Intereà quod ad præſentes pertinebit, ante omnia te rogatum volo ne ob hoc ipſum authoritatem mutuêris errori, quod (ſicut ais) per orbem totum nullus inuentus ſit qui te reuinceret aut perſuadere tibi poſſet contrà quàm crederes. Nam & ſi nos imperiti, peritiſſimus Dei ſpiritus. Et ſi nos infideles, fidelis Deus qui negare ſe non poteſt. Tum porrò, quòd obtinendo, ſacerdotibus Dei diu contendere non licebat, Nos (inquit Apoſtolus) talem conſuetudinem non habemus, nec eccleſia Dei. Poſt vnam correptionem ſicut ſcis ipſe, contẽtioſus omittitur. Perſuadere autem quis aliquid poſſit inuito? Tua ergo frater, non illorum culpa eſt, ſi tibi quod erat optimum nemo perſuaſit. Nam & hodie in poteſtate tua eſt vt noſtra etiam ſcripta contemnas, ſi ea mauis vincere quàm probare. Cæterùm & ipſi Domino & Apoſtolis eius plurimi reſtiterunt, nec perſuaderi veritas cuiquam potuit, niſi ei, propria religione conſenſit. Itaque domine & nos non ea fiducia ſcripſimus, qua repugnanti aliquid perſuadere poſſimus, ſed ea fide qua volenti bonæ pacis aditum non negemus, quæ ſi animo tuo & cordi eſt, de Catholico nomine nullum habet eſſe luctamen. Si enim per Deum id populus noſter adipiſcitur, nec interrogandum eſt, præcedente authoritate diuina. Si per hominem, quando vſurpatum, detegendum. Tunc ſi bonum nomen eſt, non recipit odium: ſi malum, caret inuidia. Nouatianos audio de Nouato aut Nouatiano vocari: ſectam tamen in his? non nomen accuſo, Nec Montano aliquis aut Phrygibus nomen obiecit. Sed ſub Apoſtolis, inquies, nemo catholicus vocabatur: Eſto ſic fuerit, vel illud indulge. Cùm poſt Apoſtolos hæreſes extitiſſent, diuerſiſque nominibus columbam Dei atque reginam lacerare per partes & ſcindere niterentur, nónne cognomen ſuum plebs Apoſtolica poſtulabat, quo incorrupti populi diſtingueret vnitatem, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret? Nónne appellatione propria decuit caput principale ſignari? Ego fortè ingreſſus populoſam vrbem hodie, cùm Marcionitas, cum Appollinariacos, Cathaphrygas, Nouatianos & cæteros eiuſmodi cõperiſſem qui ſe Chriſtianos vocarẽt, quo cognomine congregationem meę plebis agnoſcerem niſi catholica diceretur? Agè quis cæteris plebibus nomina tãta largitus eſt? Cur tot vrbibus, tot nationibus ſua quæque deſcriptio eſt? Ipſe ille qui catholicũ nomen interrogat, cauſam ſui nominis neſciet, ſi requiram vnde mihi traditum eſt. Certè non eſt ab homine mutuatum quod per ſæcula tanta non cecidit. Catholicum iſtud, nec Marcionem, nec Appellem, nec Montanum ſonat, nec hæreticos ſumit authores. Multos nos ſpiritus ſanctus edocuit quem paracletum Apoſtolis & magiſtrum Deus miſit è cœlis, Multa ratio ſicut dicit Paulus, & honeſtas, & (vt ait) ipſa natura. Quid? Parua nobis de apoſtolicis viris, parua primis ſacerdotibus, parua de beatiſſimo Cypriano martyre, atque doctore currit authoritas? An volumus docere doctorem? An ſapientiores illo ſumus, & ſpiritu carnis inflamur aduerſus eum, quem æterni dei teſtem, nobilis cruor, & clariſſimæ paſſionis corona produxit? Quid tot earum partiũ ſacerdotes, quos per totum orbem cum eodem Cypriano pax vna ſolidauit? Quid tot annoſi Epiſcopi, tot martyres, tot confeſſores? Age, ſi illi vſurpando nomini huic authores idonei non fuerunt, nos idonei erimus negando? Et noſtram potiùs authoritatem patres ſequentur, & emendanda ſanctorum cedet antiquitas, & iam putreſcentia vitiis tempora, canos apoſtolicæ antiquitatis eradent? Nec tamen æſtues frater. Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomẽ. Illud me nuncupat, iſtud oſtendit: hoc probor, inde ſignificor. Et ſi reddenda poſtremò catholici vocabuli ratio eſt, & exprimenda de gręco, interpretatione Romana: Catholicus, vbique vnum, vel (vt doctiores putant) obediẽtia omnium nuncupatur, mandatorum ſcilicet Dei. Vnde Apoſtolus, Si in omnibus obedientes eſtis. Et iterum, Sicut enim per inobedientiam vnius, peccatores conſtituti ſunt multi, ſic per dicto audientiam vnius conſtituentur multi. Ergo qui Catholicus, idem iuſti obediens. Qui obediens, idem eſt Chriſtianus: atque ita catholicus Chriſtianus eſt. Quare ab hæretico nomine noſter populus hac appellatione diuiditur cum catholicus nuncupatur: ſed & ſi catholicus vbique vnum eſt ſicut ſuperiores putant, idipſum Dauid indicat dicens: Aſtitit regina in veſte aurata & varietate, hoc eſt, vna in omnibus. Et in Cantico canticorum, ſponſus hęc loquitur: Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa eſt genitrici ſuæ. Et iterum, Adducentur regi virgines poſt eam. Et adhuc: Adoleſcentulæ quarum non eſt numerus. Ergo in omnibus vna, & vna ſuper omnia. Si rationem nominis quæris, appâret. De pœnitentia verò, Deus præſtet vt nullis fidelibus neceſſaria ſit, nemo poſt ſacri fontis auxilium, foueam mortis incurrat: nec tarda ſolamina ingerere ſacerdotes aut docere cogantur, ne peccandi iter aperiant dum peccãti remediis blandiũtur. Sed nos hanc indulgentiam Dei noſtri, miſeris, non beatis, nec ante peccatum, † ſed poſt peccata detegimus: nec ſanis medicinam, ſed malè habentibus nũciamus. Si nihil in baptizatos poſſunt nequitiæ ſpirituales, nihil fraus illa ſerpentis quæ primùm ſubuertit hominem, quę poſteris eius tot titulos dãnationis impreſſit, ſi receſſit à mundo, ſi regnare iam cœpimus, ſi nullum oculis, nullum manibus, nullum mentibus noſtris crimen obrêpit: abiiciatur hoc Dei donum, repellatur auxilium, nulla exomologeſis, nulli gemitus audiantur. Contemnat omne remediũ ſuperba iuſtitia. Quòd ſi hæc homini ſuo Dominus prouidit, ſi idem ſtantibus præmia, qui iacentibus remedia largitus eſt: deſinite diuinã accuſare pietatem, aut tot cœleſtis clemẽtiæ titulos obiectu rigoris eradere, aut gratuita Domini bona inobſecrabili aſperitate prohibere. Non largimur iſta de noſtro. Conuertimini ad me, dicit Dominus, ſimulque ieiunio, & fletu, & planctu ſcindite corda veſtra. Et iterum: Relinquat impius vias ſuas, & vir facinoroſus cogitationes ſuas: & conuertatur ad Dominum, & miſericordiam conſequetur. Itemque Propheta in hunc modum clamat: Quoniã deus pius & mitis

*Margin notes, p. 303–304:* *Hereticus vt doceri poßit.* — *Hereticus primum deponat opinionem ſubtilitatis.* — *1. Cor. 11. c.* — *Tit. 3. c.* — *Veritas inuito non perſuadetur.* — *Eccleſia cur dicta Catholica.* — *Patrum authoritas.* — *Tempora vitiis putreſcentia.* — *καθολικὸς vniuerſalis.* — *Rom. 5.* — *Catholici nomen quid ſignificet.* — *Pſal. 44.* — *Canti. 6.* — *Pſal. 44.* — [illegible] — *† Nõ enim opus eſt medico valentibus.* — [illegible] — *Exomologeſis.* — *Iohel. 2.* — *Prou. 28.*



& mitis & patiens eſt: & qui reflectat ſententiam aduerſus malitias inrogatam. Habet ne tam diuturnum ſerpens venenum, & Chriſtus non habet medicinam? Diabolus in mundo interficit, Chriſtus hic non poteſt ſubuenire? Pigeat ſanè peccare, ſed pœnitere non pigeat. Pudeat periclitari, ſed non pudeat liberari. Quis naufrago tabulam, ne euadat, eripiet? Quis ſanandis vulneribus inuidebit? An non Dauid dicit: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, in lachrymis ſtratum meum rigabo. Et iterum, Peccatum meum ego agnoſco, & facinus meum non texi. Et adhuc, Dixi proſequar aduerſum me delictum meum Deo meo, & tu remiſiſti impietatem cordis mei? Nónne ille poſt cædis & adulterij reatum pro Bethſabee pœnitenti, Propheta reſpondit, Dominus abſtulit à te peccatum tuum? Núm Babylonium regem poſt tot idololatriæ facinora damnatum, exomologeſis non liberauit? Et quid eſt quod ait Dominus? Nónne qui ceciderit, reſurget: & qui auerſus fuerit, conuertetur? Quid illa tot ſimilitudinum dominicarum argumenta reſpondent? Quòd drachmam inuenit mulier, & gratulatur inuentam: Quòd paſtor ouem reportat erraticam? Quòd filio reuertẽti, poſt * prodacta omnia bona, & cum meretricibus & fornicariis nepotata, pater blandus occurrit, & inuidum fratrem oſtenſa ratione caſtĩgat? Filius (inquiens) meus hic mortuus fuerat & reuixit, perierat, & inuentus eſt. Quid ille in via vulneratus, à leuita & ſacerdote præteritus? Nónne curatur? Reuolue quæ ſpiritus dicat eccleſiis. Epheſios deſertæ dilectionis accuſat, Stuprum Tiathyrenis imputat, Sardos in opere ceſſantes, Pergamenos docentes diuerſa reprehendit, Laodicenorum diuitias inurit, & tamen omnes ad pœnitentiam ſatisfactionis inuîtat. Quid Apoſtolus ad Corinthios? cùm ita dicit, Ne cùm venero, lugeam multos ex his qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam ex his quæ antè geſſerunt in fornicatione & immunditiis ſuis. Quid cùm rurſus ad Galathas? Si quis præuentus fuerit in aliquo delicto, id eſt quocunque: vos qui ſpiritales eſtis inſtruite eiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, cauens ne & tu tenteris. At nunquid paterfamiliâs in magna domo, argentea tantùm & aurea vaſa cuſtodit? Nónne & fictilia & lignea, & compoſita quædam & refecta dignatur? Nunc gaudeo, inquit Apoſtolus, quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Et iterum, Quia ſecundum Deum triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Sed pœnitere non licuit. Nemo ſine fructu imperat laborem, Dignus eſt enim mercẽnarius mercede ſua. Nunquàm Deus, non pœnitenti comminaretur, niſi ignoſceret pœnitenti. Solus hoc (inquies) Deus poterit. Verum eſt, ſed & quod per ſacerdotes ſuos facit, ipſius poteſtas eſt. Nam quid eſt illud quod Apoſtolis dicit: Quæ ligaueritis in terris, ligata erũt & in cœlis: Et quæcunque ſolueritis in terris, ſoluta erunt & in cœlis? Cur hoc, ſi ligare hominibus ac ſoluere nõ licebat? An tantùm hoc ſolis Apoſtolis licet? Ergo & baptizare ſolis licet, & ſpiritum ſanctũ dare ſolis, & ſolis gẽtium peccata purgare, quia totũ hoc non aliis quàm Apoſtolis imperatum eſt: Quòd ſi vno in loco, & reſolutio vinculorum & ſacramenti poteſtas datur, aut totum ad nos ex Apoſtolorum forma & poteſtate deductum eſt, aut nec illud ex decretis relaxatum eſt. Ego (inquit) fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat. Hoc ergo ſuperædificamus, quod Apoſtolorum doctrina fundauit. Denique & Epiſcopi, Apoſtoli nominantur ſicut de Epaphrodito Paulus ediſſerit. Fratrem & commilitonem, inquit, meum, veſtrum autem Apoſtolum. Si ergo & lauachri & chriſmatis poteſtas, maiorũ & longè chariſmatum ad Epiſcopos inde deſcendit, & ligandi quoque ius adfuit atque ſoluendi. Quòd et-ſi nos ob noſtra peccata temerariè vindicamus, Deus tamen illud vt ſanctis & Apoſtolorum cathedram tenentibus non negabit, qui Epiſcopis etiam vnici ſui nomen indulſit. Plura ſcriberem frater, ni & celeritate pueri reuertẽtis vrgerer, vel præſenti tibi vel de omni propoſito conſitenti, copioſiora ſeruarem. Nemo Epiſcopum, hominis contemplatione deſpiciat. Recordemur, quod Petrus Apoſtolus Dominum noſtrum epiſcopum nominarit: Sed conuerſi, inquit, modo ad Epiſcopum & paſtorem animarum veſtrarum. Quid Epiſcopo negabitur, in quo Dei nomen operatur? Reddet quidem ille rationem ſi quid perperam fecerit, vel ſi corruptè & impiè iudicarit. Nec præiudicatur Deo, quominus mali ædificatoris opera reſcindat: interea ſi pia illa adminiſtratio eſt, adiutor Dei operum perſeuêrat. Ecce Apoſtolus ad laicos ſcribit, Si cui quid donatis, & ego. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti, vt non poſſideatur à Satana, non enim verſutias eius ignoramus. Si autem quod laici donãt, Apoſtolus donaſſe ſe dicit: quod Epiſcopus fecerit qualiter reſpuetur? Ergo nec Chriſma, nec Baptiſma, nec criminum remiſſio, nec innouatio corporis ſanctę poteſtati eius indulta eſt, quia nihil propria vſurpatione mãdat eſt, totumque id ex Apoſtolico iure defluxit? Scio frater hanc ipſam pœnitentiæ veniam non paſſim omnibus dari, nec antequam aut interpretatio diuinæ voluntatis, aut forſitã viſitatio fuerit, relaxari magno põdere magnoque libramine, poſt multos gemitus effuſionemque lachrymarum, poſt totius eccleſiæ preces, ita veniam veræ pœnitentiæ non negari, vt iudicaturo Chriſto nemo præiudicet. Si apertiùs quid tu ſentias ſcripſeris frater, pleniùs inſtruêris.

*D. Patiani Epiſtola ſecunda, ad Sympronianum.*

PAcianus epiſcopus, Sympronianо fratri ſalutem. In quæſtione prolixa, quãtùm potero breuitatem ſequar. Neque tibi frater ſub interrogationis bonæ ſpecie, occulta verborum tela iaculanti atque obiiciẽti, quæ ipſe machinare, aliquam vicem malitiæ repenſabo. Orare pro perſequentibus iubemur, maledicentibuſque benedicere. Fraus enim quaſi vulpeculæ, vis autem leonis eſt: vtrunque ab homine alieniſſimum, ſed fraus odio digna maiore. Nam cùm plùs nocere te credas, quaſi ignarus interrogas: cùm docere te putes, ſimulas erudiri. Rabbi dominum vocabant veteres Phariſæi cùm enigmata legis opponerent, magiſtrum appellabant cùm ſibi omne magiſterium vindicarent. Quidlibet agas frater, totum ex me ſimpliciter recognoſces. Malo imperitus, quàm malitioſus intelligi: malo fatuus, quã callidus iudicari. Quare priuſquam rationem fidei noſtræ (de qua moueris) aſſignẽ, accipe pauca de literis tuis quas tractatui prætuliſti, Refectum eſſe te dicis prioribus Epiſtolis meis, & ſtatim addis me cum amaritudine reſpondiſſe quæ ſcripſerim. Si amara reficiunt, quid dulcia operẽtur, ignoro: niſi quia, vt in medicinę poculis, ſolet amarum magis quàm dulce medicari. Sed quæſo, literas meas repetas an aliquo felle reſperſæ ſint, quid ſuperbũ, quid inſuaue reſponderim. Plures me, ais, hæreſes nominaſſe, de quibus nemo quæſierit. Agè, quid tua, ſi hæreticus non eras? Qui cùm de fide noſtra moueres quæ-

*Margin notes, p. 305–306:* *1. Ioan. 4. a.* — *Pſalm. 6.* — *Pſal. 31.* — *Ibidem.* — *Exomologeſis.* — *Hiere. 8. b* — *Luc. 13.* — *Ibidem.* — **à pro digo, egi, profactũ iuxta Catonis dictũ, proteruiam facere.* — *Apo. 2.* — *Ibidem. 3.* — *Cori. 12.* — *Gala. 6.* — [illegible] — *Cho. 7.* — *Merces.* — *Luc. 10.* — *Sacerdotũ poteſtas.* — *Matt. 16* — *1. Cor. 3. b.* — *Phi. 2. d.* — *Chriſma.* — *Apoſtolorum cathedra.* — *2. Petr. 2. d.* — *Epiſcopi iudicium, & dignitas.* — *2. Cor. 2.* — *Chriſma Innouatio corporis.* — *Matt. 5.* — *Hæreticorum fraudes.* — *Amara, magis ſalubria.*

ſtionem & doceri velle te diceres, ſcripſi ignorantiæ cauſas eſſe multiplices, quæ vos potiſſimum haberet, vt aperires, ne retexendis pluribus æſtuarem. De Catholico nomine multa reſpondi placidè. Dixi enim, nihil alterius intereſſe quid alius vocaretur. Ac ſi vim nominis poſtulares, quodcũque illud eſſe mirificum, ſeu vnum in omnibus, ſeu vnũ ſuper omnia, ſeu quod antè non dixi, filius regis, id eſt populus Chriſtianus. Adeo certè non inditum nobis quod per ſæcula tanta non caderet. Et ſanè gratulor quòd licet alios antepoſueris, etiam circa nos aſſentiare de nomine. Quid ſi negares? Natura clamaret. Aut ſi adhuc dubitas, taceamus. Ambo, quod vocabimur, hoc erimus teſte nominis vetuſtate. Cæterum ſi pertinaciùs flagitaueris vide ne tibi vir ille virtutis exclamet. Quid interrogas nomen meum? Et ipſum eſt mirabile. Tunc addidi ſanè, vnde catholici nomen hoc traherent non eſſe reputãdum, quia nec Valentinis ſi à Valentino, nec Phrygibus ſi à Phrygia, nec Nouatianis, ſi à Nouatiano vocarentur, imputari ſolere. Hic tu grauiter commoueris, & quaſi aculeo fixus erigeris. Nam ſic iratus exclamas. Nũquid Cypriano ſancto viro hoc obeſt, quòd populus eius Apoſtaticum nomen habet, vel Capitolinum, vel * Syndreum? Conuitiaris, & ecce non moueor. Horum-ne aliquid appellati ſumus? Interroga ſæculũ frater, totoſque ex ordine annos an nobis nomen hoc hæſerit, an Cypriani populus aliud quã Catholicus nominatus ſit. Nunquam nomen vllum ex his audiui. Iam vide, ſi vocari aliquis eo nomine potuit, quod ſibi neſcit impoſitum. Quid ergo? Maledicta ſunt iſta non nomina: & maledicta iraſcentium, maledicta petulantium. Quotuis & ego vos poſſum appellare nominibus ſi liceat iraſci. Cyprianum ſanctum vocas, & populum eius Apoſtaticum? Quomodo? ſi initium ſanctum & farina: & ſi radix ſancta, & rami. Ego ne Apoſtaticus, an Nouatus? Nouatus inquàm, patre prodito, Eccleſia derelicta, partu vxoris effuſo. Ego ne Apoſtaticus, an Nouatianus, quem abſentem epiſtola epiſcopum finxit, quem conſecrante nullo, linteata ſedes accepit, verùm iſta poſteriùs: interim ipſi vos dicite quid vocemini. Negatiſne Nouatianos à Nouatiano vocari? Quodlibet nomẽ imponas ſemper iſtud hærebit. Scrutare totos (ſi videtur) annales & crede tot ſæculis, reſpõdebis Chriſtianum. Inquirente me genus ſectæ, Nouatianum non inficiaberis. Nec tamen ego Nouatiani tui nomen accuſo quod toties requiſitum circum loquentibus lineis, & operto quodam ſinu claudis. Fatêre ſimpliciter, nihil eſt ſceleris in nomine. Quid te toties interrogatus abſcondis? quid cauſam nominis erubeſcis? Cùm primũ ſcripſeras, Cataphrygem putabam. Túne ſecũdis quidem literis confiteris? Meo inuides nomini & tuum vitas? Vide quid ſit pudoris in cauſa, quæ refugit quod vocatur. Quæ caſtigas & agis? Quaſi ad Rhetorem venerimus aut ars ſit tractãda, aut de verſibus Virgilij, verſus enarrârem? Cùm plures hæreticos nominaſſem, addidi: Et quos fama recondit obſcura. Et vnde tu hoc de Virgilij verſu tractum putas ſi Virgilium omnino non noueras? Atquî nego, non ex ordine verſum poſui. Dixi enim: Quos fama recõdit obſcura, vt loquẽtibus moris eſt, ex copia ſermonis humani dicere aliquid quod antè dictum ſit. Tu verò verſum ſuo ordine, ſua compage repetiſti, Adeò Virgilium plus amaſti vt nefas fieri putares ſi verſum eius infringeres? Et tamẽ ego à paruulo didiceram. Quid mirum ſi in ea incîdi quæ ſciebam? In te frater tantus eſt labor, vt ea nunc demùm legas quæ lecta quondam ab aliis erubeſcas? Latinis inſtitutum, Latinè loquentem tam accuſare debebis, quàm Græcè Græcum, quàm Parthicè Parthum, quàm Punicè Pœnum: Medis, Ægyptiis. Hebręis ſua lingua eſt ſecundum copiam Domini qui eam in centum viginti ora modulatus eſt. Poëticum verſum epiſcopus dixit. Quid Paulus Apoſtolus? Erubeſcit, cùm Athenienſem illum verſum & dixit & cõprobat: Nam in actis Apoſtolorum ita ponit, quidam etiam ſecundum vos dixerunt, Huius nanque genus ſumus, cùm igitur genus ſimus Dei. Et rurſus ad Titum dixit: Dixit quidam ex illis proprius eorum Propheta * Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, vẽtres pigri. Et addidit: Teſtimonium hoc verum eſt. Sic peccamus exemplo, nec rethores ſumus, ſed quancunque vocem, copiam dei credimus. Latium, Aegyptus, Athenæ, Thraces, Arabes, Hiſpani Deum confitentur, omnes linguas ſpiritus ſanctus intelligit. Tu ipſe cur ais, Literas tuas viuaci cædro perlinam propter carioſos hoſtes muſarum? Quarum oro, muſarum? An quæ inuenerint literas & ſcripſerint chartas quas tineæ perſequentur? Dic oro frater, muſæ literas repererunt? Nónne per Dominum omnia, & à Deo omnia? Præter illas centum & viginti linguas, fuit adhuc alia muſarum? Heſiodus iſtud in Helicone mentitus eſt, ſed Athenienſium ſtudio, quibus, vt Apoſtolus ait, nihil vacabat niſi loqui. Nos teſte Apoſtolo omnium vocum modos, omnium genera linguarum à Deo inſpirata retinemus. Ignoſco tamen frater ſi quid & tu de tuo authore præſumis, & Nouatiani philoſophiam per quam ille in naufragium religionis incurrit, cum Heſiodi authoritate coniungis. Veruntamen Apoſtoli meminiſſe debueras, qui ait. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem ſeductionem. Iam quale illud eſt quod catholicis imputandum putas, ſi quando vos reges aut imperia perſecuta ſunt. Ergo è contrario vobis debuit imputari quoties regum * & perſecutionẽ catholici pertulerunt, atque noſtros, pagani principes perſecuti ſunt. Vos Chriſtianorum odia pertuliſtis? Sed noſtri magis * queſti ſunt. Viderit qui hoc fecit, qua mente, quo ſpiritu, pacémne an diſcordiam procurarit. Verùm & ſi quidam eorum deliquerunt (inquit) nunquid fidem Dei deſtruunt? Nec tamẽ tu querelam putes fuiſſe noſtrorum. Sed cùm per noſtram fidem Chriſtiani principes eſſe cœpiſſent, ipſi principes, catholicæ, hoc eſt ſuæ parti fauentes proprio dolore commoti ſunt, niſi fortè Danihelo imputabitur quòd à Dario vindicatus eſt, aut Heſteri ſanctiſſimæ fœminæ, cùm pro ea dux regis ociditur, aut tribus pueris, quòd propter eos poſt experimenta flãmarum, prophanis & incredulis rex Babylonius comminatur. Nónne Symonem, Petrus iudice aſtipulante confundit? Num Helimam fauente Sergio Paulus excæcat? * Vindicatus eſſet & Hieroſolymis, ſi quid fidei ligatus habuiſſet. Neſcis ſeruire ipſas innocentibus poteſtates, & in bonum ſanctis patribus miniſtrare? Sicut Apoſtolus dicit, principes non ſunt timori, bono operi, ſed malo. Vis autem nõ timere poteſtatem? Bonum fac & habebis laudem ex ea per dominum. Miniſter enim eſt tibi in bonum. Et tamen ego de nullo queſtus ſum, de nemine vindicatus, nec * impedire mihi Nouatianos puto, quorũ paruitate ſi vellem atque defectu poteram gloriari. Ecce plebem tuam imperatori nullus accuſat, & ſolus es. Oportet nos tamẽ omnes ſtare ante tribunal Dei: quod vnum ſcio, quererentur Nouatiani, ſi cauſa eorũ eſſet vllis grata principibus

*Iud. 13. c.* — *Fingit cõuicia in plebẽ Catholicam.* — * *Arbitror hic legendum* συνέδριον. — *Cõuitium eſt à concilio ductũ in inuidiã Cypriani.* — *Rom. 11. c.* Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα, καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι.

*Linguæ. 120.* — *Paulus ex Arato Soleſi id mutuat⁹ eſt.* — * *Id ex Epimenide.* — *Nouati Philoſophia.* — *Col. 2.* — * *Impietatem.* — * *Queri debuerũt.* — *Rom. 3. a.* — *Daniel. 6. f.* — *Heſt. 7. d.* — *Dan. 3. g.* — * *Loc⁹ hic obſcurior* — *Rom. 13.* — * *Pro impedimento eſſe.*



cipibus. Vtilius eſſe ais vincere quàm placere. At qui vincendi ardore ducuntur, contentione proficiunt. Apoſtolus verò ait: Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus: nec eccleſia Dei. Contrà, de ſtudio placendi: Omnibus, inquit, per omnia placeo non quærens quod mihi vtile ſit, ſed quod multis, vt ſaluentur. Vos autem dum veſtra non fratrum commoda cogitatis, vincẽdo mauultis elidere quam placendo recreare. Malum bono viciſſe, rationis eſt, cæterum, in quacunque cauſa velle ſuperare, præſumptionis inſanæ eſt. Non de Apoſtolico iure, ſed de Græco, apud quos ſcriptum putatur, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum eſſe cupiditate vincendi. Sus quoque ille lutulentus & inſana tygris, quid aliud velint niſi vincere quàm placere? Vacare tibi ſcribis, & ideo te contentioſa delectant. Mihi verò catholicis negociis occupato, poſt triginta fermè dies literæ tuæ traditæ ſunt, poſt alios quadraginta repetitæ. Iraſci me ais, Abſit. Stimulari vt apem, credo: quæ interdum aculeo mella defendit. Verùm recole vtrinque literas, iam videbis ſpiculiſne an floribus paginam conſeramus. De ſimilibus quidem Apoſtolus, quos oportet * indentari, Sed attende. Nos tecum quaſi columbæ ore potiùs quàm dente confligimus. Vtinam verum eſſet quod doceri velle te dicis, iam ipſa tibi manibus meis ſancti ſpiritus vnguenta ſuggererem. Amas me? Non læſi, ſcio. Sed tũc demum amares, ſi nõ diuerſa ſentires, atque operi meo blandus accederes. Cypriani epiſtolas mihi placere miraris? Quid nî beati martyris & catholici ſacerdotis? Nouatianum mihi ingeris? Philoſophum ſæculi fuiſſe audio, nec ſatis miror ab eccleſia Dei viui degeneraſſe. Cognoſco radicẽ legis antiquæ, fontẽ veteris populi reliquiſſe Cornelio inuidentem, Nouati inſaniæ commodatum, ſine conſecratione legitima epiſcopum factum, ideoque nec factum per epiſtolam eorum qui ſe confeſſores eſſe ſimularent, qui matris vnius membra diuellerent. Hæc ego tibi frater confeſſione veſtrorũ, literis approbabo. Ita tuus iſte philoſophus, ſapientiam ſuam quærẽs ſtatuere ſicut Apoſtolus ait, ſapientiæ Dei non eſt ſubiectus, quoniam per ſapientiam ſuam mundus non recognouit ſapientiam Dei. Nam quòd antè paſſum Nouatianum putas, & Cyprianum dixiſſe ſubiungis: Præceſſit me aduerſarius meus, vide quàm manifeſtò reſpondeam. Nouatianus martirium nunquam tulit, nec ex verbis beatiſſimi Cypriani auditum iſtud, aut lectum eſt. Habes eius epiſtolas quibus Cornelium vrbis Epiſcopum, cui tunc Nouatianus inuiderat, inimicis principibus reſiſtentem, ſæpe confeſſum, ſæpe vexatum refert, plurimis Cõfeſſoribus, plurimis quoque Martyribus ducem factum, & cum plurimis glorioſiſſimè coronatũ viuente tunc Nouatiano, etiãque ſecuro. Nam & ideo ab Eccleſia Chriſti receſſerat, ne illum labor confeſſionis vrgêret. Qui primùm ſtimulatus inuidia epiſcopatum Cornelij non ferebat, inde ſe Nouato, paucorum Epiſtolis deriſus addixerat. Hæc te omnia de Nouatiano Cypriani literæ perdocebunt. Porrò etiam ſi paſſus eſt aliquid Nouatianus, non tamen etiam occiſus. Etiam ſi occiſus, non tamen coronatus. Quid nî: Extra Eccleſiæ pacem, extra concordiam, extra eam matrem cuius portio debet eſſe qui martyr eſt. Audi Apoſtolum: Et ſi habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem non habeam, nihil ſum. Et ſi in cibos pauperum diuiſero omnem ſubſtantiam meã, & ſi tradidero corpus meum ad comburẽdum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in confeſſorum grege paſſus eſt & ſæpe confeſſus iteratis perſecutionibus, & multa laceratione vexatus, & nouiſſimè ſalutari calice propinatus eſt. Hoc fuit coronari. Quarè ſibi habeat Nouatianus epiſtolas ſuas, ſibi tumorem, ſibi ſuperbiam, qua dum in altum leuatur, eliſus eſt: dum nemini parcit, effuſus. En qui ſalutis viã fratribus inexorabili religione præcludat. En qui ſe * palàm ferre, & areã Domini purgare confidat. Miſerere tui Symproniane frater, ne te Nouatianus ſub hac fronte decipiat, vt ideo iuſtior putetur, quia reliquos ſui comparatione deſpexit. „Sæpe fiduciam mentitur audacia: & deſperatis quibuſque „peccatoribus falſa bonæ conſcientiæ imago blanditur. Contrà verò omnis humilitas innocẽtia eſt, etiam illa debitrix, etiam illa peccatrix, etiam illa quæ animam ſuam cum peccatore blanditur. Dele me (inquit Moyſes) de libro quem ſcripſiſti, ne peccatores perirẽt. Optaueram (inquit Apoſtolus) anathema eſſe ipſe ego in Chriſto pro fratribus meis cognatis ſecundum carnem. Vtique ambo pro peccatoribus deprecantur, & propter hoc, Deum nec Moyſes nec Paulus offendit. Nouatianus his melior? Emendator Prophetarum? Doctor Apoſtolorum? Iam cum Chriſto videtur vt idem Moyſes? Iam vt Paulus in tertium cœlum ſublimis euehitur? Iam neglectis omnibus ſolus auditur? Hæc ad literas tuas reſpondiſſe ſuffecerit. Sed quia de pœnitentia non agenda, vel ante baptiſmum agenda latiùs diſputaſti, multiſque capitulis exemplorum, tractatus ipſius paginam referſiſti, reſpondebo ad ſingula ex abundanti. Quæ fides verior habeat non tacebo: tu vt auditui noſtro largiter imperare dignatus es, benignam rurſus vicem præbeto tractatui. Præſtabit fortaſſè dominus vt qui nos tibi patienter obtulimus, fructum aliquem de tua etiam patientia reportemus. Dominus te in æternum cuſtodire & protegere dignetur, & Chriſtianum atque Catholicum viuere faciat, & concordare nobiſcum, Amen.

*Paciani ad eundem contra tractatus Nouatianorum. Epiſt. 3.*

PAcianus Epiſcopus Sympronìano fratri ſalutem. Tractatus omnis Nouatianorũ, quẽ ad me cõfertis vndique propoſitionibus deſtinaſti Symproniane frater, hoc cõtinet. Quod poſt baptiſmũ pœnitere nõ liceat, quòd mortale peccatũ Eccleſia donare nõ poſſit, immò quòd ipſa pereat recipiendo peccantes. Præclarus honos, ſingularis authoritas, magna conſtãtia, reiicere nocentes, attactus peccantium fugere, innocentiæ ſuæ malè cõfidere. Quis hoc vindicat frater? Moyſes, an Paulus, an Chriſtus? At Moyſes deleri è libro pro blaſphematoribus optat. Et Paulus anathema eſſe pro fratribus, & ipſe domin⁹ pro iniuſtis pati mauult. Nullus horum inquies. Quis ergo? Nouatianus hoc præcepit. Immaculatus aliquis & purus qui Nouatum non audierit, qui nunquam Eccleſiam deſeruerit, qui ab epiſcopis epiſcopus factus ſit, qui iure ordinario conſecratus, qui vacantem cathedram in Eccleſia conſequutus? Quid ad te? inquies, Nouatianus hoc docuit. At vel quando frater, quibúſne tẽporibus? Statim poſt domini paſſionem? Poſt Decij principatum, id eſt poſt trecẽtos propè annos dominicæ paſſionis. Quid ergo tũc? Prophetas ſequutus eſt vt Cathaphryges, an * Philomenen aliquã, vt Appelles, an ipſe tantũ authoritatis accepit? Linguis loquutus eſt? Prophetauit? Suſcitare mortuos potuit? Horũ enim aliquid habere debuerat

*1. Cor. 11.* — *1. Cor. 10.* — *Non igitur hodie primũ cõtẽtioſi hæretici.* — * *Nouè ſp, ĩ quod oportet dẽtem infringi.* — *D. Cypriani Epiſtolæ.* — *1. Cor. 1.* — *Cyprianũ falſo citabat Semproniañ⁹.* — *Cornelius Papa martyr.* — *Nouatiani ſchyſmatis cauſa.* — *Notate Lutherani.* — *1. Col. 13.*

*Cyprianus martyr.* — * *Aliàs, paleã auferre.* — γνώμαι. — *Exo. 32.* — *Blãditur, palpat.* — *Rom. 9.* — *2. Cor. 12. a.* — *Capitula Nouatianorum.* — *Exo. 32. g* — *Rom. 9.* — *Nouatianus nõ idẽ qui nouatus.* — *Ver⁹ Epiſcopus.* — *Hæretici nouatores.* — * *Lege, Philumenen.*

*Gala. 1.* vt euangelium noui iuris induceret. Et ſi cõtrà clamet Apoſtolus, Licet nos aut angelus dè cœlo euangelizauerit præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Nouatianus ſic intellexit, inquies: ſed Chriſtus hoc docuit. Ergo à Chriſti vſque Decij principatum nullus intelligẽs? Poſt Deciũ denique omnis epiſcopatus impatiẽs, omnes alij diſſoluti qui ſe miſcere perditis mallẽt, qui perire cum miſeris, qui alieno vulnere vulnerari? Nouatiano vindice, iuſtitia liberatur. authore corrigitur quicquid errauit. Agè (inquies) certemus exẽplis & ratione pugnemus. At ego huc vſque ſecurus ipſa Eccleſiæ ſerie, cõgregationis antiquæ pace contentus, nulla diſcordiæ ſtudia didici, nulla certaminum argumenta quæſiui: Tu poſtquàm à reliquo corpore ſegregatus es & à matre diuiſus, vt rationem facti tui redderes, totos librorũ receſſus aſſiduus ſcrutator inquiris. Occulta quæque ſolicitas, quicquid exinde ſecurum eſt, inquietas. Noſtri nihil vltro diſputauêre maiores, nuda eſt apud nos ipſa ſecuritas. quid attuleris de tua parte, munitum eſt. Ego neſcio quid Nouatian⁹ egerit, quid Nouatus admiſerit, quid Euariſtus tumuerit, quid Nicoſtratus nuntiarit: arma veſtra dum deſpicio, non noui. Vide ſi cum inermi veritate conflĩgis, expectemus tamẽ quid obiicias quid loquaris. Poterit ne vel nuda veritas innocẽtiave imperita ſubſiſtere? Proponis, & rectè quidem, Eccleſiã eſſe populum ex aqua & ſpiritu ſancto renatum, ſine negatione nominis Chriſti, templum & domum dei, columnã & ſtabilimentum veritatis, virginem ſanctã caſtiſſimis ſenſibus, ſponſam Chriſti ex oſſibus eius & carne, non habentem maculam neque rugam, integra Euangeliorum iura ſeruantem. Quis hoc noſtrum negat? Quinetiam addimus, Eccleſiam eſſe Reginam in veſte aurata & variegata, fœcundam Vitem in lateribus domus domini, Matrem adoleſcentularum quarum non eſt numerus. Vnam ſpecioſam columbam matris ſuæ, atque perfectam. Ipſam omnium matrem ædificatam in fundamentis Prophetarum & Apoſtolorum, & ipſo angulari lapide Ieſu Chriſto. Domum magnam vaſorum omnium diuerſitate locuplêtem. Sed hæc noſtra poſteriùs, interim tua illa videamus. Eccleſia eſt populus ex aqua & ſpiritu ſancto renatus. Agè, Quis mihi fontem Dei clauſit? Quis ſpiritum rapuit? Quinimò apud nos aqua viua eſt ipſa quæ ſalit à Chriſto, tu à fonte perpetuò ſeparatus, vnde generaris? Spiritus quoque ſanctus à principali matre non abiit. Ad te vnde peruenit? niſi fortè diſcordantem ſequutus eſt, & tot ſacerdotibus derelictis, non conſecrata ſede contentus, detritum lacum adulterini fontis adamauit. Veſtræ plebi vnde ſpiritum, quàm non conſignat vnctus ſacerdos? Vnde aquam, quæ à matrice diſceſſit? Vnde innouationem, quæ cunabula pronubæ pacis amiſit? Eccleſia eſt populus ſine negatione nominis Chriſti. Nullíne apud nos confeſſores, martyres nulli, nulli immaculati atque integri ſacerdotes, quos catenæ, quos ignes, quos gladij probauerunt? Fuêre (inquies) ſed negatores recipiendo perierunt. Taceo, ne hæc quidem colligo quod libellum de negatoribus vel lapſis recipiendis Nouatianus veſter cùm adhuc in Eccleſia degeret, & ſcripſit, & ſuaſit, & legit. Interim, cui perſuadere poteris quòd lapſis receptis Eccleſia tota conciderit? Quòd admiſſis pœnitentibus, admittentium populus negator effectus ſit? Quòd ſi & remiſſior plebs aliqua fuit, etiam cæteræ quæ non factum eius probarint ſed conſuetudinem & pacem ſequutæ ſint, Chriſtianum ne nomen amiſerunt? Accipe Hieremiæ vocem: *Hier. 31.* A In diebus illis non dicent. Patres manducauerunt vuam acerbam & dentes filiorum ſtupuerunt, ſed vnuſquiſque in ſuo peccato morietur. Nec apud Ezechielem tacet Dominus. *Ezec. 18.* Quomodo anima patris ita & anima filij, meæ ſunt. Vnuſquiſque in ſuo peccato morietur. Item infrà: Filius non accipiet facinus patris, neque pater accipet facinus filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit. Ipſe tu illud ponis exemplum. Et ſi fuerint tres hi in medio, Noë, Iob, & Daniel, non liberabunt filios neque filias, ipſi ſoli ſalui erunt. *Ibid. 14.* Ecce ſalui ſunt ipſi qui in medio peccantium conſtituti ſunt, qui alios liberare non poſſunt. Tu totum orbem paucorum vinculis alligas, tu totam Eccleſiam exiguæ B portionis infirmitate condemnas. Quid apud te ſancti omnes quos Nouatus erudit, quos Euariſtus elegit, quos Nicoſtratus docuit, quos Nouatianus inſtituit? Tu ſpinas & tribulos refugiſti, tu non habes in tua fruge zizania, tibi iam grana purgata ſunt, ad te ſine ventilabro purgator ille venturus eſt, tu ſolus ex omnibus paleas nõ habebis? Agè, dic reliqua: Eccleſia eſt corpus Chriſti: Corpus vtique, non membrum: corpus multis in vnum partibus membriſque collectum, Sicut ait Apoſtolus. *1. Co. 12.* Nam & corpus non eſt vnum membrum ſed multa. Ergo eccleſia plenum eſt corpus, & corpus & ſolidum, & toto iam orbe diffuſum. Sicut ciuitas inquam, cuius partes in vnum, non vt C vos eſtis Nouatiani quædam inſolens portiuncula tuberque collectum, & à reliquo corpore ſeparatum. Eccleſia eſt tẽplum Dei, templum certè amplificum, *2. Ti. 2. c.* domus magna habens quidem vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia, quędam in honorem, *Rom. 9. d.* multa verò magnifica in multiplices vſus variorum operum deſtinata. Eccleſia eſt virgo ſancta, caſtiſſimis ſenſibus ſponſa Chriſti. Virgo, verum eſt, ſed & mater. Sponſa, manifeſtum eſt, ſed & vxor & coniunx de viro ſuo ſumpta. Ideoque os de oſſibus eius, & caro de carne. *Gen. 2.* Nam de hac Dauid dicit: Vxor tua ſicut vitis *Pſal. 127* fœcunda in lateribus domus tuæ, filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Multus igitur huic D virgini partus, & proles innumera qua totus orbis impletur, qua circunfluis ſemper aluearibus populoſum feruet examen, magna in filios cura matris iſtius, & mollis affectus, honorantur boni, caſtigantur ſuperbi, curantur ægroti, nullus perit, nemo deſpicitur, ſecuri fœtus ſub indulgentia matris retinentur. Eccleſia eſt non habens maculam neque rugam, *Eph. 5. f.* hoc eſt hæreſes non habens, non Valentinos, non Cataphrygas, non Nouatianos. * In his ſunt enim quidam ſinus maculoſi atque rugoſi precioſorum veſtium ornatibus inuidentes. Cæterùm peccator & pœnitens non eſt Eccleſiæ macula, quia quandiu peccat & non pœnitet, extra Eccleſiam conſtitutus eſt. Vbi deſinit E peccare, iam ſanus eſt. Hæreticus verò veſtem Domini, Eccleſiam Chriſti ſcindit, intercipit, vitiat, irrũgat. *1. Cor. 3. a* Cùm enim ſchiſmata (inquit) & contentiones in vobis ſint, nónne carnales eſtis & ſecundùm hominem ambulatis? Sed & ſermo eorum quaſi cancer ſerpit: *2. Ti. 2. e.* hæc eſt macula vnitatis, hæc ruga. Denique vbi ſuper his Apoſtolus loquitur: de amore Chriſti & dilectione proponit. Sicut Chriſtus (inquit) dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, *Ephe. 5.* vt hæreticos ſummoueret, quia diligere nõ nouerũt. Cæterùm, cur hæc miſero pœnitenti? quia & amare optat & amari. Eccleſia eſt, integra Euangeliorũ iura cuſtodiẽs. Integra vtique quia tota, quia plena. Vbi præmiũ fidelibus datur, vbi miſeris

*Margin notes (p. 311):* *Æ Chriſti, ſubaudi adueniens.* — *Eccleſiæ ſeries.* — *ſtudẽt hæretici poſt ſchiſma.* — *Catholici vltro non diſputãt.* — *Veritas inermis.* — *1. Ti. 3. d.* — *Eph. 5. f.* — *Pſ. 44. c.* — *Pſ. 127. a* — *Cant. 6. c.* — *Eph. 2. d.* — *S. S. non adeſt hæreticis.* — *Sacerdos vnctus.* — *Innouatio* — *Nouatianus aliquãdo Catholicus.*

*Margin notes (p. 312):* *Eccleſiæ Catholicæ diſciplina.* — ** Dicat præſens Eccleſia, non denique Lutheranos.* caute lege



miſeris lachrymæ non negantur, vbi rogantium fletus auditur, vbi alligantur vulnerati, vbi curantur ægroti, vbi nihil ſibi vendicat inſolẽs ſanitas, & ſuperba iuſtitia, vbi ſollicita in omnibus charitas perſeuêrat omnia credẽs, omnia ſperans, omnia ſuſtinẽs. Vnde illud Apoſtoli. *2. Cor. 11* Quis infirmus eſt, & nõ ego infirmor? Quis ſcãdalizatur, & ego non vror? Vbi onera ſua ſuſtinet tota fraternitas communiter dolens, mutua pietate ſecura. Cuncti inuicem ſuſtinentes in dilectione, ſatis agentes ſeruare vnitatem ſpiritus in coniunctione pacis. *Eph. 4. a.* Hoc erit Eccleſia Sympronianẽ frater, hoc erit populus ex aqua & ſpiritu ſancto renatus in Chriſto. Neſcio, ais, an remitti peccatum ab Epiſcopis poſſit, cùm dixerit Dominus. *Mat. 10.* Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum corã patre meo qui in cœlis eſt. Cur igitur Nouatianus tuus, ne falſo quidem adhuc Epiſcopatu ſacerdos, longè antequàm Cornelius Romæ Epiſcopus fieret, antequàm ſacerdotio illius inuideret, hęc ſuaſit? Habes Cypriani teſtimonium, Cypriani quem nec vos vnquam infamare potuiſtis. Nam quodam in loco ad Antonianum, hoc modo ſcripſit: *Epiſt. 52.* Additum eſt etiam Nouatiano tunc ſcribente, & quod ſcripſerat, ſua voce recitante, & Moyſe, tunc confeſſore nũc iam martyre ſubſcribente, vt lapſis infirmis, & in exitu conſtitutis pax daretur, quæ literæ per totum mundum miſſæ ſunt, & in notitiam Eccleſiis omnibus perlatæ ſunt. Quid ais Sympronianẽ frater? Nouatianus hæc ſcripſit, & vt obſequiũ meræ voluntatis adiungeret, etiam ſcripta recitauit. Teſtis eſt eius dextera, teſtis quæ ſcripſit, manus, teſtis lingua, quæ legit. Adhuc Cornelius, pro quo omnis hæc veſtra erupit inuidia, epiſcopus non erat. Longè poſteriùs cum plurimis coëpiſcopis, cùm plurimis confeſſoribus, ſtatimque martyribus, vt idem Cyprianus ſcribit, aſſenſus eſt ſenum conſilio licere dare pacem. Si pœnitentiæ negandus eſt aditus, Nouatianus in crimine eſt, qui hæc ſcripſit, & ſuaſit, & legit. Vbi tunc impatiens rigor? vbi ferox illa cenſura? Si nemo vobis Cornelium prætuliſſet, manêret illa Nouatiani ſcribentis authoritas. Nunc diſplicet tota ſententia, nunc in nos tela iaciuntur, his ipſis ſubminiſtrantibus quorum authoritate conualuit cauſa telorum. At in hanc ipſam hæreſim, Nouatiani quando * cœperunt? Audite quæſo, & totum ordinem veſtri erroris aduertite. Cornelius iam Romæ Epiſcopus à ſedecim epiſcopis factus, locum cathedræ vacantis acceperat, & in illa qua fuit præditus caſtimonia virginali, crebras perſecutiones irati principis ſuſtinebat. Tũ fortè quidã preſbyter Nouatus ex Aphrica fraudatis in Cathaginẽſi eccleſia viduis, ſpoliatis pupillis, pecuniæ Eccleſię denegata, proiecto extra domũ patre, & eodem fame mortuo nec ſepulto, vxoris grauidę vtero calce percuſſo, partuque eius effuſo, Romã venit. Et cùm apud Carthaginẽ vrgentibus in Eccleſia fratribus dies cognitionis ipſius imminêret, & hic latitauit: nec multò poſt Nouatianum iſtum epiſcopatu Cornelij anxiũ (nam) ſibi ſperauerat cũ aliquãtis (vt in tali re ſolet) ex ſua parte fautoribus nutantẽ impellit, dubitantẽ fouet, vt magnũ aliquid ſperet, hortatur. Inuenit aliquos ex eorum numero, qui tempeſtatẽ perſecutionis illius euaſerũt, apud quos hãc ipſam de lapſis receptis Cornelio conflaret inuidiam, dat eorum epiſtolas ad Nouatianum. Ille ex authoritate Epiſtolarũ, ſedente iam Romæ Epiſcopo, aduerſum fas ſacerdotij ſingularis, alterius Epiſcopi ſibi nomen aſſumit: Cornelium lapſis communicaſſe arguit, ſe vindicat innocentem. A Contra hunc mihi reddenda ratio eſt, contra hunc aſſerendus pudor, contra hunc vita purganda. Sed & vos (inquies) Epiſcopi, talia cur probatis? Dicat hoc alius, tu Nouatianum defende. Inexcuſabilis videatur hæc cæteris cauſa, tibi licet grata ſit. Tibi innocens ſit quiſquis eſt pro te nocens. Ne accuſaueris alium eo crimine, quo tu nõ potes liberari. Agè, iam totum pudorem nos Epiſcopi debeamus quia, & Apoſtolorum nomen accepimus, quia Chriſti appellatione ſignamur. Negantem (inquis) Dominus negat, tu negantem, nolo, fatearis. Quis eum negantem confitetur? qui ad pœnitentiam cogit, obiurgat, crimen oſtendit, vulnera aperit, ſupplicia æterna commemorat, interitu carnis emendat? Hoc caſtigare eſt, B non fateri. Ait nobis Dominus: Vos eſtis ſal terræ. *Mat. 5.* Rectè ergo pſallimus iſta dicendo, nec ad nihilũ valebit quiſquis audierit. Vides non proculcari à nobis ſententiã Domini ſed probari, nõ abiici ſeueritatem, ſed voluntatem eius aperiri. Sed pœnitenti (inquies) peccata dimittis: cùm tantùm in baptiſmate tibi liceat relaxare peccatum. Non mihi planè, ſed Deo ſoli qui & in baptiſmate donat admiſſum, & pœnitentium lachrymas non repellit. Cæterùm quod ego facio, id non *1. Cor. 5.* meo iure, ſed Domini: Dei ſumus adiutores, inquit, Dei ædificatio eſt. Et iterum. *1. Co. 3. a.* Ego plantaui, Apollo irrigauit, ſed Deus incrementum dedit. Ergo neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incremen C tum dat Deus. Quare ſiue baptizamus, ſiue ad pœnitentiam cogimus, ſeu veniam pœnitentibus relaxemus, Chriſto id authore tractamus. Tibi videndum eſt, an Chriſtus hoc poſſit, an Chriſtus hoc fecerit. Si pœnitentibus remiſſio peccatorum dari potuit (ais) baptiſma non fuit neceſſarium: inſulſiſſima comparatio, Baptiſmũ enim, ſacramẽtum eſt dominicæ paſſionis. Pœnitentium venia, meritũ confitentis. Illud omnes adipiſci poſſunt quia gratię dei donũ eſt, id eſt, gratuita donatio, Labor verò iſte, paucorum eſt qui poſt caſum reſurgunt, qui poſt vulnera conualeſcunt, qui lachrymoſis vocibus adiuuantur, qui carnis interitu reuiuiſcunt, fruſtra me poſuiſſe aſſeris illud exemplum D quod Deus dixerit: Malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem, *Ezc. 18. f* Quid ſi adieciſſem illud Eſaiæ: Cùm conuerſus ingemueris tũc ſaluaberis, & ſcies vbi fueris? Quid ſi id Apocalypſis, *Apo. 2. a* Memento vnde cecideris, & agè pœnitẽtiã, & fac priora opera. Hęc (inquies) gẽtibus dicta ſunt ante baptiſmum. *Rom. 3.* Audi Apoſtolum. Scimus autem, quoniam quæcunque lex dicit, iis qui in lege ſunt, dicit, & loquitur. Ergo eos qui ſine lege vixerunt, pœnitendi conditio non tenebit. Qui & ſi pœnituiſſent, libera id fide fecerant non impoſito per legem vinculo pœnitendi. Ergo & vel Iudæi (inquies) qui ante baptiſmum pœnituerunt, poſt baptiſmum pœnitere non poſſunt. Quis hoc te docuit frater Sym E pronianẽ? Quis ſuaſit, vt qui ante pœnituerit, poſtea pœnitere nõ debeat? Sed poſteriùs hoc videbimus. Interim, ſi Iudæis poſt baptiſmum præcluſa eſt pœnitentia, quia illam antè perſoluerint, concede vel gẽtes quæ pœnitẽtiæ legẽ ante neſcierint, poſteriùs pœnitere debere. Sed & de Iudęis nolo, fallaris. Illi enim proptereà priùs pœnituerunt quia vetus baptiſma corruperant & quaſi poſt fidem fide prodita pœnitebant. Audi Apoſtolũ. *1. Co. 10.* Nolo enim ignorare vos fratres quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari. Et omnes eundem cibum ſpiritalem ederunt, & omnes eundem potum ſpiritalẽ bibe-

*Margin notes (p. 313):* *Fraternitas.* — *Nouatianus.* — *Epiſcopus non ſacerdos, inuidus.* — *D. Cypriani citatur.* — *Nouatianus vari⁹ in religione.* — ** Subaudiendum reor, prolabi.* — *Nouatus quis fuerit, vide apud d. Cypr. Ep. 49. ad Corneliũ de Nouati ſceleribus. Vid. Epiſ. 61. 62. 63 64. & deinceps.*

*Margin notes (p. 314):* *Proculcari.* — *Chriſto authore peccata remittũt ſacerdotes.* — *Meritum confitẽtis.* [redacted]

runt.Bibebant autem de ſpiritali petra ſequenti.Petra
A autem erat Chriſtus.Hoc ergo baptiſma violauerant,
& ideo pœnitebant. Videamus deinde quid dicas. Si
Deus ſæpius iubet hominem pœnitere(inquis)ſæpius
peccare permittit. Quid ais? Ergo qui ſæpius reme-
dium criminis monſtrat, crimen oſtendit, Et medi-
cus ille cùm curat, aſſiduè vulnerari docet. Deus nec
peccare vult hominem ſemel, & tamen liberat à pec-
cato. Nec vtique cùm liberat,peccatum docet.Sicut
nec qui ab incendio liberat,incendium monſtrat.Nec
qui naufragum eripit ſcopulis, in ſaxa compellit. A-
liud eſt de periculo liberari, aliud ad periculum co-
*Pœnitentia nō sūt deliciæ.* gi. Et fortaſſe paterer hoc credi, ſi pœnitentia deliciæ
putarentur,cui labor tantus imponitur, cui carnis in-
B teritus imperatur, cui iuges lachrymæ, cui gemitus
ſempiterni. Volet ergo ille ſanatus iterum ſe ſecari,
rurſus exuri? Volet peccare iterum, & iterum pœni-
tere cùm ſcriptum ſit, Noli adiicere peccatum,ne quid
*Ioan.6.* tibi deterius contingat? Et adhuc aſſiduè peccanti non
miſereor. Quòd ſi (vt ais)ad peccatum cogitur, cui
pœnitentiæ medicina monſtratur, quid tandem ille
facturus eſt, cui pœnitentia ipſa præcluditur, cui de-
ſperato remedio totum vulnus aperitur, cui prorſus
ex integro vitæ aditus denegatur? In baptiſmo (in-
quies) ſemel morimur, ſicut ait Apoſtolus. An neſci-
*Rom. 6.* tis quoniam quicunque baptizati eſtis in Chriſto Ie-
C ſu,in morte eius baptizati eſtis? Conſepulti ergo eſtis
ei per baptiſmum in mortem, vt ſicut Chriſtus reſur-
rexit ex mortuis, ſic & vos in nouitate vitæ ambule-
tis. Quid mirum? Docebat Apoſtolus quòd eſſemus
noui,vt nemo peccaret. Sequebatur tamē vt qui pec-
cauerat, pœniteret. Hic integer, ille curatus viueret:
Innocens coronam, pœnitens veniam ſubiret: Ille
*Rom.5.* præmium, iſte medicinam acciperet. Denique idem
Apoſtolus dicit: Nam ſi cùm adhuc peccatores eſſe-
mus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multòmagis iu-
ſtificati nunc in ſanguine eius ſalui erimus per eum ab
ira. Ab ira vtique, quæ peccantibus debebatur. Quòd
ſi gentilem populum non paſſus eſt mori, multò ma-
D gis redemptum non patietur extingui. Nec abiiciet,
quos magno redemit,nec enim leuis illi eſt iactura fa-
*Rom. 14.* mulorum. Non morietur quidem ampliùs, qui re-
ſurgit,vt ſcriptum eſt.Sed ipſe eſt aduocatus apud pa-
trem,ſed ipſe interpellat pro peccatis noſtris,haud de-
ſpicabilis miſerorum patronus, parúmve idoneus de-
precator. Reſponde frater, an famulos Dei diabolus
poſſit opprimere, an non poſſit Chriſtus abſoluere?
Petri pœnitentiam dicis ante domini paſſionem fuiſ-
ſe? Hoc tibi nemo propoſuit.Et tamen Petrus iam ba-
ptizatus erat. Huic enim dixerat Dominus: Qui lo-
*Ioan. 13.* tus eſt ſemel,non neceſſe habet iterum lauari. Acce-
pit tamen poſteà remedium Chriſti ſed antè pœnituit,
& antè ſanctus eſt habitus quàm ad remedium perue-
E niret. Nec pœnitentia eius in memoriam ſcriberetur,
nî profuiſſet aliquid pœnitenti. Fleuit(inquit) amariſ-
*Mat. 26.* ſimè. Non vis facere fidelem, quod Petrus fecit: non
vis prodeſſe nobis,quod Petro profuit? Age, Thomas
meus nónne poſt Domini reſurrectionem de reſur-
rectione dubitauit? Nónne perfidiæ reus notatur à do-
mino, cùm illi clauorum notæ, cùm perfoſſæ manus,
cùm lateris vulnus oſtenditur, cùm ſic ad eum ait do-
*Ioan. 20.* minus: Noli eſſe incredulus, ſed fidelis? Quid ergo?
erubuit pœnitere? nónne humiliatus eſt? Nónne deum
*Exomologeſis d. Thomæ.* & Dominum ſuum ilico confitetur? Nunquid non il-
lum exomologeſis iſta commendat? Iam quàm argu-
tè caput illud abſoluis, quod ego poſui, datam epi-

A ſcopis poteſtatem vt quæ ligaſſent in terra, ligata eſ-
ſent & in cœlis. Dicis hoc non ad fideles,ſed ad caté-
chumenos pertinere,vt baptizandis adhuc ſcilicet po-
pulis ſolui liceret crimina,vel tenēri. Duorū denique
Euangeliſtarum capitula coniungis vt vnum eſſe vi-
deatur. Et adiicis, quod Matthæus minùs integrè pro-
ſequutus ſit, compleſſe Ioannem: vt quia apud Mat- *Matt.28.*
thæum dixerat Dominus. Ite & docete omnes gen-
tes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & ſpiri-
tuſſancti: apud Ioannem impleuerit dicens. Si cuius
dimiſeritis peccata, dimittentur illi: cuius retinueri-
tis,& tenebuntur. Vt hoc dimittere vel ligare,ad gen-
tes quæ baptizandæ erant,pertinuiſſe videatur,quia
prior, Euangeliſta de gentibus præloquutus ſit, de
B ſoluendo autem & ligando poſterior impleuerit.
Quid ais? Euangeliſtæ duo dimidiatos inuicem ſen- *Euangeliſtarū integros & non dimidiatos eſſe ſenſus.*
ſus, & ſemi integros retulerunt? Verba his inuicem,
ratióve defuerat,aut non in omnibus totum ſpiritus
ſanctus implebat, propoſitos perferens ſenſus, & ad
plenum dicta definiens? Hominis confirmatum te-
ſtamentum nemo ſuperordinat: Dei tabulam, tabu-
la diuerſa mutabit? Quænam in vobis hæc vincendi
cupido eſt,vt tale aliquid audeatis? Quid quod apud
Matthæum ipſum ante Paſſionem ſuam dixerat Do- *Matt.16.*
minus: Quæcunque ligaueritis in terra, erunt liga-
ta & in cœlo: & quæcunque ſolueritis in terra,erunt
C ſoluta & in cœlo? Apud Matthæum hoc prædixe-
rat Dominus,& nullam ibi gentium fecerat mentio-
nem. Cur ergo illi capitulum Ioannis adiungis, vbi
ſuum poſuit & ita poſuit vt à gentibus ſepararet,
quod vtique ſi ad gentes pertinere voluiſſet, potuit
ipſe coniungere quod ipſe ponebat. Totum ergo
quod quæris apud Matthæum habes. Cur non vni-
uerſa legiſti, qui epiſcopum doces? Primum præce-
pti iſtius caput repete. Ipſo referente Matthæo Pau-
lò ſuperiùs ad Petrum loquutus eſt Dominus, ad v-
num ideo vt vnitatem fundaret ex vno, mox idipſum
in commune præcipiens, qualiter tamen ad Petrum
incipit: Et ego tibi dico(inquit)quia tu es Petrus, &
D ſuper iſtam Petram ædificabo Eccesiam meam, & *Mat. 16.*
portæ infernorum non conualeſcent aduerſus eam,
& tibi dabo claues cœlorum & quæcunque ligaue-
ris ſuper terram ligata erunt & in cœlis, & quæcun-
que ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.
Dic frater, de ſolis gentibus hoc loquutus eſt, Super
hanc Petram ædificabo,inquit, Eccleſiam meam? Ec-
cleſiam non baptizatas gentes vocat? homo necdū re-
natus corpus eſt Chriſti? Quid ſoluo gētibus quod nō
eſt ligatum? Nam ſi non reputatum eſt,nec ligatum.
Quid alligo quod nullo iure conſtringo? Gentilis ho-
mo liber eſt legi. Vide nunc ecōtrariò, an in baptizatū
vtraque conueniant. Soluitur venia quia peccato te-
E nebatur, ligatur anathemathe, quia ſolutus fuerat fi-
de & per gratiam liberatus, Quòd ſi ad gentes, hanc
ſoluendi licētiam vel ligandi ſpectaſſe concedā, mul-
tò magis ad baptizatos pertinuiſſe conuincam. Nam
ſi is ſolui potuit vel ligari qui non habuit vinculum,
quantomagis ille quem fidei iura tenuerunt? Ais po-
ſuiſſe Matthæum: Si peccauerit in te frater tuus, vade
& corripe eum ſolus cum ſolo, ac ſtatim ſubiunxiſſe
dominū. Quæcunque ſolueris in terra,ſoluta erunt & *Matt.18.*
in cœlis, vt ad fratris offenſam pertinere videatur. A-
gè,non vides quod ſuprà dicit: Si in te peccauerit fra-
ter tuus? hic verò addit: Amen dico vobis, Quæcun-
que ſolueritis in terra &c. Illud vni iuſſit, hoc pluribus
relaxauit: illud ipſe ſoluit in quē admittitur, hoc verò
eccleſia:



eccleſia: illud ſine ſacerdote, ſine fratribus, hoc ab om-
A nibus impetratur. Quæcūque ſolueritis, inquit, omni-
no nihil excipit. Quæcunque, inquit, vel magna vel
modica. Attēde quid ad Petrū dicat inferiùs, id quod
peccatur in hominem, ſeptuagies & ſepties relaxan-
*Ibidem.* dum, vt oſtendat aliàs vel ſemel poſſe. Tamen qui in
Petrum peccat, dominum lædit, ſicut ad Samuël ipſe
ſignificat. Non te nullius momenti fecerunt, ſed me.
*1.Re.8.a* Conceditur ergo vel ſemel Eccleſiæ, quod nobis ipſis
totiens imperatur. Nunc ad erraticam ouem & dra-
chmam illam, & adoleſcentiorem filium reuertamur:
quæ ego exempla cum ſtrictim ſcripto priore tetigiſ-
ſem, tu plena repetiſti, edocens & oſtendens drachmā
& ouem & filium minorem ad publicanos & pecca-
B tores, hoc eſt humilem populū, non ad Chriſtianę ple-
bis imaginem, nec ad formā fidelium pertinere. Gratu
lor me doceri, intellectum verò non * eſſe, moleſte fe-
** Adeſſe* ro. Nam quid aſſeram? Ea quæcunque lex dicat, his
*Rom. 3.* qui ſub lege ſunt, dicere vtique & hoc principaliter
ad priores dictum eſſe cōſentio, ſed in forma fidelium,
*1.Co.10.* ſed in imaginę futurorum ſicut Apoſtolus dicit. Hæc
autem in figura contingebant illis: Scripta ſunt autem
ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum
*Col.2.* deuenerunt. Et iterum: Quæ omnia illis vmbræ erant
futurorum bonorum. certè ipſe adnuis ad publicanos
& peccatores, hoc eſt humilem populum, & ideo iu-
niorem illa dictata. Dic ergo, an populus Chriſtianus
C ipſe eſt iunior? An in radicem cohæſerit? an illa mem-
bra compegerit: Aedificatus (vt ſcriptum eſt) in funda-
*Rom.3.* mentis Apoſtolorum & prophetarum, & ipſo angu-
lari lapide Chriſto Ieſu. An Iudæorum Deus tantum?
Nónne & gentium? Immò & gentium. Siquidē vnus
** Deeſt pars ſententiolæ exoleſcētibus literis, cautè lege* Deus, qui iuſtificat impium ex fide, & per fidem.* Cer
tè ille humilis populus quem deus drachmæ, filio mi-
nori, & ouiculæ conferebat, Eccleſia fuit: vnde Apo-
ſtoli, vnde omnis turba credentium, vnde populus
Chriſtianus. Huic ergo corpori noſtra etiam membra
coniuncta ſunt, & totæ credentium portiones, vt in
*Ro. 11. b.* bonam oliuam ex oleaſtro gentium conuenirent. Si-
*Luc.15.* cut Apoſtolus dicit: Participes pinguedinis eius effe-
D ctæ, atque ita vnum omnes eſſemus in Chriſto, Iu-
dæus & Græcus, ſeruus & liber. Si ergo cum illis hu-
milibus vnum corpus ſumus, dicta ſunt & ad nos quæ
veterum humiles audierunt, atque ita omni corpori
nuntiatum eſt, quicquid de corporis parte prædica-
tum eſt. Dicam adhuc planiùs: Ille poſterior populus,
ille pauper, ille mediocris, imago Eccleſiæ fuit anima
humilis & modeſta, anima liberata per Chriſtum. Hāc
venit dominus ſaluā facere, hāc apud inferos nō reli-
quit, hęc eſt ouis illa quę humeris reportatur, id eſt, ni-
ſu & vigore patiētiæ, Hæc eſt drachma, quæ quęritur,
& vicinis inuenta monſtratur. Vides formā eius, ſimi-
litudini pœnitentium cōuenire? Vides miſericordiam
E vſque ad hoc tēpus extendi? Vides quæcunque Eccle-
ſiæ naſcenti dicta ſunt, ad plenitudinem Eccleſiæ per-
*Luc. 15.* tinere? Inde ibi domin⁹ adiecit. Sic erit gaudiū in cœlo
ſuper vnū peccatorē pœnitentiā agentē, quā ſuper no-
naginta nouē iuſtis, quibus non fuit opus pœnitentia.
Nam ſi omnia illa ad cōmonēdos nos ſcripta ſunt, cui
tandem populus ille peccator humilis cōparabitur ni-
ſi populo pœnitenti? Ac ſi figuris in ordinē recurrenti-
bus, nonaginta nouē ſanę, omnis Eccleſiā eſt, vna verò
erratica delinquentiū portiūcula eſt, at drachma quæ
periit, miſer ille peccator eſt. Rediēs poſt mala ſua fi-
lius, redēpto illi ſimilis æſtimatur, Iam rectè à me po-
ſitum vides cùm de pœnitētium curatione tractarem,

dixiſſe dominum: Non eſt opus ſanis medico, ſed ma *Mat.2.*
A lè habentibus. Rectè & illud: Beati lugentes, quoniam *Luc. 5.*
ipſi conſolabuntur. Quicquid de publicanis & pecca- *Mat. 5.*
toribus dictum eſt, ad ægros omnes & omnes miſe-
ros pertinebit. De ſolis(ait)ſcriptum eſſe martyribus:
Beati lugentes. Nemo ergo præter illos peccata ſua
plangit? Non Dauid clamat? Lauabo per ſingulas no- *Pſalm. 6.*
ctes lectum meum. Et iterum: Quoniam cinerem, ſi- *&, 101.*
cut panem edi, & potum meum cum fletu miſcebam.
Non Iacob dicit, Anni vitę meæ duriſſimi? Non Apo-
ſtolus ad Timothęum, Deſyderans te videre, memor *2.Tim.1.*
lachrymarum tuarum? Nec tamen hoc de martyre
loquebatur. Quid nunc? miſeri pœnitentes ſiccos ha-
berit oculos? Et qui peccaſſe ſe dolent, flere non no-
B runt? Ipſi communicantes, ipſi fideles, lachrymas non *Communicantes.*
habemus? Quempiam noſtrum gaudente mūdo gau-
dere delectat? Vos Nouatiani, iam ſatiati eſtis, diuites *1.Cor.4 b*
facti eſtis, ſine nobis regnare cœpiſtis. Non ergo * ** Vt.*
quiſque miſerabilis eſt, ita incipit eſſe miſerandus.
Poſt hæc proponis, & dicis ſcriptum eſſe per Domi-
num: Omne peccatum & blaſphemia remittetur ho- *Mat. 12.*
minibus. Qui autem in ſpiritum ſanctum peccauerit,
non dimittetur ei neque hic, neque in futurum. Aut
ego fallor, aut iſtud exemplum contra te valet. Nam
ſi omne peccatum & blaſphemia relaxabitur, vi-
des veniam pœnitentibus non negari. Ergo om-
ne peccatum, ergo ipſa quoque blaſphemia. Habes *Lu. 18.b.*
C aditum ſecundum Lucam. Et qui in filium hominis
peccauerit, remittetur ei. Quid hoc ampliùs de mi-
ſericordia Dei, de clementia iudicantis? An non inui-
det oculus tuus, quia bonus eſt paterfamiliâs; Non li-
cet illi facere, quod vult? Quinimò tu quis es, qui iudi- *Rom. 14.*
cas ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Potens eſt au-
tem Deus ſtatuere illum. Sed qui in * ſpiritu ſancto ** Lectio Eccleſiæ habet, ſpiritum ſanctum.*
blaſphemauerit(ait) nō remittetur ei, Soles totas per-
currere lectiones. Cur hic nō legiſti quid ſit iſtud in ſpi
ritu? Habes ſuprà ſcriptū cū dominus dęmonia verbo
fugaret, & virtutes multas ſpeciali vigore compleret,
dixiſſe Phariſæos, Hic non expellit dæmonia niſi in *Mat. 12.*
Beelzebub principe dæmoniorum: hoc eſt in ſpiritum
D ſanctum deliquiſſe, in ea blaſphemaſſe, quæ per ſan-
ctum ſpiritum gerebantur. In cæteris quippe peccatis,
aut errore labimur, aut metu frangimur, aut carnis in-
firmitate ſuperamur. Hæc cæcitas eſt non videre quod *Peccare in S.S. quid ſit.*
videas, & ſancti ſpiritus opera diabolo deputare, eam-
que gloriam domini qua diabolus ipſe ſuperatur, dia-
boli appellare virtutem. Hoc eſt ergo quod non di-
mittetur, reliqua bonis pœnitētibus frater Sympro-
nianc, donantur. Poſthæc de ſarmentis & vite propo-
nis, Sic ait dominus apud Ioannē: Ego ſum vitis vera, *Ioan. 15.*
& pater meus agricultor eſt. Omne ſarmentum in
me quod non affert fructum, tollet illud, & omne fru-
ctiferum, purgabit illud. Vides igitur in ſarmentis fru-
E ctum requiri, id eſt bona opera pœnitentiæ, ſicut Io-
annes ait, Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. *Mat. 3.*
Vides ſarmenta purgari, quæ ſunt detrimenta carnis,
dāna lætitiæ, dāna patrimonij, vitæ labores, qui actus
proprie pœnitentium ſunt. Vides etiam agricultorem
domini qui ipſa etiam ſarmenta non perdat, ſed pur-
get, & colligat, aliqua planè in ignem, aliqua nouel-
landis paſtinādiſque vineis. Eli ſacerdos(ais) Loquitur
& dicit: Si vir in virum peccauerit, orabunt pro eo: ſi
autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Ioānes
itidem, Si quis ſcit peccare fratrem ſuū peccatum non *1.Io. 5.c.*
vtique ad mortem, poſtulabit pro eo, & dabit illi vitā
Deus. Eſt autem peccatum, quod ad mortem ducit,

non pro illo dico vt deprecêris. Vides hoc totum ad A
peccata manentia pertinere, non ad eos qui aliquan-
do peccauerint & cœperint pœnitere, antequàm quiſ-
quam pro illis roget. Longum eſt, vt exempla repli-
cemus. Attende vniuerſa peccata quibus dominus cõ-
*Eze. 18. f* minatur, iam videbis eſſe præſentia. Quòd ſi non pro-
derit iuſto in tempore iniquitatis ſuæ præterita iuſti-
tia, non oberit impio in tempore iuſtitiæ ſuæ iniquitas
*Iſ. 55. 6.* derelicta) cũ ſcriptum ſit. Relinquat impius vias ſuas,
& vir facinoroſus cogitationes ſuas, & conuertatur ad
Deum & miſericordiam conſequetur. Quòd ſi Deus
etiam peccata præterita puniuit, de quo tranſactis &
prætermiſſis pœnã, ſuppliciũque cõſtituit, agè, nõha-
*Ioſ. 6.* bet in ſua poteſtate mutare ſententiã? Non Raàb, Non
*Dan. 3.* B Nabuchodonoſor regem, non Gabaonitas, non Nini-
*Iob. 9.* uitas, non Segor à prædicto interitu liberauit? Nõ per
*Ioan. 3.* ipſum Iohel vates hæc intulit, Conuertimini ad Do-
*Gene. 19.* minum Deum veſtrum, ſimulque ieiunio, & fletu, &
*Ioel. 2.* planctu, quia miſericors eſt, patiens, & magnanimus,
*† mirè paſ* & multæ miſerationis, & pœnitens in malitijs? Et quis
*ſiua vo-* ſcit ſi reuerſus† pœnitebitur, & relinquet poſt ſe bene
*ce, pœnite* dictionem? Quare ſicubi conſtitutam peccãtibus pœ-
*bitur.* nam probaueris, hoc tenebis: aut peccatis perſeueran-
tibus conſtitutam, aut libertatem Deo relictam mu-
tandæ, ſi pœniteas, ad meliora ſentẽtię. Ais adhuc ſcri-
*Mat. 5.* ptum. Quòd ſi manus tua vel pes tuus ſcandalizaue-
*Deut. 13.* C rit te, abiice eum abs te. Quid ſit hoc, Moyſes Deute-
ronimio teſtificante prædixit. Si autem precatus fuerit
te frater tuus (hi ſunt enim oculi & manus noſtræ) aut
filia tua, aut vxor tua quæ eſt in ſinu tuo, aut æqualis
animæ tuæ dicens Eamus & ſeruiamus Diis, quos
non noueras. Deinde adiecit inferiùs. Deferes eum, &
manus tua erit ſuper ipſum ad occidendum eum. Vi-
des ergo non de pœnitentibus dictum, ſed de his, qui
non ſolum ipſi in facinore perſeuêrant, verùm etiam
nos ſcandalizare non deſinunt? Hi quamlibet chari
ſint, relinquẽdi: quamlibet vtiles, deſerendi ſunt. Pro-
*1. Cor. 5.* ponis adhuc dixiſſe Apoſtolum Paulum: Auferte ma-
*Pſal. 91.* lum ex vobiſipſis, malum vtique perſeuérans. Cæte-
rùm, pœnitentia malum non eſt, cùm Dauid dicat. Bo-
** Cõfiteri.* D num eſt * exomologeſim facere Deo. Nec tamen me-
*Exomolo-* cum eſt ille quem pœnitet, nec parte ſanctorum, nec
*geſis.* pace coniungitur. Sed dicit Apoſtolus. Si quis frater
*Ephe. 5.* nominatur & ſit aut fornicator, aut ſimulachris ſer-
uiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax:
cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Vides non ſine cau-
ſa eſſe poſitum, & ſit, id eſt qui necdum pœniteat, qui
necdum improbus eſſe deſierit? Et certè de Auaris, &
Ebrioſis, & maledicis, ſimul dictum eſt. Reſponde fra-
ter, an nullus eiuſmodi veſtra pace teneatur. Ergo in-
*Eſa. 1.* de eſt, & quod per Eſaiã Deus clamat. Simul iniqui &
peccatores peribũt. Non pœnitentes, nõ miſericordię
opera procurantes quibus apud eundem rurſus Eſaiã
vt phœniciũ Deus dicit. Et ſi fuerint peccata veſtra vt E
niuem dealbabo. Et ſi vt coccum, vt lanam candidam
ea efficiam. Attamen vt ais, Apoſtolus condemnauit
*1. Cor. 5.* errantem. Nam ad Corinthios prima ita dicit. Ipſe ego
quidẽ abſens corpore, præſens autem ſpiritu, Iam iu-
dicaui eum qui tale facinus admiſit, In nomine domi
ni noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis omnibus in
virtute dei tradere eiuſmodi Satanæ, in interitum car-
nis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Nota frater
primùm, quòd non damnat eos cum quibus iſte com-
municat. Solus ipſe qui tale facinus admiſerat, Satanæ
traditur: ſolus excluditur, ſalua pace ſanctorum. Vos,
omnes Eccleſias pro vno peccatore damnatis? Dein-

A de vides, quòd hic ipſe peccator incæſtus, non morti
traditur, ſed Satanæ ad emendandum, ad colaphiſan- *Tradi Sa-*
dum, ad pœnitendum. Denique ait. Ad interitum *thanæ*
carnis, non tamen animæ, non etiam ſpiritus: ſed ad *quid ſit.*
ſolius carnis interitum, tentationes ſcilicet, carnis an-
guſtias, detrimenta membrorum, ſicut alibi de intem-
perantibus dicit. Tribulationem autem carnis patien-
tur eiuſmodi. Vis hoc ſcire? In ſecunda Corinthio-
rum hunc ipſum impium, idem Paulus abſoluit. Nam
de ipſo ait. Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, Obiurgatio *2. Cor. 2.*
ea quæ fit à pluribus, Ita vt è contrario magis donetis
& conſolemini, ne fortè maiore triſtitia abſorbeatur,
qui eiuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos vt con-
ſtituatis in eum charitatem. Item infrà: Si cui autem
B aliquid donaſtis, & ego. Nam & ego quod donaui,
propter vos in perſona Chriſti vt non poſſideatur à
Satana. Vides Apoſtoli indulgentiam proprias etiam
ſententias temperantem? Vides mitiſſimam lenita-
tem longè à veſtro ſupercilio ſeparatam? Longè à No-
uatiani fronte diſſimilem, communi verò vitæ ac ſa-
luti omnium conſulentem? At etiam in nos ſeuerus
cenſor inueheris. Dicis ex lege cœleſti, vnum ex mã-
datis ſoluere non licere nec communicare lupis a-
gnos, & quòd omnis conſenſus in crimine ſit. Ideo
qui picem tetigerit, inquinetur, nec ſit vlla ſocietas
lucis ad tenebras, aut templo Dei cũ idolis, aut conuẽ-
C tio Chriſti ad Belial. Ideoque Dauid dicit, Furẽ vide- *Pſal. 49.*
bas, & concurrebas cum eo, & cum adulteris portio-
nem tuam ponebas. Ain' tandem quia nos Domini
mandata reſcindimus, Nos vnum apicem legis in-
flectimus? Nouatiani quia tota Eccleſiæ, tota concor-
diæ, an potiùs iura violarunt, qui poſt tot pacis annos,
tot fœdera ſanctitatis, nouas tibi leges noua inſtitu-
ta, nouos ritus pepererunt, arcanum iuſtitiæ in exora-
bili fronte ſimulantes? Nos in Eccleſiam lupos reci-
pimus, qui hæreticorum ora vitamus, an potiùs No-
uatiani, qui cùm ipſi ſint rapaces lupi, paulò miſerio- *Catholi-*
res ouiculas reformîdant? Nos conſentimus malis, *corum &*
nos picem tangimus, nos tenebris cohæremus, nos *Nouatia-*
D idolo & Belial iungimur, aut illi qui Euariſtum, qui *norum cõ-*
Nicoſtratum receperunt, cæteroſque ab Eccleſia rece- *paratio.*
dentes lingua, manu, moribus inquinatos? Nos cum
adulteris & furibus conuenimus, an illi qui Nouatum *Nouati*
vitæ ſuæ, & capiti prætulerunt, poſt interceptam pe- *ſcelera.*
cuniam pupillorum atque viduarum, miſeri paren-
tis & partus vxoris parricîdam non modò non pœni-
tentem, verùm etiam gloriantem? Verùm Paulus Apo
ſtolus dixit: Manus citò nemini imponas. Docet idem *1. Tim. 5.*
vel tardè, vel poſt pœnitentiã non negandas. Sed per-
dita Hierico * Ahar filius Carini propter furtum ve- ** Achan*
ſtis occiſus eſt. Agè, vos totos fures interficite pecu- *fili⁹ Char*
niarum noſtrarum atque librorum, & in Nouati oſſa *mi.*
ſæuite. Iugum illud rurſus accipite, quod neque nos, *Ioſ. 7. a.*
E neque patres noſtri portare potuerunt. Quid ceſſatis *Act. 16.*
Nouatiani oculum pro oculo, dentem pro dente depo *b.*
ſcere, animã poſtulare, circuncisionis & ſabbati redin- *Deut. 19.*
tegrare commercium? Necate fures, lapidate petulan-
tes. Nolite in Euangelio legere quòd pepercerit domi- *Ioan. 8.*
nus etiam adulteræ confitenti, quam nemo damnarat: *Ioan. 12.*
Quòd peccatricẽ, quæ lachrymis pedes eius lauabat,
abſoluerit. Quòd Raab apud ipſam Hierico vrbem
Phœnicũ liberauit. Quòd Thamarẽ à ſentẽtia patriar-
chæ abſoluerit. Quòd Sodomis quoque pereuntibus,
Lothi filias non extinxerit, liberaturus & generos ſi
futurum excidium credidiſſent. Agè, non tenes dicere
apud Dauid dominum. Cum his, qui oderunt pacem, *Pſa. 119.*
eram



*Prou. 8. d* eram pacificus, Salomonis quoque ſententiam non
tacere, frater fratrem adiuuans exaltabitur? Quid A-
poſtolus? fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in
*Gal. 6.* aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hu-
iuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſyderantes voſ-
metipſos ne tentemini. Inuicem onera veſtra portate,
& ſic adimplebitis legem Chriſti, Et illud quod an-
*Rom. 9. a.* tè iam retuli. Opto enim anathema eſſe in Chriſto
pro fratribus meis cognatis ſecundum carnem. Et
*1. Cor. 9.* iterum: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lu-
crifacerem, hoc eſt cum vulneratis gemitus, cum æ-
grotantibus laborem, mortem cum moriente parti-
ri, caſum fratrum cum ſtatu ſuo poſſe miſcere, ali-
quid de ſua ſanitate decîdere, & deficientibus adhi-
bere medicinam. Quid vobis prodeſt ſuperba & aſpe-
ra fronte durari, altis regêre ceruicibus, vultus tor-
quere, à miſeris auditus oculoſque præcludere? Nun-
quam (vos oro) cecidiſtis? Nulla in veſtris mentibus
*Pro. 20.* macula eſt? Nulla in oculis (oro) feſtuca? Quis gloria-
bitur caſtum ſe habere cor, aut mundum ſe eſſe à pec-
catis? Credo, vos iuſti, beneuoli, temperantes, quibus
membra omnia ſana ſunt, quibus omne corpus inta-
ctum, quibus medicus neceſſarius non eſt, nec me-
dicina languorum. Intrate iam cœlum, paradiſi adi-
tus romphea cedente penetrate, tot noſtrorum po-
pulis Deum vnicum confitentibus, dona veſtra præ-
cludite. Quæ ſi ſe longè aliter habent, quàm impla-
** Inmani* cabilis rigor rerum & * veſtra mentîtur, iam intel-
*tas.* ligitis Nouatiani, Deum poſſe miſereri, iam miſeris
fratribus de præterito confitentibus, vel ſeram patê-
*Luc. 10.* re medicinam, iam vulneratum illum à Leuita & ſa-
cerdote præteritum, per Chriſtum poſſe curari, iam
Eccleſiæ preces humilibus non negandas, iam ma-
nus ſacerdotum miſerandis fratribus exhibendas.
Nos autem intelligimus, vt exprobras, Eccleſiam
Dei, columbam non felle amaram, non vnguium la-
ceratione violentam, paruulis quoque plumis, exi-
** Candẽ-* guiſque. * Scimus etiam vt eum aquæviuę, fontemque
*tem.* ſignatum, nulla hæretici gurgitis labe ſordere, hor-
*Cant. 4.* tumque concluſum plenum holeribus magnis pari-
ter & paruulis, vilibus atque precioſis. Octo quoque
*Gene. 7.* animas ex arca, ſed inter quas & Cham fuerit, & mi-
lia illa volucrum atque ferarum bina atque ſeptena,
munda pariter & immunda, fontes verò ſiccos &
nebulas turbinibus excitatas, hæreticorum ſterilita-
tem, & inſanarum vocum impetus arbitramur. Nec
promittimus libertatem cùm ipſi ſerui ſimus pœnæ,
ſed crimina noſtra confeſſi, reliquos etiam vt fatean-
*Deus re-* tur hortamur, credantque in eum, qui iuſtificat impiũ
*flectit ſen* ex fide, qui reflectit ſententiã aduerſus malitiam irro-
*tentiam.* gatam. Attendimus quoque à falſis prophetis & lupis
rapacibus, cùm cauemus à vobis. Iamnem verò &
Mambrem ſic reſtitiſſe Moyſi, ſicut vos Catholicis
*2. Tim 3.* arbitramur. Inde ſic ponit Apoſtolus: Quia ſicut Iam-
nes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt
veritati homines mentẽ corrupti & à Deo reprobi,
ſed vltrà non proficient, Inſipientia enim eorum ma-
nifeſta erît omnibus, ſicut & illorum fuit. Quod in
vos dictum eſſe manifeſtum eſt, qui neque proficere
re ampliùs, neque inſipientiam veſtram celare po-
tuiſtis. Qui baptizatur à mortuo nihil proficit: vtique
qui hæretico fonte dilutus, ſic & qui peccatoris o-
leo vngitur, id eſt, qui ſpiritu ſatiatur immundo. Er-
*Adulte-* go & filij ſanguinum vos eritis. Non enim pacem
*ra mulier,* fratrum, ſed ſanguinem concupiſcitis. Fides falſa, eſt
*hęreſis.* veſtra crudelitas. Adultera mulier, hæretica congre-

gatio eſt, Catholica enim, ab initio de viri ſui thoro &
A thalamo non receſſit, nec alienos amatores aut extra-
neos concupiuit. Vos exulem formam nouo colore
pinxiſtis, vos thorum veſtrum à coniugio ſeparaſtis
antiquo, vos à matris vnicubæ corpore receſſiſtis, no-
uo placendi genere, nouis corruptelarum inlecebris *Nouatia-*
expoliti. Nam quòd Cyprianũ beatiſſimum, mihi pro *ni teſtem*
contrario teſte proponis quia in Epiſtola, quæ de lap- *Cyprianũ*
ſis eſt, Moyſen & Danielem & Iob oraſſe pro pecca- *citant.*
toribus dicat nec impetraſſe, dicente Domino: Et ſi *Extat li-*
tres in medio eorum fuerint Noë, Iob, & Daniel, *bellus hic*
non liberabunt filios neque filias, ſed ipſi ſoli ſalui *epiſtolaris*
erunt. Vtinam, vtinam Cypriano teſte nitaris, vtinam *aduerſus*
tam ſalubribus ſententiis acquieſcas. Ille enim cùm *Nouatia-*
B lapſos ad pœnitentiam cogeret, qui pœnitere nolebãt *nũ de lap-*
dicentes à confeſſoribus ſiue martyribus accepiſſe ſe *ſis.*
pacem, docuit & oſtendit quòd nec patriarchæ illi *Eze. 14.*
pro non pœnitentibus impetrarent. Etenim quis libe-
rare poſſit inuitum? quis pro ſuperbis humiliari? quis
pro nõ pœnitentibus impetrare? Quod vtique cũ di-
ceret, ad pœnitẽtiæ cogebat remedia. Nec cõtra ſe lo-
cutus eſt aliquid vir illius grauitatis & meriti, ſed fun-
dendas à peccatoribus preces docuit, & exomolo- *Exomo-*
geſin diligendã. Ipſa tamẽ Cypriani exẽpla te permo- *logeſis.*
uent, quibus & Moyſen & cæteros ſanctos non impe-
traſſe cõmemorat qui pro peccatoribus poſtulabant.
Ain? Non vides Moyſen, pro quibus nõ impetrauerit?
C Reuerſ⁹ ad populũ, quid audit in caſtris? Voces ebrio- *Ex. 32. d*
rum & cantus idolothiti perſonabãt. Adhuc perſeue-
rabat in nequitia populus, adhuc in ipſo crimine per-
manebat ac pœnitere non nouerat. At tamẽ quis tibi
noſtrum dixit quod Moyſes nõ impetrauerit? Dixerat
quidẽ illi Deus. * deliquit ante me, delebo eum de li- ** Si quis.*
bro. Dixerat tamen authoritate iudicis & domini po-
teſtate, ſed vide quàm citò reflexerit ſentẽtiã aduerſus *Ex. 32. g.*
populi malitiã irrogatã. Auſculta. Propheta ſtatim ibi-
dem, Et precatus eſt, inquit, Moyſes in conſpectu do-
mini Dei ſui. Quarè Domine iraſceris ita in populum
tuum, *& reliqua*, Item infrà. Et propitius factus eſt
Dominus de malignitate quam dixerat facere po-
D pulo ſuo. Vides lenitam eſſe iram Dei? Vides offen-
ſam eſſe placatam? Et pro populo non rogauit, nec *Eze. 14.*
quod fecerat pœnitenti. Sed Noë, (inquis) & Daniel,
& Iob, filios & filias liberare non potuerunt. Et hoc
tale eſt: Si pro non rogantibus petant, ſi pro perſeue-
ranti in crimine deprecentur. Si non ſingulos, ſi non
paucos, ſed milia multa defendat. Cæterùm Noë do- *Gene. 7.*
mum ſuam à ruina publica liberauit, & Iob recepit cũ- *Iob 42.*
cta quæ perdidit, & Daniel inſtantem illum ſapienti- *Gen. 19.*
bus Babyloniæ gladium, oratione decuſſit. Loth certè *Act. 27.*
pro ſalute oppidi, Paulus pro vectoribus nauis orat. *d.*
Sic abſoluuntur à iuſtis, qui pænitere nouerũt. Poſtre-
mò vel illud aſpicito quod ſcriptum ais. Ipſi ſoli ſalui
E erũt. Qui illi? Ipſi vtique qui pro peccatoribus depre- *Eze. 14. e*
cãtur: Impunè pro talibus poſtulabũt, Et cur Eccleſiã
damnas? cur pœnitentibus prohibes deprecari ſi etiam
pro his petere licet, pro quibus non licet impetrare?
Lege igitur diligentiùs Cyprianum meum, Lege totã
de Lapſis Epiſtolam, Lege aliam, quã ad Antonianũ
dedit, vbi exẽplis omnibus Nouatianus vrgetur. Iam
ſcies, quid de pœnitentiũ curatione pronũciet. Cypria
num loquor veſtra oppugnãtem & catholica iura re- *Tertullia-*
tinentẽ. Tertullian⁹ poſt hęreſim, (nã multa inde ſum- *nus reſi-*
pſiſtis) Ipſũ epiſtola ſua, & ea ipſa quã catholicus edi- *puit.*
dit, audies confitentẽ poſſe Eccleſiã peccata dimitte- *Pſal. 44.*
re. Vides ergo Eccleſiam eſſe Reginam in veſte au-

rata & variegata, multorum vtique corporum, multorumque populorum varietate compoſitam. Non eſt coloris vnius iſta pictura, nec in vno habitu emicat tanta diuerſitas. Pars illa indumenti tegit, iſta componit. Nonnulla pectori adhæret, aliqua vltimo ſinu trahitur, & inter veſtigia ipſa ſordeſcit. Quædam pupuræ martyrum comparatur, aliqua ſerico virginali, nonnulla ſinu plicante ſubſuitur, aut acu inſerente reparatur. Alius enim ſic, alius autem ſic, & tamen vna in omnibus Regina componitur. Ergo eadem fœcunda vitis & locuples, plures habens ramos, multo palmitum crine diſtentior, nihil ne ex iſtis hyberno frigore laborauit? nihil? aſperas grandines pertulit, nihil torridas incuſauit æſtates? Aſperior eſt hæc gemma palmitibus, iſta fortior, illa ſyncerior, hæc ſe diffundit in fructus, hæc in ſolas exuberat frondes, Vitis tamen vbique formoſa. Mater hæc aduleſcentularum quarum non eſt numerus. Calculare denique ſi potes Catholicos greges, & duc in digitos noſtræ plebis examina. Nec illa modò quæ toto orbe diffuſa ſunt cunctis plena regionibus, ſed hæc frater Sympronianе, quæ tecum in proximis finibus & vicina vrbe conſiſtunt. Contemplare quot noſtros vnus aſpicias, quot meorum populis ſolus occurras. Nónne vt ſtillicidia fontibus magnis, nónne vt ab Oceano quædam gutta ſorbêris? Dic, dic an iſtæ aduleſcentulæ ex veſtra plebe generentur, an tu ſolus hoc parias. Noſtra eſt (inquam) iſta regina electa matri ſuæ atque perfecta. Nihil quippe electum, niſi melius & maius ex alio, nihil perfectum poteſt eſſe niſi plenum. Iam & illud attendite, an hæc potiſſimùm ædificata ſit in fundamentis Prophetarum & Apoſtolorum ex ipſo angulari lapide Ieſu Chriſto. Si ante te cœpit, ſi ante te credidit, ſi à fundamentis prioribus non receſſit, ſi non illa migrauit, ſi non à reliquo corpore ſeparata ſuos ſibi magiſtros & propria inſtrumenta conſtituit. Si quid inſolitum argumentata eſt, ſi quid noui iuris inuenit, ſi corpori ſuo repudium pacis indixit, planè tunc à Chriſto receſſiſſe videatur, tunc extra Prophetas & Apoſtolos conſtitiſſe. Hæc igitur erit domus magna, locuples omnium diuerſitate vaſorum, in qua purum refulget aurum, in qua ductile lucet argentum, Verùm quę etiam lignea (ſicut ſcriptum eſt) & fictilia vaſa dignatur. Magna enim domus multos mouet vſus, opera diuerſa ſolicitat. Non ſolùm quærit argentum, nec aureo tantùm delectatur ornatu. Subinde plus decet magna contemptus, & inter nobiles ambitus, exigua quoque iocunda ſunt. Nullus artifex opera ſua deſpicit nec vilia ſibi putat eſſe quæ fecit. Et vnde pro peccatoribus paſſum putas Chriſtum niſi quod perdere noluit quicquid ipſe formauit? Vnde illum putas, hodieque interpellare promiſeris, niſi quòd modicum eumque & deſpectiſſimum non repellit, Neminem ex his quos acceperit perditurus, ligneo licet ac fictili comparentur atque ita in domo ſua omnia vaſa componit? Tandem frater Sympronianе non pigeat eſſe cum multis, tandem libeat reduuias Nouatianorum, & præſegmina veſtra contemnere, tandem catholicos greges & tam latè patentes Eccleſiæ populos intueri. Vbi vnus (inquies) ibi & ego, & vbi duo, ibi Eccleſia: vbi vnus tamen concors, vbi duo pacifici: vbi vnus & Eccleſia, quanto magis vbi plures? Meliores (inquit) duo quàm vnus, & ſpartum triplex non rumpitur: Audi Dauid, Pſallam nomini tuo in Eccleſia multa. Et iterum, In populo graui laudabo te. Et deus deorum loquutus eſt, & vocauit terram ab ortu ſolis vſque ad occaſum. Quid ſemen Abrahæ ſecundum ſtellarum modos & numeros arenarum, veſtra paupertate contentum? Benedicentur in te (inquit) omnes tribus terrę. Dic, Nouatianus has impleat? Non tam parum ſanguine ſuo redemit deus, nec tam pauper eſt Chriſtus. Cognoſce iam frater Eccleſiam Dei dilatantem tabernacula ſua, & aulæorum palos dextra ſiniſtraque figentem, Intellige ab ortu ſolis vſque ad occaſum laudabile nomen Domini. Vide, vide quæſo, Nouatianis in verba luctantibus catholicas agi toto orbe diuitias. Super omnibus quibus à te ſum conſultus, inſtruxi. Nullum ex propoſitis caput ſententiámve præterij. Ad ipſos apices & verba reſpondi. Si conſulentis animo requiſiſti, amanter oſtenſum eſt. Si laceſſentis, haud ſegniter diſputatum. Subiungam, cùm vacuum erit & aliam Epiſtolam, in qua non veſtra redarguam, ſed noſtra proponam. Quam ſi benignè & ſine faſtidio legeris, fortaſſe non lædet. Interim in iſta peto vt ſingula quæque percenſeas. Omnia citò lecta prætereunt, ſi chariſmata meliora deſyderas, & bonæ eruditionis animam geris, non facilè tam vera contemnis. Dominus te in æternum cuſtodire & protegere dignetur, & Chriſtianum viuere faciat ad concordiam ſpiritualem, Amen.

*Eccleſia eſt vitis.* — *Cant. 6 c.* — *Catholicorum numerus maior quam hæreticorum.* — *Eccleſia electa & perfecta.* — *Eph. 2. d.* — *2. Tim. 2.* — *Chriſtus cur paſſus* — *αυάδρεν.* — *Exhortatio ad hæreticũ vt reſipiſcat.* — *funicul°.* — *Pſal 49.* — *Gen. 22. d.* — *Pſal. 112 a* — *Peroratio.*

*Parænesis ſiue exhortatorius libellus Sancti Paciani Barcilonenſis Epiſcopi ad Pœnitentiam.*

ET ſi aliquoties, tumultuoſè licet, de pœnitentium curatione non tacui, memor tamen dominicæ ſolicitudinis quæ propter vnius ouiculæ detrimentum, ceruicibus etiam ſuis & humeris non pepercit, integrato gregi referens peccatricem delicatam: conabor (vt potero) tantæ virtutis exemplum etiam ſtylo condere, ac dominici laboris induſtriã mediocritate (qua dignum eſt) ſeruus imitabor. Vnum Illud vereor dilectiſſimi, ne ſolitæ contrarietatis aduerſis, inculcando quæ fiunt, admoneam magîs peccata quàm reprimã. Meliuſque fuerit Attici Solonis exemplo tacere de magnis ſceleribus, quàm cauere, eouſque progreſſis noſtratium moribus vt admonitos ſe exiſtiment, cum vetantur. Hoc enim puto proximè Ceruulus ille profecit: vt eò diligentior fieret, quò impreſſiùs notabatur. Et tota illa reprehenſio dedecoris expreſſi ac ſæpe repetiti non compreſſiſſe videatur, ſed erudiiſſe luxuriam. Me miſerum, Quid ego facinoris admiſi? Puto neſcierant Ceruulum facere niſi illis reprehendendo monſtraſſem. Verum ſit illud. Dei refuge, aut extra Eccleſiam conſtituti etiam exaſperati ſunt caſtigationis iniuria, indignati ſcilicet mores ſuos ab aliquo poſſe reprehendi: Atque vt cœnum ſolet tum maximè foêtere cùm moueas, & incendium tum magis ardêre, ſi vertas, & rabies tum vehementiùs ſæuire, ſi prouoces: ita illi obiurgationis neceſſariæ ſtimulos contrario calce fregerunt, non ſine ſuo quidem malo & vulnere repugnantes. Vos tamen dilectiſſimi, à Domino mementote poſitum: Argue ſapientem & amabit te, argue ſtultum & odio te habebit. Et iterum, Ego quos diligo redarguo, & caſtîgo. Atque ideo blandam huius mei operis ac ſollicitam diligentiam, & ſecundum Domini voluntatem à meipſo fratre veſtro ac ſacerdote ſuſceptam, amorem potiùs credite quàm rigorem, ſequendo amabiliter, nõ pertinaciter repugnando. Prætereà nullus exiſtimet, hunc ipſum de pœnitentiæ inſtitutione ſermonem, ſolis tantummodò pœnitentibus ordinatum, ne propter hoc quiſquis extra hunc gradum poſitus eſt, ea quæcunque dicetur, velut

*Luc. 15. a* — *De peccatis dicere ad plebem nõ ſemper eſt cõmodum.* — *Solon.* — *Ceruul°.* — *Impij, reprehẽſione exaſperantur.* — *Pro. 9.* — *Apo. 3. d* — *Heb. 12. b* — *De ſacerdotali reprehẽſione quid plebs ſentire debeat.*



lut in alios deſtinata faſtidiat, cùm in hanc quaſi fibulam totius eccleſiæ diſciplina * notetur, quando & catechumenis ne in hoc tranſeant, & fidelibus ne in hoc redeant prouidendum ſit, ipſis verò pœnitentibus vt celeriter ad huius operis fructum perueniãt, laborandum. Sermonum tamen meorum hic ordo ſeruabitur. Primùm, vt de modo criminum ediſſeram, ne quis exiſtimet omnibus omnino peccatis ſummum diſcrimen impoſitum. Tum de his fidelibus dicam, qui remedium ſuum erubeſcentes malè verecundi ſunt, & inquinato corpore ac polluta mente communicant. In conſpectu hominum timidiſſimi, ante dominum verò impudentiſſimi, prophanis manibus, & polluto ore contaminãt, ſanctis quoque & Angelis altare metuendum. Tertiò de his erit ſermo qui confeſſis bene apertíſque criminibus, remedia pœnitentiæ actúſque ipſos exomologeſis adminiſtrandæ, aut neſciunt aut recuſant. Poſtremò illud apertiſſimum enitemur oſtendere, quæ pœna ſit aut non agentibus pœnitentiam aut etiam negligentibus, atque ideo in vulnere ſuo ac tumore morientibus: quæ rurſus ſit corona, quod præmium conſcientiæ maculas recta & ordinaria confeſſione purgantibus. Primùm igitur vt diximus, de modo peccantiũ retractemus ſedulò requirentes quæ ſint peccata, quæ crimina: ne quis exiſtimet propter innumera delicta quorũ fraudibus nullus immunis eſt, me omne hominum genus indiſcreta pœnitẽdi lege conſtringere: Apud Moſem & veteres, minimi quoque peccati & quadrantis vnius (vt ita dixerim) rei, in eodem infœlicitatis æſtuario volutati ſunt. Et qui ſabbata violauerant, & qui immunda contigerant, & qui eſcarum vetita præſumpſerant, & qui murmurabant, & qui pariete corrupto, & qui veſte maculata in templum, ſummi regis intrauerant, & qui altarium his obnoxij manu contractauerant aut veſte contigerant, vt iñ cœlum aſcẽdere citius fuerit, aut emori ſatiùs quàm hæc vniuerſa ſeruare. His igitur nos omnibus multíſque prætereà carnalibus vitiis, vt citiùs ad deſtinata quiſque perueniat, ſanguis domini liberauit redemptos à ſeruitute legis, & libertate fidei emancipatos. Ideóque apoſtolus Paulus: Vos autem (inquit) in libertatem vocati eſtis. Hæc illa libertas, quòd non omnibus adſtringimur quibus veteres tenebantur, ſed donata (vt ita dixerim) ſylua delictorum, & remediorum indulgentia deſtinata, in pauca concluſi ſumus, & neceſſaria, quæ & ſeruare facillimum eſſet credentibus, & cauere: vt meritiſſimò tartarum non recuſaret qui tantæ donationi ingratus ne hæc quidem pauca ſeruaſſet, Quę ſint autem iſta videamus. Poſt domini paſſionem, Apoſtoli tractatis omnibus, atque diſcuſſis, epiſtolam tradiderunt his qui ex gentibus crediderant perferendam, Cuius epiſtolæ ſententia hæc fuit: Apoſtoli & presbyteri fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ, & Ciliciæ fratribus, qui ſunt ex gentibus, ſalutem. Quoniam audiuimus quoſdam ex nobis exiiſſe, & conturbaſſe vos verbis. Item infrà. Viſum eſt enim ſancto ſpiritui & nobis nullum amplius imponi vobis pondus præter quàm hæc. Neceſſe eſt vt abſtineatis vos ab idolothytis, & ſanguine, & fornicatione, à quibus obſeruantes, bene agetis. Valete. Hæc eſt noui teſtamenti tota concluſio. Deſpectus in multis ſpiritus ſanctus, hæc nobis capitalis periculi conditione legauit, reliqua peccata, meliorum operum compenſatione curantur. Hæc verò tria crimina vt Baſiliſci alicuius afflatus, vt veneni calix, vt letalis arundo metuenda ſunt. Non enim vitiare animam, ſed intercipere noue-

** alias coarctetur.* — *Sermo de Pœnitentia omnibus neceſſarius.* — *Altare Angelis & hominibus metuendum.* — *Exomologeſis.* — *Chriſti ſanguis ſoluit nos a iugo Cæremonialium.* — *Gal. 5.* — *Act. 15.* — [redacted]

runt. Quare tenacitas humanitate redimetur, conuitium ſatisfactione penſabitur, triſtitia iucunditate, aſperitas lenitate, grauitate leuitas, honeſtate peruerſitas, & quæcúnque contrariis emendata proficiunt. Quid verò faciet contemptor dei? Quid aget ſanguinarius? Quod remedium capiet fornicator? Nunquid aut placare dominum deſertor ipſius poterit, aut conſeruare ſanguinem ſuum qui fudit alienum, aut redintegrare dei templum qui illud fornicando violauit? Iſta ſunt capitalia fratres, iſta mortalia. Nunc audite Ioannem, & confidite ſi poteſtis. Si quis ſcit, inquit, fratrem ſuum peccare peccatum non vſque ad mortem, petat pro eo & dabit illi vitam dominus ſi quis deliquit peccatum non ad mortem. Eſt autem peccatum quod ad mortem ducit, non pro eo dico vt depreceris. Sed ſi placet etiam ſeparatim audite de ſingulis. Moſem pro blaſphematore populo deprecãtem ſic appellat deus. Si quis (inquit) deliquerit ante me, delebo illum de libro meo. Et de homicida Dominus hoc iudicat, Si quis (inquit) gladio occiderit, gladio morietur. Et de fornicatore Apoſtolus dicit: Ne violaueritis (inquit) templum dei quod eſtis vos, Qui autem templum dei violauerit, diſperdet illum deus. Scripta ſunt hæc. * DD. FF. & perpetuis cæſa monumentis, ſcripta & inciſa non dico cæris & charta & ære vel calamo, ſed libro dei viui. Cœlum & terra tranſibunt, iota vnum (inquit) aut apex non poterunt tranſire priuſquàm omnia compleantur. Quid ergo? moriendum eſt? Multi etiam animo in hæc peccata ceciderunt. Multi ſanguinis rei, multi idolis mancipati, multi adulteri. Addo etiam non ſolas manus in homicidio plecti, ſed & omne conſilium quod alterius animam impegit in mortem: nec eos tantùm qui thura menſis adoleuêre prophanis, ſed omnem prorſus libidinem extra vxorium thorum & complexus licitos euagantem, reatu mortis adſtringi. Hæc quicunque poſt fidem fecerit, dei faciem non videbit. Deſperauere tantorum criminum rei. Quid vobis ego feci? Nunquid non fuit in poteſtate ne fieret? Nullúſne admonuit? Nemo prædixit? Tacuit eccleſia? Nihil euangelia dixerunt? Nihil Apoſtoli comminati ſunt? Nihil rogauit ſacerdos? Quid quæritis ſera ſolatia? Tunc decuit cùm licebat. Dura iſta vox eſt, ſed qui vos fœlices dicunt, in errorem vos mittunt, & ſemitas pedum veſtrorum conturbant. Facinoris viam monſtrat innoxiis, qui nocentibus poſt ſcelera blanditur. Ergo (inquiet aliquis) perituri ſumus, & vbi miſericors deus qui mortem non inuenit nec lætatur in perditione viuorum? Moriemúrne in peccatis noſtris? Et quid facies tu ſacerdos? Quibus emolumentis tot Eccleſiæ detrimenta penſabis? Accipite remedium ſi deſperare cœpiſtis, ſi miſeros vos agnoſcitis, ſi timetis. Qui nimium confidit, indignus eſt. Super quem (inquit dominus) reſpiciam, niſi ſupra humilem & quietum, & trementem verba mea? Vos ergo primùm appello fratres qui criminibus admiſſis pœnitentiam recuſatis, vos (inquam) poſt impudentiam timidos, poſt peccata verecundos. Qui peccare non erubeſcitis & erubeſcitis confiteri. Qui cum mala conſcientia dei ſancta contingitis & altare domini nõ timetis, qui ad manus ſacerdotis, qui in conſpectu angelorum ſub fiducia innocentiæ acceditis, qui diuinæ patientiæ inſultatis, qui tacenti deo veluti neſcienti pollutam animam & prophanum corpus ingeritis. Audite, quid fecerit dominus, tum deinde, quid dixerit. Cùm populus Hebræorum Hieroſolymis arcam domini reportaret, & ex domo Aminadab Iſraëlitis,

*Peccata leuiora quomodo redimantur.* — *1. Ioan. 5.* — *Exo. 32.* — *Exo. 21.* — *& Matt. 26.* — *1. Cor. 3.* — ** Dilectiſſ. fratres, ſignificari arbitror.* — *Matt. 5.* — *Cogitatio punitur lege Chriſtiana.* — *Hoc à ſanctiſſ. patre tantum comminatiue dictũ indicat quod paulo poſt ſubiungit,* — *Accipite remediũ ſi deſperare cœpiſtis &c.* — *Iſa. 3. c.* — *γνώμη.* — *Eſa. 66.* — *Cõtra impœnitentes.*

Ozas qui non explorata conſcientia latus arcæ attigerat, occiſus eſt, & tamen ille non vt aliquid ex ea ſumeret, ſed vt declinantem ad lapſum vituli contineret, acceſſerat. Tanta infuit cura diuinæ reuerentiæ, vt audaces manus nec ob auxilium ſuſtineret. Clamat idem dominus & dicit: Omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcunque cōtigerit de carne ſacrificij ,, ſalutaris & immundicia ſuper illam eſt, pereat anima ,, illa de populo. Antiquáne iſta ſunt, & modò non fiunt? ,, Quid ergo? deſiit deus noſtra curare? an vltra conſpectum mundi receſſit & neminem ſpectat è cœlo? An patientia illius, ignorantia eſt? Abſit, inquies. Videt ergo quæ facimus, ſed vtique expectat & patitur, & pœnitentiæ tempus indulget, & Christo ſuo præſtat vt differat ne citò pereant, quos redemit. Bene tu peccator intellige, ſpectaris à domino, potes illum placare ſi velis. Sed antiquum ſit iſtud quod ad menſam dei accedere nō licuit immundis, euoluite Apoſtolos & nouella cognoſcite. In prima Corinthiorum, Paulus hæc intulit: Quicunque (inquit) manducauerit, aut biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis domini. Item infrà. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diſcernens corpus domini. Propterea (inquit) inter vos multi infirmi & ægri, & dormiunt multi. Quòd ſi noſipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur, Cùm iudicamur autem à domino corripimur vt nō cum hoc mundo damnemur. Intremuiſtis, an non? Reus erit (inquit) corporis & ſanguinis domini. Humanæ animæ reus non poſſet abſolui, dominici corporis violator euadit? Qui manducat (inquit) & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit. Euigila peccator, time in viſceribus tuis præſens iudicium ſi quid tale feciſti. Propterea (inquit) inter vos multi infirmi & ægri, & dormiunt multi: iam ſi quis futura non metuit, vel præſentem ægritudinem præſentémque obitum reformidet. Cùm iudicamur (inquit) à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Lætare peccator ſi in hoc ſæculo aut morte interciperis, aut languore conſumeris ne puniaris poſt ſæculum. Intellige quantum ſceleris admittat qui ad altare venit indignus, cui pro remedio computatur, cum aut morbis laborat, aut morte diſſoluitur. Quòd ſi veſtra vobis ,, vilis eſt anima, parcite populo, parcite ſacerdotibus. Clamat Apoſtolus: Exiguum fermentum totam maſſam fermentat. Quid facies tu propter quem omnis maſſa corrumpitur, propter quem laboratura eſt tota fraternitas? Viues tot animarum reus? Excuſaberis cùm tibi communionem ſuam imputauerint innocentes, cùm te Eccleſia dixerit ſuæ cladis authorem? Ecce iterum Apoſtolus ad ſacerdotem. Manus citò nulli imponas, nec communices peccatis alienis. Quid facies tu qui decipis ſacerdotem? Qui aut ignorantem fallis, aut non ad plenum ſcientem, probandi difficultate confundis? Rogo ergo vos fratres, etiam pro periculo meo per illum dominum, quem occulta non fallunt, deſinite vulneratam * regere conſcientiam. Prudentes ægri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam ſecaturos, etiam peruſturos. Meminimus quoſdam remota etiam & verecunda membrorum non erubeſcentes in ferro & cauterio & grauiſſima illa pulueris mordacitate duraſſe. Et quantum eſt illud quod homines præſtiterunt? Peccator timebit? Peccator erubeſcet perpetuam vitam præſenti pudore mercari? & offerenti manus domino, vulnera malè tecta ſubducet? Et habet aliquid quod in illo erubeſcat, qui dominum læſit? An ſic illi melius eſt perire, ne tu pudore timidus ſine pudore moriaris, non faciens pudori locum, plus de detrimento eius acquiras cui pro te melius eſt perire? Quòd ſi fratrum oculos erubeſcitis, conſortes caſuum veſtrorum timere nolite. Nullum corpus membrorum ſuorum vexatione lętatur, imò pariter dolet & ad remedium conlaborat, in vno & altero Eccleſia eſt, in Eccleſia verò Chriſtus. Atque ideo qui fratribus peccata ſua non tacet, Eccleſiæ lachrymis adiutus Chriſti precibus abſoluitur.

*Ozas. 2. Reg. 6. — Leuit. 7. & 22. — Dei lōganimitas ad pœnitentiam nos adducit, Rom. 2. a. Quem locum citat d. Petrus. 2. Pet. 3. c domini noſtri longanimitatē, ſalutem arbitramini, ſicut frater noſter Paulus ſcripſit, &c. — 1. Cor. 11. — Præparatione opus eſt ante ſacram communionē. — Ægritudo, pœna eſt pro indigna cōmunione. — 1. Cor. 5. — Fraternitas pro Eccleſia. Eccleſiæ clades vel ob vnius indignam communionem. — 1. Tim. 5. d. — Cōtra perfunctorie confitētes peccata ante communionem. — * legendū eſt, tegere. — Digna Exhortatio ad ſyn ceram exomologeſin*

Nunc ad eos ſermo ſit qui bene ac ſapienter vulnera ſua pœnitentiæ nomine confitentes, nec quid ſit pœnitentia, nec quę vulnerum medicina, nouerunt. Similéſque ſunt illis qui plagas quidem aperiunt ac tumores medicíſque etiam adſidentibus confitentur, ſed admoniti, quæ imponenda ſunt, neglegunt, & quæ bibenda, faſtidiunt. Quod tale eſt ac ſi dicat aliquis. Ecce ego æger, ecce ego vulneratus ſum, ſed nolo curari ſtomachum. Hoc erat, ſed videte quid ſtultius. Additur etiam morbus ad cauſam & vulnus adiungitur, & contraria quæque imponuntur, pernicioſa potantur. Quo maximè malo fraternitas hæc laborat, delictis veteribus noua inſuper adiungendo peccata. Ergo grauiùs erupit in vitium & pernicioſiſſima iam tabe cruciatur. Quid ergo faciam nunc ſacerdos qui curare compellor? Serum eſt in eiuſmodi. Veruntamen ſi quis eſt veſtrum qui ſecari & exuri ſuſtineat, adhuc poſſum. Ecce ſcalpellum propheticum. Conuertimini (inquit) ad do- ,, minum deum veſtrum, ſimúlque ieiunio, & fletu, & ,, planctu, & ſcindite corda veſtra. Nolite hanc ſecturam timere dulciſſimi. Suſtinuit illam Dauid, iacuit in cinere ſordenti, ſacco inſuper horrente deformis. Ille quondam gemmis aſſuetus & purpuris, texit in ieiunio animam ſuam cui maria, cui ſyluæ, cui flumina ſeruiebant: promiſſáſque diuitias terra parturiens, madidus lachrymis conſumpſit oculos illos quibus gloriam dei viderat, infœlicem ſe, miſerúmque confeſſus eſt pater Mariæ, Iudæi etiam dominator Imperij. Rex ille Babylonius exomologeſin deſertus operatur, & ſeptuenni ſqualore decoquitur. Leonum in illo iubas impexa cæſaries & barbarus horror exuperat, & longè incuruis vnguibus manus horrentes aquilas mentiuntur, cum fœnum in morem bouis ederet pallentium ruminator herbarum. Hæc tamen illum Deo pœna commendat, & in ſua quondam regna reſtituit. Quem horrebant homines, deus recipiebat ipſa illa malæ tractationis calamitate fœlicem. Ecce ſectio quam ſpopondi, qui potuerit tolerare ſanabitur. Admouebo adhuc ignes de cauterio apoſtolico, videamus an ferre poſſitis. Iudicaui (inquit) congregatis vobis & ſpiritu meo, in virtute domini Ieſu Chriſti, ,, tradere eiuſmodi hominem Sathanæ in interitum car- ,, nis, vt ſpiritus ſaluus ſit in diem domini. Quid dicitis pœnitentes? Vbi eſt veſtræ carnis interitus? An quòd in ipſa pœnitentia lautiores ſemper inceditis, conuiuio farti, balneis expoliti, veſte compoſiti? Ecce aliquem video aliquando frugi, aliquando pauperculum, aliquando vili tunica ſordulentum. Nunc bene cultus & locuples, & decorus eſt, quaſi imputet deo quòd illi ſeruire non potuit, & morientem animam recreet voluptate membrorum. Bene quòd mediocres ſumus, cæterùm & illa faceremus quod quoſdam & quaſdam non pudet lautiores, marmoribus tegi, auro opprimi, ſerico fluere, cocco rubeſcere. Si quid ferruginei pulueris in ſupercilio fulguret, aut ficti nitoris in genas ru*tilet, aut coacti ruboris in labia deſudet, iſta forſitan

*De iis qui peccata quidem confitentur, & nō ſatisfaciunt. — Neglego ferè pro negligo. — Fraternitas. — Ioël. 2. — Pœnitentia Dauidis. — Maria ex ſtirpe Dauidis. — Dani. 4. — Exomologeſis Nabugodonoſor. — 1. Cor. 5. — Lautitiæ in pœnitentia. — Plebs ſuperat, vel imitatur ſaltē quātū poteſt magnatū luxūs. — * aliâs ruboris.*

non



non habetis. Non deſunt tamen vobis hortulani maritíve ſeceſſus, & exquiſitius vinum, & lautiora conuiuia, & defæcatio ſenectutis. Sic agite, ſic credite, quando viuetis? Non ſuſtineo iam fratres, Danielus cum ſodalibus ſuis ſacco tectus & cinere, ieiunio & iam exanguis hæc loquitur. Peccauimus, facinus admiſimus, impiè geſſimus, tranſgreſſi ſumus præcepta, & iudicia tua. De Azaria itidem ſcriptura diuina. Stans (inquit) Azarias precatus eſt, & aperiens os ſuum exomologeſim faciebat deo ſimul cum ſodalibus ſuis. Dauid ipſe, Lauabo (inquit) per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis ſtratum meum rigabo. Nos verò quid tale, quid ſimile? Non dico illa quæ congrega- ,, mus ad cumulum cauponando, mercando, rapiendo, foris lucra, intus libidines aucupando, nihil agendo ſimpliciter, nihil pauperibus largiendo, nihil fratribus remittendo. Ne hæc quidem quæ videri etiam à ſacerdote poſſunt, & Epiſcopo teſte laudari. Ne hæc quidem quotidiana ſeruamus, flere in conſpectu eccleſiæ, perditam vitam ſordida veſte lugere, ieiunare, orare, prouolui: ſi quis ad balneum vocet, recuſare delicias: ſi quis ad conuiuium roget, dicere: iſta fœlicibus, ego deliqui in dominum, & periclitor inæternum perire. Quo mihi epulas, qui dominum læſi? Tenere præterea pauperum manus, viduas obſecrare, presbyteris aduolui, exoratricem Eccleſiā deprecari, omnia prius tentare quàm pereas. Scio quoſdā ex fratribus & ſororibus veſtris cilicio pectus inuoluere, cineri incubare, ieiunia ſera meditari, & non talia fortaſſe peccarunt. Quid de fratribus loquar? Capræ, vt dicunt, feræ remedia ſua nouerunt. Confixas quippe audio venenatis ſagittis ſaltus peragrare Dictæos, quoad dictami caule detonſo, ſalutarium virulento latice ſuccorum, pulſa decutiant tela corporibus. Nos ignita diaboli ſpicula nullo pœnitentiæ ſucco, nullo exomologeſis gramine repellimus? Excæcatos hirundo pullos nouit oculare de ſua chelidonia. Nos lumina mentis amiſſa, nulla malæ tractationis radice curabimus? Ecce nec capreis, nec hirundini homo ſimilis, cæcitati ſuæ inuidet & dolori. Conſyderate nunc fratres quid in fine promiſimus: quis fructus hæc opera, vel contra quis exitus conſequatur. Peccatoribus delicatis, & pœnitentiam non agentibus ſpiritus domini comminatur & dicit. Dilectum veritatis non receperunt vt ſalui fierent, ac propterea mittet illis operationem erroris vt credant mēdacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed ſibi placent in iniuſtitiam. Item Apocalypſis de meretrice ſic loquitur. Inquantum clarificauit ſe & delicias exercuit, tantum date ei tormentum & luctū. Et Apoſtolus Paulus: An ignoras quoniam bonitas dei in pœnitentiam te perducit? Tu autem ſecundum duritiam tuam theſaurizas tibi iram in die iræ & reue- ,, lationis iuſti iudicij dei. Timete igitur dilectiſſimi iu- ,, ſta iudicia, omittite errorem, damnate delicias: properat iam tempus extremum, tartarus & gehenna laxatos impiis ſinus pandunt. Poſt animarum tempeſtiuá ſupplicia, rediuiuis quóque perpetua corporibus pœna ſeruatur. Nemo Tityj iecur credat, * & vulturem poëtarum. Ipſe ſibi materiam recreſcentium corporum reparat ignis æternus. Attendite ſi non creditis, aquarum impetus qui ignibus furit, ſupplicio nutriente reparabitur. Si de cruciatu exomologeſis retractatis, gehennam recordemini, quam vobis exomologeſis extinguet. Vim eius & de præſentibus æſtimate, cuius fumariola quædam maximos montes ſubterraneis ignibus decoquunt. Æſtuant indefeſſis flammarum

*Dan. 6. — Dan. 3. Azariæ exomologeſis. — Pſal. 6. — Ne vulgares quidem pœnitentiæ Cæremonias obſeruari. — Capræ, dictamo plagis ſuis medētur. — Exomologeſis. — Hirundo pullorum oculis medetur Chelidonia. — † Oculare verbum nouè poſitum. — Mala tractatio, pro afflictione corporis. — 2. Theſſ. 2 — Apoc. 18 — Rom. 2. — Corporū in gehenna cruciatus. — * ptāto de eſſe arrōdi vel quippiam ſimile. — Contra vitioſum cōfeſſionis pudorem.*

globis Aethna & Liſaniculus & Veſuuius campanus. Et quo nobis iudicij perpetuitatem probent, diſſiliunt, deuorantur, nec vllis tamen ſæculis finiuntur. Attendite in euangelio diuitem ſolius adhuc animæ ſuppliciis laborantem. Qualis tandem illa redituris pœna corporibus? quis in illa ſtridor dentium? quis fletus oculorum? Mementote fratres quia apud inferos exomologeſis non eſt, nec pœnitentia tunc tribui poterit cōſumpto tempore pœnitendi. Feſtinate dum in vita eſtis, dum cum aduerſario iter facitis. Sæculares ecce ignes timemus & carnificum vngulas expaueſcimus, comparate cum his æternas torquentium manus, apicéſque flammarum nulla ætate morientium. Per rogo vos Eccleſiæ fidem fratres: per ſolicitudinem meam, per communes omniū animas obteſtor & deprecor, ne pudeat in hoc opere, ne pigeat opportuna quamprimùm remedia ſalutis inuadere, deiicere mœroribus animum, ſacco corpus inuoluere, cinere perfundere, macerari ieiunio, mœrore conficere, multorum precibus adiuuare. Inquantum pœnæ veſtræ non pepercerítis, intantum vobis deus parcet. Eſt enim mitis & patiens, & multæ miſerationis, & qui ſententiam flectat aduerſus malitias irrogatam. Ecce promitto, polliceor ſi ad patrem veſtrum vera ſatisfactione redeatis nihil vlterius errando, nihil priſtinis adiiciendo peccatis, dicendo etiam humile aliquid & flebile: Peccauimus in conſpectu tuo pater, iam non ſumus digni nomine filiorum: continuò de vobis & pecus illud recedet immundum, & ſiliquarum eſca deformis. Continuò reuertentes & ſtola * veſtiti, & anulus honorabit, & paternus iterum complexus accipiet, ecce ipſe loquitur: Nolo mortem peccatoris, quantùm vt reuertatur & viuat. Et iterum. Nonne (ait) qui ceciderit, reſurget: & qui auerſatus fuerit, conuertetur? Et Apoſtolus dicit, Potens eſt deus ſtatuere illum. Apocalypſis etiam, ſeptem Eccleſiis, niſi pœnitentiam egerint, comminatur. Nec vtique non pœnitentibus comminaretur, niſi ignoſceret pœnitentibus, etiam ipſe deus dicit, Memento ecce vnde cecideris, & age pœnitentiam. Et iterum. Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluaberis, & ſcies vbi fueris. Nec quiſquam adeò peccatricis animæ vilitate deſperet, vt ſe iam non neceſſarium deo credat. Neminem noſtrum perire vult dominus, etiam modici & minimi requiruntur. Si non creditis, intuemini, ecce in euangelio drachma requiritur, & vicinis inuenta monſtratur. Ouicula ſuppoſitis reportanda ceruicibus non eſt oneroſa paſtori. Super vnum peccatorem pœnitentiam agentem in cœlis angeli gaudent, & chorus cœleſtis exultat. Heus tu peccator, rogare ne deſinas. Vides vbi de tuo reditu gaudeatur, Amen.

*Aethnā, gehennæ ignibus ardere. — Luc. 16. f — Matt. 8. b 13. e — Luc. 13. f — Pœnitentiæ nullus locus in gehenna. — Mat. 8. d — Obteſtatio vt Pœnitentiam agant. — Deus mutat ſententiam. — Vera ſatisfactio. — Luc. 15. d. e. — De, pro à — * Aliâs veſtiet. — Ezech. 33 — Rom. 14. — Apocalypſ. 2. a — Luc. 15.*

### *Sancti Paciani Epiſcopi de baptiſmo.*

APerire deſydero qualiter in baptiſmo naſcamur & qualiter innouemur. Verbis ſanè ipſius loquar fratres, ne fortè me ob nitorem ſententiarum ſtylo exultaſſe credatis, & vt rem myſticam intelligere poſſitis, atque vtinam inculcare poſſim, gloriam non requiro, dei enim ſolius gloria eſt. Veſtri me tantùm cura ſolicitat, & horum maximè competentium, ſi quomodo poſſimus intelligere tantæ fœlicitatis examen. Aperiam igitur quid fuerit antè gentilitas, quid fides præſtet, quid baptiſmus indulgeat. Quod ſi ita (vt ego ſentio) veſtra corda penetrauerit, iudicabitis fratres, nullam nobis adhuc prædicationem amplius præſtitiſſe. Accipite ergo dulciſſimi, homo ante baptiſmum in qua morte ſit poſitus. Scitis certè illud antiquum,

*Orationis initium quale decet virum ſanctiſſimum. — Competentes.*

quòd Adam terrenæ origini præſtitutus ſit, quæ vtique damnatio legem illi æternæ mortis impoſuit, & omnibus ab eo poſteris quos lex vna retinebat, hæc mors in genus omne dominata eſt, ab Adam vſque ad Moyſen. *Rom. 5.c* Per Moyſen vero vnus tantùm populus electus eſt, ſemen ſcilicet Abrahæ, ſi mandata iuſtitiæ ſeruare potuiſſet. Interea nos omnes ſub peccato tenebamur, vt fructus eſſemus mortis, ſiliquarum eſcis & porcorum cuſtodiæ deſtinati, id eſt operibus immundis per malos angelos, quibus dominantibus nec facere licuit nec ſcire iuſtitiam. Parere enim talibus dominis res ipſa cogebat. *Luc. 15.* *Seruire Dæmonibus, miſerrimum eſt.* Ab his poteſtatibus & ab hac morte qualiter liberati ſimus, attendite. Adam poſtquàm peccauit (vt retuli) dicente tunc domino, Terra es, & in * terra ibis, addictus eſt morti. *Gen. 3.* ** Aliâs in terram.* Hæc addictio in genus omne defluxit. Omnes enim peccauerunt ipſa iam vrgente natura, ſicut Apoſtolus dicit: Quia per vnum hominem * peccatum introiuit, & per delictum mors, & ſic in omnes homines deuenit, in quo omnes peccauerunt. ** in mundum.* *Rom. 5.* Dominatum eſt ergo peccatum cuius vinculis quaſi captiui trahebamur ad mortem, mortem ſcilicet ſempiternam. *De peccato Originis loquitur.* Hoc verò peccatum ante legis tempora nec intellegebatur ſicut Apoſtolus dicit: Donec enim lex poneretur, peccatum in mundo non habebatur, hoc eſt non videbatur, ad legis aduentum reuixit. *Rom. 3.c 7.b* Apertum eſt enim vt videretur, verùm fruſtra, quia id, prope nemo ſeruabat, dicebat enim lex: Non mœchaberis, non occides, non concupiſces, tamen concupiſcentia cum vitiis omnibus permanebat, ita peccatum iſtud ante legem occulto gladio interfecit hominem, lege, diſtricto. *Exo. 20.* *Peccati ratio ante & poſt legem.* Quæ igitur ſpes homini? ſine lege ideo periit, quia peccatum videre non potuit, & in lege, ideo quia in idipſum quod videbat, incurrit. Quis eum ab interitu potuit liberare? audite Apoſtolũ: Miſerrimus * ergo homo, Quis me liberabit à corpore mortis huius? Gratia (inquit) per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum: quid eſt gratia? peccati remiſſio, id eſt, donum. ** Aliâs ego.* *Rom. 7.* Gratia enim donum eſt: Ergo Chriſtus adueniens hominémque ſuſcipiens, ipſum illum hominem de poteſtate peccati purum & innocentem Deo primus exhibuit. *Chriſtus à peccati ſeruitute hominem liberauit.* Dicit Eſaias: Ecce virgo (inquit) in vtero accipiet & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuël, butyrum & mel manducabit, priuſquã ſciat aut proferre malum, aut eligere bonum. *Eſa. 7.* Et de ipſo iterum: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, Sub hoc innocentiæ patrocinio vt primùm defenſionem hominis aggreſſus eſt Chriſtus in ipſa carne peccati, continuò ille peccati inobedientiæ parens qui primos homines aliquando deceperat, feſtinare incepit, æſtuare, trepidare. *1. Pet. 2.* *Dæmon.* Vincendus enim erat ſoluta lege peccati, qua ſola hominem vel obtinuerat, vel poterat obtinere. Armatur ergo in aciem ſpiritualem aduerſus immaculatum, ac primùm eo artificio, quo in paradiſo Adam vicerat, ſpecie dignitatis aggreditur, & velut ſollicitus de poteſtate cœleſti, ſi filius dei es (inquit) dic vt lapides iſti fiant panes: vt dum erubeſcit aut non vult diſſimulare ſe filium dei, tentantis iuſſa compleret. *Chriſtus qua arte à Dæmone tentatus.* *Matt. 4.* Ecce adhuc non tacet ſuggerens, vt ſi ſe miſiſſet ex alto, acciperetur manibus Angelorum quibus mandaſſet pater vt humeris eum ferrent, ne fortè offenderet ad lapidem pedem ſuum, dum probare vult dominus ſe eſſe de quo pater iſtud mandaſſet facere quod tentator vrgebat: eliſus nouiſſimè coluber, quaſi iam cederet, ipſa illa quæ primo homini eripuerat mundi regna promittit, vt dum viciſſe ſe credit hominis aduocatum, recepto (quod defendebat) imperio, inclinaret ad dictam ab impio dignitatem, ac ſic A aliquando peccaret. Verùm in his omnibus ſuperatur inimicus, & cœleſti virtute diſſoluitur: ſicut vates ad dominum, vt * reſoluas (inquit) inimicum & vindicatorem: quoniam videbo cœlos opus digitorum tuorum. *Pſal. 18.* ** χαταλύεω pro reſoluo & deſtruo.* Debuerat cedere Diabolus, necdum tamen deſinit. Scribas & Phariſæos & omnem illam impiorum cateruam, notis ſubornat inſidiis, furoribus agitat. Igitur illi poſt varias artes & corda mendacia, quibus dominum more ſerpentis obſequendo decipere cogitarunt, poſtquam nihil proficiebãt, nouiſſimè cum aperto latrocinio & crudeliſſimo genere paſſionis aggreſſi ſunt, vt vel indignitate rerum, vel dolore pœnarum aliquid iniuſtum aut faceret aut diceret, atque ita perderet hominem quem gerebat, & relinqueretur anima eius apud inferos, quibus vna lex fuit vt peccatorem tenerent. *Chriſtus in paſſione tentatus.* B Aculeus enim mortis peccatum. Perſtitit ergo Chriſtus, & peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius vt diximus, nec tum quidem cùm ad victimam duceretur. *1. Cor. 15 g.* *Eſa. 53.* Hoc fuit vincere, ſine peccato condemnari. Diabolus enim in peccatores acceperat poteſtatem, quam ſibi ille ſuper immaculatum vindicauit, ac ſic ipſe ſuperatus eſt id decernens ſuper iuſtum quod illi per legem quam acceperat non licebat. Vnde Prophetes ad dominum, vt iuſtificeris, inquit, in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. *Pſal. 50.* *Col. 2.* Atque ita ſicut Apoſtolus dicit, tranſductis poteſtatibus Chriſtus condemnauit peccatum in carne affigens illud cruci & chirographum mortis abſoluens. C Inde eſt quòd non dereliquit Deus animam eius apud inferos, neque dedit ſanctum ſuum videre interitum, inde quòd calcatis mortis aculeis die tertia reſultauit in carne, reconcilians illam deo, & reſtituens æternitati victo, eraſóque peccato. *Pſal. 15.* Sed ſi ſolus ille vicit, quid cæteris contulit? Breuiter audite. Peccatum Adæ in genus omne tranſierat. Per vnum enim hominem (ſicut Apoſtolus dicit) delictum introiuit, & per delictum mors, ſic & in omnes homines deuenit. *Rom. 5.* Ergo & iuſtitia Chriſti neceſſe eſt vt in genus tranſeat, ac ſicut ille per peccatum ſtirpem ſuam perdidit, ita Chriſtus per iuſtitiam genus ſuum omne viuificet. D Hoc vrget Apoſtolus dicens: vt ſicut per inobaudientiam vnius peccatores conſtituti ſunt multi, ſic per dicto audientiam vnius, iuſti conſtituantur multi. *Ibidem.* Ac ſicut regnauit delictum in mortem, ſimiliter & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam. Dicet mihi aliquis. Sed peccatum Adæ meritò tranſiuit in poſteros quia ex ipſo geniti erant. Et nunquid nos à Chriſto geniti ſumus vt propter ipſum ſalui eſſe poſſimus? Carnalia cogitare nolite, iam videbitis qualiter Chriſto parente generemur. Nouiſſimis temporibus animam vtique cum carne accepit Chriſtus ex Maria, hanc venit ſaluam facere, hanc apud inferos non reliquit, hanc ſpiritui ſuo coniunxit & ſuam fecit. E Et hæ ſunt nuptiæ domini vni carni coniunctę, vt ſecundum illud magnum ſacramentum fierent duo in carne vna, Chriſtus & Eccleſia. *Gen. 2.* Ex his nuptiis Chriſtiana plebs naſcitur veniente deſuper ſpiritu domini, noſtrarúmque animarum ſubſtantiæ ſuperfuſo & admixto protinus ſemẽte cœleſti, viſceribus matris inoleſcimus, aluóque eius effuſi viuificamur in Chriſto. *Chriſtianorum generatio in Eccleſia.* Vnde Apoſtolus: Primus Adam in animam viuentem, nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem. *1. Cor. 15* Sic generat Chriſtus in Eccleſia per ſuos ſacerdotes vt idem Apoſtolus. In Chriſto autem ego vos genui. *1. Cor. 4.c* Atque ita Chriſti ſemen, id eſt dei ſpiritus nouum hominem aluo matris agitatum, & partu fontis exceptum, manibus ſacerdotis



ſacerdotis effundit, fide tamen pronuba. Neque enim aut inſertus in eccleſiam videbitur qui non credidit, aut genitus à Chriſto qui ſpiritum ipſius non recepit. Credendum eſt igitur poſſe nos naſci. *Act. 8.b* Sic enim ait Philippus: Si credis, potes. Recipiendus eſt Chriſtus vt generet: quia ſic Ioãnes Apoſtolus dicit. Quotquot eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios dei fieri. *Ioan. 1.* *Chriſma in Baptiſmo.* hæc autem compleri aliâs nequeunt niſi lauacri & chriſmatis & antiſtitis ſacramento. Lauacro enim peccata purgantur, chriſmate ſanctus ſpiritus ſuperfunditur, vtraque verò iſta manu & ore antiſtitis impetramus, Atque ita totus homo renaſcitur & innouatur in Chriſto, vt ſicut reſurrexit Chriſtus à mortuis, ſic & nos in nouitate vitæ ambulemus, id eſt vt depoſitis vitæ veteris erroribus, idolorum ſeruitute, crudelitate, fornicatione, luxuria, cæteriſque vitiis carnis & ſanguinis, nouos per ſpiritum mores ſequamur in Chriſto, fidẽ, pudicitiam, innocẽtiam, caſtitatem. *Rom. 6.* Ac ſicut portauimus imaginem terreni hominis, portemus & eius qui de cœlo eſt. Quia primus homo de terra, terrenus, ſecundus à cœlo, cœleſtis. *1. Cor. 15* Quod agẽtes dilectiſſimi iam nõ moriemur amplius. Etiã ſi in hoc corpore reſoluamur, viuemus in Chriſto, ſicut ait ipſe: Qui in me crediderit, licet moriatur, viuet. *Ioan. 11.* Certi denique ſumus ipſo teſte domino & Abraham, & Iſaac, & Iacob, & omnes ſanctos Deo viuere. Denique de his ipſis ait dominus, omnes autem illi viuunt, Deus enim viuorum eſt, non mortuorũ. *Mat. 22.c* *Mar. 12.c* *Luc. 20.f* Et Apoſtolus de ſe dicit. Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum: optarem diſſolui & cum Chriſto eſſe. *Phi. 1.* Adhuc. Nos autem dum in corpore hoc ſumus peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. *2. Cor. 5.b* Hoc eſt quod credimus dilectiſſimi fratres. Cæterùm ſi in hoc ſæculo ſperantes ſumus: miſerabiliores omnibus hominibus ſumus. Vita mundi, & pecudibus, & feris, & alitibus, vt videtis ipſi, aut nobiſcum eſt communis, aut longior. Et illud homini proprium, quod per ſpiritum ſuum dedit Chriſtus, id eſt vita perpetua, ſed ſi iam non peccemus ampliùs. A Quia ſicut mors ſcelere aquiritur, virtute vitatur: ita vita ſceleribus amittitur, virtute retinetur. Stipendia ergo peccati, mors: donum autem dei, vita æterna per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. *Rom. 6.* Ante omnia vos retinete paruuli, omnes aliquando gentes (ſicut ſuprà diximus) principibus tenebrarum & poteſtatibus traditas, nunc per Ieſu Chriſti domini noſtri victoriam liberatas: ille eſt, ille qui redemit donans nobis omnia peccata, ſicut Apoſtolus dicit, & delens quod aduerſus nos erat chirographum inobauditionis, quia & ipſum tulit de medio affigens illud cruci, exuens ſe carnem traduxit poteſtates liberè triumphans eas in ſemetipſo, *Col. 2.* B ſoluit compeditos & vincula noſtra diſrupit, ſicut Dauid dixerat: Dominus erigit eliſos, dominus ſoluit compeditos, dominus inluminat cæcos. *Pſal. 145* Et iterum: Diſrupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. *Pſal. 115* Soluti itaque de vinculis, vbi per baptiſmi ſacramentum ad ſignum domini conuenimus: diabolo & omnibus angelis eius renunciamus, quibus antè ſeruiuimus, ne iam illis vlteriùs ſeruiamus, ſanguine Chriſti & nomine liberati. *Signum domini.* Quòd ſi quis poſthac oblitus ſui & redemptionis ignarus, rurſus ad Angelorum ſeruitutes & infirma illa & egena mundi elementa tranſierit: C antiquis illis compedibus & catenis, id eſt peccati vinculis alligabitur & fient nouiſſima eius deteriora prioribus, quia & diabolus eum quaſi per fugam victũ vehementiùs inligabit, & Chriſtus pro eo iam pati nõ poterit, quia qui reſurrexit à mortuis iam non morietur ampliùs. *Luc. 11.* *Rom. 6.* Igitur dilectiſſimi ſemel abluimur, ſemel liberamur, ſemel regnum immortale ſuſcipimus: ſemel fœlices ſunt, quorum remiſſa ſunt facinora, & quorum tecta ſunt peccata. *Pſal. 31.* Tenete fortiter quod accepiſtis, ſeruate fœliciter, ampliùs peccare nolite. Puros vos ex eo & immaculatos in diẽ domini reſeruate. D Grandia & infinita ſunt præmia fidelibus præſtituta, quæ nec oculus vidit, inquit, nec auris audiuit, nec ſuper cor hominis ingreſſa ſunt. *1. Cor. 2.* *Iuſtitiæ labores.* Hæc vti accipere poſſitis iuſtitiæ laboribus & votis ſpiritalibus obtinete. Amen.

---

# EX D. HIERONIMI SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM CATALOGO.

*Gregorius Nyſſenus Epiſcopus, frater Baſilij Cæſarienſis, ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, qui & multa alia ſcripſiſſe & ſcribere dicitur.*

## EPISTOLA CANONICA SANCTI GREGORII

Nyſſeni Epiſcopi ad ſanctum Latoium Mitylenes Epiſcopum.

*Confeſſio ante feſtũ Paſchæ.* VNum hoc quoque eſt eorum quę ad ſanctum feſtum contulerunt, ſi nos intelligamus legitimam & canonicam in iis qui peccarunt œconomiam, vt curetur omnis morbus animæ qui per aliquod peccatũ accidit. Quoniam enim hoc eſt vniuerſale feſtum creationis, quod in præſtituto annui circuli ambitu, ſingulis annis in vniuerſo mundo propter eius qui ceciderat reſurrectionem, peragitur, (caſus autem eſt peccatum, reſurrectio verò ex peccati caſu erectio) rectè habuerit, ſi hodierno die non ſolum eos qui ex regeneratione per lauacri gratiam tranſmutati ſunt, adducamus, ſed eos etiam qui per pœnitentiam & confeſſionem à mortuis operibus ad viuentem viam aſcendunt, ad viuentem ſpem tanquam manu deducamus, à qua per peccatum alienati ſunt. Neque verò paruum opus eſt ea quæ de iis dicenda ſunt, in recto & probato iudicio diſpenſare iuxta præceptum *Heb. 6.a* E prophetæ, quod iubet oportere ſermones diſpenſare in iudicio, vt quemadmodum habet diuinum oraculum, non moueatur in æternum & in æterno monimento ſit iuſtus. *Pſa. 111.a* *Pſa. 111.b* Quemadmodum enim etiam in corporali medela, vnum eſt quidem inſtitutum medicinæ ſanare eum qui laborat, varium autem eſt curationis genus (pro morborum enim varietate conuenienter quoque medicinæ methodus ac diſciplina vnicuique morbo ſe applicat) ita cùm multa ſit in morbo quoque animæ affectionum varietas, multiformis quoque neceſſario fuerit medica curatio ad affectionis rationem medicinam exercens. *Peccatorũ curandorũ ratio.* Vt ſit autem arte aliqua procedens propoſitæ quæſtionis methodus, rem ita tractabimus. Tria ſunt quæ in anima noſtra conſiderantur ſecundum primam diuiſionem: ratio, concupiſcentia, & ira. In iis ſunt & rectè facta eorum qui ex

virtute viuunt, & delicta caſúſque eorum qui ad vitium dilabuntur. Quamobrem oportet eum qui ægrotanti animæ parti conuenientem medelam eſt adhibiturus, prius quidem conſiderare in quónam conſiſtit affectio, deinde ſic laboranti conuenientem medelam applicare, ne propter medicæ diſciplinæ ignorantiam, alia quidem ſit pars quæ ægrotat, alia verò cui eſt adhibita medela, ſicut certè multos videmus medicos qui propter primo affectæ partis ignorationem morbum ſuis medicamentis adaugent. Cùm enim ſæpe exiſtat morbus propter dominationem & exuperationem calidi: quoniam iis qui propter nimiam frigidi abundantiam male affecti ſunt, vtile eſt quod calefacit, & confouet id quod illis ex ratione adhibitum confert, idem iis qui immoderata caliditate ſuccenduntur applicantes, efficiunt vt ſit morbus curatu difficillimus. Quemadmodum ergo medicis imprimis neceſſaria exiſtimata eſt elementorum proprietatis cognitio, vt vniuſcuiuſque eorum quæ bene vel malè conſtituta ſunt, id quod præter naturam affectum eſt corrigatur. Sic & nos ad hanc recurrentes diuiſionem, quæ eſt eorum quæ in anima conſiderantur, principium & fundamentum conuenientis affectionum curationis, generalem faciamus contemplationem. Trifariam ergo, vt diximus, diuiſa proprietate motionem animæ in rationem, concupiſcentiam, & iram, rationis quidem compotis animæ partis eſt * perfectum & ex virtute rectè ſe gerens officium, pia de deo exiſtimatio, boni & mali diſcernens ſcientia, & quæ habet veram & non confuſam de rerum ſubiectarum natura opinionem, quid eſt quidem in iis quæ ſunt, expetendum, quid verò abhorrendum & abiiciendum: & rurſus ex contrario quod in ea parte eſt vitium, omnino conſiderabitur quando circa res quidem diuinas fuerit impietas, nullum autem circa id quod verè honeſtum eſt iudicium, peruerſa autem & corrupta de rerum natura exiſtimatio, vt lucem tenebras ducat & tenebras lucem, vt dicit ſcriptura. Concupiſcentis autem partis motus eſt ex virtute, ſi ad id quod eſt re vera concupiſcendum & verè pulchrum & honeſtum, erigatur deſiderium, & ſi qua eſt in nobis amatoria facultas, & affectio tota in illo verſetur, vt credamus nihil aliud eſſe ſua natura expetendum præter virtutem & naturam quæ virtutem irrigat. Huius autem partis declinatio eſt & peccatum, quando cupiditatem tranſtulerit ad inanem, quæ non poteſt conſiſtere, gloriam, vel ad florem qui coloratè corporum ſuperficiei eſt illitus. Vnde exiſtit libido, gloriæ cupiditas, ambitio, & auaritia, & cætera eiuſmodi quæ ab hoc vitij genere dependent. Animoſæ autem ſeu iraſcentis partis, recta & ex virtute actio eſt, mali odium, & bellum cum animi perturbationibus, & ad fortitudinem in eo eſſe * confirmatam animam, vt ea non pertimeſcat quæ multis terribilia videntur, ſed vſque ad ſanguinem peccato reſiſtat: mortis autem minas & grauia ſupplicia contemnat, & à rebus iucundiſſimis diſiunctione, & omnibus, vt ſemel dicam, quæ propter aliquam conſuetudinem & * anticipatam opinionem multos in voluptate detinent, ſit ſuperior pro fide & virtute decertans. Huius autem partis prolapſiones omnibus apertæ ſunt, inuidia, odium, ira, conuicia, certamina, contentioſæ & vltionis appetentes affectiones, quæ acceptæ iniuriæ recordationem longè extendunt & multos ad cædem & ſanguinem incitant. Dum enim non inueniret ſtulta & inerudita ratio quomodo armis ſuis vtiliter vteretur, ferri aciem in ſe conuertit, eáque arma quæ nobis à deo data ſunt, ei qui malè vtitur exitium afferunt.

*Medicorũ frequens ignorãtia periculoſa*

*Triplicis animæ p-tis functiones.*

*Iſa. 5. c*

*Rationis ægritudines.*

*Iraſcibilis facultatis ægritudines.*

*B. ÆLS. In tempore feſti paſchæ hic magnus Pater hanc epiſtolam miſiſſe videtur & dicit ad feſtum conferre, vt qui peccant, legitimè & canonicè diſpenſentur. Feſtum enim Reſurrectionis domini propter reſurrectionem humani generis quod propter peccatum ceciderat, & factum eſt, & quotannis peragitur. Reſurrectio autem eſt etiam ex lapſu peccati reſurrectio. Peccatorem enim à peccato abſtinere, eſt reſurgere à caſu quo cecidit qui peccat. Quare oportet, inquit, hodierno die deo adducere non ſolum eos qui per ſalutare baptiſmi lauacrum ex regeneratione tranſmutantur tanquam nouum corpus accipientes, vtpote quod ſancti ſpiritus gratia à ſordibus ſit emundatum, quæ ei per peccatum inſederant. Non eos ergo dicit ſolum adducere oportere Paſchæ tempore, ſed eos etiam qui agunt pœnitentiam & à mortuis operibus ad viam viuentem aſcendunt. Hoc autem in epiſtola ad Hebræos à magno Paulo dictum eſt, qui mortua vocauit opera quæ animam malo odore replent & nos immundos efficiunt. Quemadmodum enim in lege antiqua qui mortuum tetigit, immundus exiſtimabatur, ita & qui mortua tangit opera, immundus à deo iudicatus eſt. Per pœnitentiam autem purgatus ad viam viuentem reuertitur. Quæ autem ad Deum ducit, eſt ea via viuens quæ futuram nobis vitam conciliat, quæ à mortuis operibus (ſeu quæ nos mortificant) ſeparat, quæ à ſeruante ſpe nos abalienant, hoc eſt à regno dei, quod ſi ſperetur, ſeruat eos qui ſperant & dei mandatis conuenienter viuunt ne ab eo excidamus. Eſt autem, inquit, non paruum opus ea quæ de iis dicenda ſunt, de iis ſcilicet qui pœnitentiam agunt, diſpenſare in recto iudicio, vt vult Dauid qui dicit de eo, Qui timet dominum, diſpenſabit ſermones ſuos in iudicio, &c. & dicit quòd ſicut corporum medicis vnum eſt inſtitutum vt arte medica ei qui laborat medeantur, non eſt autem ſimilis in omnibus qui ægrotant * curandi ratio, ſed pro ægrotantium diuerſitate eorum curam gerunt, & ætatum & corporum proprietatem horarúmque & locorum differentiam obſeruantes: ita enim oportet eum qui animæ morbis medetur quorum multiplex eſt varietas, multiplicem quoque medelam adhibere & morborum cauſas obſeruantem, & vniuſcuiuſque pœnitentiam agentium affectionem. Poſteà tradit artificioſam peccatorum doctrinam, & dicit eſſe tria quæ in anima noſtra conſiderantur, rationem, concupiſcentiam, & iram, quæ animæ facultates & proprietates appellantur & ex iis dicit exiſtere rectè facta, ſeu virtutes, & caſus, ſeu delicta ac peccata, & oportet animæ affectionum medium conſiderare ex quánam animæ facultatum conſiſtit peccatum, & ita ei qui curatur conuenientem adhibere medicinam & affectioni appoſitam, ne ex imperitia aliud quidem ſit quod laboret, aliud cui medicina applicetur: vel ſit etiam morbus qui aliter curari debeat, ille verò aliter medicari conetur. Quod etiam, inquit, imperiti faciunt medici, & cum aliquo propter calidi exuperationem laborante, frigida aliqua adhibere oporteat, ſi inconſideratè magis calefacientia applicet, curatu difficillimam affectionem effecerit: contraria enim contrariis curantur, & iis quidem qui propter frigidi dominatum laborant, conueniens eſt medicina id quod calefacit & confouet: in quo autem calidum exuperat, oportet contrarium adhibere quod eſt frigidum: & quemadmodum corporum medicis neceſſarium eſt intelligere vndé nam is qui laborat affectus eſt, & ita illi morbo conuenientem medicinam adhibere: ita & iis qui morbos animæ curant, citra vllam omnino excuſationem conſiderandum eſt vndénam peccatum cui medicina adhibenda eſt, naſcitur. Cum animæ ergo facultates in tria, vt dictum eſt, diuidantur, rationis (inquit) virtus eſt, pia de Deo exiſtimatio, & boni & mali diiudicatio: & quæ habet veram & non confuſam de natura exiſtimationem, & ſubiectorum opinionem. Porro is verè dicitur videre, qui purè & abſque vllo errore videt, & id quod videtur, ita intelligentia comprehendit vt eius habet natura. Et is non confuſè videt, qui videntem facultatem continet, & non aliud ſe videre exiſtimat. Quando ergo quis rerum ſubiectarum naturam intelligit, & certò conſtantérque iudicat bonum & malum, & quid præferre quidem oporteat, quid verò abhorrere: tunc dicitur apertam & non confuſam habere opinionem ſeu exiſtimationem, pro eo quod eſt, res pulchrè iudicare, & tuto de iis exiſtimare. Poſtquam autem dixit quid ſit virtus rationis, nunc etiam dicit de eius vitio, & ea ex contrario conſiderari ſeu cognoſci docet & dicit eſſe rationis vitium, in Deum impietatem, hoc eſt aliquid exiſtimare diuina natura indignum: & de rebus non rectum, ſed aberrans iudicium, vt quod bonum eſt, malum exiſtimet, & quod malum eſt bonum: hoc enim ſignificat, dicere lucem tenebras, & tenebras lucem. Hoc autem eſt Eſaiæ eos qui illa faciunt execrantis. Concupiſcentiæ autem virtus dicitur, ſi noſtrum deſiderium, ad id quod verè pulchrum & honeſtum iuréque concupiſcendum eſt, moueatur, & credere nihil eſſe aliud expetendum ſeu appetitione & deſideratu ſuapte natura dignum, quàm virtutem, & quæ virtutem irrigat naturam, ſcilicet Deum. Virtutis enim fons eſt, & ad ipſam dux diuina natura. Nihil autem eſſe ſuapte natura expetendum præter virtutem, dixit ſanctus: alia ſcilicet quæ nobis expetenda eſſe videntur ac deſideranda, non eſſe ſua natura eiuſmodi, ſed noſtro aberrante iudicio ac exiſtimatione: & protinus infert gloriæ cupiditatem, corporum pulchritudinis deſiderium, auaritiam, libidinem, & quæ ſunt eiuſmodi quæ etiam deſideratiuæ animæ partis declinationem & peccatum oſtendunt. Declinat autem & aberrat, hoc eſt ab eo quod honeſtum eſt, & à recto iudicio diſcedit, qui hæc expetenda eſſe ducit. Dicit autem ex vana gloria, & ex flore, qui corporum ſuperficiei eſt illitus, exiſtere gloriæ cupiditatem, auaritiam, & libidinem & quæ ſunt his ſimilia. Si quis enim vanæ gloriæ cupiditate laboret (dicitur autem vanæ gloriæ cupiditate laborare qui Græcè dicitur κενόδοξος, qui iis quæ habet recta ac præclara ſublatus, talis quoque vult videri, & qui corporum florem appetit, in libidinem, vel auaritiam labitur. Corporum autem florem intelligere oportet, humanorum corporum pulchritudinem, vel bonum auri colorem, & gemmarum ac lapidum ſplendorem, * margaritarum fulgorem, veſtiúmque contextarum varietates, & quæ iis conſequuntur, ſunt enim & hæc corpus.) Vel ergo amat humanam pulchritudinem, & à libidine vincitur, vel auri, vel aliorum florem expetit, & exiſtit auaritia. Ex his autem ad alia omnis generis innumerabilia deuoluitur. Qui enim gloriam appetit, in inuidiam & eorum qui ei ſunt honore æquales detractionem incidit volens eſſe omnibus ſuperior. Qui autem pulchritudinis amator eſt, in incontinentiam. Qui autem pecuniam concupiſcit, in iniuſtitiam. Porro alia quoque mala innumerabilia ex iis enaſci ſolent, ad quæ quidem enumeranda ac nominanda longa ſcriptione opus eſſet. Quæ quidem omnia ad vitium reducuntur, quod fit ex declinatione deſideratiuæ animæ facultatis, tanquam ſpecies ad genus. Non conſiſtentem autem vanam gloriam dicit ſanctus, quòd honor humanus propterea dicitur Græcè δόξα, vt ſit ſolum exiſtimatio, & nihil habeat firmum nec ſtabile, quòd ve conſiſtat, ſed ſolum opinio & viſio. Porro ipſum quoque nomen, vanæ, euidentius declarat quod dictum eſt. Inanem enim exiſtimationem, & non vanam eam eſſe docet. Iræ autem virtutem quidem, rectúmque officium eſſe docet, odium vitij, & pugnare cum animi perturbationibus, nec ſe eis ſubmittere, nec eis ſeruire. Et habere animam corroboratam ad fortitudinem, quod eſt ſe intrepidè fidentérque gerere. Eſt autem Græcè ἐςομῶσθ, id eſt temperatum eſſe, Æſerro autem metaphora ſumpta eſt: ſicut enim ferrum temperatum, eſt inflexibile, & rem quamlibet quæ inciderit ſecat, ita qui magno excelſóque eſt animo, ad nihil eorum quæ videntur terribilia flectitur, ſed eſt ad omnia bono fidentíque animo. Non enim mortem timet, nec tormenta, voluptatibus non eneruatur, nec à conſuetudine in ſeruitutem redigitur, ſed hæc omnia contemnit fidem & virtutem poſſidens, à quibus ne excidat, & omnem dolorem nihili ducit, & quæ ſunt iucundiſſima, repudiat. Prolapſiones autem iræ, ſeu ab honeſto deflexiones dicit eſſe inuidiam, odium, iram, conuicia, & alia quæ enumerata ſunt, & adhuc plura. Qui eſt enim, inquit, ineruditus, id eſt, qui doctrinam non eſt aſſecutus, vt ſciat vbi oporteat ira tanquam armis vtiliter vti, ea aduerſus ſe vtitur, & ita arma quæ nobis vtiliter à deo data ſunt ad noſtri defenſionem & nobis ferendum auxilium (ea autem ſunt ira) iis qui illis malè vtuntur, exitium ſeu perniciem afferunt tam corporis quàm animæ.*

*Feſtum Reſurr. Domini.*

*Cap. 6. a*

*Num. 5. a*

*Pſa. 111. a*

*Impietas quid ſit.*

*Eſ. 5. c.*

*Expetenda per aliud.*

*Vana gloria quid ſit, & quæ incõmoda illam ſequuntur.*

** μαργάρων.*

*Honor humanus.*





*De Hæreticis & Apoſtatis voluntariis & inuoluntariis, Can. 2.*

HIs itaque hoc modo diſtinctis, quæcunque quidem peccata ratione præditam animæ partem attingunt, eſſe grauiora à patribus iudicata ſunt, & maiori ac ſufficientiori & laborioſiori conuerſione digna: quemadmodum ſi quis fidem in Chriſtum negauit, vel ad Iudaiſmum, vel idolorum cultum, vel Manicheiſmum, vel aliquod aliud impietatis genus deſciuiſſe viſus ſit, qui voluntariè quidem ſe ad id malum contulit, deinde ſe ipſum condemnauit, totum tempus vitæ ſuæ habet pœnitentiæ tempus. Nunquam enim ſi myſtica peragatur oratio, Deum vnà cum populo adorare dignus cenſebitur, ſed ſeorſum precabitur: à ſacramentorum autem communione, omnino erit alienus, in hora autem ſui è vita exceſſus ſacramenti communionis erit particeps. Si autem contigerit vt is præter ſpem viuat, in eodem rurſus viuet iudicio myſticorum ſacramentorum ad vitæ exitum vſque expers. Qui autem tormentis & grauibus ſuppliciis excruciati, ij præſtituto tempore punientur, ſanctis patribus ſic in eos clementia vſis tanquam anima non lapſa ſit, ſed corporalis imbecillitas tormentis non reſtiterit. Quare menſura eorum qui in fornicatione peccarunt, & vi doloréque expreſſa transgreſſio in conuerſione eodem ſpacio dimetita eſt.

*Rationis ægritudines grauiores.*

*Hæreſis voluntariæ Pœnitentia perpetua.*

*Myſtica Oratio.*

*Sacramentum communionis in morte.*

*B. ÆLS. Poſtquam dixit ſanctus poſt proœmium, inſtar cuiuſdam præcedentis contemplationis, cui animæ facultatum vnumquodque ex virtute factum vel peccatum conuenit, nunc tractat de pœnis peccatorum: & aliis alia deteriora eſſe dicit, & talia à patribus eſſe iudicata quæ ratione præditæ animæ partes attingunt, & laborioſiore medicina digna eſſe habita, ex quibus eſſe dicit lapſum à fide, vt quando quis, fide in Chriſtum negata, ad Iudaiſmum, vel Helleniſmum declinauerit, vel ad aliquam aliam hæreſim, vel ad aliquod aliud genus impietatis. Genus autem impietatis vocauit & Iudaiſmum, & hæreſes, eo quòd & ſi Iudæi Deum confiteantur, factis tamen eum negant. Cum enim filium non ſuſceperint, nec patrem honorare creduntur, ſecundum magnum Apoſtolum Iohannem, qui dicit, Quicunque negat filium, is nec patrem habet. Porro hæreſes quoque ad impietatem ducunt. Qui enim filium à paterna ſubſtantia & gloria ſeparant, & ſpiritum creaturam ſeruúmque eſſe credunt, errant in diuinitate, & nec de filio, nec de ſpiritu rectè ſentiunt, & merito ipſi quoque impij vocentur, & qui non habent quam conuenit de Deo ſententiam. Hoc in aliis quoque hæreſibus inueneris. Eorum itaque qui*

*Impietas quid. ſit*

*Tit. 1. d*

*1. Ioan. 2. d.*

*errant in fide facit ſanctus diuiſionem, & eos quidem qui deſciuerunt, ſeu voluntariè, & abſque neceſſitate rectam fidem negarunt, deinde ad pœnitentiam venerunt, dicit tota ſua vita eſſe ſegregatos, vt ne ſanctorum quidem donorum participatione digni habeantur, niſi quando ad ſuæ vitæ finem venerint. Quod ſi quis eorum iam moriens communione dignus habitus fuerit, deinde periculum euaſerit & vixerit, rurſus erit excommunicatus vſque ad mortem. Non ſolum autem eis inferri dicit ſegregationem, ſed neque cum orthodoxis conſiſtere & vnà precari, cum myſtica peragitur oratio, ſcilicet quando ſacerdos panem ſanctificari, & etiam prius per ſe precatur, ſeorſum tamen, inquit, ſeu per ſe precari non vetabitur qui eſt in pœnitentia, non tamen ei permittetur conſiſtere cum fidelibus ſed ſtabit extra templum cum catechumenis. Hæc ergo dicit de iis qui ſine vi, propria voluntate negauerunt. Quicunque autem, inquit, per neceſſitatem ſe ſubmiſerunt tormentis, grauibúſque pœnis ac ſuppliciis reſiſtere non valentes, iȷ à patribus præſtituto tempore puniti ſunt, quanto is qui etiam fornicatus eſt, punitur. Quod quidem tempus præcedens dicit eſſe nouem annos. Dicit autem patres fuiſſe clementes in eos qui vi negauerunt, quia anima ipſorum negationi non conſenſit: ſed lingua ſola à bono exciderunt, mentis autem affectio eis immutabilis conſeruata eſt. Has ergo pœnas inferri dicit iis qui circa rectam fidem lapſi ſunt. De iis autem qui præſtigiatores vel vates adeunt, hæc dicit.*

*Sanctorũ donorum participatio.*

*Myſtica oratio.*

*Hæretici voluntarȷ pœna.*

*De iis qui ſponte, vel ob intolerabilem aliquam iacturam conſulunt præſtigiatores. Can. 3.*

QVia ad præſtigiatores, vel vates abierunt, vel eos qui per dæmones ſeu piacula quædam & † auerſiones operaturos pollicẽtur, iȷ exactè interrogantur & examinãtur vtrum in fide in Chriſtũ permanentes, à neceſſitate aliqua ad illud peccatũ impulſi ſunt, cũ afflictio aliqua vel intolerabilis iactura hũc illi animũ indidiſſet, an omnino neglecto quod à nobis creditũ eſt teſtimonio, ad dæmonũ ſocietatẽ ſe contulerunt. Si enim ad fidem infirmandã, & quòd deum eſſe non crederent qui à Chriſtianis creditur & adoratur, illud fecerunt, erunt ſcilicet tranſgreſſorum iudicio obnoxiȷ. Sinautem non ferenda neceſſitas aliqua puſillo & abiecto eorum animo ſuperato eò deduxit falſa aliqua ſpe deductos, ſimiliter erit & in ipſos clementia, inſtar eorum qui tormentis in tempore confeſſionis reſiſtere non potuerunt.

*† ἀποδιοπομπήσεις.*

*BALS. Eos autem qui ad præſtigiatores vel vates abierunt, vel ad eos qui per dæmones ſe piacula aliqua vel auerſiones operaturos pollicentur, dicit eſſe accuratè examinandos & interrogandos. Dicuntur ergo præſtigiatores, qui & incantatores appellantur, qui per aliquas magicas incantationes, vel feras alligant & ad hominum vel detrimentum, vel vtilitatẽ, vt videtur, aliqua facientes. Ad detrimentum quidem, morbos, vel deliria, vel * paralyſes inducentes. Ad apparentem autem vtilitatẽ, amores immittentes, vel amicitias, réſque proſperas dæmonum inuocatione efficientes. Vates autem ſunt, qui ex diſciplina methodóue aliqua, nec ſine dæmonum inuocatione, futura aliqua prædicunt, vel quæ ignorantur detegunt. Dicuntur autem fieri piacula, vt quando quis dicit ſe læſum fuiſſe à faſcinantibus oculis, vel ab aliqua curioſitate, & eo factum eſſe vt vel ægrotaret, vel infeliciter res ſuas gereret, vel ei aliquid eiuſmodi eueniret, ſunt enim qui profitentur ſe earum affectionum piacula inuenturos per operationem omnino Satanicam, vel etiam auerſiones, & expulſiones eiuſmodi malorum. Eos ergo, qui ad tales, inquit, accedunt, dicit oportere examinari, & diligenter interrogari, quomodo ad eos qui hæc faciunt acceſſerunt, vrgente eos neceſſitate, vel afflictione aliqua, vel morbo, vel ira forte alicuius principis, vel domini, vel damno intolerabili, & quomodo ad illos acceſſerunt, fidéne condemnata ad dæmonum auxilium acceſſerunt. Si enim tanquam à fide deficientes, & Deum non eſſe Deum credentes, nec ab illo auxilium ſperantes, dæmonum opem implorarunt, vt qui tranſgreſſi ſunt & ſponte fidem abnegauerunt, tractabuntur. Sinautem propter puſillum & abiectum animum, dæmonum auxilium inuocauerunt, cum eos grauis aliqua oppreſſiſſet neceſſitas quam propter animi imbecillitatem ferre non potuerunt decepti, & iuuari ſperantes, punientur & ipſi, vt iȷ qui idolis ſacrificarunt, quod propter confeſſionem tormenta non ſuſtinuerunt.*

*Præſtigiatores qui ſint.*

** παρέσεως.*

*Piacula fieri.*

*De fornicatorum, & Adulterorum vel ſponte confitentium, vel deprehenſorum pœna & pœnitentia, Can. 4.*

EOrum autem quæ ad cupiditatem & voluptatem fiunt peccatorum hæc eſt diuiſio, hoc enim vocatur adulterium, illud verò fornicatio. Ac nonnullis quidem eorum qui ſunt ſubtiliores, placuit etiam fornicationis peccatũ adulteriũ eſſe exiſtimare, quoniam vna eſt legitima coniunctio & vxoris cum marito, & mariti cum vxore. Quicquid ergo non eſt legitimum, eſt omnino iniuſtum & legi contrarium: & qui non habet proprium, habet omnino alienum. Homini enim vna tantum data eſt auxiliatrix, & mulieri vnum appoſitum eſt caput. Ergo ſi quis quidem proprium vas ſuum, vt diuinus Apoſtolus nominat, poſſederit, ei lex naturæ iuſtum vſum concedit. Si quis autem extra proprium conuerſus fuerit, erit omnino in aliena: eſt autem vnicuique alienum quicquid non eſt proprium, etiam ſi id non confiteatur qui eſt dominus, Non longe ergo à peccato adulteriȷ, fornicatio ab iis qui rem paulo accuratius examinant, ſuſcepta eſt, cum dicat etiã ſcriptura, Ne multus ſis cum aliena: ſed quia imbecillorum fuit patribus cura gerenda, diſtinctum eſt peccatum hac generali diuiſione, quòd fornicatio quidem dicatur, cupiditatis ſeu libidinis expletio, quæ fit ſine alia alicuius iniuria. Adulterium verò, inſidiæ & iniuria quæ alteri affertur. In eo autem & cum animalibus coitum, & pædicatum eſſe exiſtimant quoniam hæc ſunt naturæ adulterium. In id enim quod eſt alienum, & quod eſt præter naturam, fit iniuſtitia. Cum hæc ergo diuiſio in hac etiam peccati ſpecie fiat, vniuerſale eſt remedium vt à concitata in eiuſmodi voluptates rabie, per pœnitentiam homo purus efficiatur, ſed quia eorum qui in fornicatione polluti ſunt iniuria aliqua cum hoc peccato non commixta eſt, propterea duplum conuerſionis tempus iis præſcriptum eſt qui in adulterio inquinati ſunt, & in aliis itidem vetitis malis, animalium initu, & rabie in maſculos, In iis enim peccatum duplicatur. Vnum quidem in illicita & nefaria voluptate, Alterum autem quod in iniuria quæ fit alteri, conſiſtit. Eſt autem quædam differentia in ratione pœnitentiæ in iis qui in voluptate peccarunt eiuſmodi. Qui enim ex ſeipſo ad ſua proferenda peccata impulſus eſt, eo quod ſua ſponte occultorum accuſator eſſe voluerit, vt qui iam affectioni medicinam adhibere cœperit, & ſignum in id quod eſt melius mutationis oſtenderit, in mitioribus pœnis verſatur. Qui autem in malo deprehenſus eſt, vel propter aliquam ſuſpicionem vel accuſationem ingratis conuictus eſt, longius illi conuerſionis tempus datur, vt ipſe perfecte purgatus, ſic ad ſacramentorum communionem admittatur. Eſt ergo canon eiuſmodi, vt qui in fornicatione polluti ſunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino

*1. Theſ. 4. a*

*Eccli. 9. b*

*Fornicatio & Adulterium quomodo differunt.*

*Adulterorum pœna.*

*Adulterorũ ſponte confitẽtium, vel deprehenſorum pœna nõ eadem.*

*Fornicatorum pœna Auditio.*



expellantur: in tribus autem ſint ſolius auditionis participes: in tribus autem aliis, cum iis qui in conuerſione ſubſternuntur precentur, & tunc ſint ſacramentorum participes. In iis autem qui diligentiori conuerſione vſi fuerint, & vita ad id quod bonũ redditum eſt oſtenderint, licet ei qui diſpenſat pro Eccleſiaſticæ œconomiæ vtilitate tempus auditionis contrahere, & celerius ad conuerſionem deducere, & rurſus hoc quoque tempus contrahere & celerius communionem reddere, vt ſua probatione eius cui medela adhibetur, conſtitutionem indicet. Quemadmodum enim porcis margaritas proiicere eſt vetitum, ita & precioſa margarita priuare eũ qui iam per alienationẽ à vitio & purgationem homo factus eſt, abſurdum eſt. Quæ autem in adulterio & in reliquis immunditiæ generibus fit iniquitas, vt dictum eſt, eodem iudicio punietur, quo & fornicationis ſcelus, ſed tempore duplicabitur. In eo autem eius etiam cui medela adhibetur, affectio conſiderabitur, quomodo & in iis qui fornicationis inquinamento illaqueati ſunt, vt vel citius, vel tardius eis ſit boni participatio.

*Matt. 7. a*

*Adulterorũ duplô maior quam fornicatorum pœna.*

*BALS. Nunc dicit de peccatis quæ naſcuntur in animæ deſideratiua facultate, ex quibus dicit eſſe adulterium & fornicationem, & ſubiungit quòd quibuſdam ſubtilioribus, fornicatio quoque vocatur adulterium, quia eſt illegitimus coitus mariti & vxoris: ſed ſi quid fiat aliud præter eum, id eſt iniuſtum & legibus contrarium, & quicunque non vtitur proprio, vtitur alieno etiam ſi dominum non habeat, & propterea fornicatio non longe abeſſe viſa eſt ab adulterio. Hæc dicit ſanctus, ita adſtruit ab iis qui fornicationem ad adulteriȷ peccatum reducunt: imbecillorum autem peccatorum fuiſſe aliquam Patribus curam ſeu diſpenſationem, eorúmque rationem eſſe habitam. Eſt autem Græca dictio συμπεριφορὰ quæ ex Prouerbiis accepta eſt. Dicit enim in eis Salomon ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, hoc eſt qui domus ſuæ curam non gerit, eámque non diſpenſat, hæreditabit ventos, & peccatum illegitimi coitus eſſe diſtinctum ſeu diuiſum, & fornicationem quidem eſſe nominatam coitum qui fit abſque iniuria alterius viri, ſcilicet cum muliere libera: adulterium autem viri, acceſſum ad mulierem quæ cum altero cohabitat. Qui enim accedit ad mulierem quæ non habet maritum, peccat quidem quòd ea non legitimè vtitur, ſed nemini facit iniuriam. Qui autem rem habet cum ea quæ cum marito cohabitat, maritum illius iniuria afficit, alienam ſibi familiarem efficiens, ſæpe autem illius marito inſidiatur & hoc ex Dauid manifeſtum eſt. Porrò cum animali concubitum & pædicatum, adulterio exæquant, & quòd iniuria natura afficitur, cum qui ſic peccant, peccent præter naturam: & quòd qui ſic peccat, aliena vtitur, eſt enim aliena natura brutorum, & maſculorum. Maſculum enim, & fœmininum fecit Deus. Horum itaque peccatorum vniuerſale remedium dicit ſanctus, ſeu quod omnibus peccatoribus conuenit à tali rabie per pœnitentiam purum eſſe hominem, peccatum ſcilicet condemnare, & ab eo deficere. Niſi quis enim à peccato deſtiterit, quomodo pœnitentiam agere exiſtimabitur? Quia autem fornicationi non accedit iniuria, fornicationi autem & aliis prædictis, vt iam dixi, præter illicitum coitum iniuria quoque adiungitur, tempus pœnæ adulteriȷ, initúſque animalium, & maſculorum concubitus duplicat ad fornicationem. Deinde & aliquam inducit differentiam in iis qui eadem peccata confitentur Si quis enim, inquit, ſua ſponte peccatum quod ignorabatur dixerit, humane punietur. Qui autem non ſponte ad enunciandum acceſſerit, ſed in peccato deprehenſus fuerit, vel ex ſuſpicione cognitus accuſatúſue fuerit & conuictus, etiamſi pœnitentiam agere propoſuerit, grauius punitur: & fit in longiori tempore pœnitentia vt ſic purgatus in ſacramentorum communionem recipiatur, deinde & pœnæ fornicationis tempora enumerat, & dicit eſſe nouem annos, & adiicit quomodo diſpenſentur. Vniuerſum autem eius iudicio relinquit qui peccatores diſpenſat & ſecundum vel diligentiam, vel negligentiam, in pœnitentia tempus diminuere vel intendere iubet. Sicut enim non oportere dicit margaritas ante porcos proiicere, vt dicit Euangelium, margaritas vocans ſanctum corpus domini, & precioſum ſanguinem. Porcos autem qui vitioſe vitam agunt, & in perturbationum animi cœno inuoluuntur, ita abſurdum eſt eos precioſarum margaritarum communione priuare qui ſe à vitiis per pœnitentiam purgarunt, & ex porcis in homines per purgationem mutati ſunt. Cum nouem autem annorum pœnas eſſe dixiſſet in fornicatione, in adulterio, animaliúmque initu ac pædicatu, dicit tempus duplicari, eſſe autem eius diſpenſationem fornicationis diſpenſationi ſimilem. Hoc autem ſibi vult illud, In eodem iudicio, id eſt in æquali punitione. Solo autem tempore duplicatur. Cùm enim in vno quoque pœnarum loco ſit triennium definitum in fornicatione, ſexennium in adulterio, & reliquis definitum eſt. Porrò hic quoque pœnæ tempus contrahere vel augere in eius qui pœnitentiam agentes diſpenſat, iudicio relinquit.*

*Pro. 11. d*

*Matt. 7. a*

*Adulterorum pœnitentia.*

*De homicidarum voluntariorum, & inuoluntariorum Pœnitentia, Can. 5.*

REſtat adhæc vt iraſcentem animæ partem examinandam proponamus, quando lapſa à bono iræ vſu in peccatum ceciderit. Cùm autem multa ſint quæ per iram fiunt peccata, & omnis generis mala, placuit omnibus noſtris patribus, in aliis quidem non nimium ſubtiliter agere, nec nimium in eo ſtudiȷ operæque ponere, vt omnia quæ ex ira naſcerentur delicta curarent, quanuis ſcriptura non ſolum ictum prohibeat, ſed etiam omne conuicium vel maledictum, & ſi quid aliud eiuſmodi ira efficit, ſed ſolam cædis cautionem ſuis pœnis introduxerunt. Diuiditur autem hoc malum, differentia voluntariæ, & inuoluntariæ: Et eſt cædes quidem voluntaria, quæ præparatô ſuſcepta eſt ab eo qui ſe ad hoc comparauerat, vt hoc facinus perpetraret. Deinde illud quoque in voluntariis exiſtimatum eſt, quando quis in congreſſu verberans & verberatur, plagam (per iram) mortiferam intulerit. Qui enim ira ſemel victus eſt & animi appetitioni cedit, nihil eorum quæ malum poſſent amputare, ei in mentem venit. Quare & illic quoque qui ex concertatione profectus eſt, cædis euentus, in factum voluntarium non in caſum confertur. Inuoluntariȩ autem habent manifeſta indicia, quando quis alicui alteri rei ſtudium applicans, caſu aliquid incurabile patrauerit. In his ergo cædes quidem in triplex tempus extenditur iis qui per conuerſionem voluntario facinori remedium afferunt. Ter nouem etiam ſunt anni, nouenario annorum numero in vnoquoque gradu præfinito vt in perfecta quidem ſegregatione nouem annorum tempore verſetur ab eccleſia prohibitus, alios autem tot annos in Auditione permaneat ſola doctorum & ſcripturarum auditione dignus habitus, in tertio autem nouenario cum Subſtratis in conuerſione orans vt perueniat ad communionem ſacramenti ſcilicet, & in eodem eadem erit obſeruatio ab eo qui Eccleſiam adminiſtrat, & pro ratione conuerſionis illi quoque pœnæ extenſio reſcindetur, vt pro nouem annis in vnoquoque gradu, vel ſex vel ſeptem annĩ ſolum fiant, ſi pœnitentiæ magnitudo tẽpus vincat & ſuperet correctionis ſtudio eos qui in lõgo tempore præſtituto ſuſceptas à ſe maculas ſegniter eluunt. Inuoluntarium autem venia quidẽ dignum, ſed

*Cædes voluntaria.*

*Homicidarum voluntariorum pœnitentia, 9. annorũ.*

*Auditio.*

*Subſtrati.*

non laudabile iudicatum eſt. Hoc autem dixi, vt ſit apertum, quòd etiam ſi quis inuoluntariè fuerit in ſcelere homicidij, eum tanquam iam prophanum piaculo redditum à ſacerdotali gratia eiiciendum pronunciauit canon. Quantum autem eſt expiationis tempus ob ſimplicem fornicationem, tantum etiam rectè habere exiſtimatum eſt in iis qui cædem inuoluntariam feciſſent, ſcilicet in iis quoque, pœnitentis voluntate examinata, vt ſi ſit fide quidem digna conuerſio, non ſeruetur annorum numerus, ſed temporis prolixitate reſecata ad Eccleſiæ reſtitutionem & boni participationem compendio deducatur. Si quis autem non expleto tempore, à canonibus præſtituto, vita excedat, iubet patrum clementia vt effectus ſacramentorum particeps, non viatico vacuus ad extremam illam & longam peregrinationem mittatur. Sin autem poſtquam ſacramenti particeps factus fuerit, rurſum ad vitam reuerſus ſit, ſtatutum tempus expectet in illo gradu exiſtens in quo erat ante communionem illi ex neceſſitate datam.

*Viaticum.*

*BALS. Poſtquam dixit hic magnus Pater de duabus animæ facultatibus, reliquam quoque adiicit, nempe iram: & multa quidem peccata eſſe dicit quæ ex ira naſcuntur, ictus, iniurias, maledicta, conuicia, quæ omnia ſcriptura ſunt prohibita. Beatus enim Paulus ſcribens ad Coloſſenſes & carnis opera enumerans, cum aliis inimicitias, lites, & contentiones, æmulationes, diſcordias, ac ſeditiones, & cædes induxit. Et qui hæc, inquit, agunt, regnum dei non poßidebunt. Sed etſi, inquit hic ſanctus, hæc omnia à ſcriptura prohibita ſunt, placuit tamen omnibus noſtris Patribus, in aliis non nimium ſubtiliter nec ſummo iure agere. Illud autem, Placuit omnibus, eſt dubitantis, & veluti rationem neſcientis propter quam patres in iis non nimium ſubtiliter, & accuratè agere voluerint, nec vt iis remedia afferrent multum ſtudij ponendum eſſe putarunt, ſed ſolum homicidij facinus eſſe pœnis afficiendum cenſuerunt, vt cauerent homines ne cædes perpetrarent, pœnas impoſitas formidantes. Cædis autem peccatum diuiditur in voluntariū, & inuoluntariū: & eſt quidē voluntaria cædes, vel quæ præparato ac conſulto ſuſcepta eſt, & ad quam paratus, & inſtructus fuerat quiſpiam. Voluntarium dicit, vel quod non conſulto quidem, ſed in certamine & contentione factum eſt, quando quis eum qui reſiſtit, lætaliter percuſſerit in aliqua parte corporis. Nam hoc quoque cædis genus non fortuitum ſed voluntarium ſanctus indicat. Inuoluntariam autem cædem definit, quando volens aliud agere, vtpote feram percutere, vel fructum arboris decutere, accedentem hominem non viſum percuſſerit, iſque mortuus fuerit. Voluntariæ itaque cædi xxvij. annos definit pœnæ tempus & ipſum in tres partes diuidit, vt vnaquæque pars habeat nouem annos: Et perfectam quidem ſegregationem nominat, eum qui ſegregatus eſt, ſtare extra Eccleſiam & deflere. poſtquam autem illic ad nonum vſque annum defleuerit, tanto rurſus tempore ſtet in loco Audientis, & illinc procedat ad locum proſtrationis: & ita xxvij. annis dimenſis dignus ſacramentorum communione habeatur. Vbique autem dat poteſtatem contrahendi tempus pœnarum ei qui eum diſpenſat qui agit pœnitentiam vberes pœnitentiæ fructus oſtendentem. Inuoluntaria autem, inquit, cædes, venia quidem digna iudicata eſt, ſed non laudanda, ſeu non ita grata & accepta, vt ſit ab omni ſupplicio immunis, & ſi quis inuoluntariè hominē interfecerit, nec ſacerdotium aſſequetur, & eiicietur vt qui ſit homicidio pollutus. Inuoluntariæ autem cædis pœnæ tempus eſſe dicit, quantum in ſimplici fornicatione ſtatutum eſt. eſt autem ſecundum hunc ſanctum, ix. annorum. Simplicem autem fornicationem nominauit, quæ committitur in mulierem quæ non habet maritum. Vnde poſtquam dixit pœnæ tempus in vnoquoque peccato, nunc adiicit quòd ſi is qui pœna affectus eſt, nondum perfecit tempus pœnitentiæ, ſed eſt adhuc ſegregatus, & in magno vitæ periculo verſatur, ſtatuerunt patres clementia vtentes vt is ſit ſacramentorum particeps, ne viatico carens in longam peregrinationem abeat. Dicitur autem viaticum, quod iis qui viam ineunt, in via eſt vtile. Fidelibus autem valde conferre creditur ſacramentorum participatio. Sin autem, is cui pœna impoſita eſt, diuinis donis dignus habitus fuerit, deinde periculum effugerit: rurſus erit excommunicatus, & in illo gradu ſtabit in quo erat etiam ante periculum, donec præſtitutum tempus dimenſus fuerit.*

*Coloſ. 3. b*

*Cædes voluntaria, & inuoluntaria.*

*Pœnitentium diſpenſator.*

*Viaticum.*

*Diuina bona.*

*De Auaritiæ, & eius ſpecierum, ſcilicet furti, & latrocinij, Pœnitentia. Can. 6.*

ALtera autem idololatriæ ſpecies (ſic enim diuinus Apoſtolus auaritiam appellat) neſcio quomodo abſque vlla pœnæ medela à patribus prætermiſſa ſit. Atqui hoc malum quidem videtur eſſe trium animi conſtitutionum affectio. Nam & ratio ab eius quod pulchrum eſt iudicio aberrans, eſſe in materia quod pulchrum eſt exiſtimat, non ad pulchritudinem à materia ſeparatam aſpiciens. Et deſiderium ad ea quæ ſunt inferiora inclinatur, ab eo quod verè eſt expetendum dilabens. Iam verò & contentioſa animoſáque animæ affectio ex hoc peccato multas occaſiones accipit. Diuinus enim Apoſtolus eam non ſolum idololatriam, ſed etiam omnium malorum radicem pronunciauit, & tamen hæc morbi ſpecies inconſiderata & abſquē vlla eius cura prætermiſſa eſt, quo fit vt hic morbus valde in Eccleſia redundet, & nemo in iis qui ad clerum adducuntur, inquirit num qui eo idololatriæ genere polluti ſint. Sed de iis quidem quoniam id à patribus prætermiſſum eſt, ſufficere exiſtimo publica doctrinæ ratione, ea quomodo fieri poteſt curare, veluti * quoſdam morbos ex repletione ortos, † inexplebilis auaritiæ affectiones oratione purgantes. Solum autem furtum, & ſepulchrorum effoſſionem, & ſacrilegium vitium exiſtimamus, quòd ſic à patrum conſequentia, hæc nobis traditio facta ſit. Atqui apud diuinam ſcripturam & * fœnus & vſura ſunt prohibita, & per alicuius potentiam ad ſuam poſſeſſionem aliena traducere, etiamſi ſub contractus aut tranſactionis ſpecie hoc fortaſſe factum ſit. Quoniam ergo nos quidem ad canonum poteſtatem aſſequendam fide digni non ſumus, id quod in confeſſis prohibitum eſt, canonicum iudicium iis quæ iam dicta ſunt adiiciemus. Diuiditur autem furtum in latrocinium ſeu deprædationem & in murorum effoſſionem. Idem autem vtriuſque eſt inſtitutū, videlicet aliena auferre: in animo autē ipſorū magna eſt inter ſe differētia. Latro enim etiam homicidium ad id quod ſtudet aſſequi aſſumit, ad id paratus & armis, & * copiis, & opportunitate loci, adeò vt is homicidarum iudicio ſubiiciatur ſi per pœnitentiam ad dei Eccleſiam reuerſus fuerit. Qui autem latenti ablatione ſibi alienum vſurpat, deinde per enunciationem peccatum ſuum ſacerdoti aperuerit, vitij ſtudio in contrarium mutato ægritudinem curabit, dico autem largiendo quæ habet pauperibus, vt dum quæ habet profundit, ſe ab auaritiæ morbo liberum aperte oſtendat. Sinautem nihil aliud præterquam ſolum corpus habeat, iubet Apoſtolus per laborem corporalem ei morbo mederi. Dictionis autem ita habet contextus, Qui furatur, non amplius furetur, ſed potius laboret bonum operans, vt poſſit ei largiri qui indiget.

*Epheſ. 5. b*

*Auaritia tres animæ facultates lædit.*

[redacted]

*1. Tim. 6.*

[redacted]

* τὰ πληθωρικά.

† πλεονεκτικῆς ἀρρωσίας.

* πλεονασμός.

*Latro quo modo à fure differat.*

* πολυχειρία.

*Epheſ. 4.*

*BALS. Dubitat ſanctus quomodo auaritiæ vitium à patribus abſque vlla medicina relictū ſit, nec vlla, iis qui eo tenētur pœna impoſita fuerit, maximè cum Apoſtolus ipſum Idololatriam vocarit. Atqui videntur, inquit, tres animæ facultates in eo affici & à rectitudine diuertere. Neque enim ratiocinatrix animæ affectio rectè iudicat, ſed falſo & nequiter. Aberrat enim, inquit, ab eius quod pulchrum eſt iudicio; hoc eſt, id non aſſequitur; nec ad pulchritudinem à materia ſeparata reſpicit, ad dei ſcilicet quoad eius fieri poteſt, intelligentiam, futurorúmque bonorum fruitionem, ſed id quod pulchrum eſt in materia, viſione apprehendit. Falſam autem opinionem, & mendacem exiſtimationem ſanctus viſionem appoſitè vocauit, exiſtimare ſcilicet id quod pulchrum & honeſtum eſt, eſſe in pecuniis, & diuitiis & eiuſmodi. Porrò deſideratiua animi facultas ab eo quod eſt vere expetendum, à diuina ſcilicet natura & cæleſtibus excidens, terrena & fluentia appetit. Iraſcens quoque facultas, multas, vt ad contentionem accendatur, occaſiones accipit. Propter pecuniarum enim cupiditatem, lites, & inimicitiæ, & bella, & vt dicit diuinus Apoſtolus, radix omnium malorum eſt auaritia. Sed quanuis ita ſe habeat hæc affectio, tamen à patribus relicta eſt inconſiderata, nulláque eius cura ſuſcepta eſt. Vnde etiam abundat in Eccleſia, cum multi ea laborent, & de iis qui in clerum referuntur ſeu ordinantur, nemo inquirit nunquid hac Idololatria polluti ſunt. Sed quia hoc à patribus prætermiſſum eſt, pro eo quod eſt, impunitum & minime caſtigatum relictum eſt, remedium ei afferre oportet quantum fieri poteſt per publicam doctrinam, hoc eſt, publicè populum docentes id perſequamur tanquam morbos aliquos ex nimia repletione ortos, auaritiæ ægritudines per orationem purgantes. Cum autem dixiſſet ſanctus, Auaritiæ facultates ad vitiū ſimul diuertere, & eorum vnamquamque corrumpere, & multiplices ex ea affectiones oriri, eam plethoricis affectionibus aſſimilauit, ea quæ à medicis dicuntur tenens exactißimè vt ex eius ſcriptis licet cognoſcere. Plethora enim, id eſt repletio à medicis dicitur, quando quatuor humores ex quibus conſtant corpora, aucti & redundantes effectiones quæ fiunt ex plenitudine humorum ſimul coactorum plethorici morbi dicuntur. Merito ergo hic ſapiens pater, affectiones quæ ex auaritia oriuntur, plethoricas nominauit, vt quæ omnes animæ facultates ſubuertat, eáſque augeat in detrimentum animæ. Alios ergo, inquit, auaritiæ morbos doctrinæ ſermone curabimus. Furtum autem & ſacrilegium atque etiam ſepulchrorum effoßionem quæ canonicis pœnis dignæ viſæ ſunt, iis quæ à patribus iam dicta ſunt, adiiciemus. Atqui in diuina, inquit, ſcriptura, & fœnus & vſura, & per potentiam alicuius, aliena ſuæ vnire poſſeßioni, prohibita ſunt. Fœnus ergo eſt, quod Græce πλεονασμός, dicitur, vt quando quis dat vinum, vel frumentum, vel oleum, vel aliquid aliud vt in eodem genere plus quàm dederit accipiat, vt ſi quis dederit vini l. metretas, vt ſeptuaginta, vel eo plures accipiat. Vſura autem dicitur in nummis. Per potentiam autem alicuius dixit, quòd etiam ſi non per propriam potentiā alienū vſurpauerit, per aliquem autem alium potentem hoc fecerit is eodem iudicio tenebitur. Dicit enim ſermo propheticus, Væ qui domum domui coniungitis, & agrum appropinquantes vt à vicino aliquid auferant. Sed & ſi hæc, inquit, à ſcriptura ſunt prohibita, eis tamen canonicas pœnas non imponemus, quia noſtra ad canonum aſſequendam poteſtatem fide digna non ſunt, pro eo quod eſt, ad noſtro iudicio imponendas canonicas pœnas iis qui peccant. De furto autem loquens, diuidit ipſum in latrocinium & murorum effoßionem. Vnum autem ſcopum eſſe dicit tam iis qui latrocinantur, quàm iis qui muros fodiunt, alienorum ſcilicet ablationem. Eſt autem rurſus eorum ponenda differentia. Latrones enim etiam ad homicidium inſtruuntur, arma ferentes, & apta loca occupantes, & copias, hoc eſt validam manum ad eis opem ferendam aſſumentes & ad cædem parati. Eos itaque ad pœnitentiam conuerſos, dicit homicidarum iudicio puniri. eum autem qui aliena clanculum ſubripuit & peccatum aperit, contraria affectione curandum eſſe dicit, vt ſcilicet quoniam propter auaritiam aliena abſtulerat, oporteat eum propria pauperibus erogare; vt ſic videatur ab auaritia abſtinere. Qui enim ſuis non parcet, aliena non appetet. Sinautem non habeat pecunias quas eroget, opo tet eum laborantem, curare affectionem, ſeu laborare operantem, & ex eo quod per ſuum laborem acquirit, pauperibus impertiri. Et hoc eſt præceptum Apoſtolicum. Dicit enim diuinus Paulus, Qui furatur, non amplius furetur, ſed potius laboret bonum operans. Hæc ergo de eo qui clanculum aliena ſubripit. Sinautem hic quoque enſe vtitur, & paratus eſt eo vti aduerſus eum qui ei reſiſtit, hic quoque eadem qua latro pœna punietur, quia eorum eſt ſimile inſtitutum.*

[redacted]

*Auaritiæ mederi oportet verbo Dei.*

*Morbi plethoricè*

*Fœnus quid ſit.*

*Latrones qui ſint.*

*Furibus imponenda pœnitentia.*

*De ſepulchrorum duplici effoßione, & vtriuſque Pœnitentia, Can. 7.*

SEpulchrorum autem effoſſio, ipſa quoque diuiditur in id quod veniam meretur, & id quod non meretur. Si enim mortuorum parcens religioni & tectum corpus intactum relinquens vt nec ſoli oſtendatur turpitudo corporis, lapidibus aliquot ex iis qui ante ſepulchrum proiecti ſunt ad aliquod opus conſtruēdum vſus eſt, ne hoc quidem eſt laudabile, ſed vt eſſet dignum venia, effecit conſuetudo quando ad aliquid melius & Reipub. vtilius materia traducta ſit. Sed carnis in terram redactæ puluerem perſcrutari, & oſſa mouere, ſpe, aliquem ex defoſſis lucrifaciendi ornatum, id eodem iudicio condemnatum eſt quo ſimplex fornicatio, quemadmodum in præcedente oratione diuiſio facta eſt, conſiderante ſcilicet œconomo ſeu diſpenſatore, ex ipſa vita eius cui medela adhibetur, medicinam, vt ſpacium à canonibus præſtitutum poſſit contrahere.

*Oeconomus pœnitētium.*

*BALS. Quemadmodum furtum in duo diuiſit, ita & ſepulchri foßionem in duo diuidit. Si quis enim ſolos lapides ex ſepulchro abſtulerit, ita vt tectum corpus non videatur: mortuorum religioni parcens, hoc eſt iuſto honori qui mortuis debetur: & eis vſus fuerit ad meliorum, & Reipub. vtiliorum conſtructionem, Ne ſic quidem erit à crimine alienus, erit tamen venia dignus. Lapides autem qui ante ſepulchrum proiecti ſunt, nō eos qui ſepulta corpora contegūt. Si quis enim eos lapides abſtulerit, ita vt corpus contectum omnino videatur & naturæ myſteria publicauerit, non eſt amplius venia dignus, ſed in alteram ſpeciem ſepulchrorum effoßionis incidere videtur, quæ eſt ſepulchra aperire & ex corrupta carne puluerem effodere, & eorum qui illic iacent oſſa mouere eum qui ornatum aliquem quo mortui amicti ſunt conatur accipere. Hoc itaque ſepulchrorum effoßionis genus, eodem iudicio quo ſimplicem fornicationem condemnandum eſſe dicit. Simplicem autem fornicationem, cum ſoluta coitum nominauit. Hic quoque, ei qui pœnitentem diſpenſat, dat facultatem contrahendi tempus pœnæ ſi forte eius vehementem videat pœnitentiam. Cæterum hæc quidem dicit ſanctus de ſepulchrorum effoſſoribus. Lex autem ciuilis libr. 60. Tit. 23. hæc conſtituit. Qui materias ex ſepulchris auferunt, ſacrilegij crimini ſint obnoxij: & rurſus, Sepulchrorum effoßionis crimen affert infamiam: & rurſus, Si quis ex ſepulchro abſtulerit, vel lapides, vel columnas, vel marmora, vel aliquam aliam materiam, publico viginti aureos ſoluit, & quæ ſequuntur.*

*Mortuorum honos.*

*Cadauera nudare venia indignum.*

*Simplex fornicatio.*

*De ſacrilegorum pœnitentia, Can. 8.*

SAcrilegium autem in antiqua quidem ſcriptura, ne cædis quidem condemnatione viſum eſt tolerabi- A lius. Similiter enim & qui cædis conuictus erat, & qui res deo dedicatas abſtulerat, lapidationis ſupplicium ſubibat. In eccleſiaſtica autem conſuetudine, de* pœnæ grauitate neſcio quomodo aliquid detractum, & eo lenitatis deſcenſum eſt, vt illius morbi exiſtimetur tolerabilius piaculum. In minori enim tempore quàm adulteriũ, ij à patrũ traditione pœnã ſuſceperunt. Vbique autẽ hoc in ſupplicij genere ante omnia videndũ eſt qualis ſit, eius cui medela adhibetur affectio, & non exiſtimare tempus ad medelam ſufficere. (quænam enim fuerit ex tempore medicina?) ſed eius qui ſibi per conuerſionem medetur, animum & inſtitutum. Hæc tibi ô homo dei ex iis quæ erant ad manum ſtudioſe B compoſita, quòd oporteat fratrum mandatis parere, ſtudioſè miſimus. Tu vero conſuetas pro nobis preces deo offerre ne intermittas. Debes enim vt gratus filius ei qui te ſecundum deum genuit in ſenectute, per tuas orationes alimentum, conuenienrer præcepto quod iubet honorare parentes vt tibi bene ſit & ſis longæuus ſuper terram. Clarum eſt autem quod vt ſymbolum ſacerdotale literas accipies, munúſque hoſpitale non contemnes, etiam ſi ſit minus quàm pro ſumma tui ingenij bonitate.

*συγκατάβασις ἐγένετό τις καὶ περιφορά.

*Preces conſuetæ pro Epiſcopis ſcilicet.*

*Ex.20.d Deut.5.b Matt.15.a & 19.c*

*BALS. Poſtquam dixit de furto & ſepulchrorum effoßione, nunc docet de ſacrilegio & dicit quòd antiqua quidem ſcriptura, homicidam & eum qui quæ deo oblata erant ſuſtulit, ex æquo puniit, lapidibus eos obrui iubens, quod in Achaz factum eſt, qui ex ſpoliis Hiericho quæ omnia Deo erant dedicata aurum veſteſque textas abſtulerat. Lapidibus enim obrutus omnino peremptus eſt. Eccleſia autem non punit ſimiliter homicidam & ſacrilegum, ſed mitius in ſacrilegum affecta eſt. Neſcio quomodo, inquit, pro eo quod eſt, rationem ignoro. A patribus enim, inquit, traditum eſt vt minori tempore quàm adulterio, pœna ſacrilegio decernatur. In omni autem peccato oportet ante omnia conſiderare pœnitentis & eius cui medela applicatur, affectionem, & non omnia pœnæ ſpacio adſcribere tanquam quod ad purgationem ſufficiat. Quãtumcunque enim tempus præterierit, nihil iuuabit ad curationem. Sed oportet pœnitentis animum, & inſtitutum conſiderare, eiúſque in pœnitentia ſtudium, vt ſi peccato quidem conuenientem & correſpondentem pœnitentiam oſtenderit, contrahat pœnæ tempus: ſin autem remiſſè & negligentius, pœnæ quoque tempus augeat. A me autem dubitatum eſt quomodo ſanctus hic auaritiæ vitium dicit à patribus ſine vlla eſſe medicina relictum, cum Gregorius Thaumaturgus hoc in tertio ſuo canone dicat: Grauis eſt res auaritia, nec poſſunt vna epiſtola exponi, quæ à diuina ſcriptura dicta ſunt, in quibus non ſolum latrocinari fugiendum, & horrendum annunciatur, ſed omnino auarum eſſe & aliena deſiderare propter turpe lucrum, & quiſquis eſt eiuſmodi, à dei eccleſia abdicatur. Quomodo ergo ſine medela relictum eſt, quod à dei Eccleſia abdicatum facere iudicatum eſt? Quod autem obſeruatus ſit hic canon Thaumaturgi, clarum eſt ex epiſtola ad Mænam Epiſcopum, Theophili Archiepiſcopi Alexandrini qui ſcripſit eos rem feciſſe legitimam qui à communione ſeparauerunt mulierem facientem iniuriam, nec volentem ab iniuria abſtinere.*

*Ioſ.7.d*

[redacted]

*Gregorij Nyſſæ Pont. Capita contra Hebræos ex libro qui inſcribitur de cognitione Dei, & eius eſſe fertur.*

LEx & Prophetæ, quorum plenitudo Chriſtus eſt, omnia, quæ tum ad ipſum Chriſtum, tum etiam ad ſanctam pertinent Trinitatem, ſubtiliter perſcripſerunt. Sed diuina factum eſt prouidentia, vt multo fuſe ſparſa, diſſeminatáque ſint, & obſcurè poſita, ne cum A adhuc eſſent infantes Iudæi, nec quæ ſublimiora ſunt, poſſent percipere, ad indignas opiniones declinarent, & quod ab omni affectione remotiſſimum eſt, affectionibus obnoxium arbitrarentur. Etenim cùm Deus in Horeb eos alloqui cœpiſſet, eiuſmodi oratione ſuã imbecillitatem excuſarunt, non pergemus, inquientes, audire vocem Domini Dei noſtri, nec ignem hunc magnum videbimus amplius, ne moriamur. (*Exod.18.*) Et dixit Dominus ad me: (hæc ſunt verba Moſis ſcribentis) Bene omnia ſunt locuti. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tibi, ponam verba mea in ore eius, & loquetur ad eos omnia, quæ præcepero illi. (*Deut.18.*) Hæc quidem ita ſe habent. Verborum au- B tem hæc eſt ſententia. Quoniam ipſi me nequeunt audire, prophetam ſuſcitabo eis, (& quæ ſequuntur) qui nuntiabit illis ea, quæ, vt nunc quidem res eſt, intelligere non poſſunt. Quæ nimirum ad Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & ad diuinam humanę naturæ pertinent aſſumptionem, & alia quæ per Euangelium promulgata ſunt. Illud enim ſimilem tibi, ſimilitudinem in legibus ſanciendis potiſſimum indicat. At Ieſus Naue neque ad talia viſa, & oracula, vt Moſes, admiſſus eſt, neque legislator, vt ille, fuit, neque tantam iniit gratiam, quantum ille. Chriſtus verò cum in ferendis legibus illi ſimilis fuerit, in reliquis, vti Dominus, antecelluit. Quòd autem filius Naue non ſit il- C le Propheta, quem Deus pollicitus eſt, ita collige. Dixit Moſes ad populum in Deuteronomio: Prophetam è fratribus noſtris ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus. (*Deut.18.*) At filius Naue multo ante per manus Moſis à Deo fuerat declaratus, vt in Leuitico legimus. (*Nu.27.d*) Alius ergo præter hunc erat ſuſcitandus. Iudæi verò quæ in Deuteronomij fine poſt mortem Moſis ſcripta ſunt, videntur ignorare. Sic autem habent: Non ſurrexit Propheta in Iſraële ſicut Moſes, quem nouit Dominus facie ad faciem. Conſentaneum quidem erat, vt cùm Deus Moſi dixiſſet ſe Prophetam ſuſcitaturum eis, tunc ipſe Moſes populo denuntiaret. At cùm id in Horeb accepiſſet, poſtea in Deuteronomio ad populum refert de- D dita opera expectans Ieſu fili Naue declarationem, ne hunc eſſe Prophetam illum ſimilem ſibi ſuſpicarētur. Poſteaquam verò declaratus eſt Naue filius, tum demum illud populo exponit. Et de hoc quidem hactenus. Cùm autem innumerabilia propè loca ſint in ſacra ſcriptura, quę vel ante denuntiant, ea quæ ad Chriſtum pertinent, vel indicant illa, quæ ad ſanctam ſpectant Trinitatem, nos omittemus multa, & ea præcipuè, quæ iſti malignè detorquentes conantur aliter interpretari, ne improbè contradicendi occaſionem præbeamus. Omnes enim Iſraëlitę, vt inquit Ezechiel, (*Ezech.3.*) ſunt contentioſi, & duri corde, Pauca tantùm eáque adeò perſpicua, vt refutari nequeant, proponemus, quæ E vel perſuadeant, vel eos pertinaces, & obſtinatos, atque dementes eſſe conuincant.

*Ex libro Geneſeos.*

ET dixit Deus: faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram. (*Gene.1.*) Pater nimirũ eos alloquitur, qui ex ipſius ſunt eſſentia, quos in ſumma procreationis mundi dignitate ſocios habet. Neque verò referenda ſunt hæc ad hebræi ſermonis proprietatem, qua numerus plura indicans pro illo, qui vnum ſignificat, vſurpatur. Nam ſi hac loquendi conſuetudine vti voluerimus, vbi non oportet, cõfuſione replebimus contradicentes.

*Ex eodem libro.*

Et dixit



(*Gen.3.*) ET dixit Deus: Ecce Adam factus eſt, ſicut vnus è A nobis, qui ſumus nimirum in vna diuinate perſonarum. Hoc enim & ſi cum ironia dictum eſt, vnam tamen duntaxat perſonam ſignificare non poteſt.

*Ex eodem libro.*

(*Gen.11.*) ET dixit Deus: Venite, deſcendamus, & confundamus linguam eorum. Illud enim, Venite, duos ſaltem ſignificat. Et vnus eſt, qui loquitur. Ex quo trinitas perfecta declaratur. Quòd autem eos, qui eiuſdem poteſtatis & eſſentiæ ſunt, alloquatur, venite inquiẽs, hoc faciamus, facilè apparet. Quòd ſi Angelos miniſtros allocutum reſponderis, ſiue omnes, quod abſurdum eſt, ſed paucos dixeris, cùm id nullo ſcripturæ teſtimonio fultum ſit, vt falſum improbabimus.

Quomodo loquitur Deus? eóne modo quo loqui- B mur nos? Impium ſit, ita ſentire. Nam conſilium diuinum, & primus ille mentis intelligentis motus eſt ſermo Dei, quem ſic exponit, & exprimit ſcriptura, vt ſignificet, Deum non modò procreare hominem voluiſſe, ſed alicuius opera id voluiſſe præſtare. Poterat enim vt ab initio fecit, ſic omnia perſequi. In principio fecit Deus cœlum & terram. Deinde fecit lucem, poſtea firmamentum. Nunc autem Deum quaſi præcipientem, & colloquentem inducens, eum qui cum loquitur, tacitè demonſtrat, non quòd nobis cognitionem inuideat, ſed vt nos illius arcani incendat cupiditate, cuius veſtigia indicat, & ſemina quędam ſubiicit. C Etenim quæ labore parta ſunt, cum lætitia percipimus, diligenterque conſeruamus. Quæ verò facile cõparamus, deſpicere, & negligere conſueuimus. Itaque via quadam & ordine nos ad vnigeniti intelligentiam ducit, & allicit. Atqui ſermonis, qui per vocem effertur, vſus non erat neceſſarius naturæ illi corporis experti, cùm poſſet cogitata his verbis ſimul agenti cõmunicare. Vox enim propter auditum, & auditus vocis eſt gratia. Vbi autem nec aër eſt, nec lingua, nec aures, nec obliquæ illæ aurium ſemitæ, ſonos ad ſenſum qui in capite eſt, perducentes, ibi verba non ſunt neceſſaria, ſed ex ipſis cordis (vt ita dicam) aut animi notionibus cogitationes patefiunt. Quamobrem ſcri- D ptura ſapienter, & ſcitè vt diximus, hanc figuram vſurpat, vt mentem noſtram ad perſonam cum qua ſermo inſtituitur, inueſtigandam impellat.

*Ex eodem libro.*

(*Gene.18.*) APparuit autem illi Deus ad quercum Mambræ, ſedente ipſo in oſtio tabernaculi ſui, in meridie: Suſpiciens autem oculis ſuis vidit, Et ecce tres viri ſteterunt ſuper eum, & videns cucurrit in occurſum eis, & adorauit ſuper terram, & dixit: Domine ſi vtique inueni gratiam coram te, ne tranſeas ſeruum tuum. Et Paulò pòſt. Dixit autem ad eum: Vbi Sara vxor tua? Ille autem reſpõdens dixit: Ecce in tabernaculo. Et ait, reuertens veniam ad te, & quæ ſequuntur. Ecce ſcri- E ptum eſt, Deum apparuiſſe Abraham, tres autem fuiſſe, qui apparuerunt. Et cum ſint tres, ſermo cum vno tantùm inſtituitur, vt cõſtet omnino, vnam eſſe, trium perſonarum Diuinitatem. Quòd ſi vnum quidem eſſe dixeris Deum, Angelos autem duos, quomodo potuerunt cum Domino conſidere?

*Ex eodem libro.*

(*Gen.19.*) DOminus pluit ſuper Sodomam, & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cœlo. Quæ quidem verba & duas indicant perſonas, & idem conſilium, æqualemque declarant poteſtatem. Duas autem conſequitur tertia, quoniam mutuò inter ſe vinculo ita coniunctæ ſunt, vt ſeparari non poſſint.

*Deuteronomij.* (*Deut.6.*)

AVdi Iſraël, Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt. Illud Dominus, & Deus, & Dominus, tres perſonas oſtendit. Illud autem, Vnus eſt, Diuinitatem & naturam vnam.

*Dauidis, & Iob, & Zachariæ, & Eſaiæ*

IN Deo laudabo verbum, In Domino laudabo ſermonem. (*Pſal.54.*) In Deo ſperaui, non timebo, quid faciat mihi homo. Et rurſum: Immola Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis tuæ. (*Pſal.49.*) Et rurſum: Viuit Dominus, & benedictus Deus. & exaltetur deus ſalutis meæ. (*Pſal.17.*) Item in lumine tuo videbimus lumen, hoc eſt in filio tuo videbimus Spiritum ſanctum. (*Pſal.35.*) Per ipſum enim multo clarius Patrem & Spiritum ſanctum cognouimus. Multa præterea reperiem⁹, quibus ſancta Trinitas indicatur. Hymnus etiam Angelicus, ille ſanctus, ſanctus Dominus Ternæ ſanctitatis celebratione tres perſonas demonſtrat, ſemel autem Dominum nominans, vnicam declarat diuinitatem. (*Eſa.6.*) Verùm multo ſignificantius Dauid de Patre & Filio loquitur, ex perſona Patris ad Filiũ ex vtero, inquiens, genui te. (*Pſa.109.*) Per vterũ paternam decet eſſentiam, & naturam intelligi. Quem autem poteris alium ſine tempore genitum inuenire? (*Pſaml.2.*) Ex perſona autem Filij, Dominus, inquiens, dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Illud enim: hodie genui te, ortum eius in tẽpore ex virgine ſignificat. Ge- C nui, pro eo, quod eſt, te gigni mihi placuit, vel procreaui. Huic autem perſonæ filij congruit etiam illud Salomonis: Dominus creauit me, & quæ ſequuntur. Deinde ſubiicit. Ante omnes colles generat me. (*Prou.8.*) Illud enim, creauit me: ortum illius in tempore humanum ſignificat. At illud ante omnes colles, alterum illum cœleſtem, & ſine tempore, & ante ſecula declarat. Itẽ Dauid, Verbo, inquit, Domini, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius, omnis virtus eorũ. (*Pſal.32.*) Dominũ appellat patrẽ, Verbũ autem filium ipſius. Quoniã ita ſe habet cum patre, cum mente verbum, & oratio, non ſolùm propter ortum qui ſine vlla fuit affectione, verùm etiã propter coniunctionem cum patre, & quia volunta- D tem eius enunciat. Spiritum verò vocat Spiritum ſanctum. Item de Verbo, & filio, miſit verbum ſuum, inquit, & ſanauit eos. (*Pſal.106*) Pater nimirum miſit filium, & ſanauit ignorantiæ morbo laborantes. At de ſpiritu ſancto, Mittes, inquit, ſpiritum tuum, & creabuntur, noua vtique creatione. (*Pſal.103*) Et renouabis faciem terræ, quæ conſenuit in peccatis. Neque verò vocalibus inſtrumentis enunciatum hoc verbum in aëra diffunditur, Sic enim alibi dicit: In ſeculum, domine, verbũ tuum permanes in cœlo. (*Pſal.118*) Nec ſpiritus ille ſpirandi inſtrumentis expellitur, aut ſpargitur, & diſſipatur. Hæc enim corporibus cõtingunt. Perſpicuum igitur eſt, Verbum, & ſpiritum in ſua vtrunque exiſtere perſona, & eſſe æternũ, E & creatorẽ, Præterea Iob dicit: Viuit Deus, qui ita me iudicauit, & omnipotens qui amaram reddidit animã meam, & ſpiritus dei mihi in naribus circumit. (*Iob. 27.*) Et Zacharias ex perſona Dei & patris, ego vobiſcũ, inquit, ſum, & Verbum meum, & ſpiritus meus. (*Eſa. 48.*) Et Eſaias, nunc, inquit, Dominus miſit me, & ſpiritus eius.

*Ex Geneſi, & Eſaia.*

DIxit Iacob ad duas vxores ſuas. Et dixit mihi Angelus Dei in ſomnis: Vidi quæcunque fecit tibi Labam, & quæ ſequuntur. (*Gene.30.*) Deinde, ego, inquit, ſum Deus, qui apparui tibi in loco Dei. Si angelus erat vn⁹ è numero miniſtrantium Poteſtatum, quomodo ſe ipſum appellat Deum? An vtique filius erat, qui Dei,

& patris eſt Angelus, hoc eſt, nuntius, vt mentis index
eſt verbum, & ſermo, mentis enim, & animi ſenſum A
indicat? Poſt humanam enim carnem aſſumptam nũ-
*Ioan.* 17. tians nobis patris nomen, nuntiaui, inquit, nomen tuũ
*Eſa.* 9. hominibus. Et magni conſilij Angelus vocatur ab
*Eſa.* 9. Eſaia. Et Magnus conſiliarius, & Deus fortis, & potẽs.
Quis porrò conſiliarius Dei, niſi qui eiuſdem eſt eſ-
ſentiæ, eiuſdemq́ue poteſtatis, & dignitatis æqualis, fi-
lius? Conſilium voluntáſque patris eſt hominum ſalus
per Euangelica mandata. Patris verò & filij conſilio
eadem voluntas ſignificatur. Quòd autem filius hic &
Deus carnem humanam induerit, oſtendit idem Eſa-
ias, Puer, inquiens, natus eſt nobis, & filius datus eſt
nobis. Propter nos enim natus eſt puer ille filius, &
nobiſcum verſatus eſt. Nam de illo, qui verè filius eſt, B
non autem de quolibet filio hæc prædixit Propheta.
Et opus hoc vt admirandum prædicat. Quid autem
admirandum, eum qui ſimpliciter filius ſit, puerum
naſci? Quamobrem & clariora deinceps ſubiecit, vt
diuinitatem illius, & differentiam inter eum & reli-
quos qui ſimpliciter filij ſunt, indicaret.

*Baruch, & Eſaiæ.*

HIc eſt Deus noſter: & non æſtimabitur alius ad-
uerſus eum. Deinde addit. Poſt hæc in terris vi-
*Bar.* 3. ſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Et Eſaias
*Eſa.* 35. Ecce inquit, Deus noſter. Ipſe veniet, & ſaluabit nos.
Afferens autem ſignum aduentus eius in carne, ſub- C
iungit: Tunc aperientur oculi cæcorum & aures ſur-
dorum audient. Tunc ſaliet, vt ceruus, claudus, & di-
ſerta erit lingua balborum. Quæ quidem omnia re
ipſa perfecta, humanam carnem ab illo aſſumptam in-
dicio certiſſimo teſtantur. Idémque rurſus ait: Non
legatus, non Angelus, ſed ipſe Dominus ſeruauit eos.
Legatus enim eſt interceſſor, qualis fuit Moſes, & ſi
quis alius poſt Moſem. Ac per legatos quidem, atque
Angelos, multi ſæpenumerò ſeruati ſunt, vt illi, quos
vel Moſes vel Ieſus Naue filius, & alij eiuſmodi rexe-
*4. Reg.* runt, & gubernarunt. Et qui fuerunt ſub Ezechia, quo
*19.* quidem tempore Angelus vna nocte centũ octuagin-
*2. Par.* 32. ta quinque millia Aſſyriorum deleuit. Hæc profectò D
Dei peregrinationem clariſſimè patefaciunt.

*Eſa.* 7. DAbit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo
concipiet, & pariet filium. Omnis enim, quæ fœ-
tum in vtero gerit, non eſt virgo. Hæc autem fœtum
in vtero gerens erit virgo. Quod quidem vt admira-
bile teſtimonium atque indicium proponitur.

ANtequam ſciat puer bonum, aut malum, diſſuade
*Eſa.* 7. malitia eligere bonum. Cui nam puero hæc dices
*Eſa.* 38. conuenire? ſolus Chriſtus peccatum (inquit) non fe-
*1. Pet.* 2. cit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, id eſt, neque re,
*Pro.* 20. *b* neque verbis peccauit. Aliorum autem omnium nul- E
lus (inquit) purus à macula.

*Micheæ.*

*Mich.* 5. ET tu Bethlæem terra Iuda, nequaquam minima
es in principibus Iuda. Ex te enim mihi exibit dux,
qui regat populum meum Iſraëlem. Verùm vt oſten-
deret hunc non eſſe hominem nudum & ſolum, ſed
cum Deo coniunctum, adiecit: Exitus eius ab initio, à
diebus ſeculi. Actiones, inquit, eius ab initio, ex ſeculi
interuallo, hoc eſt, ab omni æternitate. Zorobabel au-
tem, Babilone natus eſt. Vides exquiſitiſſimè ſubdu-
ctam rationem ad locum vſque, in quo natus eſt
Chriſtus.

*Daniel.*

A VIdebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus
cœli quaſi filius hominis veniebat, & ad antiquũ
dierum acceſſit, & ad eius conſpectum adductus eſt, *Dan.* 7.
& datus eſt illi honor, & imperiũ, & regnum: & om-
nes populi, tribus, linguæ ſeruiunt illi. Poteſtas eius,
poteſtas ſempiterna, quæ non pertranſibit, & regnum
illius non euertetur. Ecquis eſt hic quaſi filius homi-
nis, quis poteſtatem accipit abſolutam in omnes, ac
ſempiternam? homo quidem omninò nullus, ſed ipſe
Deus & homo Chriſtus. De quo & Dauid Deum & *Pſalm.* 71
Patrem ſic alloquitur. Deus iudicium tuum Regi da,
& iuſtitiam tuam filio Regis. Chriſtus enim vti Deus,
& Rex eſt, & filius Regis. Et vti homo, factus eſt *Mat.* 28.
B Rex, & filius Regis, nempe Dauidis, Ex quo poſtea,
data eſt, inquit, mihi omnis poteſtas in cœlo, & in ter-
ra. Ad quem Pater, poſtquàm, vt homo, poteſtatem
accepit, ſede, inquit, à dextris meis. Dixit enim (vt ait
Dauid) Dominus Domino meo, ſede à dextris meis,
donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuo-
rum. Quinam ſunt hi duo Domini ipſius Dauidis, niſi
hoc eſſe conceſſeris? At cum dixiſſet Dauid, iudicium *Pſal.* 109
tuum Regi da, & quæ ſequuntur: ſubiecit, quoniam
ante ſolem permanet nomen eius, illud vtique quod
illum Deum, aut filium eſſe demonſtrat. Semper enim
vtrunque fuit. Ecquis igitur eiuſmodi Rex, niſi hic?
cui ſeruierunt omnes gentes, niſi Chriſto? Quem niſi
C Chriſtum collaudarunt, beatúmque prædicauerunt?
Sin adhuc ipſum expectas, quoad præcurrat Elias: ſe-
cundum ſeruatoris deſcenſum expectas, cùm aderit
mũdi finis. Nam cùm duo ſint Chriſti deſcenſus, vnus *Eſa.* 9.
cùm ad naturam humanam aſſumendam venit, alter
cùm veniet ad iudicandum orbem vniuerſum, prior
iam fuit, cuius præcurſor tanquam alter Elias Ioannes
extitit, poſterior erit, & Eliam tanquam alterum Ioan-
nem habebit præcurſorem. Ambo enim ſunt eiuſdem
Spiritus, & eiuſdem gratiæ, atque virtutis, quatenus
Chriſtum præcurrunt.

Vnctus ille, & Meſſias, quem expectatis, eſt purus
homo, an Deus & homo? Nam ſi purus homo eſt, nõ
D eſt ille, quem prædixerunt Prophetæ, ſi ſigna ei diui-
nitatis adiunxerũt, vt ipſum à puris, & meris homini-
bus ſepararent. vos autem à quibus aliis didiciſtis no-
tas, & ſigna illius, quem expectatis? Sin Deus & ho-
mo, nónne animaduertitis, vos aliam Diuinitatis per-
ſonam confiteri? Neque enim dicetis hunc eſſe patrẽ.
Nam puer, inquit, natus eſt nobis filius, non autem
pater. Iam Meſſias, & Chriſtus, & vnctus idem eſt. In- *Pſal.* 93.
telligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſa- *Eſa.* 42.
pite. Et Eſaias vos alloquitur, cæci, inquiẽs, inſpicite,
& ſurdi audite. Vltróne cæci eſtis? an omnino ſenſibus
caretis? Ecquando igitur nominum ambiguitates, aut
verborum ſignificationes, aut dictionum proprietates
E diſtinguetis, quibus veritas comprehenditur?

*De Chriſti cruciatibus & morte.*

DAuid ex perſona Chriſti, conſilium, inquit, mali-
gnantium obſedit me. Foderunt manus meas, & *Pſal.* 21.
pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Diui-
ſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam mi-
ſerunt ſortem. Hæc cum illis, quæ narrantur in Euan-
geliis planè congruentia, cuinam alij niſi Chriſto di-
ces conuenire? Eadem per Eſaiam de ſe prędixit Chri- *Eſa.* 50.
ſtus. Dorſum meum percutientibus præbui, genas vel-
lentibus, & faciem ab ignominia conſpuentium non
auerti. Et rurſum Daniel, Dederunt, inquit, in eſcam *Pſal.* 68.
meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Quòd
ſi hæc



ſi hæc intelliges de populo in captiuitate conſtituto, A
cùm conſtet eum, licet alia multa pertulerit, huiuſmo-
di tamen non fuiſſe perpeſſum, ſententia tua facile re-
*Eſa.* 50. felletur. Mortem ipſius prædixit Eſaias: vt ouis, in-
*Eſa.* 53. quiens, ad occiſionem ductus eſt. Verùm vt cognoſce-
res eam nobis fuiſſe ſalutarem, rurſum idem: liuore, in-
inquit, eius ſanati omnes ſumus. Vt intelligeres autem
ob eius mortem Iudæorum genus ad exitium perue-
niſſe, ſubiecit, & dabo impiòs pro eius ſepultura. Quid
enim Iudæorum impietate flagitioſius, qui eum, à quo
tam multa beneficia acceperant, interfecerunt?

*De Chriſti reſurrectione.*

NOn relinques, inquit Dauid, animam meam in
*Pſal.* 15. inferno, nec dabis ſanctum tuũ videre corruptio B
*Oſe.* 6. nem, nempe, corporis. Deinde notos, inquit, feciſti mi
hi dies vitæ. Oſeas multo clarius ait: & ſanabit nos
poſt dies, in die tertia, & reſurgemus, & viuemus in
conſpectu eius. Hæc autem dicta ſunt ex perſona eo-
rum qui dormierant, quorum corpora cum Chriſto
ſurrexerunt tertio die, quo ſurrexit ipſe, & apparuerũt
*Mat.* 27. multis, vt Euangelium docet. Quinetiam Ioſephus
*Caput.* 4. Hebræus in xviij. libro de antiquitate Iudæorum, de
Chriſto loquitur ad hunc modum. Fuit eodem tem-
pore Ieſus, vir ſapiens, ſi tamen eum appellare virum
fas eſt. Erat enim mirabilium operum effector, & do-
ctor hominum, qui cum voluptate, quæ vera ſunt, am-
plectuntur. Ac multos quidem tum ex Iudæis, tum ex C
aliis gentibus adiunxit ſibi. Hic erat Chriſtus. Quem
noſtræ gentis principibus accuſantibus à Pilato dam-
natum, cruci affixerunt Iudæi. Nec tamen qui eũ prius
dilexerant, doctrinam ipſius promulgare deſtiterunt,
Tertio nanque pòſt die ſe rurſus viuentem illis con-
ſpiciendum præbuit, Cùm & hæc & alia de ipſo in-
numerabilia diuini prophetæ prædixiſſent.

*De Eccleſia ex gentibus.*

LÆtare ſolitudo ſitiens. Exultet ſolitudo, & floreat
*Eſa.* 35. quaſi lilium. Et loca deſerta Iordanis exultabunt,
& gloria Libani data eſt ei, & honor carmeli. Hæc ſen
ſu quidem nec facta ſunt vnquam neque fient. Quis
enim ſolitudinem & loca deſerta deligat ad habitan- D
*Monachi* dum, niſi forte Chriſtianos Monachos dixeris? Spiri-
*Chriſtia-* tu autem planè contigerunt. Nam gentium Eccleſia
*ni.* nullos antea fructus ferentium, erat quædam veluti
ſolitudo, in qua degebant vitiorum feræ. Hæc Dei co-
gnitionẽ ſalutémque ſitiẽs lætatur, & exultat, & floret,
fructuum pulchritudine, & ſuauitate decorata. Data
autem eſt illi gloria Libani, hoc eſt, antiqui popu-
li, quem & Carmelum vocat, cuius gloria & honor
eſt pietas, religio, & amicitia Dei, & gloriæ, legíſque
ſublimitas, & diuinorum munerũ copia, atque gratia-
*Eſa.* 54. rũ abundantia. Et rurſum, Lætare ſterilis, quæ non pa-
ris, erumpe, & clama, quæ non parturis. Quoniã mul-
ti ſunt filij magis deſertæ, quàm habentis virum, ſteri- E
lis enim erat Eccleſia, quam oſtendimus, nec vllos an-
te ferebat virtutum fructus. Poſt autem, pietatem &
religionem amplexa, multorum facta eſt filiorum ma-
ter, Iudaicamq́ue Synagogam, cuius antea vir erat
Deus, qui eam diligebat, & prouidẽtia ſua fouebat, ac
tuebatur, vel etiam lex, vicit fœcunditate. Rurſum ex
*Eſa.* 49. perſona Dei & patris filium & Deum alloquentis ſic
ait Eſaias: Ecce dedi te in fœdus gentium, vt terram
conſtituas, & ſolitudinis ſuſcipias hæreditatem & quæ
ſequuntur. Quod etiam per Dauidem filio pollicitus
eſt, & dabo, inquiens gentes hæreditatem tuam. At
*Pſalm.* 2. ipſe quidem Dauid, patrem ad hoc hortabatur: Con-
ſtitue, inquiens, Domine legiſlatorem ſuper eos. At

Eſaias ex huius legiſlatoris perſona, Lex inquit, egre- *Pſalm.* 9.
dietur à me in lucem gentium, & in brachio meo gẽ-
tes ſperabunt. Quænam alia eſt illa lex, præter Euan-
gelicam? Quæ gentes in ignorantiæ tenebris aberran- *Eſa.* 51.
tes illuſtrauit? Nam lex quidem Moſaica multis iam
annis anteceſſerat. Iam de nouo Euangelij teſtamento
rurſum Eſaias ante locutus eſt: Ex Sion, inquiens, exi-
bit lex, & ſermo Domini ex Hieruſalem. Siquidem
Dominus noſter Ieſus Chriſtus nunc in monte Sion
ſedẽs, & docens, nunc in ciuitate Hieruſalem verſans, *Eſa.* 2.
legem, & doctrinam Euangelicam tradidit. Neque e-
nim de Moſaica lege Propheta nunc loquitur. Qui
enim id fieri queat? cùm ea non in Sion, nec in Hieru-
B ſalem, ſed in monte Sina fuerit lata, multo antequam
natus eſſet Eſaias, quẽadmodũ Euangelica multo poſt
ipſum Eſaiam tempore promulgata fuit? Quapropter
appoſitè dixit, Exibit. Quoniã antiqua lex iam exierat.
Hoc autem tempus Hieremias item pronunciauit his
verbis. Ecce veniunt dies, dicit Dominus, & feriam *Hier.* 31.
vobiſcum fœdus nouum, non ſecundum illud fœdus,
quod iniui cum patribus veſtris, qua die manum eo-
rum apprehendi, vt educerem eos de terra Aegypti,
quoniam illi fœdus meum non obſeruarunt, & ego
neglexi eos. Hęc, & his ſimilia obſcurè tradita ſunt, ne *Propheti-*
delerentur libri. Nam qui Chriſtum præſentem, & *arũ obſcu-*
res admirabiles efficientem, & certiſſima diuinita- *ritatis ra-*
C tis ſuæ afferentem indicia contuentes non ſuſceperũt, *tio.*
ſed egerunt in crucem, hi ſcilicet prophetiis peperciſ-
ſent de ipſo loquentibus, ſi eas nulla contectas vmbra,
ſed apertas, ac nudas accepiſſent?

Iam verò nos Chriſti nomine appellatum iri præ- *Eſa.* 65. *c*
dixit Eſaias: vos, inquiens, tollet euertétque Dominus.
Illis autem, qui ſeruient mihi, nouum nomen impo-
net, quod in vniuerſa terra celebrabitur. Idémque rur-
ſus, videbunt, inquit, gentes gloriam tuam, & omnes
reges iuſtitiam. Et vocabitur nomen nouum, quod *Eſa.* 62.
ipſe Dominus pronuntiabit. Hoc Oſeas item prędixit,
Et erit, inquiens, in nouiſſimis temporibus nomen
eius illuſtre in vniuerſa terra. Et nomine illius multi
D populi appellabuntur. Et ibunt in viis eius, & viuent
in ipſis.

*Eiuſdem.*

ET in te precabuntur, Quoniam in te Dominus
eſt, Et non eſt Deus præter te, Et non cognoui- *Eſa.* 45. *c*
mus illud: Et precabuntur in te, præſignificat eos, qui
crediderunt in Chriſtum. Illud autem, Quoniam in te
Deus eſt, in carne aſſumpta prędmonſtrat Diuinitatem.
At illud: Tu enim es Deus, & non cognouimus: Excu-
ſationem indicat Iudæorum in iudicio futuro, quæ
ſtulta, atque inanis erit.

Si Chriſtus impoſtor fuit, quomodo quæ prædi-
xit, euentu comprobata ſunt omnia? Vt ea, quæ ad tẽ-
E pli deſtructionem, quæ ad ciuitatem Hieroſolymorũ
expugnandam, euertendámque & ad internecionem
Iudæorum, quæque ad diſcipulos ſuos, & ad res ad-
mirandas, quæ in nomine ſuo erant facturi, pertinen-
tia prænuntiauit?

*Ex eodem.*

ET tenebræ, inquit Moſes, erant ſuper Abyſſum.
Ex quo malitioſe iſti ratiocinantes dicunt tene-
bras fuiſſe, quarum effectrix cauſa ſit malum princi-
pium. Deinde & diuiſit Deus inter lucem & tenebras.
Si lux eſt, & tenebræ ſunt, quas à luce ſeiunctas intel-
ligis. Hæc tenebricoſi iſti, qui in luce cæcutiunt. Nos
autem dicimus, tenebras non eſſe naturam vllam, ſed
accidens, & nihil aliud niſi lucis abſentiam. Etenim cũ

cœlum initio volueretur, eorum quæ circum erant
obiectu, tenebræ extiterunt, Quod etiam nunc in iis,
quæ obſtruuntur, euenire cõſueuit. At harũ diuiſio, eſt
ſpatium illud quod lucis abſentia dimetitur. Quę qui-
dem lucis abſentia & priuatio, eſt habitus quodãmo-
do & eſſentia tenebrarum. Principium autẽ malum,
hoc eſt, deus malus non eſt, Nam ſi deus eſt, non eſt
malus, cum bonitatis ſit fons. Sin malus, non eſt deus.
Quomodo enim deus malitia, aut peccatum eſſe pö-
teſt, quæ quidẽ ſi deus eſt, omnia pereũt, & euertũtur?

*Ex eodem contra Manichæos.*

QVónam pacto duo poſſunt eſſe principia, bonũ
vnum, alterum malum? Bonum enim, & ma-
lum contraria ſunt, ſeque viciſſim interimunt, & ne-
queunt ſimul conſiſtere. Quare aut in parte vniuerſi-
tatis alterum erit, & ab ea circunſcribetur, aut ſeſe cõ-
tingent, mutuóque corrumpent, aut inter illa medium
aliquod intercedet, atque ita tria iam erunt principia.
Præterea aut pace vtentur, quod malum non poteſt:
aut pugnabunt, quod bonum recuſat. Nam illud qui-
dem ſi vtatur pace, non erit malum: hoc autem ſi pu-
gnet, non erit bonum. Quamobrem non ſunt duo
principia, præſertim inter ſe cõtraria, & inimiciſſima:
ſed vnum, idque bonum. Malum enim non eſt prin-
cipium, ſed priuatio & amiſſio boni.

*Ex eodem.*

SI duo ſunt Dei, bonus quidem vnus, alter autem
malus, aliud habebunt principium. Binarius enim
numerus non poteſt eſſe principium, cùm ipſe ab vni-
tate principio proficiſcatur. Quòd ſi principium non
ſunt, ne Dei quidem erunt omnino. Quoniam igitur
vnitas eſt rerum omnium principium, vnus vtique &
Deus eſt rerum author, & effector omnium.

*Ex eodem.*

SI bonum per ſe eſt, malum non eſt. Si malum per
ſe eſt, non eſt bonum. Hæc eſt, enim contrariorum
medio carentium ratio, atque conditio. Qualia ſunt,
valetudo, & ægritudo: vita & mors. Non igitur Deus
malus.

*Ex eodem.*

DEus bonus, eſſentia & natura bonitatem habet,
malus bonitatis priuationem vt habitum obti-
nebit. Quomodo autem Deus, qui eo tãtum eſt, quòd
deficit, caret, non aſſequitur, & non eſt?

*Ex eodem.*

SI duo, aut tres, pluréſve eſſent Dei, cùm aliud alio
modo, & diuerſa ratione ageretur, & moueretur,
mundus iam pridem intercidiſſet. Nunc autem cùm
omnia ratione certa & ſtabili ſemper moueantur, &
diſponantur, firma hæc, atque perpetua rerum omniũ
concinnitas, & ordo, & moderatio, & conſeruatio, v-
nam eandémque clamant eſſe cauſam, vnum autho-
rem, à quo & procreata ſint omnia, & regantur, &
conſeruentur.

*Ex eodem.*

SI malus, & ſceleſtus eſt hic mundus inferior, &
vos nimirum mali, ſceleſtique, quippe qui pars ſi-
tis ipſius. Quòd ſi natura eſtis improbi, & mali, veri-
tas nõ adeſt vobis. Veritas enim bonum planè eſt. Bo-
num autem eſt alienum à malo. Iam qui veritate ca-
rent, eorum doctrina falſa nullo ſolido innititur fun-
damento.

*Ex eodem.*

SI mundum hunc bonum eſſe confitemini, Deum
autem & patrem malum non huiuſce mundi effe-
ctorem, erit vtique mundus alter malus à Deo illo cõ-
A fectus malo. Atqui mundus iſtiuſmodi nõ eſt, ne deus
igitur quidem malus. Nam Deus principium eſt, effe-
ctrix que cauſa. Quare cùm non exiſtant, quæ à prin-
cipio effecta & cõdita ſint, ne principium quidem eſt,
nec Deus igitur malus.

*Ex eodem.*

VEteris, inquiunt, teſtamenti Deus non ea eſt pro-
uidentia, & ſcientia, quæ omnia complectatur.
Interrogat enim Adam, vbi, inquiens, es? Et Cain, Vbi Gene. 3.
eſt, inquiens, frater tuus? Et Abraham, vbi eſt, inquiens, Gene. 4.
Sara vxor tua? Et alia multa ad eundem modum. His Gene. 18.
reſpondemus, eiuſmodi interrogata non ab ignoran-
tia, ſed potius à cognitione proficiſci. Niſi enim co-
gnouiſſet & Adam, & Cain peccaſſe, non eos conti-
B nuò interrogaſſet. Cognouiſſe autem, ex iis quæ ſe-
quuntur perſpicuum eſt. Sic enim alloquitur Adam
prius, quàm ille ſe comediſſe fateretur. Ecquis indica-
uit tibi, te nudum eſſe, niſi quòd è ligno, de quo ſolo
præcepi tibi, ne comederes, comediſti? Cain verò, qui
conabatur & ipſe latitare, compellat his verbis: Vox
ſanguinis fratris tui clamat ad me. Hæc non ignoran-
tis ſunt, ſed planè & perſpicuè cognóſcentis, qui ea
ſpecie interrogationis vult iis, qui peccauerãt, perſua-
dere, vt reſipiſcant, cùm ſe deprehenſos animaduertãt.
Ea item verba: Vbi eſt Sara vxor tua? declarant eum
non ignorare, Abraham vxorem habere, eamque vo-
cari Saram. Qui autem hæc ſcit, is profectò non erat
C neſcius, vbi eſſet Sara. Neque enim, cũ Sara poſt oſtiũ
ſtaret, riſiſſetque clam, audiens ſe matrem fore, dixiſ-
ſet, cur riſit Sara? riſus etiã cauſam ſubiecit, ſecùm ipſa
inquiens, verè ne pariam? Hæc enim illius ſunt qui cor
etiã atque animã nouit. Interrogauit autẽ, Vbi eſt Sara
vxor tua? eo conſilio, vt Abrahã cognoſcẽs ſe ante co-
gnoſcere, & omnia ſcire, ſibi vt præſtantiori vacaret,
& omnibus quæ deinceps dicerentur, fidẽ adhiberet.
Atque etiam illud quod de Sodoma, & Gomorrha Gene. 18.
dictum eſt. Deſcendam, & videbo vtrum re ipſa, quæ
clamor ipſorum indicat compleuerint, an non vt
ſciam. Quid aliud ſignificat, niſi eo conſilio Deum
ita locutum eſſe vt nos erudiret, ne vnquam præcipi-
D tes irruamus ad irroganda ſupplicia, propterea quòd
aliquorum flagitia proſpiciamus, ſed expectemus vt
re ipſa perfecta ſint. Nam ſi non cognouiſſet, quomo-
do potuiſſet dicere: Clamor Sodomorum & Gomor-
rhæ venit ad me? Terra, inquit, clamat, etiam ante res.
Et ipſæ res vociferantur & clamant. Multæ ſunt eiuſ-
modi interrogationes non ſolùm in veteri, ſed etiam
in nouo teſtamento, quæ tamen omnes myſterium
continent, & aliquid aliud agunt. Nam Dei proprium
eſt cuncta cognoſcere, & qui omnia non habet cogni-
ta, non eſt Deus.

*Ex eodem.*

QVomodo dicitis antiqui teſtamenti legiſlatorem
E iuſtum, noui autem bonum, atque ideo vnũ
ab alio diuerſum eſſe contẽditis? Nam ſi quod iuſtum
eſt, bonum eſt: iuſtus erit bonus omnino. Neque e-
nim contraria ſunt iuſtum, & bonum. Sed iuſto repu-
gnat iniuſtum, & bono malum aduerſatur: Præterea ſi
malum iniuſtum, bonum vtique iuſtum, & bonꝰ om-
nino iuſtus. Cùm autẽ innumerabilia ſint teſtimonia,
quibus veteris teſtamenti Deus eſſe declaratur bonus,
ego vnum duntaxat in medium efferam: Dicat, inquit, Pſal. 17.
Iſraël, quoniam bonus, & qui deinceps ſequũtur, duo
verſiculi. Vnum item, quo noui teſtamenti Deus iu-
ſtus. Et iudicium, inquit, meum iuſtum eſt. Quòd au-
tem vnus, atque idem ſit veteris, ac noui teſtamenti
Deus,



Deus iuſtus oſtenditur. Et iudicium, inquit, meum
Ioan. 8. iuſtum eſt. Quòd autem vnus atque idem ſit, vete-
Hier. 31. ris ac noui teſtamenti Deus, prædixit Hieremias.
Ecce, inquiens, dies veniunt, dicit Dominus, & con-
ſtituam vobis teſtamentum vnũ, non vt teſtamentum
illud, quod cum patribus veſtris conſtitui, quo die ma-
num eorum apprehendi vt educerem eos ex Aegy-
pto, Quia ipſi non manſerunt in teſtamento meo, Et
ego neglexi illos. Et ipſe tum antiqui, tum noui teſta-
mẽti author Chriſtus. Non veni, inquit, vt legem ſol-
uerem, ſed vt eam implerem. Hoc eſt, vt illam propter
Math. 5. Hebræorum imperfectionem imperfectam, maiore
quam & viris congruente Philoſophia perficerem &
abſoluerem. Illa enim erat pædagogus, qui ad Euan-
gelium ſuſcipiendum inſtituebat. Hæc autem eſt præ-
Gal. 3. ceptor ipſe, qui docet perfectiora. Et illa quidem cor-
pora informabat, hæc autem animos erudit. Vetus er-
go eſt miniſtra nouæ, ad nouam enim ducit, & viam
oſtendit & parat.

*Gregorij Niſſæ Pont. fragmenta ex Oratione*
*ad Simplicium, de filio.*

VEtat Deus per Prophetam, ne quem Deum recẽ-
Pſal. 80. tem, Deum exiſtimemus: néve Deum alienum co-
lamus, aut adoremus. Perſpicuum eſt, recẽtem appel-
lari, qui ab æternitate non eſt: è contrario autem æter-
num dici, qui non eſt recens. Quamobrem qui Vnige-
nitum ab omni æternitate Deum ex patre eſſe non
credit, is eum recentem eſſe non negat. Quod enim
æternum non eſt, id recens eſt omnino. Quicquid au-
tem eſt recens, non eſt Deus. Quemadmodum oſten-
dit ſcriptura, Non erit, inquiens, in te Deus recẽs. Qui
igitur eum aliquando non fuiſſe aſſerit, is diuinitatem
ipſius negat. Præterea Deum alienum prohibet ado-
rare, qui, Non adorabis, inquit, Deum alienum. Alie-
Deut. 5. nus eſt, qui à proprio Deo noſtro ſeiunctus conſide-
ratur. Quis autem propitius noſter Deus? Verus ni-
mirum Deus. Quis alienus? Qui diuerſam à vero deo
naturam habet. Itaque cùm proprius noſter ſit verus
Deus vnigenitus, vt affirmant Hæretici, non eſt eiuſ-
dem naturæ, qua verus Deus, non eſt noſter, ſed alie-
nus Deus. Oues autem, vt in Euangelio ſcriptum eſt,
Ioan. 10. alienum non audiunt. Qui creatum eſſe ipſum dicit, à
veri Dei natura alienum facit. Quid igitur faciunt, qui
creatũ aſſerunt, adorant ne illum, nec ne? ſi nõ adorãt,
Iudæos imitantur, qui Chriſti negãt adorationem. Sin
adorant, ſunt Idololatræ, cùm alienum adorent à verò
Deo. Iam æquè impium eſt, & filium non adorare, &
adorare, ſed alienum deum. Proinde veri patris verum
filium debemus eſſe Deum dicere, vt adoremus eum,
nec condemnemur, tanquam alieni Dei adoratores.
Prou. 8. Ad eos autem, qui illud ex Prouerbiis: dominus crea-
uit me: tanquàm firmum aliquod argumẽtum depro-
munt, quo rerum omnium procreatorem creatum
probent, reſpondendum eſt, Deum vnigenitum mul-
ta propter nos factum eſſe. Nam cùm Verbum ſit, ca-
ro factus eſt: cùm ſit Deus, factus eſt homo: cùm ſit
expers corporis, factus eſt corpꝰ, & peccatum, & exe-
cratio, & ſecuris, & panis, & ouis, & via, & oſtium, &
petra, & alia eiuſdem generis multa, cùm eorum nul-
lum eſſet, ſed ea propter nos (ita ſalutis humanæ curã-
dæ conſilio requirente) factus ſit. Quemadmodum
igitur, cùm ſit Verbum, factus eſt caro: cùm Deus ſit,
factus eſt homo: ſic etiam cùm creator ſit, propter nos
creatus eſt. Caro enim eſt creata. Vt igitur per Pro-
Eſa. 40. phetam locutus eſt, ſic inquiens, dicit, Dominus for-
mans me ex vtero ſeruum ſibi, ita locutꝰ eſt etiam per
A Salomonem, Dominus, inquiens, creauit me initium
viarum ſuarũ ad opera ſua. Quapropter & is, qui (vt
ex verbis Prophetæ colligitur) in vtero virginis for-
matus eſt, ſeruus eſt, non Dominus, homo nimirum
ille, in quo patefactus eſt Deus. Et qui hic creatus eſt
ad initium viarum ſuarum, non eſt Deus, ſed homo,
in quo nobis deus patefactus eſt, vt corruptam huma-
næ ſalutis viam renouaret. Quare cùm duo in Chriſto
cognoſcamus, diuinitatem nimirum, & humanitatem.
Diuinitatem in natura Dei, humanitatem in natura
hominis, quem induit, vt genus humanum ſeruaret,
conſentaneum eſt, vt quod æternum eſt, aſſignemus
diuinitati, quod autem eſt creatum, Humanitati tri-
buamus. Quemadmodum enim apud Salomonem
B per ſeruilem iſtam conditionem creatam in carne pa-
tefactus eſt. At cùm argumentãtur hoc modo: ſi erat,
non eſt genitus, & ſi genitus eſt, non erat, animaduer-
tant ea quæ ad ortum carnis pertinent, diuinæ naturæ
tribui non oportere. Corporà enim, cùm non ſint, ge-
nerantur. Deus autem ea, quæ non ſunt, facit, vt ſint,
non ipſe, cum non ſit, efficitur. Quocirca Paulus eum Heb. 1.
gloriæ ſplendorem appellat, vt doceat nos, quemad-
modum lux ex face proueniens, & ex natura facis ſplẽ-
dẽtis eſt, & cum illa eſt: nam ſimulat-que fax apparuit,
lux ex ipſa pariter effulſit, ſic etiam filium ex patre eſ-
ſe, & ſine filio patrem fuiſſe nunquàm. Sicut enim fax
C eſſe nõ poteſt ſine luce, ſic gloria Patris ſine Filij ſplẽ-
dore eſſe nõ poteſt. Quamobrem vt ille: qui ſplendo-
rem eſſe dicit, gloriam item eſſe teſtatur, quæ niſi eſ-
ſet, nec ſplendor ex illa fulgeret: ita qui ſplendorem a-
liquando negat fuiſſe, tunc non fuiſſe gloriam oſten-
dit cùm ſplendor non erat, non poteſt enim eſſe gloria
ſine ſplendore. Sicut igitur de ſplendore nõ licet dice-
re: ſi erat, genitus non eſt, ſi genitus eſt, non erat: ſic
amentis eſt. ea de filio qui ſplendor eſt, loqui. Qui ve-
rò minus & maius, de Filio & Patre dicunt, diſcant à
Paulo, ea quæ menſuram non capiunt, metiri non o-
portere. Apoſtolus enim Filium Patris ſubſtantiæ fi- Heb. 1.
guram appellat. Docet hæc Magnus etiam Ioannes,
In principio, inquiens, erat verbum, & verbum erat a-
D pud Deũ, & Deus erat verbũ. Dicẽs enim, In principio
erat, non autẽ poſt principiũ, oſtẽdit principiũ nunquã
fuiſſe ſine verbo. Subiiciẽs autẽ, & verbum erat apud
Deum, filio vt apud patrem exiſtenti nihil deſſe de-
monſtrat. Cum toto enim Deo totum Verbum conſi-
deratur, ſiquid enim propriæ Verbi deeſſet amplitudi-
ni, vt cum toto Deo eſſe non poſſet, neceſſe foret, id
quod in Deo verbum excederet, eſſe ſine verbo, exi-
ſtimare. At amplitudo Verbi totam exæquat amplitu-
dinem Dei. Maius igitur & minus, nullum in naturæ
diuinæ cõſideratione locum habet. Iam qui genitum
ingenito natura diſſimilem affirmant, Exemplo Adã
& Abel, diſcant non inſanire. Adam enim naturali ho-
E minum lege non eſt generatus, Abel autem ex Adam
generatus eſt. Neque tamen propterea fit, quominus
eorum vterque ſit homo, tam ille, qui generatus eſt,
quàm ille qui ſine generatione factus eſt. Nullam igi-
tur in ratione diuinitatis exploranda naturæ differen-
tiam dicimus proficiſci, ex eo quod Pater ingenitus,
Filius autem genitus ſit, ſed quemadmodum in Adam
& Abel vna eſt humanitas, ſic vnam eſſe in Patre &
filio Diuinitatem.

*Ex eadem oratione.*

QVod autem de Domino, idem de Spiritu ſancto
contumelioſi homines dicunt, nempe ipſum
quoque creatum eſſe. Eccleſia verò vt de filio, ſic etiã

de Spiritu ſancto pariter credit, creatum non eſſe. Et res omnes creatas ex ſupremi boni communione fieri bonas: Spiritum ſanctum autem, nemine à quo bonus fiat, indigere: Natura enim eſſe bonum, vt ſcriptura teſtatur. Res creatas à Spiritu ſancto dirigi, ipſum enim directionem largiri. Res procreatas duci, ſpiritum eſſe ductorem. Res creatas conſolationem accipere, ſpiritum eſſe conſolatorem. Res creatas eſſe ſeruas, ſpiritum eas in libertatem vindicare. Res creatas ſapientes fieri, ſpiritum ſapientiæ gratiam elargiri Res creatas munerum participes effici, ſpiritum munera tribuere. Hæc enim omnia agit vnus & idē ſpiritus diuidens ſigillatim vnicuique, vti vult. Innumerabilia poſſunt alia ex ſcripturis teſtimonia depromi, quibus perſpicuum fit, omnia ſublimia diuináque nomina, quæ Patri, Filioque tribuuntur, ad Spiritum ſanctum etiā pertinere. Caiuſmodi ſūt, immortalitas, beatitudo bonitas, ſapientia, potētia, iuſtitia, ſanctitas. Quicquid denique præclarum de Patre & Filio dicitur, id itē dicitur de Spiritu ſancto, exceptis iis, quibus verè & ſine confuſione diſtinguntur ipſæ perſonæ. Exempli gratia nec pater dicitur, nec filius. Reliqua verò nomina, quibus pater, filiúſque vocantur, à ſcriptura in Spiritum Sanctum etiam conferuntur. Ex his ergo colligimus, Spiritum Sanctum rebus creatis eſſe præſtantiorem. Quapropter vbi pater, & filius intelligitur, illic etiam intelligitur Spiritus Sanctus. Porrò rebus creatis præſtantior eſt Pater, & Filius, ex quo ſequitur, vt præſtantior item ſit Spiritus Sanctus. Itaque qui rebus creatis Spiritum Sanctum anteponit, is rectam, & ſanam doctrinam cōplexus eſt. Vnam enim naturam increatam in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto confitebitur. Verùm, quoniam, vt probent, Spiritum ſanctum eſſe creatum, afferunt verba Prophetæ, dicentis, Qui firmat tonitruum, & creat ſpiritum, & enūciat ad homines Chriſtum ſuum, ſciendum eſt, alium à Propheta dici ſpiritum in tonitruo firmando creari, non autē Spiritum ſanctum. Myſtica enim ratione per tonitruū intelligitur Euangelium. In quibus igitur firma gignitur & immobilis in Euangelium fides, ij per fidem, ex eo quòd caro ſunt, ſpiritus fiunt. Nam vt Dominus ait, quod natum eſt ex carne, caro eſt: Et quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt. Deus igitur eſt, qui vocem Euangelicam credentibus confirmans, eum, qui credit, ſpiritum efficit. Qui autem ex ſpiritu natus eſt, & per eiuſmodî vocem effectus eſt ſpiritus, Chriſtum enunciat: quoniam, vt inquit Apoſtolus, nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto.

*Attributa Trinitatis propria & communia.*

*Tonitru myſtice quid ſignificet.*

*Gregorij Nyſſæ Pont. fragmenta ex oratione aduerſus Apolinarium, ad Theophilum Alexandriæ Pont.*

QVi Apolinarij decretis fauent, Verbum dicunt ex carne conſtare, & ſeculorum authorem eſſe hominis filium, & domini humanitatem mentis expertem, & filij mortalem eſſe Diuinitatem.

*Ex eadem oratione.*

NOs autem naturam quidem humanam Verbo coniunctam ſeruatam eſſe, ex myſterio didicimus & credimus. Dei autem Verbum ex carne conſtare, & priuatim in ſe ipſo viuere, neque didicimus, neque vnde id colligi poſſit intelligimus.

*Eiuſdem ex oratione, qua confutat Apolinarij opiniones.*

SI Apolinarius verbis Illis innititur, Nemo aſcendit in cœlum, niſi: qui deſcendit de cœlo, filius hominis: & iccirco illum à terreni hominis coniunctione ſeiungit, & è cœlo traxiſſe dicit humanitatem: dabit aliquem prorſus in cœlo hominem patrem illius hominis, qui ad nos deſcendit. Filius enim, inquit, hominis. Præterea quomodo diebus extremis ex Virgine carnem aſſumpſit, & natus eſt? Vt taceam incommoda, quæ ex abſurdis iſtis nugis conſequuntur

*Ex eadem oratione.*

SI caro fuit ante ſecula, non exinanita eſt Diuinitas: Filius nō erat in forma Dei, ſerui formam non accepit, ſed quod erat natura, id nunc apparuit.

*Ex eadem oratione.*

SI antequam ad nos deſcenderet, Carnem habebat in cœlo, habebat prorſus in cœlo etiam omnia quæ carnis ſunt propria, nempe famem, ſitim, ſomnū. laſſitudinem, triſtitiam, lachrimas. Qualis autem erat ætatis, cùm deſcendit in terram? Puer enim, vt inquit Eſaias, natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & per omnem tranſiit ætatem, quoad in terra verſans mortuus eſt. Sin perfectū hominem ex virgine natum dicunt, quomodo in matris vtero contractus eſt? Quomodo moles ipſius iam nati ſic eſt imminuta, vt terminis exiguis circunſcriberetur? Quomodo paulatim creſcēs, in hominem perfectum euaſit? Eámne, quàm prius habebat carnem iterum ſumens, an aliam in ſeipſo per cibum adiungens? ſi priſtinam dixerint, oſtendent plane, ſuperuacaneum illi fuiſſe nutrimētum, ſin Dominum nutrimenti participem fuiſſe conceſſerint, quid dicent de carne in cœlo relicta? Magnam enim, vt par eſt, partem reliquit, & tantum ex illa ſibi duntaxat ſeruauit, quantam virginis vterus capiebat.

*Ex eadem.*

SI carnem circa ſeipſum ſemper habuit in cœlo, deū autem carnem eſſe dicunt, qui ſequuntur Apolinarium, omnis autem caro tactui reſiſtit, Quod autem reſiſtit, ex materia conſtat, & compoſitum eſt, & quod compoſitum eſt, diſſoluitur, neceſſe eſt, ipſum & ex materia conſtitiſſe antequam è cœlo deſcenderet, & diuerſis è rebus eſſe compoſitum, & diſſolutionem naturaliter expectare.

*Ex eadem oratione.*

VT probet vnigenitum ante ſecula carnem aſſumpſiſſe, affert teſtimonia, quæ de ipſius Diuinitate dicta ſunt, & ea conatur ad eius humanitatem referre, vt illud, Antequam Abraham fieret ego ſum, & illud Præcurſoris dictum, prior me erat, & illud Apoſtoli, Et vnus Dominus, per quem omnia. Et ipſe eſt ante omnia. Si igitur, vt ipſe cenſet, ante ſecula eſt illius caro, extremis autem diebus è virgine natum fatetur, ante ſecula nimirum fuit & virgo quæ ipſum peperit, natuque maior, quàm ille qui ex ipſa ortus eſt. Vt tamen de extremis diebus, qui ipſi quoque ante ſecula conſiderabuntur.

*Ex eadem oratione.*

SI patrem aſſerit incorporeum, & filij Diuinitatem ex carne conſtare, diuerſas vtique dicet eorum eſſentias, ſin horum communem & eandem eſſe naturam confitetur, cogetur dicere, patrem item ex carne conſtare.

*Ex eadem oratione.*

QVi ex aliquo eſt, illud planè ſecundum eſſentiam eſt, quod eſt ille qui genuit. Atqui pater, caro nō eſt: nec ille prorſus, qui ex ipſo eſt, erit caro. Quod enim natum eſt ex ſpiritu, non caro, ſed ſpiritus eſſe dicitur. Quod autem ex carne natum eſt, caro eſt. Det igitur patrem iſtius Dei ex carne conſtantis.

*Ex eadem oratione.*

DIcit præterea, cœleſtem illum hominem eſſe, paternæ gloriæ ſplendorem & figuram ſubſtantiæ ipſius. Quamobrem ſi lux à ſole ſplendens, cognationem habet cum ſole: & hominis figura ſubſtantiam declarat humanam: ex iſtius ratione ſequitur, vt pater



etiam ex carne conſtet. Qualis enim eſt gloria, talis eſt & ſplendor ipſius. Et qualis eſt figura, talis vtique & ſubſtantia. Itaque ſi hoc corpus eſt, ne illud quidem incorporeum.

*Ex eadem oratione.*

CHriſtus, cui cibum & potum obiiciebant Iudæi, cibo & potu veſcebatur, an non? ſi non veſcebatur, inanis & ſimulata ſpecies illud erat, ſin veſcebatur, haud cœleſte corpus habebat, cùm ipſe cibus & potus è terra conſtaret.

*Ex eadem oratione.*

SI qua fuit diuina caro, ea nimirum & immutabilis. Nam ſi mutabilis, diuina non eſt. Quis tueri queat confuſam illam hæreticarum opinionum, quæ aliâs alia ipſis in ſomnis videtur, inconſtantiam? Nunc verbi carnem diuinam, atque vna cum illo ſempiternam aſſerunt. Nunc aſcitam atque aſſumptam dicunt. Nunc à natura noſtra differentem. Nunc rectoris egentem, & mutationibus obnoxiam.

*Ex eadem oratione.*

*Ioan. 1.*

SI tunc verbum caro factum eſt, cùm habitauit in nobis, caro profecto non erat, antequam Angelus virgini Euangelicum afferret nuncium. Et ille, qui dicit, hominem ad nos è cœlo deſcendiſſe, & antequam humana eſſet natura procreata, extitiſſe, & per illum humanæ naturæ Diuinitatem fuiſſe coniunctam, mēdax eſt.

*Ex eadem oratione.*

CAro, inquit, Domini adoratur, quatenus eſt vna perſona, atque vnum animal cum ipſo. O abſurdam orationem. Quemadmodum nos dicimus, hominem ex anima ratione prædita & corpore conſtare, ſic & ipſum Dominum componit, vt animæ loco Diuinitatem accipiat, & carnem cœleſtem pro corpore, atque ita ipſum appellat animal.

*Ex eadem oratione.*

NVnc ait, Virginem filium peperiſſe, cùm iam eſſet caro, non autem in ipſa factum eſſe carnem, ſed per ipſam tanquam per viam aliquam pertranſiſſe. Ecce quomodo ſalutis noſtræ myſteriū oppugnat. Sed iſtius oratio adeo eſt impia, & abſurda, & omnibus, qui pie rectéque ſentiunt, execranda, vt ne reſpōſione quidem, & confutatione dignam exiſtimemus. Nihil enim ex illa colligitur, niſi vt omnia non verè, ſed ſimulate acta videantur.

*Ex eadem oratione.*

AB iſtis ego, qui animam mētis expertem cum carne aſſumpta coniungunt, quæſiuerim, ecquam animam Dominum habere dicant. Si ratione carentem reſponderint, Chriſto non hominem, ſed iumentum adiungent, ſin vtentem ratione, rationem ſequitur cogitatio. Quare qui animam ratione præditam dicit, & cogitationis compotem confitebitur. Cogitatio verò mētis eſt motus, & actio. Itaque ſi Dominus animam habet ratione præditam, eam vtique & mente præditam habet, & nulla in re à natura hominis diſcrepantem.

*Ex eadem oratione.*

HAud decet, inquit, mentem humanam cum Vnigeniti carne coniunctam exiſtimare. Et cauſam ſubiicit, Quoniam, inquit, mens hominis eſt mutabilis. Quid igitur Deo carnem concedit? Nam quòd caro mutabilis ſit, ne ipſe quidem, qui iſtas confingit nugas, negabit, cùm ab adoleſcentia vſque ad perfectum augmentum varias ætates induat, vt reliquas mutationes omittamus. Atque ita ſequetur, vt falſum ſit Euangelium, & inanis prædicatio, & ſtulta fides. Quemadmodum igitur carnem aſſumens, mutatus non eſt, ſic mentem ſuſcipiens non eſt immutatus.

*Ex eadem oratione.*

SI diuinæ humanitatis aſſumptioni, mentem fuiſſe putat impedimento, & libentius eam ſine mente Deum exiſtimat aſſumpſiſſe, ergo ſine mente eſſe beatus arbitratur.

*Ex eadem oratione.*

VTra magis propria, quæ Deo coniungeretur, inuenta eſt, craſſáne, terrenáque caro, an mens, quæ nec tactum nec figuram admittit?

*Ex eadem oratione.*

SI nos homines, ſumus ouis illa, quæ aberrauerat, & is qui eam inuenit, eſt Filius Dei, quoniam totam reduxit, totam etiam aſſumpſit. Nec quod intra illam erat, reliquit: quod autem foris, geſtauit, id, quod vult Apolinarij dementia. Quod autem paſtoris humeris geſtatum, hoc eſt, Domini Diuinitati adhibitum eſt, id vnum cum ipſo per aſſumptionem effectum eſt.

*Ex eadem oratione.*

DOminum in ſeruili figura apparuiſſe concedit. ſeruus igitur, cuius figuram Dominus induit, integer erat, an mutilatus? ideſt, corpus ne, & animam rationis, ſeu mentis compotem habebat? ſi aliqua harum partium mancus erat, id oſtendant, neque enim animam rationis expertem habuit, qui peccauerat, cuius ipſe formam ſuſcepit. Sin erat integer, & integrum illud fuit, quod aſſumptum eſt. At homo, inquit, non erat, ſed quaſi homo, quia non erat eiuſdem cum homine eſſentiæ, quantum ad mentem pertinet. Si eiuſdem non erat eſſentiæ, ergo diuerſæ. Quorum autem eſſentiæ ratio diuerſa, horum nec eadem natura nec nomen. Quare ſi aliud quid per eſſentiam erat, non autem homo, niſi quatenus ſpeciem & figuram hominis præferebat, re autem vera ſecundum naturam diuerſus erat, ex his colligitur, ficta ſimulatáque fuiſſe, quæ ad vnigeniti vitam humanitatémque aſſumptam ſpectant, ab ortu eius, vſque ad ſepulturam & reſurrectionem.

*Ex eadem oratione.*

QVi quod maximè proprium eſt hominis, id eſt, mentem aufert, is, quod reliquum eſt, iumentum oſtendit: iumentum autem non eſt homo.

*Ex eadem oratione.*

SI quemadmodum inquit Apolinarius, mens hominis diuina natura facta eſſet, magnitudine æquales & pares inter ſe eſſent diuinitas & mens humana. Quod enim locum explet alterius, æquale illi eſt. Sin diuinitate mens eſt inferior, id quod in eam conuerſum eſt, in deterius eſt commutatum.

*Ex eadem oratione.*

MOrs, inquit, hominis mortem nō deſtruit. Quid autem colligens hoc aſſeruit? Illud ne, Vnigeniti diuinitatem occidiſſe? Sed quonā pacto vita queat interire & mori, dicant, qui neſciunt, quid loquantur.

*Ex eadem oratione.*

SI, quemadmodum ſentit Apolinarius, Vnigeniti diuinitas occidit, cum illa nimirum occidit & vita, & veritas, & iuſtitia, & bonitas, & lux, & potentia, & vno verbo, quicquid eſt filius, & nominatur. Quando igitur hæc cum filij diuinitate per mortem extincta ſunt, non erat apud patrem ſapientia aut potentia, aut vita, aut aliud eorum quicquam, quæ filius & eſt, & appellatur.

*Ex eadem oratione.*

SI potētia patris, ſeu filius aut verbum occidit, quænam alia potentia potentiam mortuam in vitam reuocauit, vt alia incommoda prætereamus?

*Ex eadem oratione.*

SI omnia, quæ pater habet, filij ſunt, qui patris habet omnia, ipſius nimirum habet etiam immortalitatem. Quî autem mori potuit immortalitas?

*Ex eadem.*

QVemadmodū Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, ſic & nos, inquit Apoſtol⁹. Quid nos? Qui natura propria ſum⁹ diuina potētia, an caro & ſanguis, vt ſcriptum eſt? Quod ergo nos ſumus per eſſentiā, id erat & is, qui pro nobis mortuus eſt, cuius ſimilitudo nobis, qui eiuſdem generis cùm illo ſumus, propoſita eſt ad imitādum. Quid eſt illud, quod moritur, & corrumpitur? Nónne caro quidē in terrā reſoluitur? Mens autem cū anima permanet, neque corporis mutatione, quātum ad eſſentiam pertinet, læditur. Id argumēto ſit, quòd eorum, quæ in terra geruntur, Diues ille meminit, & precatur Abraham pro fratrib⁹ ſuis. Hoc autem amentiæ nemo aſcripſerit, quod neceſſariorum curam gerat, eiſque proſpiciat, ne & ipſis ſimilia contingant. Quemadmodum ſi mens noſtra permanet etiam poſt mortem nullis obnoxia mutationibus, quomodo conſentan eum ſit, illum Apolinarij trium partium Deum carnis mortem oppetiiſſe?

*Luc. 16.*

*Gregorij Nyſſeni fragmenta ex Orat. de filij & Spiritus diuinitate.*

*De filij æternitate.*

EVnomij diſcipuli, filius, inquiunt, aliquando non erat. Si filius non erat, ne pater quidem omnino. Si ſplendor non erat, ne ſplendens quidem. Si figura non erat, ne ſubſtantia quidem. Si potentia non erat, ſi ſapientia non erat, ſine quibus non eſt Deus, ne Deus quidem erat. Neque enim cogitare poſſumus gloriam ſine ſplendore, aut ſubſtantiam ſine figura, aut ſine ſapientia ſapientem, aut ſine potentia potentem, aut denique ſine Filio Patrē. Ex his igitur, quæ dicta ſunt, demonſtratum eſt, eum qui Filium tollit, & Patrem tollere. Vbi autem Filius non tollitur, nec Pater eſſe creditur, tota diuinitas aufertur. Porrò diuinitatem auferre nullius eſt, niſi Epicurei. Patet ergo iſtius opinionis authores eſſe Epicureos.

*Arrianos, eſſe Epicureos*

*Ex eadem oratione.*

SEntentias quaſdam abſcindunt è ſcriptura, quas imperitioribus obiiciant. Dicunt enim, ipſum Dominum, ſe miſſum eſſe confiteri. Tu ergo illum à patre miſſum noſti, & eum, à quo miſſus eſt, ſimul eſſe cum illo non accepiſti? Qui miſit me, inquit, mecum eſt. Ex quibus verbis poteras intelligere, illum ita mitti, vt nō diſiungatur. Mittitur enim pro ſua in homines beneuolentia. Non ſeparatur, quia natura ſecari nō poteſt.

*Ex eadem oratione.*

*De Patris & Filij æqualitate.*

*Ioan. 14.*

AIunt rurſus, Filium ſe patre minorem cōfiteri. Pater enim, inquit, maior me eſt. Atqui idem ipſe illud etiam dixit: Ego in Patre & Pater in me eſt. Si maior eſt Filio Pater, quomodo quod maius eſt, à minore capitur? ſi minor Fili⁹ Patre, quomodo ab eo, quod minus eſt, maius impletur? Maior enim in minore nimis anguſtè concluditur. Minor autem maiorem vt compleat non aſſequitur. Vt neceſſe ſit, deficere Filium in Patre, & Patrem in Filio redundare, atque ita ex ſententia iſtorum mentiri, quia ego, inquit, in Patre, & Pater in me eſt. Cùm deberet dicere, (ſi minor eſt) ego in parte patris, & pars patris in me eſt. Sin totus pater in toto Filio eſt, & totus Filius in toto patre, vbinam eſt, quod redundat? Vbi nam id, quod deficit? Verum quid multis opus eſt, cùm vno verbo poſſimus omnes ipſorum nugas confutare? Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Dic mihi. Tu æqualem audis, & cogitas inæqualem? O inanem doctrinam, quæ quod æquale eſt, inæquale interpretatur. Dixit igitur, Qui miſit me, maior me eſt, Conſideremus cuius ſit hæc oratio, & quomodo miſſus ſit, in forma ne Dei manens, an ſerui formam accipiēs? in plenitudine Diuinitatis, an in ſerui forma ſemetipſum exinaniēs? Diuina profectò virtus, & natura, quæ vbique eſt, quæ per omnia commeat, quæ complectitur omnia, meritò mitti non diceretur. Nihil enim ipſa vacuum eſt, vt ſi mittatur, alicubi eſſe poſſit, vbi antea nō fuerit. Nam vi ſua moderatrice conſeruatricéque cuncta comprehendens non habet, quo tanquàm in vacuum tranſcendat, ſed implet omnia. Quare Filij ex ſententia patris ad imbecillitatem, infirmitatémque noſtram deſcenſus, atque profectio, miſſio dicitur. Tranſitus enim ab immortali natura ad mortalem hanc vitam non Domini motum in loco, ſed excelſę diuinitatis ad carnem abiectam atque humilem ſuſcipiendam acceſſum indicat. Deſcendit igitur non Verbum nudum apparens, ſed caro factum. Itaque humanitatis habita ratione, maiorem eum qui non cernitur, illo qui conſpicitur, eſſe confitetur. At cùm ad Diuinitatem cognoſcendam nos ducit, ea maioris, & minoris ceſſat comparatio. Et pro his vnitas prædicatur. Ego enim, inquit, & pater vnum ſumus.

*Philip. 2.*

*Ioan. 14.*

*Filij miſſio quid ſit.*

*Ioan. 10.*

*Eiuſdem ex ratione de Filij & Spiritus Diuinitate.*

SPiritus oppugnatores eum in ſcriptura Deum appellatum negant, aiúntque Diuinitatis vocabulo naturam ſignificari. Quod quidem cum ſpiritui tributum non ſit, colligunt eiuſdem non eſſe naturæ cum Patre & Filio Spiritum ſanctum. Sed ſtulti maledicti ſui ſerpentem accuſatorem accipiant. Oſtendit enim diuinitatis vocabulo non naturam diuinam, ſed ſpectandi vim ſignificari, cum primis parentibus conſulens, vt arborem vetitam attingerent, aperientur, inquit, oculi veſtri, & eritis ſicut Dij. Diuinitatis ergo vocabulum, non naturam ſed videndi indicat facultatem. Negabunt igitur videre Spiritum ſanctum, & hac de re decertabunt? Si igitur videt, re ipſa nominatus eſt Deus. Quòd ſi id quærunt ex ſcriptura intelligere, quis Ananiæ ſacrilegium vidit? quod in occulto cum coniuge ſolus commiſit? Quis illud Petro denuntiauit, nónne Spiritus Sanctus qui & in Petro erat, & Ananiæ aderat? Iccirco Petrus, ad quid, inquit, impleuit Satanas cor tuum vt mentireris Spiritui ſancto? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Quemadmodum igitur, qui ratione præditum contumelia afficit, hominem afficit contumelia, & non in duos illam confert, ad vnam enim perſonam duobus nominibus definitam id refertur, ſic & Petrus cùm & ſpiritui & Deo diceret Ananiam eſſe mentitum, vnū, non duos piè ſentientibus demonſtrauit.

*Gene. 3.*

*Act. 5.*

ADueniat, Matthæus inquit, regnum tuum. Quorum verborū loco, Adueniat, inquit Lucas, Spiritus ſanctus tuus in nos, & nos expurget. Quid ad hæc reſpondebūt, qui ore impudēti audent Spiritū ſanctū impugnare? Qua mēte regni ſublimitatem in ſeruitutis transferent humilitatem? Regnum eſt, vt Lucas aperte clamat, Spiritus ſanctus, quod quidem regnum omnibus imperat, non autem imperio ſubiectum eſt. Quòd ſi Spiritus imperat, quomodo illum dementes iſti cum natura ſeruiente connumerant?

*Matt. 6.*
*Luc. 11.*

*Ex eadem*



*Ex eadem oratione.*

ADueniat, inquit Lucas, Spiritus ſanctus tuus in nos, & nos emundet. Quòd ſi ſolius eſt Dei peccata dimittere, id quod ipſi quoque Iudæi increduli dixerunt, qui teſtimonio ſuo tribuit Spiritu ſancto remittendi peccata facultatem, is eidem etiam diuinitatem attribuit. Atqui eandem facultatem Apoſtolus tribuit vnigenito, Purgationem, inquiens, peccatorum noſtrorum faciens ſedit in dextera magnitudinis Dei. Vnum igitur eſt opus vtriuſque, tum ſpiritus peccata expugnantis, tum Chriſti purgationem faciētis. Quorum autem vna eſt actio, eorum & vis eadē omnino: Omnis enim actio, facultatis perfectio eſt. Quamobrem ſi actio & vis eſt eadem, quomodo naturæ diuerſitas intelligi poteſt in illis, in quibus nullum facultatis, actioniſque diſcrimen deprehendimus?

*Ex eadem oratione.*

SPiritus ſanctus & ex Deo eſt, & Chriſti Spiritus eſt, atque dicitur. Filius autem cùm ex Deo ſit, non Spiritus etiam eſt, neque dicitur. Hæc enim ordinis ſeries non ſequitur, vt ex æquo per reſolutionem ſibi viciſſim ratio reſpondeat, & quemadmodum Chriſti Spiritum dicimus, ſic etiam ipſius Spiritûs Chriſtum appellemus.

# EX D. HIERONIMI SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM CATHALOGO.

*THeophilus Cæſareæ Paleſtinæ (quæ olim turris Stratonis vocabatur) Epiſcopus, ſub Seuero principe, aduerſum eos qui decima quarta Luna cum Iudæis Paſcha faciebant, cum cæteris Epiſcopis Synodicam valde vtilem compoſuit Epiſtolam.*

Ex Trithemij lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

*THeophilus Alexandrinæ Eccleſiæ, 21. Epiſcopus, vir in ſcripturis ſtudioſus, & Origeniſtarum expugnator acerrimus, & qui magna diſcordia cum S. Ioanne Chryſoſtomo arſerit, cumque inſidiis Epiſcopatu pulſum, in exilio mori coëgerit ſicut in veterum † hyſtoriis plenius continetur: ſcripſiſſe fertur quædam opuſcula, de quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt.*

*Extat eius ad diuerſos de variis negotiis, Epiſtolarum.* *lib. 1.*
*Ad Epiphanium, de hæreſibus.* *lib. 1.*
*De paſchate.* *lib. 1.*

*Alia quoque multa edidit, ſicut ex Epiſtola beati Hieronymi ad eum directa colligitur, quæ ſibi vel legenda vel vertenda poſtulat deſtinari. Claruit ſub Theodoſio & Valentiniano Principib. Anno 390.*

*† Socrat. Eccleſiaſt. hiſt. lib. 6. cap. 15. SoZom. lib. 8. cap. 18. Nicepho. lib. 13 cap. 14. & 17.*

Index Operum Theoph. Alex. quæ hoc Opere tibi (ô Lector) exhibemus.

*Theophili Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtolæ. 3. Paſchales.*
*Eiuſdem Edictum cum Theophania die Dominico inſtarent.*
*Eiuſdem Commonitorium quod accepit Ammon propter. Lyco.*
*Eiuſdem Expoſitio de iis qui dicuntur Cathari.*
*Eiuſdem Agathoni Epiſcopo:*
*Eiuſdem Menæ Epiſcopo.*

*Argumentum Epiſtolarum Paſchalium D. Theophili Alexandrini Epiſcopi. ex libro Collationum Caßiani Scythæ.*

*Natiuitatis Chriſti, & Epiphaniorum idem dies apud Aegyphios.*

INtra Ægypti regionē mos iſte antiqua traditione ſeruatur, vt peracta Epiphaniorum die (quā prouinciæ illius ſacerdotes, vel Dominici baptiſmi, vel ſecundum carnem natiuitatis eſſe definiunt, & idcirco vtriuſque ſacramenti ſolennitatem non bifariè vt in occiduis Prouinciis, ſed ſub vna die, huius feſtiuitatem celebrant) Epiſtolæ pontificis Alexandrini per vniuerſas Ægypti Eccleſias dirigantur, quibus initium Quadrageſimæ, & dies Paſchæ, non ſolum per ciuitates omnes, ſed etiam per vniuerſa monaſteria deſignentur. Secundum hunc igitur, poſt dies admodum paucos quàm ſuperior cum Patre Iſaac fuerat agitata collatio, Theophili prædictæ vrbis Epiſcopi, ſolennes Epiſtolæ commearunt, quibus, cum denuntiatione Paſchali, contra ineptam quoque Anthropomorphitarum Hæreſim longa diſputatione diſſeruit, eamq́ue copioſo ſermone deſtruxit. Quod tanta eſt amaritudine ab vniuerſo propemodum genere Monachorum, qui per totam Prouinciam Aegypti morabantur, pro ſimplicitatis errore ſuſceptum, vt econtrariò memoratum Pontificem velut hæreſi grauiſſima deprauatum, pars maxima ſeniorum ab vniuerſo fraternitatis corpore decerneret deteſtandum: quod ſcilicet impugnare ſcripturæ ſanctæ ſententiam videretur, negans omnipotentē Deum, humanæ figuræ compoſitione formatum, cum ad eius imaginem creatū Adam, ſcriptura manifeſtiſſime teſtaretur. Denique & ab iis qui ibi aut in eremo Scythiæ commorabātur (quippe perfectione ac ſcientia, omnibus qui erant in Aegypti monaſteriis præeminebant) ita eſt hæc Epiſtola refutata, vt præter Abbatem Paphnutium noſtræ congregationis preſbyterum, nullus cæterorum Presbyterorū, qui in eadem eremo aliis tribus Eccleſiis præſidebant, eam ne legi quidem aut recitari in ſuis contentionibus prorſus admitteret.

*Paſchatis indicendi mos.*

*Fraternitas.*

*Gen. 1.*

*Theophili Alexandrinæ vrbis Epiſcopi, ad totius Aegypti Epiſcopos Epiſtola Paſchalis prima D. Hieronymo interprete.*

PRimum ſolēnitatis Auguſtæ ſermo diuinus de cœlorum regionibus micans, & ſplendore ſuo iubar ſolis exuperās, clariſſimum animabus ſe deſiderantiū lumen infundit. Cumq́ue pleno cordis intuitu radios

eius quiuerint ſuſtinere, ad ipſa cœleſtis Hieruſalem interiora penetralia, atque, vt ita dicam, ſancta ſanctorum eas pertrahit, Vnde ſi volumus ſalutis eſſe participes, & adhærentes ſtudio virtutum, animarum vitia purgare, & quicquid in nobis ſordium eſt, iugi ſcripturarum meditatione diluere, quaſi ſubſudo apertam doctrinarum ſcientiam contemplantes, feſtinemus ſupernæ lætitiæ feſta celebrare, & iungere nos Angelorum choris, vbi coronæ & præmia, & certa victoria eſt, & deſiderata triumphantibus palma proponitur. Nec differamus, tumentibus carnis fluctibus liberati, inter diuerſa voluptatum hinc inde naufragia, clauum tenere virtutum, & poſt grandia maris pericula tutiſſimum cœlorum intrare portum. Quamobrem & eos quos caſſa vitæ huius cura ſollicitat, & inſtar frementium gurgitum perturbationum profunda circumſonant, quaſi de ſomno graui excitantes ad ſapientiæ prouocemus lucra: oſtendamúſque eis veras diuinorum ſenſuum diuitias, &

*Feſtorum dierum finis.*

inſpirata ſanctæ celebritatis gaudia: Eoque omnis impræſentiarum adſumatur labor, vt & eos qui paululum negligentes ſunt, & noſmetipſos æternæ gloriæ præparemus.

*Proue. 9.*

Vnde & in Prouerbiis indigẽtes ſenſu ad conuiuium ſuum Sapientia prouocans, clamitat: Venite, comedite de panibus meis, & bibite vinum quod miſcui vobis. Non enim ſic cœlum hoc quod ſuſpicimus ſtellarum illuſtratur choris, nec in tantum Sol & Luna, duô, mundi (vt ita dicam) clariſſimi

*Duo mũdi oculi.*

oculi, quorum curſu annus euoluitur, & viciſſitudine tempora commutantur, clarum terris lumen infundunt, vt noſtra ſolennitas virtutum choro fulget & radiat. Cuius theſauros & diuitias qui expetunt, conſona cum Dauid voce decantant:

*Pſal. 54.*

Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Exultanteſque & quodam tripudio geſtientes, & iuxta quod ſcriptum eſt, Gaudio ineffabili corda perfuſi, rurſum clamitant: Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, cuius artifex & fabricator eſt Deus.

*Heb. 13. c.*

Sicut enim ſciunt omnium laborum ſuorum, quibus in hoc mundo pugnatur & curritur, hanc eſſe repoſitam ſpem, & hæc in futuro præmia conſtituta, pro quibus nulla pericula formidantes, quotidie vitæ ſuæ curſum dirigunt, Hæreticorum vel maxime impietatem, & tendiculas declinantes, quibus cæci cæcos ducunt in foueam, & quaſi quadam veternoſa & immũdiſſima carie deceptorum corda commaculant: nec hac calce contenti, intimas ſcripturarum medullas bibunt, veritatem dogmatum falſi nominis ſcientia condemnantes.

*Scala Iacob cuiuſmodi.*

Quod intelligens & patriarcha Iacob, ſcalam cernit in ſomnis, cuius caput pertingebat vſque ad cœlum, per quam diuerſis virtutum gradibus ad ſuperna conſcenditur, & homines prouocantur terrarum humilia deſerentes, cum Eccleſia primitiuorum dominicæ paſſionis feſta celebrare. Non eſt, inquit, hoc niſi domus Dei, & hæc eſt porta cœli.

*Gene. 28.*

Quam Dauid acutius intuens, & tota cupidine mentis inquirens, rationeſque huius itineris cogitationibus tractans, & quaſi precioſa pigmenta fortius terens atque comminuens, vt ſuauiſſimi late odoris fragrãtiam ſpargerent, ad ſolennitatem prouocat feſtinantes, dicens:

*Pſal. 117.*

Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor domino, hæc eſt porta domini, iuſti intrabunt per eam.

*Hæreticorum nulla feſta.*

Non eſt ergo, non eſt Hæreticorum vlla ſolennitas, nec qui errore decepti ſunt, illius poſſunt communione lætari. Scriptum eſt enim:

*Exo. 19.*

Si beſtia tetigerit montem, lapidabitur.

*Heb. 12.*

Neque cœleſtium poſſunt recipere ſacramenta verborum, qui diuinis Eccleſiæ dogmatibus contradicunt. Totis itaque viribus animas noſtras ab omni contagione purgantes, dignas celebritati quæ imminet præparemus, vt poſſimus cum ſanctis canere:

*Pſal. 117.*

Deus Dominus, & inluxit nobis. De qua & alius Propheta conſcius futurorum myſtica voce teſtatur: Apparebit Dominus in eis, & diſperdet omnes Deos Gentium. Quando verba in opera commutata ſunt, & ambigentium oculis, rerum veritas demonſtratur, vt per efficientiam eorum, quæ prædicta ſunt, verborum veritas comprobaretur, victoriæ ſuæ nos Deo faciente participes, & ſolennitatis poſſimus cum ſanctis habere conſortium, & in luſtris eius aduentus præconia frequentare. Etenim quod omnis terra variis fuerat illecebris deprauata, virtutes æſtimans vitia, & econtrario vitia virtutes, dum inoleſcente tempore, conſuetudinem, legem putat eſſe naturæ, & tyrannica ſuperbia iniqui præceſſerant, & mendacium tempore roborarent, patres & magiſtri veritatis putabantur:

*Idolatriæ origo.*

vnde acciderat, vt hominum error increſceret, & in ritum brutorum animalium vtilia neſcientes, deſpicerẽt verum paſtorem. Dominum, ac furore raptati, tyrannos & principes colerent quaſi Deos, imbecillitatem ſuam in eiuſdem naturæ hominibus conſecrantes. Per quæ eueniebat, vt præſens periculum mortis effugerent, & conciliarent ſibi eos, quorum clementia crudelitate ſæuior erat. Idcirco omnibus errore ſeductis, viuens ſermo Dei in auxilium noſtrum venit ad terras, quæ ignorabant cultum Dei, & veritatis ſolitudinem ſuſtinebant. Cuius rei teſtis eſt ille qui loquitur:

*Rom. 3.*

Omnes deliquerunt, ſimul inutiles facti. Et Prophetæ, Chriſti auxilium deprecantes.

*Pſal. 143.*

Domine inclina tuos cœlos & deſcende. Non vt mutaret loca, in quo omnia ſunt, ſed vt propter ſalutem noſtram, carnem humanæ fragilitatis adſumeret, Paulo eadem concinente:

*2. Cor. 8.*

Cum eſſet diues, pro nobis pauper factus eſt, vt nos illius paupertate diuites eſſemus. Venitque in terra, & de virginali vtero, quem ſanctificauit egreſſus homo, interpretationem nominis ſui Emmanuel, id eſt, nobiſcum Deus, diſpenſatione confirmãs, mirum in modum cœpit eſſe quod nos ſumus, & non deſit eſſe quod fuerat, ſic adſumens naturam humanam, vt quod erat ipſe, non perderet. Quanquam enim Ioannes ſcribat, verbum caro factum eſt,

*Ioan. 1.*

id eſt aliis verbis, homo, tamen non eſt verſus in carnem, quia nunquam Deus eſſe ceſſauit, ad quem & ſanctus loquitur:

*Pſal. 1.*

Tu autem ipſe es. Et pater de cœlo conteſtatur, & dicit:

*Luc. 2.*

Tu es Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Vt & homo factus, noſtra confeſſione permanere dicatur, quod fuit priuſquam homo fieret, Paulo nobiſcum eadem prædicante:

*Heb. 13.*

Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & inæternum. In eo enim quod ait, ipſe, oſtendit illum priſtinam non mutaſſe naturam, nec diuinitatis ſuæ imminuiſſe diuitias, qui propter nos pauper effectus, plenam ſimilitudinem noſtræ conditionis adſumpſerat.

*Omnia humana Chriſtus præter peccatũ habuit.*

Ex tantis & talibus adſumpſit hominem, duntaxat abſque peccato, ex quantis & qualibus nos omnes creati ſumus: non ex parte, ſed totus mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, nulloque, quod noſtræ ſimilitudinis eſt, caruit, niſi ſolo peccato, quod ſubſtantiam non habet inanimem ſine anima: neque enim inanimem carnem habuit, & pro anima rationali ipſe in ea Deus verbũ, nõ fuit, ſicut dormitãtes Apollinaris diſcipuli



*Apollinariſtarũ hæreſis.*

puli ſuſpicantur. Nec dicens illud in Euangelio: Nunc anima mea turbata eſt, Diuinitatem ſuam perturbationi ſubiacuiſſe teſtatur, quod conſequens eſt eos dicere, qui pro anima diuinitatem in corpore eius fuiſſe contendunt: nec rurſum ſolam animam ſibi ſocians ſuſceptum impleuit hominem, ne ex ſimilitudine carnis, & ex diſſimilitudine animæ, mediæ ad ſumptionis diſpenſationem impleſſe credatur in carne noſtri

*Chriſti humanitas nõ habuit diuinitatẽ pro Anima.*

ſimilis exiſtens, & in anima, irrationabilium iumentorum, ſi tamen ſecundum illos, irrationabilis & abſque mente ac ſenſu eſt anima Saluatoris, quod impium eſt credere, & procul ab Eccleſiaſtica fide, ne protinus illo percutiatur elogio, quo Propheta corripit delinquentem, dicens:

*Oſe. 7.*

Ephraim ſicut columba inſenſata non habens cor. Et quaſi irrationalis audiat,

*Pſal. 48.*

Comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Nulli enim dubium, quin irrationabilis, & ſine ſenſu ac mente, anima, iumentis irrationalibus comparetur, vnde & Moyſes ſcribit:

*Deut. 25.*

Bouem triturantem non infrenabis. Et Paulus ſcriptum ediſſerens ait:

*1. Cor. 9.*

Nunquid de bobus cura eſt Deo? an propter nos vtique dicit? Propter nos igitur homo Saluator eſt factus, non propter bruta & irrationabilia iumenta, vt ſimilitudinem animæ iumentorum abſque ſenſu & ratione ſuſciperet.

*Prudentiam carnis quidã animam Saluatoris cauſãtur.*

Sed ne illud, quod eiuſdem hæreſeôs peccatores cauillantur, & garriunt, Eccleſia ſuſcepit, vt prudentiam carnis appellari putet animam Saluatoris, cum perſpicue Apoſtolus prudentiam carnis, inimicam Deo appellet, & mortem: Quod de domino dicere nefas eſt, vt anima eius, mors, & Dei inimica credatur. Si enim nobis præcipit:

*Mat. 20.*

Nolite timere eos, qui poſſunt occidere corpus, & animam non valent, cogentur ſtulta diſputatione ſuſcipere, meliores eſſe noſtras animas anima Saluatoris, dum illa prudentia carnis adſeritur, quæ mors & inimica eſt Dei, noſtra autem mori non poteſt. Quod nequaquam ita intelligendum eſt, Fratres chariſſimi, cum etiam prudentia animæ non poſſit anima nuncupari, & multum inter ſe differant: licet enim prudentia animæ in ea ſit, cuius prudentia eſt, tamen alterum habet, alterum habetur: Et prius anima eſt, ſequens verſatur in anima. Quod ſi prudentia animæ non eſt anima, quanto magis carnis prudentia, anima non poteſt appellari?

*Hæretici gratis cogunt Catholicos ad diſputationem.*

Tendant quantumlibet ſyllogiſmorum ſuorum retia, & ſophiſmatum decipulas proponentes, ſeipſos innectant laqueis, ne id quidem ſcientes, cuius vana ſcientia gloriantur: & diſcant à nobis (quos gratis cogunt huiuſcemodi diſputationem adſumere) aliud eſſe quod ſapit, aliud ſapientiã, aliud quoque quod ſapitur. Et hæc non ſolum verbis inter ſe, ſed & ſenſibus diſcrepare: quæ enim ſapit, rationalis eſt anima: porrò quæ ex ipſa eſt, & ipſius, & non ipſa quæ ſapit appellatur ſapientia: quod autem ſapitur, res eſt quam reſpicit, eáque gignitur ex ſapiente ſapientia, & non ſapiens ipſe, nec ipſa ſapientia. Tandémque deſinant

*Ars Dialectica.*

dialecticæ artis ſtrophis ſimplicia Eccleſiaſticæ fidei decreta peruertere, vt animam Saluatoris, prudentiam carnis appellent, quam Apoſtolus mortem, & inimicam adſerit Dei. Sed & hoc modo nobis contra illos diſſerendum videtur. Scriptum eſt de verbo Dei:

*Ioan. 1.*

Omnia per ipſum facta ſunt. Num credibile eſt & ſapientiam, vel prudentiam carnis, quam illi animam Saluatoris intelligunt, à verbo Dei conditam, vt mortis, & inimicitiæ contra Deum ipſe operator exiſteret, ſibique eas, quod dictu nefas eſt, copulari? Quod ſi nefarium eſt credere, & anima Saluatoris cunctis virtutibus pollet: ergo prudentia carnis non erit anima eius, ne ipſe mortem & inimicitiam contra Deum ſubiunxiſſe credatur.

*Apollinaris contra hæreſes quaſdam ſcripſit.*

Ceſſent Apollinaris diſcipuli, ea quæ contra Eccleſiaſticas regulas eſt locutus, propter alia eius ſcripta defendere: licet enim aduerſus Arrianos, & Eunomianos ſcripſerit, & Origenem, alioſque hæreticos ſua diſputatione ſubuerterit, tamen qui memor eſt illius præcepti,

*Deu. 16. d*

Non accipies perſonam in iudicio, veritatem ſemper debet diligere, non perſonas: & ſcire quod in diſpenſatione hominis, quam pro ſalute noſtra vnigenitus Filius Dei dignatus eſt adſumere, non ſit alienus à culpa, qui ſuper animalibus peruerſa & intellexit, & ſcripſit. Si enim Apoſtolus ait:

*1. Cor. 13.*

Si expendero omnem ſubſtantiam meam, & tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi proderit:

*Hæretici quædam ſana etiã ſcripſerũt*

ita ſiue iſte, de quo nunc ſermo eſt, ſiue Origenes, & alij Hæretici ſcripſerint aliqua, quæ Eccleſiaſticæ Fidei non repugnent, tamen non erunt abſque crimine, Et in iis, quæ principalia ſunt, & ad ſalutem credentium pertinent, Eccleſiaſticæ fidei repugnantes. Neque enim, vt ipſe cum ſectatoribus ſuis nititur adprobare, Dominus noſter atque Saluator animam ſine ſenſu adſumpſit & mente, aut mediam partem eius, duaſque de tribus, ſiue tertiam, vt imperfecte hominem ſaluaret adſumptam: quia nec media, nec reliquæ portiones, perfecti nomen accipient. Et ſicut quod perfectum eſt caret imperfecti vitio, ſic quod imperfectum eſt, perfectum non poteſt dici: Et ſi imperfecte ſimilitudinem noſtram, vel ex parte ſuſceperat, quomodo in Euangelio loquebatur,

*Ioa. 10. c.*

Nemo tollit animam meam à me, poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo ſumẽdi eam? Quæ autem tollitur atque deponitur, nec irrationalis, nec abſque mente & intelligentia dici poteſt, ſed econtrario rationalis & intelligibilis, & mentem habens, ac ſentiens. Atque ita ipſe diſputationis ordo conuincit, nihil à Domino imperfectum eſſe ſuſceptum, ſed adſumptum ab eo hominem plene perfecteque ſaluatum:

*A Chriſto nihil imperfectum aſſũptum eſt.*

Nulli enim dubium, quin irrationabilium iumentorum animæ non ponantur & reſumãtur, ſed cũ corporibus pereant, & in puluerem diſſoluãtur. Porrò Saluator tollens animam, & ſeparans à corpore ſuo, tempore paſſionis, rurſum eam in reſurrectione ſuſcepit. Et multo antequam faceret, loquebatur in Pſalmo:

*Pſal. 15.*

Non derelinques animã meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Nec credibile eſt quod ad inferos caro eius deſcenderit, vel prudentia carnis, quæ appellata ſit anima, inferis apparuerit, ſed quod corpus eius poſitum in ſepulchro ſit, & ipſe nec de corpore & ſapientia carnis, nec de diuinitate ſua dixerit: non derelinques animam meam in inferno, ſed vere de noſtræ

*Anima Chriſti apud inferos.*

naturæ anima, vt perfectam ac rationalem, & intelligibilem, atque ſenſibilem ad inferos animam deſcendiſſe monſtraret. Hortamur eos qui talia ſapiunt, vt errores hæreticos relinquentes, adquieſcant Eccleſiaſticæ veritati, & feſtiuitatem dominicæ paſſionis non faciant imperfectam, ne principalem & maiorem hominis partem in Saluatore negent, abſque anima & mente corpus illius adſerentes. Si enim ita erat, quid de ſe volẽs intelligi loquebatur:

*Ioan. 10.*

Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus. Et ſi tantum carnem hominis adſumpſerat, cur in paſſione dicebat:

*Matt. 26.*

Spiritus promptus, caro autem infirma? Vnde ſciendum eſt, quod ex omni parte temperatum humanæ

conditionis exhibens ſacramentum,perfectam ſimilitudinem noſtræ conditionis adſumpſerit, nec carnem tantum, nec animam irrationalem, & ſine ſenſu, ſed totum corpus, totamque animam ſibi ſocians, perfectum in ſe hominem demonſtrauit,vt perfectam cunctis hominibus in ſe, & per ſe largiretur ſalutem: habenſque noſtri conſortium,qui de terra cõditi ſumus, nec carnem deduxit de cœlo,nec animam, quæ prius ſubſtiterat & ante carnem eius condita erat ſuo corpori copulauit, ſicut Origenis nituntur docere diſcipuli. Si enim anima Saluatoris antequam ille humanum corpus adſumeret, in cœlorum regionibus morabatur,& nec dum erat anima illius:impiiſſimum eſt dicere ante corpus, eam fuiſſe domini, agentem aliquid & vigentem, & poſtea in animam illius commutatam. Aliud eſt ſi poſſunt de ſcripturis docere,antequam naſceretur ex Maria, habuiſſe hanc animam Deum verbum, & ante carnis adſumptionem, animam illius nucupatam. Quod & ſi authoritate ſcripturarum, & ipſa ſuſcipere ratione coguntur, Chriſtũ non habuiſſe animam antequam de Maria naſceretur:in adſumptione enim hominis & anima eius adſumpta eſt, perſpicue conuincuntur eandem animam & illius, & non illius fuiſſe dicentes. Sed ceſſent illi à nouorum dogmatum impietate furibundi. Nos ſcripturarum normam ſequentes, tota cordis audacia prædicemus, quod nec caro illius, nec anima fuerint priuſquam de Maria naſceretur: Nec ante anima in cœlis ſit commorata, quàm ſibi poſtea iunxerit: nihil enim noſtræ conditionis è cœlo veniens ſecum Dominus deportauit. Vnde quicquid contrarium eſt veritati,Euangelica falce ſuccidens loquitur. *Mat. 15.b* Omnis plãtatio, quam non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Verbum opere, comminationem fine conſummans, & dictorum potentiam expletione rerum probans: vt quicquid ſermo pollicitus eſt, geſtorum veritas exhiberet. Sciant igitur ſe huius ſolẽnitatis alienos non poſſe nobiſcum celebrare dominicam paſſionem qui Origenem, vt loquar aliquid de fabulis Poëtarum,Hydram omnium ſequuntur hæreſeωn,& erroris ſe habere magiſtrum & principem gloriantur. *Origenis hydra hæreſeωn.* Quamuis enim innumerabiles texuerit libros, & garrulitatis ſuæ quaſi damnoſæ poſſeſſionis mundo reliquerit hæreditatem, tamen ſcimus lege præceptum, *Deut. 17.* Non poteris conſtituere ſuper te hominem alienum, quia non eſt frater tuus. Qui enim diuerſo tramite ab Apoſtolorum regulis aberrauit, quaſi indignus & profanus choro Chriſti & conſortio myſteriorum eius,de ſolennitate Chriſti eiicitur, & à patribus, maioribuſque natu qui Saluatoris Eccleſiam fundauerunt,procul pellitur, Philoſophorum pannos nitens nouo & firmiſſimo Eccleſiæ conſuere veſtimento, & veris falſa ſociare, vt ex illorum vicinitate fortior probetur infirmitas,& huius pulchritudo violetur. Quæ enim illum ratio? quis diſputationum ordo perduxit, vt allegoriæ vmbris & caſſis imaginibus ſcripturarum tolleret veritatem? *Origenis hæreſes,et allegoriæ.* Quis Propheta ſentire docuit, propter ruinam & lapſus de cœlis animarum,Deum eſſe compulſum corpora fabricare? Quis iuxta beatum Lucam, eorum qui viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis Dei,huic tradidit ad docendum, negligentia, & motu,& fluxu de altioribus rationabilium creaturarum, prouocatum Deum mundi huius condere diuerſitatem? cum creationem eius Moyſes explicans dixerit,nec indicauerit propter aliquas cauſas præcedentes,de rationabilibus ſenſibilia,de inuiſibilibus viſibilia, de melioribus peiora prolata, quod apertiſſime Origenes prædicat: Dicit enim propter peccata intelligibilium creaturarum mundum eſſe cœpiſſe,nolens Paſcha celebrare cum ſanctis, neque cum Paulo dicere: *Rom. 1.* Inuiſibilia Dei, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, Nec cum Propheta vociferari: Conſideraui opera tua & obſtupui. Aliter enim mundi pulchritudo ſubſiſtere non valebat, niſi eum varius creaturarum impleſſet ornatus. Denique Sol & Luna,duo magna luminaria, & ſtellę: *Syderum creatio.* reliquæ antequam hoc eſſent, in quod eas creatas quotidiani curſus teſtatur officium, non erant abſque corporibus,nec propter aliquas cauſas ſimplicitatem priſtinam relinquentes,corporibus circundatæ ſunt,vt ille ſomniat contraria fidei dogmata ſtruẽs: Nec animæ in cœlorum regionibus aliquid peccauerunt, & idcirco in corpora relegatæ ſunt. Si enim hoc ita eſſet,oportuerat Saluatorem nec ipſum corpus adſumere,& animas de corporibus liberare debebat eo tempore,quando in baptiſmate peccata dimittit, ſtatim baptizatum de corporis vinculis ſoluere,quę propter peccata in condemnatione peccati facta commemorat. Sed & reſurrectionem corporum fruſtra pollicetur, ſi expedit animabus abſque grauitate corporum ad cœlum leuius ſubuolare. Ipſe quoque reſurgens,carnem ſuam ſuſcitare non debuit, ſed ſolam diuinitati animam copulare,ſi melius eſt abſque corporibus quàm cum corporibus viuere. Quid ſibi autẽ vult, crebro animas & vinciri corporibus, & ab eis diuidi prædicare, & multas nobis inferre mortes, ignorans Chriſtum idcirco veniſſe, non vt poſt reſurrectionem corporibus animas ſolueret, aut liberatas rurſus aliis corporibus indueret, & de cœlorum regionibus deſcendentes ſanguine & carne veſtiret, ſed vt ſemel corpora ſuſcitata, incorruptione & æternitate donaret? Sicut enim Chriſtus ſemel mortuus,vltra nõ moritur, nec mors ei dominabitur, ita nec corpora ſuſcitata,poſt reſurrectionem,ſecundò vel frequenter intereunt, nec mors eis vltra dominabitur, neque in nihilum reſoluẽtur,quia totum hominem Chriſti ſaluauit aduentus. Sed & illud à ſolennitate Chriſti Origenem alienum facit, *Origenis error de Angelorum creatione, & merito.* quod Principatus,Poteſtates, Fortitudines,Thronos, Dominationes, non ab initio in hoc conditas refert,ſed poſt creationem aliquo honore dignas factas, & aliis earum ſimilibus propter negligentiam ad inferiora delapſis,has inclytis nominibus appellatas:vt iuxta errorem eius, non eas condiderit Deus,Principatus,& Poteſtates,&c.ſed aliorũ peccata illis materiem tribuerint gloriarũ. Et quomodo Paulus Apoſtol⁹ ſcribit: *Coloſſ.* In Chriſto creata ſunt omnia in cœlis,& in terra,viſibilia,inuiſibia ſiue Throni, ſiue Dominationes,ſiue Prĩcipat⁹,ſiue Poteſtates,omnia per illũ,&in illo creata ſunt,& ipſe eſt ante omnia. Si intelligeret vim verbi per quem dicitur, creata ſunt omnia,noſſet ab initio ita eas conditas, & non aliorũ ſocordium, & in inferiorum prolapſum, occaſionem dediſſe deo, vt illas Principatus,& Poteſtates,& Fortitudines reliquas nominaret: maxime cum creaturarum pulchritudo conſiſtat in ordine dignitatũ. Si enim de Sole & Luna, & ſtellis ſcriptum eſt: *Gen. 1.* Fecit Deus duo luminaria magna,luminare maius vt pręeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti, & ſtellas poſuit in firmamento cœli, vt lucerent ſuper terram, nec premium bonorum operum reciperent: vt poſt conditionem ſui in firmamento cœli lucerent, & diebus ſiue noctibus ſuccederent: ſic Principatus & Poteſtates, quæ



tes, quæ in cœlorum regionibus conditæ ſunt, non poſt bona opera in hæc profeciſſe ſentimus, ſed ſic ab initio conditas:neque enim Origenis & diſcipulorum eius imitamur errorem,qui putant in ſimilitudine dæmonum & diaboli, qui propria voluntate talia nomina officiáque ſortiti ſunt, Principatus, & Poteſtates, Virtutes,& Thronos,& Dominationes poſt conditionem ſui boni aliqui perpetraſſe,vt aliis ad inferiora dilapſis ad excelſa conſcenderent, & iis nominibus inſignirentur habentes poſtea, quod prius non habuerant. Quæ dicentes, non intelligunt Pauli ſe ſententiæ contra-ire,in Chriſto creatos Principatus, & Poteſtates,& Thronos,& Dominationes loquẽtis. Quod autem dicit creatos,nulli dubium eſt. quin ſic ab exordio conditi ſint, & non poſtea iſtiuſmodi acceperint dignitates. Verum hæc breuiter ſanxiſſe ſufficiat, ad aliam eius veniamus impietatem, quam velut de profundiſſimis tenebris eructans loquitur,& blaſphemiarum ſuarum peſſimam mundo reliquit memoriam. Dicit enim Spiritum Sanctum non operari ea quæ in anima ſunt, nec ad irrationabilia peruenire. *Origenis error de Spiritu Sancto.* Quod adſerens non recogitat aquas in baptiſmate myſticas, aduentu Sancti Spiritus conſecrari: panémque dominicum, quo Saluatoris corpus oſtenditur, & quem frangimus in ſanctificationem noſtri: & ſacrum calicem quæ in menſa eccleſiæ collocantur & vtique inanima ſunt, per inuocationem & aduentum ſancti ſpiritus ſanctificari. Si ad irrationabilia, & ad ea quæ abſque anima ſunt,Sancti Spiritus fortitudo non peruenit, Cur Dauid canit. Quo abibo à ſpiritu tuo? *Pſa. 138.* Quod dicens,oſtendit Sancto Spiritu omnia contineri,& illius maieſtate circundari, ſi omnia in omnibus, vtique & irrationabilia,& inanima ſunt. Et alibi legimus: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Quod nunquam ſcriptura memoraret, niſi irrationabilia quæque,& inanima illius numine complerentur. Verum non eſt contentus hoc fine blaſphemiæ, ſed in morem lunaticorum,qui furorem ſuum illiſione dentium, & ſpumantium ſaliuarum eiectione teſtantur, rurſum eructat & dicit: *Origenis Error de filio Dei.* Filium Dei,id eſt,rationem,& ſermonem,ac virtutem eius, ad ea tantum quæ rationabilia ſunt peruenire. Quod audiens, miror vnde ſumpſerit,aut quomodo legiſſe ſe neſciat, *Ioan. 1.* Omnia per ipſum facta ſunt? Ex quo adprobatur, ad cunctá Verbi Dei fortitudinem peruenire. Forſitan oblitus & illius hiſtoriæ, *Ioan. 11.* quando virtute Chriſti Lazarus ſuſcitatus eſt,cuius vtique corpus,eo tempore quo de morte ſurgebat in vitam,vt anima,ita & ratione caruit. Ignorauit & illud, quod de quinque panibus quinque millia ſaturata ſunt hominum, *Matt. 14.* exceptis mulieribus, & infantibus:& ſuperfuerunt duodecim cophini fragmentorum, Quod vtique Chriſti fortitudo perfecit. Arbitror eum nec illius miraculi recordatum,quando irrationabiles maris fluctus diuino calcans pede,tranquillitati nauigantium reddidit. Quæ Chriſti virtus, & non alterius patrauit imperium. Quomodo ergo non toto corde, & animo & corpore perhorreſcit, dicens fortitudinem verbi Dei irrationabiles creaturas non poſſe pertingere? Et qui iactat ſe in ſcientia ſcripturarum,& putat tanta legiſſe, quanta nullus hominum legerit,ſciat ſcriptum,quod ægrotantes in lectulis deferebant, & ponebant in triuiis & plateis, vt Petri eos vmbra contingeret & ſanaret, quod ſacra Apoſtolorum Acta teſtantur, *Act. 5.* arguentia Origenis ſtultitiam, per quam id Apoſtolorum vmbra feciſſe conuincitur, quod ille filium Dei, verbum Dei non potuiſſe teſtatur. Simili errore deceptus, & neſciens quid loquatur † eorum qui nolunt Dei prouidentiam vſque ad omnes creaturas & mundi inferiora deſcendere, ſed tantum in cœlorum regionibus commorari, vt ſcilicet id vmbra fecerit Petri, quod implere Saluatoris fortitudo non quiuerit.

*† Hic deeſt, ſequitur errorem, vel aliquid tale.*

*Origenis error de prouidentia Dei.*

Sed & ad illa veniamus, Apoſtolo enim de primogenito filio Dei perſpicue proclamante: *Philip. 2.* Hoc intelliget vnuſquiſque in nobis, quod & in Chriſto Ieſu,qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo,ſed ſeipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Ille auſus eſt dicere,quod anima Saluatoris ſe euacuauerit,& formã ſerui acceperit, vt Ioannes mentitus eſſe credatur,qui ait: *Ioan. 1.* Verbum caro factum eſt,ſimilem noſtræ conditioni ingerens Saluatorẽ,dũ non ipſe qui ſe euacuauit, & formã ſerui accepit,ſed animam illius,& fidem,quæ omnium cõfeſſione firmata eſt,ſua impietate diſſoluit. Si enim anima Saluatoris eſt,quæ fuit in forma Dei,& æqualis Deo, iuxta Origenis inſaniam: æqualis autem Deo filius Dei eſt,& quod æquale Deo eſt, eiuſdem conuincitur eſſe ſubſtantiæ, ipſe nos diſputationis ordo perducit, vt vnius naturæ, animam, & Deum eſſe credamus. Quod cum dicat, ſequitur vt noſtras quoque animas non alterius à Deo naturæ eſſe contendat, nulliſque dubium noſtras animas, & animam Saluatoris vnius eſſe ſubſtantiæ, vt iam factor atque factura vnius naturæ ſint. Et quomodo in Chriſto creata ſint omnia, ſi animæ hominum eiuſdem cum creatore ſubſtantiæ ſunt? Verum non eſt ita, Fratres, nec anima Saluatoris,ſed ipſe filius Dei cum eſſet in forma Dei,& æqualis Deo,ſe exinaniuit,formam ſerui accipiens. *Animam Saluatoris non exinaniuiſſe ſe.* At Origenes in profundum impietatis demerſus cœnum, non intelligit ſe gentilium eſſe participem, qui Idola pro Deo venerantes, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, *Rom. 1.* & immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, quod & iſte incurrens,ſimili errore deceptus eſt:in forma enim & æqualitate Dei animam Saluatoris adfirmans, ſicut ſuperior ſermo memorauit,impietati ethnicæ æqualis eſt. Vt enim illi immutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, *Rom. 1.* dicentes Deos eſſe qui non erant, ſic iſte immutauit gloriam incorruptibilis Dei,in forma illius & æqualitate animam Saluatoris adſerens, quæ creata eſt,& hanc ſe euacuaſſe, & non verbum Dei ad terrena veniſſe,ſicut Apoſtoli adfirmat authoritas. Nec erubeſcit, ex multiloquio immemor ſui, & animam hominis nolens à conditionis exordio ſic vocatam, ſed ex eo, quod quæ prius mens & ſenſus erat, frigus negligentiæ & infidelitatis adſumpſerit. *Quæ etymologia magis Græcę quàm Latinæ linguæ conuenit.* Si autem æqualem Deo,& in forma illius conſtitutam animam adſerit Saluatoris, ergo & illa ex frigore charitatis ſortita vocabulum eſt, & prioris nominis perdidit dignitatem: *Animas vnde Origenes duxerit.* Generalis enim illius diſputatio eſt, animas hominum appellatas ex eo,quod calorem priſtini feruoris amiſerint. Igitur ſi omnium animæ recepto frigore ſunt vocatæ, & confitetur animam habuiſſe Saluatorem,ſequitur & ipſam de mente & ſenſu dicat ad huiuſmodi vocabulum commigraſſe. Quod licet ſermo nec taceat, apertáque impietas illius inſaniam reprimat, tamen ipſa dicere neceſſitate compellitur, quæ prioribus dictis ordine nectit ſequentia. Aut enim negare debet habuiſſe animam Saluatorem, vt apertiſſime contra Euangeliorum veniat authoritatem: aut ſi non poteſt ſibi contraria loqui, etiam hanc ex frigore

charitatis de mente & ſenſu confitebitur animam nũcupatam: omnium quippe animas, qui receſſerint à Deo, & calorem diuinæ charitatis amiſerint, ex frigore æſtimat appellatas. Quis non credat eum hoc ſacrilegij fine contentum? Aliam rurſus filio Dei nectit calumniam, & iis verbis loquitur:

*Animam & filium Dei, vnũ eſſe Origenes affirmat.*

Si ſicut pater & filius vnum ſunt, ita & anima quam adſumpſit filius, & ipſe filius Dei vnum ſunt. Nec intelligit patrem & filium vnum eſſe propter communionem ſubſtantiæ & eandem diuinitatem, filium autem & animam eius diuerſæ, & multum inter ſe diſtantis eſſe naturæ: Etenim ſi ſicut pater & filius vnum ſunt, ſic & anima filij, & ipſe filius vnum ſunt, vnum erit pater cum anima Saluatoris, & ipſa dicere poterit: Qui videt me, videt & patrem.

*Ioan. 14.*

Sed non eſt ita, abſit hoc ab Eccleſiaſtica fide: filius enim & pater vnum ſunt, quia non eſt inter eos diuerſa natura. Anima autem & filius Dei, & natura inter ſe diſcrepant & ſubſtantia, eò quod & ipſa à filio condita, ſit noſtræ conditionis atque naturæ. Si enim ſicut pater & filius vnum ſunt, ſic anima filij Dei, & ipſe filius vnum ſunt, vnum erit (vt iã diximus) anima & Deus Pater: & anima Saluatoris, ſplendor gloriæ & forma ſubſtantiæ eius eſſe credetur. Verum hoc dicere impium eſt atque blaſphemum. Eiuſdem igitur impietatis eſt, filium & animam illius, vnum dicere: cuius patrem & filium, vnum negare. Rurſum immemor ſui, contraria ſibi loquitur, ait enim: Anima quæ turbata eſt, & triſtis effecta, non erat ipſa vnigenitus & primogenitus omnis creaturæ, nec verbum Dei, quod conditionem animæ ſuperans, & vere filius Dei, in Euangelio loquebatur:

*Ioan. 10.*

Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi illam. Ergo ſi melior eſt & potentior filius Dei anima ſua (quod nulli dubium eſt) quomodo anima illius in forma Dei eſſe poterat, & æqualis Deo, vt dicat ſe euacuaſſe, & ſerui adſumpſiſſe formam?

*Origenes omnes Hæreticos vincit.*

Omnes Hæreticos magnitudine blaſphemię ſuperat: Si enim in forma Dei, & æqualis Deo, verbum Dei eſt, in forma autem Dei & æqualitate eius anima Saluatoris eſt, quomodo poterit inter æqualia aliud eſſe maius, aliud minus? Ea enim quæ inferioris naturæ ſunt, ſublimiorem naturam atque ſubſtantiam ſui deiectione teſtantur. Non ei ſufficit iſta blaſphemia, ſed trans flumina Aethiopiæ currum ſtultitiæ ſuæ dirigens, iterum furibundus exultat, tot dicens voluntate ſua Deum condidiſſe rationabiles creaturas, quot poterat gubernare.

*De creatione error Origenis.*

Vt virtutem Dei, imbecillitati hominum & cæteris quæ creata ſunt, comparet: Nam in humano corpore, tot fortitudo eius membra ſuſtentat & regit, quot poteſt ex eis infuſa vegetare: & eam nobis tribuit temperantiam, quam valet ſua præſentia regere, tantúmque virtute ſuſtentat, quantum poſſunt membra hominum ſuſtinere.

*Dei potẽtia.*

Deus autem maior iis quæ ipſe fabricatus eſt, cum illis menſuram in creatione præſtiterit, quam rerum ordo poſcebat, & quo amplius ſuſtinere non poterat, plus poteſt quam ea quæ facta ſunt, capiunt.

*Ironia.*

At ille columen veritatis, terminabilem Dei adſerit fortitudinem, & minorem artibus hominum: cementarij quippe, & ij qui ſtruendarum domorum callent ſcientiam, maiora poſſunt ædificare quàm fecerunt, ſi tamen queant fundamenta ſuſtinere quæ ſuperædificanda ſunt, nec fabricatio, cogitationis artium finis eſt.

*Ars opere maior eſt.*

Cúmque opera tanta perfecerint, quãta rerum neceſſitas flagitabat, habeántque menſuram vltra quam ſi fuiſſet aliquid extructum, indecens & inutile probaretur, ars ipſa plus mente continet, quàm opere demonſtrauit: nec fine rerum, finis imponitur ſcientiæ, ſi tamen, vt dixi, quicquid mens conceperit, & magnitudine operum cogitatio dilatarit, poſſint ea quæ ſubiecta ſunt ſuſtinere. Et quomodo non impium eſt humanæ arti finem non imponere, nec operibus ſuis artificum ſcientiam coæquare, & Deum tanta feciſſe dicere rationabilium creaturarum, quanta facere poterat? Audiat ergo & diſcat impius, quod nõ tanta eſt virtus Dei, quantas feciſſe dicitur rationabiles creaturas, ſed imponens menſuram operibus, vltra quam eſſe non poterant, & rerum numerum, diſpoſitionis ſuæ arte concludens, ipſe menſura & numero non tenetur. Ex quibus liquido apparet, non eum tanta feciſſe, quanta rerum neceſſitas expetebat, tantum eius feciſſe virtutem. Ponamus exemplum, vt quod dicimus manifeſtius fiat:

*Elegans comparatio.*

Si quis opulentus paterfamiliâs conuiuas ad cœnam voluerit inuitare, & tantas offerre dapes quæ implere poſſint auiditatẽ cœnantiũ, nõ ſtatim quantũ illi comederint, & quantum eis fuerit præparatum, tantum diues dominus habere poterat, ſed præbuit eis quantum conuiuij dignitas expoſcebat: ſic & omnipotens Deus vincens comparationis exemplum, non tantas fecit creaturas, quantas poterat, ſed tantæ ab eo factæ ſunt, quantæ debebant fieri.

*Origenes ſeminariũ loquacitatis.*

At ille verboſitatis ſeminarium, contexit & replicat, & ait: Tanta fecit Deus, quanta poterat comprehendere, & ſibi habere ſubiecta, ſuáque prouidentia gubernare. Nec audit Prophetam dicentem:

*Iſ. 40.c*

Si omnes gentes vt ſtilla de ſitula, & ſicut momentum ſtateræ computatæ ſunt, & quaſi ſaliua deputabuntur, cui adſimilaſtis Deum? Et rurſum: Quis menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo, & omnem terram pugillo? Si ad comparationem fortitudinis Dei aqua menſuratur manu, & cœlum, palmo, & omnis terra, pugillo: hæc autem per metaphoram dicuntur, vt eorum quæ facta ſunt vilitas, ex factoris magnificentia comprobetur (neque enim diuerſitate membrorum compoſitus eſt Deus) quomodo tanta feciſſe dicicitur, quanta poterat ſua virtute comprehendere? Calcemus quod cœpimus, & ſenſum noſtrum plenius explicemus.

*Iſ. 40.d*

Si omnes gentes quaſi ſtilla de ſitula, & quaſi momentum ſtatere reputatæ ſunt, & quaſi ſaliua reputabuntur (per quæ verba omnium creaturarum vilitas, & parua ſubſtantia demonſtratur, vt appareat incomparabilis ſublimitas Dei) ergo & fortitudo eius ſicut ſtilla de ſitula, & ſicut momentum ſtateræ, & ſaliua hominis reputabitur, ſi iuxta Origenem tanta fabricatus eſt quanta poterat ſua virtute comprehendere: & neceſſe eſt numero menſuráque factorum Dei fortitudinem coæquari, ſi tamen non potuit facere maiora quàm fecit. Verum non puto quempiam, non dico hominum, ſed ne dæmonum quidem hæc de eo audere confingere, quæ ille & ſenſit, & ſcripſit, tantam Deum feciſſe materiam, quantam ornare poterat, & in rerum formas diuidere.

*Origenis error de Materiæ creatione.*

Quæ ſentiens rurſum diſcat à nobis, non quanta fecit Deus, tanta facere poterat, ſed quantam menſuram, rerum ordo poſcebat, tanta fabricatus eſt Deus multo maiorem habens & artem & fortitudinem, quam ea quæ facta ſunt numerum atque mẽſuram. Et hoc ſciat Prophetarum teſtimoniis comprobari, è quibus ait: Operuit cœlos virtus eius. Et alter clamitat: Terram autem ſicut nihili fecit: Vt maiorem Dei eſſe virtutem iis quę facta ſunt prædicarent. Porrò quod dixit: terram ſicut nihili fecit, de vniuerſis creaturis Apoſtolus interpretans loquitur:

*Rom. 4.*

Qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ſint: Vt & per hæc verba diſcamus, maiorem eſſe fortitudinem



titudinẽ Dei, quã ea quæ ab illo facta ſunt. Et nõ erubeſcit cõtra Dei fortitudinẽ diſputãs dicere, quod tãtũ poſſit Deus, quantũ ei ad operãdũ materia miniſtrarit: Nec intelligit aliã naturã eſſe factorũ, & aliam eius qui factor eſt Deus, neq; poſſe tãtũ illã de qua aliquid fit, quantum is poteſt, qui ex ea aliquid fabricatur: diuerſarum enim ſubſtantiarum diuerſa eſt virtus atque conditio. Quopropter ſi volunt cum Eccleſia Dominicum Paſcha celebrare, qui authoritati ſcripturarum, Origenis præferunt deliramenta, audiant inclamantem Deum: Et non oſtendi illa tibi vt ambulares poſt ea. Ac Prophetam lachrimabiliter commonentem:

*Zach. 2.*

O ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, quia à quatuor ventis congregabo vos, in Sion ſaluamini, qui habitatis filiam Babylonis. Vt erroris tenebras, frigúſque ignorantiæ relinquentes, ad ortum ſolis iuſtitiæ, iuncti magnorum ſtudiis conuertantur, & inhabitantes calidiſſimam plagam cœli, quæ in ſcripturarum feruore ſentitur, paſtores Eccleſiaſticos, ſpreta Origenis amentia, ſciſcitentur, & dicant:

*Matt.*

Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum?

*Præſepe Chriſti.*

Cum illum inuenerint iacentem in præſepi, humili videlicet eloquio ſcripturarum, offerunt ei aurum, & thus, & myrrham, id eſt, fidem probatam, & omni veritatis ſplendore fulgẽtem, conuerſationis beneolentis fragrãtiam, & continentiam, luxũ voluptatis, & fluitantia carnis incentiua ſiccantem:

*Magorũ munera.*

Qui enim poſt crebras commonitiones, Eccleſiaſticæ fidei contradicũt, duplici languore retinẽtur, nequitia & imperitia, & in morẽ ſerpẽtiũ toti ad terrena cõuerſi, adhærẽtéſque humo, bonis mala præferunt, nec nouerunt quæ ſit differentia vitiorum atque virtutum, & de ſanctis ſcripturis in correptionem, & ſanitatem ſui, medicamenta contemnunt,

*Hæreticorum morbi.*

in morem prægnantium mulierum veritatis faſtidia ſuſtinentes quæ ſolitos cibos reſpuunt, & noxia quæque ſectantur, nec valent contra veritatis radios clarum animæ lumen intendere, deſpicientes Eccleſiaſticam diſciplinam, quaſi porci volutantur in cœno, & vnguenta contemnunt. Sed iuſtum eſt, vt ſaltem de exemplis quæ inferimus recipiant ſanitatẽ: ſicut enim oculo officit lippitudo, & totum corpus populatur febris, æs quoque & ferrum paulatim rubigo conſumit, ita dogmatum peruerſorum pernitioſa contagio animarum negligentium pulchritudinem violat, & deformi eos mendaciorum pallore perfundit.

*Errores animæ ſunt pro rubigine.*

Obſecro, Fratres, vt ignoſcatis dolori meo, ſceleratas doctrinas in medium proferenti: Licet enim per Babylonię flumina tranſierimus, vt captiuos ibidem commorantes ad feſtiuitatem Hieruſalem pergere ſuaderemus, tamen miſericordia Dei, ipſi captiuitatem non ſenſimus, proſperis ventis ſcripturarum vela pandentes. Nec obruerunt nos doctrinæ hæreticæ gurgites intumeſcentes, nec mendaciorum tempeſtas terruit, neque torrentes iniquitatis in medio eorum pelago pertraxerunt, vbi iuxta Pſalmiſtam canentem: reptilia quorum non eſt numerus, & Draco diabolus commorantur, venenatiſſimum animal ſanctorum luſibus patens: nec, vt cuncta breui ſermone concludam, ex omni parte ventorum flabra conſurgentia Eccleſiaſticam nauem ſubuertere potuerunt, & ſtudiorum noſtrorum ſæuo turbine operire remigium.

*Marc. 6.*

Et cum Saluatore Domino, inſtar diſcipulorum illius, nauigantes transfretauimus, & portum quietis intrantes, pulcherrimum diuinorum voluminum littus amplectimur, varios carpentes flores ſcientiæ, & niuea membra ſapientiæ preſſis figentes oculis, in eius hęremus amplexibus, & ſi dominus conceſſerit viuentes cum ea, & in illius perſeuerantes amore cantamus:

*Sap. 8.*

Amator fui pulchritudinis eius. Quotquot enim diligentius ſcripturas ſanctas legunt, & per picta ſermonum cœleſtium prata diſcurrunt, hac beatitudine perfruentur: Qui autem relinquentes dominicæ ſolennitatis virorem ad deſerta tranſcendunt, in morem vrbium quæ abſque muro ſunt, hoſtiles dæmonum impetus ſuſtinent. Quapropter imminentia feſta celebrantes, intelligamus & noſmetipſos, & vniuerſa quæ noſtra ſunt, ſcientiámque & rationalem animam noſtram, quaſi matrem cunctis ſtudiis amplexemur, habentes radicem ſermonis, atque rationis ſcientiæ notionem, ſermonem autem, vt ita dicam, operis veſtibulum. Porrò opus ſermonis, & ſcientiæ ædificij tecta perfecta, & firmiſſimum domus culmen impoſitum:

*Scientia & fides abſque opere irrita eſt.*

ſermo enim & ratio, & ſcientia, & fides abſque opere caſſa ſunt & inſtabilia. Et vt aliquid propter eos qui dialecticis artib. inſtituti ſunt, ex illa doctrina videamur adſumere, quomodo ſi verbum nomini coniungamus, perfectus ſenſus efficitur, verbúmque ſi ſolum fuerit, aut nomen ſine verbo nihil eſt omnino quod dicitur, ſic ſcientia abſque opere, & opus ſine fide infirma ſunt & caduca: & econtrario ſcientia operi copulata, perfectæ virtutis indicium eſt. Tacita quippe animi cogitatio, arcanus eius eſt ſermo, qui per linguam forinſecus reſonans profert mentis ſententiam. Cúmque ſermo fuerit opere conſummatus, ſcientiæ & cogitationi noſtræ finis imponitur. Atqui cogitationis, & ſermonis, & operis reddemus rationem in iudicio, accuſantibus ſe inuicem cogitationibus noſtris, ſiue defendentibus in die qua iudicaturus eſt Deus abſcondita hominum per Ieſum Chriſtum, ſicut Paulus Apoſtolus ſcribit.

*Rom. 2.c*

Quod cum ita ſit, adpropinquante feſtiuitate Domini, dicamus ad eos quos Origenis error inuoluit, & fraudulentia captiuos tenet: fugite de medio Babylonis, & reſaluate vnuſquiſque animam ſuam.

*Hier. 51.*

*Babylon calix aureus.*

Quamuis enim iuxta vaticinium Prophetæ, Babylon calix aureus eſſe dicatur, & compoſitione ac lepore verborum, veritatis pulchritudinem præferat, & transfiguret ſe in angelum lucis, tamẽ ſciendum, quod quicunque bibũt de vino illius, mouẽtur & corruũt & contriti, lamentatione ſunt digni.

*Murus cõtinentiæ.*

Nos autẽ mortiferis perturbationibus reſiſtẽtes, muro cõtinẽtiæ vallemus animam, & libertatem illius quotidiana virtutum exercitatione tueamur: Sicut enim venditi ſerui, eorum qui pro eis dedere precium, & famuli & verberones vocantur, ita qui animas ſuas variis vendidere deſideriis, horum quibus ſe tradiderint, famuli nuncupantur, & quaſi crudelibus obediunt dominis.

*Audacia quid ſit.*

Cúmque & emendatores erroris ſui rigida fronte contemnant, temeritate ſtultitiam defendentes, ignorant quod audacia nihil ſit aliud, vt mihi quidem videtur, niſi abſque ſenſu & cogitatione ſententia, procul à ſe fugans gubernatorem perturbationum, animum. Cúmque tali fuerit ſpoliata præſidio, præceps in profundum fertur impietatis, & quaſi quodã amariſſimo reumate lumen mẽtis obſcurat, oculúmque eius ſecundum eloquium ſcripturarum intractabili tenebrarum nocte circumdat. Vnde qui Origenis erroribus delectantur, feſtiuitatis dominicæ non ſperent præconia: nec vnguenta, aurum, & margaritas quærant in luto, neque matrem ſuam Eccleſiam, quæ eos genuit & nutriuit, in magnis vrbibus lacerent, qui aliquando propter illum & diſcipulos eius gentilium in nos odia ſuperant, & in dilectione eorum in nos maledicta congeminant, diuitúmque obſident fores, nec audire metuunt cum Iu-

*Eſaiæ.1.* dæis: Filios genui & exaltaui, ipſi autem me ſpreuerunt. A Qui mihi videntur neſcire omne verbum veritatis, non habens fundamentum (Et ſi ad horam, audientem illexerit vt putet verum eſſe quod non eſt) paulatim diſſolui & in nihilum redigi, vniuerſámque ſententiam quæ in morem torrentis de peſſima mente profertur, obruere authorem ſuum: & literas, ſyllabáſque, quibus erat contexta perdentem, abſque ſenſu & ſono & vlla imagine derelinqui, & inſtar venenatiſſimi colubri percutere prolatorem ſuum, ſtatimque retrahere caput, & quaſi in foramine mentis tabeſcere atque conſumi: Nam mendaciorum finis, interitus eſt. Illi qui quondam iactabant ſe ſolitudinis amatores, ſaltem paruulam ad occultanda maledicta ſuper labia furoris ſui ædificent cellulam, B non de ſanctis Hieruſalem lapidibus, ſed informibus Babylonis ſaxis, quæ indolata, & inæqualia, ruituræ domus parietes fulciant. Quanquam effœminatis auribus, & Gẽtilium odiis ſe noſtri detractioni commendent, carpentes Eccleſiaſticam diſciplinam, & patientia noſtra quaſi quodam temeritatis fomite abutentes. Tamen aliquando taceant & quieſcant, & audiant Prophetam dicentem: *Pſal.33.* Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquãtur dolum. Deſiderentque ea ſapere, quæ digna ſunt vita ſolitaria, & Eccleſiæ principem ac magiſtrum non contriſtent Deum.

Vos autem obſecro, Fratres, vt in commune oremus pro eis, & prophetali voce dicamus: *Hier.9.* C Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarũ? *Orandum pro hæreticis.* & plorabo die ac nocte vulneratos filiæ populi mei: dei miſericordiam deprecantes, vt liberet eos errore quo vincti ſunt: & odium, quo aduerſum nos fruſtra inſaniunt, amore commutent. Vnde & nos obliti iniuriarum, indulgentiſſimo eos cupimus recipere ſinu, & *Eccleſiæ indulgentia in hæreticos.* illorum ſanitatem & conuerſionem ad Deum propriam ſanitatem & gloriam computamus. Et ſi aliter non poſſunt curari niſi noſtra humilitate, vltro eis ſatisfaciamus: nihil eis tulimus, nihil nocuimus, tametſi indignantur & ſæuiunt contra Eccleſiæ medicamina, quibus vulneratis ſanitas redditur. Nos quæ ſcimus D loquimur, & quæ didicimus prædicamus, orantes vt qui Eccleſiaſticas deſpiciunt regulas, normam recipiant veritatis, nec propter hominum confuſionem, per quam difficulter errantes corrigi ſolent, perdant vtilitatem pœnitentiæ. Et nunc dicimus, & idem frequenter ingerimus, vagari eos nolumus, nec per alienas errare prouincias, ſed ad extorres & furibundos *Hier.51.* cum Propheta clamamus, & loquimur. Saluamini de terra, & reuertimini, & nolite ſtare, recordamini, qui procul eſtis à Domino, & Hieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum. Forſitan hæc audientes, Eccleſiaſticæ cõgregationis amor ſubeat, & recordentur fraternæ in commune lætitiæ: hymnorum, quibus cum cæteris E dominum concinebant, frigúſque odiorum, dilectionis calore commutent, *Frigus odiorum.* & intelligant nos medicos, non inimicos: indulgentiſſimos patres, non hoſtili tumentes ſuperbia. Neque enim fieri poteſt, vt quos ſaluari volumus, perire cupiamus: & non eis Eccleſiaſticam virgam conuerti in baculum, ſi tamen relinquentes errorem, veritatem ſequi velint, & omittere temeritatem laſciuientium puerorum. Sin autem reſpuunt eam, & contemnẽtes Eccleſiaſticam diſciplinã, eleuant cornu ſuum contra regulas eius; & ſalutaria ſpernentes conſilia, proiiciunt retrorſum, audiant dominum comminantem: Homo qui fecerit in ſuperbia, vt non au- *Deut.17.* diat ſacerdotem, qui ſtat ad miniſtrandum in nomine Dei ſui, vel Iudicem quicunque fuerit in diebus illis, A morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël, & omnis populus audiens timebit, & non impie aget vltra. Verum ne occupati circa vulneratorum curationem, noſtri immemores ſimus, & propria negligamus, iuxta quod ſcriptum eſt: *1.Cor.9.* Aliis prædicantes, ipſi reprobi inueniamur, commonemus ſtantes vt caueant, ne dum iacentibus manum porrigunt, ipſi corruant, & vt ſeruantes Eccleſiaſticam diſciplinam, futurum iudicium reformident. Igitur dominicum Paſcha celebrantes, *Paſcha quo pacto recte celebretur.* ſanctis ſcripturarum purificemur eloquiis, & ad trophæa Saluatoris reſpicientes, cuncta offendicula, quibus vitæ noſtræ curriculum retardatur, auferamus è medio. Auaritiam quaſi fœneratorem peſſimum de- B clinantes: vanæ gloriæ cupiditatem, vt inſatiabilem iugulemus feram, & fornicationis blandum ac lubricum colubrum ſollicita mente vitemus. Si quando nobis proſperior rerum aura ſucceſſerit, humilitate & manſuetudine tumorem animi temperemus: Si aduerſi venti flauerint, fortitudine preſſum & iacentem animum ſuſcitemus, ipſique noſtri peccati accuſatores ſimus, vt ſcientes noſmetipſos corripiamus, & iugi meditatione virtutum, libertatẽ animæ quæ vitiis oppreſſa eſt, recuperemus. Quapropter poſiti in certamine & ſudore ac labore præſentium, futuram nobis ſolennitatis cœleſtis gloriam præparantes, priuſquam ſtemus ante tribunal Chriſti, præterita peccata Pœnitentia C corrigamus, præſenti fletu redimamus futura gaudia, aculeóque conſcientiæ in morem apium, noxios peccatorum fucos repellamus, plena ceris ac melle aluearia reſeruantes. Curemus diuerſa vitiorum vulnera, & *Diuites rapaces.* rapinas diuitum, quibus vel maxime hoc hominum capitur genus, crebris commonitionibus reprimamus. Et ſic poterimus imminentium ieiuniorum iter *Quadrageſimæ obſeruatio.* carpere. Incipientes quadrageſimam à triceſima die menſis Mechir. Et hebdomadam ſalutaris Paſchæ quinta die menſis Pharmuthi. *Hebdomada Paſchæ.* Finientéſque ieiunia ſecundum Euangelicas traditiones veſpere ſabbati decima die Pharmuthi: Et illuceſcente ſtatim Dominica, feſta celebremus vndecima die eiuſdem menſis, iun- *7.Hebdomadæ Pẽthecoſtes.* D gentes & ſeptem reliquas hebdomadas ſanctæ Pentecoſtes: vt cum iis qui trinitatis vnam confitentur diuinitatem, in cœlis præmia recipiamus, in Chriſto Ieſu domino noſtro, per quem, & cum quo deo patri gloria, & imperium, cum ſancto ſpiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

Salutate inuicem in oſculo ſancto. *Oſculum ſanctum.* Salutant vos omnes qui mecum ſunt fratres. Et hoc neceſſario ſcribimus, vt ſciatis pro ſanctis & beatis Epiſcopis qui in Domino dormierunt ordinatos eſſe, in Lemnado pro Herone Naſeam: in Erythro pro Sabatio, Paulum. In Omboes pro Syluano, Verrem. His ergo ſcribite, & *Pacificæ Epiſcoporum.* ab iis accipite pacificas iuxta Eccleſiaſticum morem E literas.

*Theophili Alexandrinæ vrbis Epiſcopi, ad totius Aegypti Epiſcopos Epiſtola paſchalis ſecunda D. Hieronymo interprete.*

CHriſtum Ieſum Dominum gloriæ, Fratres chariſſimi, *Exhortatio ad feſtum & gaudium Paſchale.* rurſum conſona voce laudemus, & alacres adorantes, Prophetæ verba complentes, qui dicit: Cãtate domino hymnum nouum, quotquot fidei perducentis ad regna cœlorum participes ſumus, ſanctæ ſolennitatis ſuſcipiamus aduentum, & imminentia feſta, totius nobiſcum vrbis feſtiuitate celebremus: clamante vno de ſapientibus. Veni, comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum, quoniam compla-



complacuerunt deo opera tua. Qui enim bonorum o- A perum ſunt, & lacte infantiæ derelicto ſolidioris cibi alimenta ſuſcipiunt, diuinos ſenſus altius intuentur, & ſaturati ſpiritali cibo, laudatorem, & teſtem vitæ ſuæ habent Deum, & ad iſtiuſmodi conuiuas Eccleſiaſtes *Eccle.9.* loquitur: Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Vt virtutum veſte circundati, ſplendorem ſolis imitemur, & quotidiana lectione ſanctarum ſcripturarum, infundat oleum ſenſui ſuo, & patet mentis lucernam, quæ iuxta præce- *Matth.5.* ptum Euangelij luceat omnibus qui in domo ſunt. Igitur conuiuas tales, & qui ſic paſſionis dominicæ feſta concelebrent æmulantes, cum ſancto dicamus: Laudabo dominum in vita mea, pſallam Deo meo quàm- *Pſal.103.* B diu ſum. Feſtinemuſque ad Angelorum metropolim quæ libera eſt, & nulla malitiæ ſorde maculatur, in qua nec diſſenſiones ſunt, nec ruinæ, & de altero ad alterum tranſmigratio, omníque voluptate calcata, & cõpreſſis luxuriæ fluctibus qui aduerſum nos crebrius intumeſcunt, cœleſtibus miſceamur choris, vt iam nunc illuc mente tranſlati, & auguſtiora videntes loca, ſimus quod futuri ſumus. Qua beatitudine indignos ſe fecere Iudæi, qui ſcripturæ ſanctæ opibus derelictis, & paupertati intelligentiæ adquieſcentes magis vſque *Pſal.94.* hodie audiunt: Semper errant corde. Et nolunt præ- *Pſal.117.* ſente Chriſto dicere: Benedictus qui venit in nomine domini. Præſertim cum omni voce opera clariora, C Deum illum eſſe teſtentur, & nequaquam dicere: hæc dicit dominus, ſed ego dico vobis. Per quæ oſtendit ſe latorem legum, & Dominum Deum verum, & non eſſe vnum quemlibet Prophetarum: neque enim diuininitatem eius, quæ nullis locorum ſpatiis circunſcribitur, adſumptio ſeruilis formæ poterat obſcurare, nec anguſtia humani corporis, ineffabilem maieſtatis terminare virtutem eius quem operum magnitudo Dei filium comprobat. Nam cum frementis maris elatos gurgites, & inſtar montium intumeſcentes, trãquillitati ſubitæ reddidiſſet (Apoſtolorum nauicula *Matth.14* de naufragio liberata) & imperium præſentis Domini aquarum profunda ſenſiſſent, cúmque colluctantibus ventis, & ex omni parte fluctibus excitatis, tanta D diſcrimina, Saluatoris iuſſione ceſſaſſent, quaſi diuino ſpiritu afflati qui pariter nauigabant, Vere, inquiũt, filius dei es. Non ambigentes de diuinitate, cuius magnitudinem opera loquebantur: De illo enim prophetale vaticinium eſt: Tu dominaris fortitudini maris, & *Pſal.88.* motum fluctuum eius tu comprimis. Et ipſe Propheta canticum ſignat, vt non ſolum in verbo, ſed & in virtute Deus verus qui viſus eſt, crederetur, excellentia operũ, quod latebat oſtendẽte. Perfectus deus propria volũtate quicquid humanę fuit & naturę & cõditionis adſumens, abſque peccato duntaxat & malitia quæ nullam habet ſubſtantiam, infans naſcitur, Ema- *Matth.2.* E nuel adoratur, Magi de oriente veniunt, Deum dei filium genu poſito confitentur, tempore paſſionis pendens in cruce ſolis obſcurat radios, nouo inauditóque miraculo diuinitatis ſuæ exprimens magnitudinem. Et indiuiſus & inſeparabilis, nec in duos ſaluatores quorundam errore ſeiunctus. Vnde & ad diſcipulos *Matth.23* loquebatur: Nolite vocare magiſtrũ ſuper terram: vnus eſt enim magiſter veſter Chriſtus. Neque enim cum hæc Apoſtolis, à corpore quod patebat aſpectui, diuinitatis excellentiam ſeparabat. Nec quando vnum ſe Chriſtum Dei filium teſtabatur, animam diuidebat & carnem: non alter & alter, ſed vnus atque idem vtrunque ſubſiſtens, Deus & homo, dum ſeruus videtur & Dominus adoratur: ſiquidem in humani corporis A vilitate ineffabilem cęlabat Deum, & rurſum fragilitatem carnis diuinis operibus excedebat. Et ne vnus quilibet ſanctorum, vt à pleriſque æſtimatum eſt crederetur, ſed ille quem & Paulus oſtendere volens, ſcribit: *1.Tim.2.* Vnus Deus, vnus & mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus Et iterum: Mediator autem vnius non eſt, Deus autem vnus eſt. Quia vnus filius patris, noſtrique mediator, nec æqualitatem eius amiſit, nec à noſtro conſortio ſeparatus eſt, inuiſibilis Deus, & viſibilis homo: forma ſerui abſconditus eſt, & dominus gloriæ, confeſſione credentium comprobatur: Neque enim priuauit eum pater naturæ ſuæ nomine, poſtquam pro nobis homo, & pauper effe- B ctus eſt, nec in Iordane fluuio baptizatum appellauit *Lucæ.2.* vocabulo, ſed filium vnigenitum: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Nec ſimilitudo noſtra in diuinitatis eſt mutata naturam, nec diuinitas in noſtræ naturæ verſa eſt ſimilitudinem, ſed manens quod à principio erat, Deus verbum & in ſe nos glorificans, non venit, iuxta Hieremiam, vt diceret: *Hiere.15.* Heu mihi mater, vt quid me genuiſti virum qui iudicaret omni terræ? non profuit mihi quiſquam qui libertatem damnaturus aduenerat. Nec iuxta Eſaiam vociferabatur: *Eſaiæ.6.* Væ mihi, quia cum ſim homo, & immunda labia habens, & in medio populi immunda labia habentis habitem, regem dominum ſabaoth vidi oculis meis. Ipſe C enim erat rex gloriæ, vt in 23. Pſalmo ſcriptum eſt: In patibulo victor exiſtens, & hoſtilia bella compeſcens, vt hominem fictum ex humo cœlorum habitatorem faceret, & trophæi ſui communione donaret. Igitur quanquam hoc nolint qui eum putant in alium commutatum, Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe eſt & in æternum, nunquam habiturus regni ſui finem iuxta ſceleratum Origenis errorem, ne ceſſante regno, etiam æternitate priuetur, ſed coram omnibus loquens: *Ioan.14.* Ego in patre, & pater in me. *Chriſti regnum eſſe perpetuũ.* Et docere nos cupiens, quod & pater in filio, & filius in patre creaturis omnibus imperaret, & hoc ipſum roborans inferebat: Ego & pater vnum ſumus, ne quis vnum ſuum patríſque re- D gnum humanæ carnis occaſione diuideret. Quod ſi iuxta Origenis inſaniam aliquando amiſſurus eſt regnum Chriſtus vnigenitus filius Dei, quomodo ipſe Apoſtolis loquebatur: Ego & pater vnum ſumus, non vnum poſtea habiturus imperium? vt ſcilicet hic habeat gloriam, quam ibi depoſiturus eſt. Et vbi erit quod ſemper filius in patre, & pater in filio eſt, ſi regnum filij non erit certum? Verum qui ita ſe habere contendunt, ſi tamen non egerint pœnitentiam, pereant, & ad hos zelo fidei pietatíſque commotus loquatur Moyſes: *Deut.28.* Maledictus in ciuitate, & maledictus in agro. *Pſal.103* Pſalmiſta pariter increpante: Deficiant peccatores de terra, & ini- E qui vt vltra non ſubſiſtant. Equidem ſcire non poſſum, qua temeritate Origenes tanta confingens, & non ſcripturarum authoritatem, ſed ſuum errorem ſequens, auſus ſit cunctis in medium nocitura proferre, nec æſtimauerit vnquam vllum hominum fore, qui ſuis adſertionibus contrairet. *Ludum iocumque fecit Origenes ex Chriſtianiſmo.* Philoſophorum argutias propriis tractatibus miſcuiſſet, & malo exordio in fabulas quaſdam & delitamenta procedens, Chriſtianum dogma ludum & iocum faceret, nequaquam diuinæ doctrinæ veritate vtens, ſed humanæ mentis arbitrio, & in tantum ſeipſo magiſtro intumeſcens ſuperbia vt non imitaretur humilitatem Pauli, qui plenus ſpiritu ſancto contulit cum prioribus Apoſtolis

Euangelium, ne forte in vacuum curreret, aut cucurriſſet, A ſed ignorans quod dæmoniaci ſpiritus eſſet inſtinctus, ſophiſmata humanarum mentium ſequi, & aliquid extra ſcripturarum authoritatem putare diuinum. Quieſcant ergo aliquando, qui regni Chriſti finem ſomniantes, verboſitatis Origenis cupiunt eſſe paraſiti, nec cum fidelibus ambulantes, fidem quam non habent ſimulent. *Fraudis ingenium.* Quin potius diſcant, quod omnis fraudulentia aliud & aliud oſtendat, vt ſub virtutis ſpecie vitia celare nitatur. Etenim cùm crucis ignominia, quam pro nobis paſſus eſt, non amiſerit Chriſtus eſſe dominus gloriæ, iuxta beatum Apoſtolum, clamantibus contra Iudæis: *Matt. 27.* Qui deſtruis templum, & in triduo ædificas, ſaluum te ipſum fac, ſi filius Dei es, deſcende de cruce. B Et carne patiens, pendénſque in patibulo, fortitudinem propriæ maieſtatis oſtendit, ſolem de curſu quieſcere faciens, & ſignorum magnitudine plenam fidei vocem latroni extorquens: *Luc. 23.* Memento mei domine cum veneris in regnum tuum. Nunquam poſt reſurrectionis gloriam perditurus eſt regnum, licet innumeros contra eum Origenes blaſphemiarum lapides iactet. Aut cuius eſt conſequentiæ, perpetuitatem regni diſcipulis polliceri, & dicere: *Matt. 25.* Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: & ipſum carere eo quod aliis tribuit? Vel quomodo ſcribente Paulo ad Corinthios: *1. Cor. 4.* Abſque nobis regnatis, & vtinam regnaretis, vt & nos regnaremus vobiſcum, C intelligi poterit regnum Chriſti poſt multa tempora terminandum? præſertim cum Ioannes clamet: Et qui deſurſum venit ſuper omnes eſt: Et Apoſtolus ſcribat: Quorum patres, & ex quibus iuxta carnem Chriſtus, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in æternum. Itaque nulli dubium eſt, quin qui deus permanet in æternum, ſimul habeat & regnum, & ſuper ipſos quoque, quos regni poſſeſſione donauit, rex perpetuus appelletur, congruum habens diuinitatis imperium, nec quicquam in ſe rude & nouum, niſi adſumptionem fragilitatis humanæ. Si enim iuxta Origenis inſaniam, poſt multorum circulos ſæculorum Chriſti regnum eſt finiendum, D conſequens impietati eius eſt dicere, vt & Deus eſſe aliquando deſiſtat: & qui regni terminos ponit, cogitur idem de diuinitate ſentire, quæ perpetuitatem imperij naturaliter poſſidet. Quod ſi regnat ſermo Dei, vtique Deus eſt, & hac ratione colligitur, quicunque tentauerit finem regno eius imponere, ad id eum deuolui, vt Chriſtum credere compellatur, & Deum eſſe deſinere. Sed hæc garriat magiſter indoctus cum peccatoribus impiis, nos Chriſti regnum credamus æternum, & in ſolenni die cantemus cum Angelo, atque dicamus: *Æternũ Chriſti regnum.* Regni eius non erit finis: ſi enim vnum cum patre eſt, nunquam ex eo quod vnum eſt ceſſaturus eſt, & vnio patris & filij nunquam diuidetur E in partes, nec quod dicitur vnum ſunt, aliquando vnum eſſe deſiſtent. Faceſſant igitur ſtultiſſimi mortalium, immò deſcendant in infernum viuentes, ſicut Pſalmiſta teſtatur, & præceptorem impietatis ſuæ ibi eſſe cernentes clamitent: Et tu captus es, ſicut & nos reputatus es, deſcendit in infernum gloria tua: &c. *Dæmones ſaluandos aſſerit Origenes.* Talis paſtor gregis morbidi Chriſtum vbique ſuggillat iniuriis, & diabolum honore ſuſtollit, dum illum adſerit, purgatum vitiis atque peccatis priſtinam aliquando gloriam recepturum, & hunc regnare deſiſtere, ſimúlque cum diabolo ſub patris imperio redigendum, vt magis ad Origenis blaſphemias, quàm ad vociferationem Iudæorum Propheta mirabundus exclamet: Obſtupuit cœlum ſuper hoc, & horruit valde, dicit dominus, eò quod duo mala fecerit Origenes, Chriſtum adſerens regnare deſinere, & diabolum ad culmen de quo ceciderat, aſcenſurum. Talem ſceleris ſui profundum lacum fodiens, qui aquas continere non poſſit, æqualem (quantum in ſe eſt) diabolum facit filio Dei, dum detrahit illi regni gloriam ſempiternam, & imperio patris eum ſubiicit cum dæmonibus. Verum iſtiuſmodi vox impia proteratur, vt ſciamus regnum Chriſti eſſe perpetuum, ipſo loquente ad diſcipulos ſuos: *Luc. 22.* Vos perſeueraſtis mecum in tentationibus meis, & ego ſtatuo vobis teſtamentum æternum, vt bibatis & comedatis ſemper ſuper menſam meam in regno meo. Quomodo enim impleri poteſt hoc, quod dicitur, ſemper, niſi perpetuum regnum ſit, & nullo fine claudendum? Quod & Magi intelligentes, verſi ad pœnitentiam ſtudioſius percunctabantur: *Matt. 2.* Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus vt adoremus eum. Magi fatentur Chriſtum regem, & Origenes negat, dicens eum non in perpetuo regnaturum, nec animaduertit ſe Iudæorum blaſphemiis ſimilem. Legimus in Euangelio, cum dominus atque Saluator, fortitudinis ſuæ & patientiæ exemplar oſtendens, crucem ſcanderet, Pilatus inſcripſit titulũ, & poſuit ſuper caput eius, IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. *Ioan. 19.* Iſtum titulum multi legerunt Iudæorum, qui erat ſcriptus hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato principes ſacerdotum & Iudæorum: Noli ſcribere quod rex Iudæorum ſit, ſed quod ille ſe dixerit regem Iudæorum. Reſpondit Pilatus: quod ſcripſi ſcripſi. *Origenes Pilato deterior eſt.* Cum ergo Pilatus nec ſeditione, nec precibus ad hoc potuerit adduci, vt regnum Chriſti de titulo tolleret, ſciat Origenes abſque vlla neceſſitate ſe hoc facere, quod fecerunt Iudæi, vt regnum Chriſti æſtimet terminandum. Illi quidem in terra poſitum regem negabant, hic regnantem in cœlo, (quantum in ſe eſt) detrahere nititur, vt accuſatorem ſceleris ſui habeat Pilatum, qui Iudęis reſpondit: quod ſcripſi ſcripſi. Veniat & prophetalis ſermo in medium, ac regnum Chriſti tota prædicet libertate: Gaude filia Sion, prædica filia Hieruſalem, lætare & exulta de toto corde tuo filia Iſraël, abſtulit dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum, rex Iſraël in medio tui, non videbis vltra mala. Neque enim quos ſemel ſaluos fecit, iterum præcipitabit è cœlo, & dimittet iuxta Origenis deliramenta & fabulas, vt rurſum de ſublimibus corruant. Et hoc quod dicitur, non videbitis vltra mala, æternæ ſecuritatis indicium eſt, quod qui ſemel fuerint liberati, & regni cœlorum poſſeſſione perfruiti, nequaquam vitiis trahantur ad terram, nec Dei priuentur auxilio, qui eis, iuxta eloquium prophetale, ponet murum, & circamurale, ſua eos virtute circundans. Vnde & Pſalmiſta canit: *Pſal. 124* Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. Et dominus proteſtatur: Non te dimittam, nec deſeram. Fruſtráque ſomniat aſcendere animas in cœlum, & deſcendere, & nunc proficere, nunc ad inferiora delabi, vt per ruinas innumerabiles ſæpe moriantur, & Chriſti paſſio irrita fiat: Qui enim ſemel pro nobis mortuus eſt, æternam nobis victoriæ ſuæ lætiam dedit, quæ nulla vitiorum mole tenuetur. Nec quiſquam hominum crebrius moritur, quod Origenes auſus eſt ſcribere, Stoicorum impiiſſimum dogma



*Origenes Stoicorũ dogmata deriuauit in ſacram ſcripturã.* dogma diuinarum cupiens ſcripturarum authoritate firmare. A Verum quid iſta memoramus, cum in tantam irruperit victoriam, immò dementiam, vt aliud Saluatori crimen impingat, dicens eum & pro dæmonibus ac ſpiritalibus nequitiis apud ſuperos adfigendum cruci? Nec intelligit in quàm profundum impietatis corruat barathrum: *Chriſtum pro dæmonibus paſſurum Origenes fingit.* Si enim Chriſtus pro hominibus paſſus, homo factus eſt, vt ſcripturarum teſtantur eloquia, conſequens erit vt dicat Origenes, & pro dæmonibus paſſurus, dæmon futurus eſt: hoc enim neceſſitate cogetur vt inferat, ne ab eo quod cœpit diſcrepare videatur imitator, & illi enim Chriſto ſimiliter loquebantur: Dæmonium habes: & in Beelzebub principe dæmoniorum eiicis dæmonia. Sed abſit vt pro dæmonibus Chriſtus paſſurus ſit, † ne & ipſe dæmon fiat. *† Non valet conſequutio.* B Et qui hoc credunt, rurſum crucifigunt, & oſtentui habent filium Dei, qui nequaquam vt ſemen Abraham apprehendit, ita adſumet & dæmonum, vt pro illis quoque crucifigatur. Nec dæmones pro ſe Deum in paſſione cernentes, cum Propheta clamabunt: Hic peccata noſtra portauit, & pro nobis dolet. Neque cum Eſaia dicent: *Eſaiæ 53.* Liuore eius ſanati ſumus. Nec pro dæmonibus, ſicut pro hominum genere, quaſi ouis Chriſtus ducetur ad victimam. Nec pro eorum ſalute dicetur: *Hier. 11.* proprio filio non pepercit, quia nec dæmones clamabunt: traditus eſt pro peccatis noſtris, & reſurrexit pro iuſtificatione noſtra. Paulus quidem ſcribit: C Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quia *1. Cor. 11.* Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas. Illas in teſtimonium vocans, & volens earum authoritate firmare quod dubium eſt. Origenes autem abſque vllo diuinæ vocis teſtimonio vim facere nititur veritati, & extincta lucerna inuenire eam fautor dæmonum & non hominum: crebris calumniis laceſſit filium Dei, & denuo crucifigit non intelligens in quàm profundam & horribilem impietatis voraginem detrahatur. † Conſequens enim eſt, vt qui priora ſuſceperit, ſuſcipiat & quæ ſequuntur: *† Vix eſt veriſimiliter conſequens.* & qui pro dæmonibus Chriſtum dixerit crucifigi, ad ipſos quoque dicturum eſſe ſuſcipiat: Hoc eſt corpus meum. Et: Accipite, & bibite, hic eſt ſanguis meus. D Si enim & pro dæmonibus crucifigetur, vt nouorum dogmatum adſertor adfirmat, quod erit priuilegium, aut quæ ratio, vt ſoli homines corpori eius ſanguiníque communicent, & non dæmones quoque pro quibus in paſſione ſanguinem fuderit? Sed nec dæmones audient: Accipite, & edite: Et, Accipite, & bibite. Nec dominus ſua præcepta diſſoluet, qui diſcipulis ait: *Matt. 7.* Nolite dare ſanctum canibus, nec mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, & conuerſi diſrumpant vos. Nam & Apoſtolus ſcribens: *1. Cor. 10.* Nolo vos participes dæmonum fieri, non poteſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorũ: E non poteſtis menſæ domini participari, & menſæ dæmoniorum, impoſſibile eſſe demonſtrat dæmonas de calice domini bibere, & de menſa eius participari. *Cibus diaboli.* Cibus diaboli, negatores Dei ſunt, Abacuk loquente: *Abac. 1.* Eſcæ eius electæ, cibus autem impiorum omnium execrabilis ipſe diabolus, Prophetæ vaticinio concrepante: Dediſti eum eſcam populis Aethiopibus. Et quibus omnibus adprobatur, Chriſtum pro dæmonibus non poſſe crucifigi, ne dæmones corporis & ſanguinis participes fiant. Cum ergo & Apoſtolus de Saluatore ſignificet quod hoc fecit ſemel, ſeipſum offerens, *Hebr. 10.* & Origenes tam audaciter illius ſentẽtiæ contradicit, tempus eſt illud inferre: Terra, terra audi verbum domini, ſcribe virum iſtum abdicatum. *Hier. 22.* Quis enim infernus hæc mala ſuſcipere poteſt? Qui tartarus de rebus iſtiuſmodi cogitare? Quæ Gigantum inſania tam rebellis extitit, & turrim impietatis extruxit? Quæ libido laſciuiens, & dęmonum amore deperiens, ſic vniuerſo dogmati tranſeunti diuaricauit crura mẽtis ſuæ? Quis in tantum de Sodomitica vinea bibit, vt inebriatus vino furoris eius toto corde conciderit? Quis Babyloniorum ita fluminum gurgitibus irrigatus, viuos Iſraël fontes reliquit? Quis egrediens de Hieruſalem, & Hieroboam filij Nabath imitator exiſtens, tot errorum fabricatus altaria eſt, & ararum profana thura ſuccẽdit? Cur Dathan & Abiron, qui minora peccarunt, non veniant ante tribunal Chriſti, & ſui eum comparatione condemnent, [redacted] B qui extra Eccleſiam Saluatoris variarum doctrinarũ thuribula diabolico igne compleuit? Neque enim dominus, qui loquitur per Prophetam: ego viſiones multiplicaui, & in manibus Prophetarum adſimilatus ſum, adulterinas eum docuit proferre doctrinas, nec qui à principio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt verbi Dei, nec Prophetarum chorus, qui olim vocabantur Videntes, hæc eum inſtituit, ſed ipſe ſuæ mentis arbitrio, furori dæmonum ſeruiens, & blando cogitationum errore deceptus, gregem, & vt ita dicam, examen dogmatum peruerſorum, per totum orbem immiſit mentibus indoctorum. Iſte eſt qui Aſſyriis, Babyloniiſque fluminibus C aperuit os ſuum, qui nauem Eccleſiæ bonarum *Nauis Eccleſiæ.* mercium plenam & doctrinæ ſalutis, fluctibus operire conatus eſt, dum Imperatorum laude ſuſtollitur, & ſcripturarum ſenſum aliter quàm ſe habet veritas, ediſſerens, gloriatur in confuſione ſua. Quis enim tam innumerabiles, & garrulos, & verboſitatis atque imperitiæ plenos conſcripſit libros, *Origenis ſtudia.* & infatigabili ſtudio dies noctéſque coniunxit, vt errorum monimenta dimittens, mereretur audire: Multis itineribus tuis deceptus es. Vſus eſt enim duce peſſimo, Aura populari, & plurimis falſæ ſcientiæ voluminibus exaratis, ac rebelli contra Deum mente pugnans, vnguento cœleſtium doctrinarum ſaniem quandam & pedorem ſui fœtoris immiſcuit, D vt rurſum ad ſuam animam diceretur: Immunda & famoſa, & nimia iniquitatibus. Neque enim Prophetam audire voluit commonentem: *Pſal. 4.* Quare diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Qui pro dæmonibus Chriſtum adfigit cruci, vt non ſolum Dei & hominum, ſed dæmonum quoque mediator fiat. Verum abſit tam immane nefas de Saluatore credere, vt templum corporis ſui, quod pro nobis ſuſcitare dignatus eſt, amiſſurus, aliud ſibi templum dæmoniacæ conditionis adfigat, vt illorum quoque recepta ſimilitudine pro ipſis patibulum ſubeat. Obſecro, Fratres chariſſimi, vt ignoſcatis dolori meo doctrinis impiis reſiſtenti: E dum enim impudentiam ſectatorum eius repercutere nitimur, compagem loricæ ipſius, & venenati pectoris fraudulentias in medium protulimus: vt illud quoque compleretur in eo: Reuelabo ignominiã tuã, & oſtendam eam amatoribus tuis. *Error Origenis de corruptione corporum ſuſcitatorum.* Nam inter cætera etiam Reſurrectionem à mortuis, quæ ſpes ſalutis noſtræ eſt, ita corrumpit & violat, vt audeat dicere, corpora noſtra rurſum corruptioni, & morti ſubiacentia ſuſcitari. Reſponde mihi ô impietatis caput, quomodo iuxta Apoſtolum Paulum vicerit Chriſtus eum qui mortis habebat imperium, hoc eſt diabolum, ſi corruptibilia, & mortalia iterum corpora ſurrectura ſunt? Quid nobis profuit Chriſti paſſio,

ſi mors atque corruptio denuo noſtra corpora poſſeſ-
*1. Cor. 15.* ſura eſt? Aut quid ſibi vult Apoſtolus, ſcribens: Sicut
enim in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto om-
nes viuificabuntur, ſi reſurgentibus mors ſæua domi-
nabitur? Vel quomodo qui iſta credunt poſſunt ex a-
nimo dicere: Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia, vo-
lentes illo fortiorem eſſe mortem, quæ ſuſcitata ab eo
corpora deletura eſt, nec probetur ex omni parte ſu-
perata? Verum & Origenem tam impie reſiſtentem,
Chriſtus Dominus nóſter, & mortem vicit, & diabo-
lum qui habebat mortis imperium, ſua virtute deſtru-
xit, parato nobis in cœlo victoriarum ſuarum trium-
pho. Nec idcirco corpora ſuſcitabit, vt rurſum periret,
ſed illorum incorruptione perpetuam mortem corru-
ptionémque deleuit. Vnde liberati à cunctis malis,
paſſionis dominicæ feſta celebremus, & iuxta Euan-
*Math. 22* gelij parabolam: Cernentes à ſapientia immolari tau-
ros & altilia, veſcamur fortioribus, pleníſque neruo-
rum, & pinguioribus doctrinarum cibis, vt lac infan-
tiæ deſerentes, ſolidiora capiamus alimenta, cauſám-
que malorum omnium fugiamus, imperitiam, quæ cũ
multorum diuerſis hæreſibus vinxerit pedes, Origene
maxime ſui fruitur amatore, qui inter cætera auſus eſt
*Origenis error de non orãdo filium. Neſcio dominum.* dicere: Non eſſe orandum filium, neque cum filio pa-
trem: ac poſt multa ſæcula Pharaonis inſtaurauit bla-
ſphemiã, dicentis: Quis eſt vt audiam vocem eius? ne-
ſcio dominum, & Iſraël non dimittam. Nec eſt aliud
dicere, neſcio dominum, quàm hoc quod Origines, nõ
eſt orandus filius, quem certe dominum confitetur. Et
quãquam ille in tam apertam proruperit blaſphemiã,
tamen orandus eſt, de quo Propheta teſtatur dicẽs: Et
adorabũt te, & in te deprecabũtur, quia in te eſt Deus,
*Rom. 10.* & abſque te non eſt Deus. Et rurſum: Omnis qui inuo-
cauerit nomen domini ſaluus erit. Et Paulus diſputãs.
Quomodo, inquit, inuocabunt, in quẽ non crediderũt.
Oportet primum credere, quod filius Dei ſit, vt recta
& conſequens fiat eius inuocatio. Et quomodo orã-
dus non eſt, qui non eſt Deus, ſic econtrario, quem
Deum eſſe conſtiterit, adorandus. Vnde & Stephanus
poſitis genibus, & obſecrans pro his, qui ſe lapidibus
*Act. 7.* obruebant, dicebat ad filium: Domine, ne ſtatuas illis
hoc peccatum. In nomine quoque Ieſu Chriſti omne
genu flectet, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.
Quod autem dicitur genu flectet, ſolicitæ & humil-
*Genu flectere.* limæ orationis indicium eſt. Itaque nec Deum credit
Origenes filium Dei, quem non putat adorandum, &
lacerat eum conuiciis: cúmque ſibi in ſcripturarum
memoria blandiatur, & putet ſe eas intelligere, non
*Leuit. 24.* audit contra ſe loquentem Moyſen: Homo qui male-
dixerit Deum, peccatum habebit, & qui nominauerit
nomen Domini, morte morietur, lapidibus obruet
eum omnis multitudo. At quis tantis Chriſtum adfi-
cit contumeliis, vt hic, qui auſus eſt dicere, non debet
orari, caſſum tantum ei diuinitatis nomen indulgens?
Verum quid neceſſe eſt in tam impiis immorari? ad a-
lium eius tranſeamus errorem. Dicit corpora quæ re-
*Origenes credit in nihilum redigẽdos reſurgentes.* ſurgunt, poſt multa ſæcula in nihilum diſſoluenda, nec
futura aliquid, niſi cum de cœlorum manſionibus ani-
mæ ad inferiora dilapſæ indiguerint nobis, quæ alia
rurſum fiant prioribus omnino deletis. Quis ita au-
diens, non & mente, & corpore pertremiſcat? Si enim
poſt reſurrectionem corpora redigentur in nihilum,
fortior erit mors ſecunda, quàm prima, quæ delere
omnino poterit ſubſtantiam corporalem. Cur Pau-
lus ſcribit ſic: Mors non dominabitur illius? quod e-
*Rom. 6.* nim mortuum eſt peccato, mortuum eſt ſemel, ſi cor-

pora delenda ſunt penitus. Aut quomodo hoc quod
A dicitur ſemel, firmum erit, cum caro ab animæ conſor-
tio ſeparata, redigenda ſit in nihilum? Qua ratione rur-
ſus adiunxit? Seminatur in corruptione, ſurget in incor *1. Cor. 15*
ruptione: ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute: ſe-
minatur in ignobilitate, reſurget in gloria: ſeminatur
corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. Si enim incor-
ruptio in nihilum redigit, conſequens fuerat dicere,
corruptioni ea in perpetuum reſeruari, eſſétque fortior
incorrupto corruptio. Sed abſit Paulum contraria ſibi
ſcribere, & incorruptionis eandem eſſe naturã. Quod
ſi, vt falsò putat Origenes, non ſolum corruptibile,
ſed & mortale corpus eſt ſuſcitandum, ergo vnum at-
que idem corruptio & incorruptio, mors & vita dicẽ-
B tur, eandem habebunt in ſuſcitatis corporibus pote-
ſtatem, & nequaquam rebus, ſed tantum nominibus
corruptio, & incorruptio, mors & vita ſeparabun-
tur: Sin autem corruptibile & mortale corpus reſurre-
cturum eſt, conſequentius fuerat Apoſtolum dicere:
Seminatur in corruptione, ſurget in corruptione: ſemi-
natur in infirmitate, ſurget in infirmitate: ſeminatur in
ignobilitate, ſurget in ignobilitate: ſeminatur corpus
animale ſurget corpus animale. Quod ſi corruptio-
nem, & infirmitatem, & ignobilitatem amouet à cor-
poribus ſuſcitatis, & dicit econtrario incorruptione,
& fortitudine, & gloria corpora veſtienda, & pro ani-
mali ſpiritale corpus eſſe reddẽdum, ſoluta erit mors,
C & in corporibus ſuſcitatis pro morte & corruptione
immortalitas, incorruptióq; regnabunt: quia & ipſum
corpus immortale & incorruptum reſurget, vt poſſit
permanere animæ coæternum. Igitur & Saluator, pi- *Chriſti Reſurrectio.*
gnus ſalutis noſtris corporibus in reſurrectione ſui
corporis tribuens, non poteſt credi vltra moriturus,
Apoſtolo in hanc ſententiam congruente: Chriſtus re-
ſurgens ex mortuis vltra non moritur, mors ei nequa-
quam dominabitur. Niſi illius fuerit dominata, nec
dominabitur noſtri. Confundatur Origenes, inter cæ- *Origenis ſententia de magia.*
tera flagitiorum genera quæ confingit, magicis quo-
que artibus patrocinium tribuens, quod in tractatibus
ſuis his locutus eſt verbis: Ars magica non mihi vide-
D tur alicuius rei ſubſiſtentis vocabulum, ſed & ſi ſit,
non eſt operis mali, ne quid habere poſſit contemptui.
Hæc dicens vtique fautorem ſe eſſe demonſtrat Ely- *Act. 13.*
mæ magi, qui Apoſtolis repugnauit, & Iamnæ atque
Mambræ, qui Moyſi magicis artibus reſtiterunt. Sed
nullas Origenis patrocinium habebit vires: quia Chri-
ſtus magorum præſtigias ſuo deleuit aduentu. Reſpõ-
deat nouæ impietatis adſertor, immò aperte audiat:
Si non eſt malum ars magica, non erit malum & ido-
lolatria, quæ artis magicæ viribus nititur. Quod ſi ma-
lum eſt idololatria, malum erit & ars magica, ex qua
ſubſiſtit idololatria: Cum autem idololatria Chriſti *Idololatria nititur radicibus artis magicæ.*
maieſtate deleta ſit, indicat & parentem ſuam artem
E magicam ſecum pariter diſſolutam, Propheta ſuper
hoc liquidò proclamante: Sta nunc in incantationibus
tuis, & multis, veneficiis tuis, quæ didiciſti ab adole-
ſcentia tua, ſi potuerint prodeſſe tibi. Cum igitur hæc
Prophetarum ſcripta teſtentur, & nullus vnquam au-
ſus ſit memoriæ prodere, magorum artes inter optima
queque numerandas, leges quoque publicæ Magos &
maleficos puniãt, ſcire non poſſum qua ratione impul-
ſus Origenes, qui Chriſtianũ ſe iactat, Sedechiæ Pſeu- *Leges publicæ, magos & veneficos puniunt.*
doprophetæ æmulator exiſtens, cornua ſibi ferrea fe-
cerit, quibus contra dogmata veritatis armatus ince-
dat, nec ſapiat quicquam de cœleſti Hieruſalem, ne-
que imitetur Moyſen, & Danielẽ, Petrúmque, & alios
ſanctos,



ſanctos, qui contra Magos & incãtatores, quaſi in acie
ſtantes indefeſſo certamine dimicarunt. Cum quibus
feſtæ diei ducamus choros, quod per media Babylonis
pericula trãſeuntes, Origenis venena vitauimus, & o-
bediuimus Prophetæ ſermonibus, imperantis: Egre-
dere de Babylone, qui fugis de terra Chaldæorum, vt
ingrederemur Hieruſalem, in qua prædicatio veritatis
eſt. Quanquam mendacio reſiſtentes, paſſi ſumus ali-
quid trium puerorum, qui in camino æſtuantis incen-
dij flammarum vicere naturam, tamen non præualuit
contra nos ignis Babylonius, nec capilli noſtri aduſti
*Capillos nõ aduri, quid.* ſunt, extrema videlicet Eccleſiaſticæ dogmata verita-
tis, nec ſaraballa mutata, quæ in protectionẽ animarũ
teſtimoniis ſcripturæ ſanctę nobis ſapientia texuit, nec
odor ignis in nobis eſt, peruerſæ ſcientiæ flamma diſ-
*Animas vnde dixerit Origenes.* currens: Non enim acquieuimus doctrinæ eius, qui
propter lapſus rationabilium creaturarum corpora
fieri ſuſpicatur, & dicit iuxta græci ſermonis etymo-
logiam animas idcirco vocitatas, quod colorem men-
tis, & in Deum feruentiſſimæ charitatis amiſerint, vt
ex frigore nomen acceperint, ne & Saluatoris animam
iiſdem ſubiacere næniis ſentiremus. Solis quoq; & lu-
næ, ac ſtellarum curſus, & totius mundi pulcherrimam
in diuerſitate conſonantiam, non adſerimus ex cauſis
præcedentibus, variiſque peccatis, & animarum vitiis
accidiſſe: nec bonitatem Dei multo tempore præſto-
latam, vt non ante faceret viſibiles creaturas, niſi inui-
ſibiles deliquiſſent. Nec vanitatem appellamus ſub-
ſtantiam corporalem, vt ille æſtimat, aliis verbis in
Manichæi ſcita concidens, ne & Chriſti corpus ſubia-
ceat vanitati, cuius edulio ſaturati, ruminamus quoti-
*Ioan. 6.* die verba, dicentis: Niſi quis comederit carnem
meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit par-
tem mecum. Nam ſi natura corporea vana eſt & fu-
tilis, iuxta Origenis errorem, cur Chriſtus reſurrexit à
mortuis? quare noſtra corpora ſuſcitabit? Quid ſi-
*1. Cor. 15* bi vult Paulus ſcribens: Si mortui non reſurgent, nec
Chriſtus reſurrexit: ſi autem Chriſtus non reſurrexit,
vana eſt fides noſtra? Ex quo perſpicuum eſt, non cor-
porum naturam eſſe vanam, ſed eos credere vanita-
tem, qui non putant eam reſurgere, & manere perpe-
tuam. Honorabiles quoque contemnat nuptias, ne-
gans ſubſiſtere corpora, niſi prius animæ in cœlo pec-
cauerint, vt inde præcipitatæ, quaſi quibuſdam erga-
ſtulis corporum vinctæ fuerint. Et ille quidẽ ſentiat vt
vult, loquatur vt non timet, audiat nos cum Paulo ſuis
*Origenes corpora humana, ergaſtula quædam animarũ finxit.* auribus inclamantes: Honorabiles nuptiæ, & cubile
immaculatum. Et quomodo immaculatum, ſi anima
vitiis ſordidata carne circundatur? Et culpæ ſubiacebit
Anna vxor Helcanæ ſemen virorum poſtulans, vt pro-
pter deſiderium muliérculæ, animæ in cœlis pericli-
tentur, & vna earum peccato graui labatur in terram,
ac priſtinam beatitudinem deſerat: Nec Moyſes im-
precans, & dicens: Dominus Deus veſter multiplicet
vos, & ecce eſtis hodie ſicut ſtellæ cœli in multitudi-
ne, Dominus Deus patrum veſtrorum addat vobis ſi-
cut eſtis millies, & benedicat vt locutus eſt: hoc pete-
bat, vt animarum in cœlo cateruę peccantes, Iſraëlitici
populi gentem conderent: Quod eſſe diſcrepans, aper-
tiſſime patet, vt qui pro delicto populi precabatur: Si
dimittas peccatum hoc, populo dimitte, ſin autem, de-
le me de libro quem ſcripſiſti, poſtulet multiplicari fi-
lios Iſraël, quod nouerat animarum ruinis creſcere, &
non econtrario precaretur, ne propter vitia melioris
ſubſtantiæ, natura vilior conderetur. Cur Dauid im-
*Pſal. 127.* precatur in Pſalmo: Benedicat te Dominus ex Sion,

& videas quæ bona ſunt in Hieruſalem omnibus die-
A bus vitæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum: ſi ani-
marum iuſti viri augetur genus? Et audet dicere: Ecce
ſic benedicetur homo, qui timet dominum, cum ſciat
animas delinquentes, corporum vinculis alligari, & in
huiuſcemodi carcere, iudicio Dei pœnas luere pecca-
torum? Quomodo Deus loquitur per Prophetam: Si
audiſſes præcepta mea, fuiſſet vtique quaſi fluuius pax
tua, & iuſtitia tua ſicut fluctus maris, & ſicut harena
ſemen tuum, & ſoboles vteri tui vt puluis terræ? Qui
enim Dei præcepta conſeruant, non debent accipere
præmium, animarum de cœlo ruinas, quæ ligatæ cor-
poribus, ſobolis eorum incrementa multiplicent: Si
autem volunt diſcere, quæ ſunt humani generis exor-
B dia, audiant dicentem Moyſen: Tulit Deus de terra, & *Anima viuens quæ intelligatur in Geneſis. 1*
finxit hominem, & inſufflauit in faciem eius ſpiritum
vitæ, factus eſt homo in animam viuentem, id eſt im-
mortalem. Deus quoque benedicens Adam, & Euæ,
ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Si a-
nimæ poſt peccatum mittuntur in terras, vt naſcantur
in corporibus, non erat rationis benedici Adam & E-
uæ, cum cauſa peccati maledictionem potius merere-
tur. Denique poſtquam blaſphemauit eos, benedi-
ctionis vocibus proſecutus eſt, quos poſtea voluntate
peccantes, maledictione percuſſit. Ex quibus colligi-
tur, nequaquam propter animarum peccata, corporum
ſubdidiſſe naturam. Audiant rurſum dicentem: Ego fe- *Hier. 27.*
C ci terram, & hominem in ea. Et Dauid: Cœlum cœli *Pſal. 113.*
Domino, terram autem dedit filiis hominum. Et ceſ-
ſent vltra cogitationum ſuarum errores ſequi, & ſcri-
pturarum magis authoritate ducantur. Sicut enim qui
voluptatibus eneruati ſunt, & quorum in pectore libi-
do dominatur, contemplantes corporum venuſtatem,
non quærunt morum pulchritudinem ſed membro-
rum, ſenſuſque eorum prægrauatus fece terrena nihil
altius intuetur: ſic qui ſtructa verborum compoſitio-
ne ducuntur, & capti eloquentiæ ſono non intuentur
dogmatum veritatem, erubeſcunt errorem priſtinum
confiteri, & arrogantiæ tumore cæcati nolunt eſſe di-
ſcipuli, ne poſtquam correcti fuerint, prius erraſſe vi-
D deantur. Abiectis itaque Origenis malis, & ſcriptu-
rarum, quæ vocantur apocrypha id eſt abſcondita, *Apocrypha.*
diſcipulis prætermiſſis (non enim in abſcondito locu-
tus ſum, ait dominus) iterum atque iterum Fratres *Digna Paſchatis celebratio.*
chariſſimi, dominicæ paſſionis feſta celebremus, fi-
dem conuerſatione decorantes, miſericordia in pau- *Miſericordia in pauperes.*
peres imitemur Deum, cui nulla corporalium natu-
rarum forma conſimilis eſt. Habeamus in cunctos
imaginem bonitatis eius, pœnitentia emendemus er-
rores, oremus pro inimicis, pro detractoribus obſe-
cremus, æmulantes Moyſen, qui ſororis contra ſe lo-
quentis culpam oratione deleuit. Oleo eleemoſynæ,
peccatorum ſordes lauemus. Captiuorum vincula
E nos videantur adſtringere, & propitium illis impre-
cemur Deum. Clauſos carcere, humanitas diurna ſu-
ſtentet: & his quorum corpora morbus Regius oc- *Regius morbus commendatur hominum miſericordiæ.*
cupauit, & iugi tabe membra ſoluuntur, propter re-
poſitam in cœlis mercedem, ſolicito miniſterio ſer-
uiamus. Si quando poteſtas iudicij nobis data fue-
rit, & iurgantium ad nos fratrum cauſa delata, non
ſit perſonarum conſideratio, ſed rerum: corruenti-
bus, & in tribulatione poſitis, nos quoque rua-
mus affectu. Leges normam teneant veritatis. Cha-
ritas prona ſit ad miſericordiam, non inſultans
peccantibus, ſed condolens: facilis eſt enim la-
pſus ad vitia, & fragilitas conditionis humanæ

quicquid cernit in alio, in ſe debet pertimeſcere. Cúmque alius fuerit pro errore correptus, illius emendatio noſtra ſit cautio, & ſuper omnia, quaſi culmen & corona virtutum, pietas in Deum toto cordis timore ſeruetur, execrantéſque deorum numerum, Patris & Filij & Spiritus Sancti vnam confiteamur indiſcretámque ſubſtantiam, in qua & baptizati vitam æternam ſuſcepimus. Et ſi Dei tribuerit clementia, cum Angelis merebimur dominicum Paſcha celebrare, habentes quadrageſimæ exordium, ab octauo die menſis, qui ſecundum Aegyptios vocatur Phamenoth. Et ipſo præbente vires attentius ieiunemus: hebdomadæ maioris, id eſt Paſchæ venerabilis, die tertia decima menſis Pharmuthi fundamenta facientes: ita duntaxat, vt iuxta Euangelicas traditiones finiamus ieiunia, intempeſta nocte octauodecimo die ſupradicti menſis Pharmuthi. Et altero die qui dominicæ reſurrectionis eſt ſymbolum, id eſt, nonodecimo eiuſdem menſis verum Paſcha celebremus: adiungentes his ſeptem reliquas hedomadas, in quibus Pentecoſtes feſtiuitas texitur, & præbentes nos dignos communione corporis & ſanguinis Chriſti. Sic enim merebimur accipere regna cœlorum in Chriſto Ieſu domino noſtro, per quem, & cum quo, Deo patri gloria & imperium, cum Spiritu ſancto, & nunc & ſemper & in omnia ſæcula ſæculorum: Amen. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos qui mecum ſunt fratres.

*Pietas virtutum caput.* *Maior Hebdomada.* *Pentecoſte* *Communio corporis Chriſti.* *Oſculum ſanctum.*

*Theophili Alexandrinæ vrbis Epiſcopi, ad totius Aegipti Epiſcopos epiſtola Paſchalis tertia D. Hieronymo interprete.*

NVnc quoque Dei viua ſapientia nos ad ſanctum prouocat Paſcha celebrandum, omnes cupientes eius eſſe participes: vnde propero ad illud currentes gradu, ieiuniis & continentia omníque afflictione corporis pugnantes contra vitiorum induſtriam, voluptates redigamus ad nihilum, fulti Saluatoris auxilio: & peccata noſtra, Deo qui ſanare poteſt, ſimpliciter confitentes, verum conſcientiæ iudicium formidemus, vt cum Dauid vociferantes atque dicentes: Peccata adoleſcentiæ meæ & ignorantias ne memineris, ſecundum miſericordiam tuam memor eſto mei. Terrore ignis æterni, creſcentia vitia conſummemus, quorum finis eſt, alia vltra non facere, & exordium ſalutis, præteritorum obliuio. Sicut enim principium viæ bonæ, facere iuſta: ſic exordium ceſſantium peccatorum, eorum impetus cohibere dum aut ratione frænantur, aut metu ad præcipitia non veniunt. Cúmque legis fuerit in animo recordatio, illico fugiunt, & ceſſantes vltra procedere, in triumphantium virtutum caſtra concedunt, paulatimque pœnitendo referentes pedem, & ſapientum iudicium declinantes, inſtar fumi reſoluuntur in nihilum. Difficile ſanantur mala quæ non ſtatim vt creſcere cœperunt opprimuntur: facilis eſt eorum eradicatio, cum, qui dudum peccauerunt, per pœnitentiam ad prudentiam conuertuntur, & fine peccandi, emolumentum inuenerint pœnitendi. Neque enim poſſumus opprimere incentiua vitiorum, niſi virtutes facere cœperimus, nec ceſſabunt vetera, priuſquam nouorum operibus excludantur. Et quomodo ſi contra ſuperuenientes voluptates firmo animo reſiſtamus, præterita peccata delentur, ita perſeuerans ſi fuerit præteritorum obliuio, futura delicta vltra creſcere non valebunt. Malorum quippe operatores, quaſi in ditionem ſuam redigentes eos qui poſſunt prohibere nec prohibent, tota ad peccandum debacchantur inſania, & ſilentium in ſenſum trahentes, quicquid animo libido ſuggeſſerit, opere explere nituntur. Libertas præſentium vitiorum futura germinat vitia, & ſi priora neglexeris, fons & ſeminarium futurorum eſt. Quæ cum ita ſint, qui poſſunt prohibere peccantes, & laboris fuga inertiique ſilentio diſſimulant, & creſcere patiuntur mala, participes eorum rectiſſime iudicabuntur, qui authores ſcelerum ſunt, & negligentiæ pœnas luent dum irrationabile ocium, ſudori vlciſcentium prætulerunt, malentes quietem culpabilem, quam ſeueritatem vitia ſuccidentem. Si enim recedamus à vitiis, penitus interibunt, & eorum fraudulenta dulcedo ſiccabitur, Omniſque impetus voluptatis, quodam, vt ita dicam, languore torpeſcit, quando mens noſtra fuerit virtutis hoſpitium, & legis recordatio non ſinit peccata generari, nec ea creſcere patitur, cúmque futurum tribunal & formidoloſum iudicij diem cogitauerint, tum principij diem, medium, finémque peccati prohibebit, & amaros illius fluctus, atque intumeſcentes gurgites vſque ad ipſum fontem, venáſque ſiccabit: virtus lege comitata, vitiorum opprimet ſemina, & animum de humilibus ad excelſa ſuſtollit. Econtrario vitia, niſi coërceantur, ſuperbiunt, & obedientes ſibi ad inferna detrudunt: cúmque ſemel poſſederint animas, opprimunt eas illecebris voluptatum, nec ſinunt iuxta humani corporis ſtatum in ſublime, erectúmque ſuſpicere, ſed inſtar pecudum ad terrena declinant. De quibus Pſalmiſta teſtatur, dicens: Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Dicat aliquis, quod ſi tantam habent vitia fortitudinē, & tam plurimos blanda perſuaſione ſupplantant, quid debent agere qui peccare ſe ſentientes, cupiunt mutare peccata virtutibus, & amore meliorū peiora contemnunt? Audiât huiuſcemodi loquentem Moyſen: Peccaſti? deſine, fine peccati priora ſubuertēs, & efficaciſſimo medicamine vitia emendans ceſſatione vitiorū: dulces malæ vitæ illecebras, & blandientes corporis voluptates, quaſi noxia venena declina, nec per lubricam & mollem delitiarē ingrediaris ſemitā, quia ieiuniis & continentiâ, ſolennitas apprehenditur: & vix laborātes atque ſudantes, mala bonis poſſumus immutare, & repugnantes opprimere voluptates, paucique ſunt qui calcatis vitiis tramitem teneant veritatis, dum malitia innumeris nocendi vtitur artibus, & vinci non poteſt, niſi ſapientiæ deſuper fulciamur auxilio, clamantis nobis atque dicentis: Noli timere, quia tecum ſum. Mali interitus eſt, mala vltra non facere: radix vitiorum, legis ſcita contemnere. Vt peccata germinant negligentia, ita ſolicitudo virtutes parit. Lex cuſtodita fugat ignominiam, neglecta parturit pœnas: & quanto magis ſi deſpiciatur, ſeueri iudicis imitatur truculentiam, tanto magis ſi ſeruetur, clemētiſſimi patris exhibet manſuetudinem. Igitur peccati ceſſatio, virtutis principium eſt. Medicina præteritorum, ac præſentium, futurorúmque vitiorum legis indefeſſa meditatio, quę cum poſſeſſoris ſui habuerit ſecuritatē, cunctis perturbationibus caret: Sapiētia quippe in nobis operatur bonum, poſtquam ei mundum cordis præbuerimus habitaculum, & cogitationes in opera verterimus. Nec ambigitur, qui in vtranque partē, vel faciendi, vel non faciendi bona habeamus liberam facultatem, & oppreſſis prauis, recta naſcantur, tuncque virtutum inter ſe concinit chorus, cum vitiorum in animis fuerit ſolitudo. Sicut enim continentia, in corporibus noſtris obtinens principatum, infirmitates naſci

*Conſcientiæ iudiciū.* *Pſal.* *Peccatorum initio facilis cura.* *Conniuentes ad hominum ſcelera.* *Extremi iudicij recordatio non relinquit locū peccatis.* *Vitiorum tyrannis.* *Pſal. 48.* *Radix vitiorū omnium.* *Legis meditatio medetur vitiis.* *Liberum arbitrium*



naſci prohibet, & amatores ſui nec debilitat nec occidit, præteritóſque languores in priſtinā reſtituit ſanitatē, & expellens quod contra naturā eſt, reuocat ea quæ naturæ congrua ſunt, vt æquali temperamēto vitæ huius ratio conſeruetur, ſic anima legum iuſſa conſeruās, quantum recipere poteſt humana natura, à malorum contagione ſecernitur, & ex omni parte ſolicita, ſéque circunſpiciens, nihil ad ſe introire permittit, quod contrarium ſit præclaris cogitationibus. Quin potius in templum verſa Dei, cœleſti iugiter ſolennitate perfruitur, habens diuitias, obſeruantiam legis, quæ iacentes ſuſcitat, malóſque puniēs, alios corrigit, & ſemper clamans: Nunquid qui cecidit non reſurget? aut qui auerſus eſt, non reuertetur? Spem ſalutis largitur pœnitentibus, dum monet vt proſit, corripit vt emendet, pudorémque priſtinorum iniiciēs peccatorum, facit meliora ſectari. Quæ appetere nō poſſunt, niſi prius conſciētiæ vulnera condemnarint. Verum quia lex negligentes ſui & in errorem demerſos, cōſiliis optimis ad meliora reuocare feſtinat, quaſi Norma prauorum operum, eos autem qui ſibi obediunt abſque præmio eſſe non patitur, neque æternis anguſtiis premi, quotquot ſanctum Paſcha celebramus, continentia atque ieiuniis latorem legis amicum nobis eſſe faciamus, Propheta his qui paſcha celebrant promittente: Eris corona decoris in manu domini, & diadema regni in manu Dei tui, opulentum virtutum conuiuium requiramus: ornantes nos ſcientia ſcripturarum, quaſi ſolennibus veſtimentis: ſancta, lætantibus nobiſcum Angelis in cœlo, oſcula præparemus: fugantes omnem negligentiam, & rumpentes moram, vt alacri cum diſcipulis ad Saluatorem pergamus inceſſu, dicamúſque ei: Vbi vis paremus tibi Paſcha? Atque in cœlorum cœnaculo conſtituti, ac myſticum Paſcha facientes, poſſimus cantare: Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum. Ibi enim Angelorum reperimus choros, & cum eis feſta celebrātes, habebimus eos ſocios myſteriorum Dei, & exultatione ineffabili geſtiemus, ſapiētiæ cum illis ſacramēta diſcentes: vbi nulla fraudis deceptio eſt, vbi qui veſtem non habet nuptialem, conuiuium intrare prohibetur, licet in præſenti ſæculo iuſtū eſſe ſe iactet: Omnia ſunt ibi ſeneſcentis ac prouectæ plena prudentiæ: Nullúſque ibi, iuxta Prophetam, immaturæ ſapientiæ reperietur: Erit enim, inquit, iuuenis centum annorum: magnitudine numeri, perfectionem eruditionis oſtendens. Vnde, fratres, ſanctę cœleſtíſque vocationis participes, Saluatorem per Prophetam audiamus clamantem: Veniam congregare omnes gentes, & venient, & videbunt gloriam meam, & dimittam ſuper eos ſignum mundi. Ad ſolennitatem properemus atque dicamus: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Chriſti: Dabit, inquam, dabit laborantibus gaudium, & ieiunantibus benedicens loquetur: Erunt domui Iudæ in gaudium & lætitiam, & in ſolennitates bonas, & lætabimini. Veritatem ac pacem diligite: non eſt enim omnium ſolennitas, ſed domui Iudæ, id eſt, Eccleſiæ Chriſti. Igitur quia ſecundum Pſalmiſtam, tempus faciendi domino, & Paulus ſcribit: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſic vt in die honeſte ambulemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: ſed induite dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. Iuſtum eſt cunctos Domini timore purgatos, dignam ſolennitatem continentiis & ieiuniis redimere, caſtitatem & dormientem ſenſum, vigili ſuſcitare fide, imitaríque ſapientiſſimum Danielem, de quo ſcribitur: Eſt vir in regno tuo, in quo eſt ſpiritus Dei, & in diebus patris tui vigilantia & ſapientia inuenta ſunt in eo. Qui enim curam ſui gerunt, vt ad meliora proficiant, habentes legem quaſi fortiſſimum ducem, parent imperiis eius, & venientia contra ſe peccata ſubuertunt, ſplendore operum illuſtrantes Paſchæ feſtiuitatem, & ſecuritate conſcientię, perturbationum iacula negligentes, ſpe anticipant victoriam. Qui autem horum imitatores ſunt, antequam ineant prælium, deſiderio virtutis palmam occupant triumphorum, coronamque victores lubricæ voluptatis in cœleſtibus poſſident: reuelata facie animo contemplantes vociferabuntur & dicent: Dominus Deus fortitudo mea, & ponet pedes meos in conſummationem, ſuper excelſa ſtatuens me vt vincam in cantico eius. Nec putemus, fratres chariſſimi, certamen eſſe perpetuum, vt idcirco laſſemur: ſed ſciamus finem huius, coronam eſſe iuſtitiæ, quam nulla ſæculorum corrumpit ætas. Studium vitæ iſtius & certaminis temporale eſt, qui autem inoffenſo cucurrerunt gradu, & ad calcem venerunt, præmiorum nouas inueniēt manſiones, victoriam canticis demonſtrantes. Itaque gratia domini triumphos nobis de ſceleratiſſimis dæmonibus pollicente, ieiunia rite celebremus, vt ſolennitatis quoque rite participes ſimus. Nequaquam diebus quadrageſimæ, ſicut luxurioſi diuites ſolent, vini poculum ſuſpiremus, neque in procinctu & prælio, vbi labor & ſudor eſt neceſſarius, carnium edulio delectemur. Crapula quippe & ebrietas & cæteræ huius vitæ illecebrę, opulentiſſimum animarum theſaurum exhauriunt, & ſementem ſcientiæ doctrinæque vberrimam, ſui admixtione ſuffocant. Quamobrem dominus atque Saluator prouocans diſcipulos ſuos ad rigorem continentiæ, loquebatur: Attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ ne ſuperueniat in vos repentina dies illa: Tanquā laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ: ſurgite abeamus hinc, quos ob negligentiam ſui pœnæ ilico conſequentur. Qui autem legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in ieiuniis, carnium eſum repudiant, & inſatiabilem auaritiam Dei timore compeſcunt. Vnde ad continentes ſcriptura quotidie clamitat: Vinum & ſiceram non bibent. Et econtrario Iudæi ob culpam audiunt: Dabatis bibere ſanctis vinum, & Prophetis, & præcipiebatis dicentes: Non poſſunt ſuſcipere correctionem qui luxuriæ oblectatione capiuntur, neque ventris ingluuiē ratione & conſiliis refrænare amore ieiunij. Qui deſidia & peritura cito voluptate ſtudium virtutis infamant, non erubeſcentes vinum clàm bibere, & auidis faucibus arbitros declinantes in cubiculis mulſa potare, vt inediam & ieiunia, quæ vltro adpetere debebant, ieiuniorum tempore luxuria & ebrietate commutent: neſcientes quod etiam ſi hominum conſcientiam fugiant, & clauſis parietibus veſcantur carnibus, atque aues altiles diebus quadrageſimæ, & propinquante Paſcha immundis manibus lacerarent, triſti vultu foris ieiunia promittentes, corripiat huiuſcemodi dominus, & dicat: Iniquitates magnas faciunt iſti, vt recedant à ſanctis meis. Non decet ieiunantes tempore agonis & prælij veſci carnibus, monente ſcriptura: Adfligetis animas veſtras. Neque phaſides aues ſolicito labore perquirere, & garrulas volucres, earúmque pinguedinē hiāti ingerere gulę. Nec inueſtigare magni

*Continentiæ bonū.* *Hier. 8.* *Lex norma operū.* *Sancta oſcula.* *Matt. 26.* *Pſal. 83.* *Eſaiæ. 66* *Galat. 6.* *Solennitas domus Iudæ.* *Legi parēdum tanquam duci.* *Quadrageſimæ ieiunium quale fuerit antiquitus.* *Lucæ. 21.* *Carnium eſus interdicitur, et vini.* *Contra Hypocriſim ieiunij.*

quicquid cernit in alio, in ſe debet pertimeſcere. Cúmque alius fuerit pro errore correptus, illius emendatio noſtra ſit cautio, & ſuper omnia, quaſi culmen & corona virtutum, pietas in Deum toto cordis timore ſeruetur, execrantéſque deorum numerum, Patris & Filij & Spiritus Sancti vnam confiteamur indiſcretámque ſubſtantiam, in qua & baptizati vitam æternam ſuſcepimus. Et ſi Dei tribuerit clementia, cum Angelis merebimur dominicum Paſcha celebrare, habentes quadrageſimæ exordium, ab octauo die menſis, qui ſecundum Aegyptios vocatur Phamenoth. Et ipſo præbente vires attentius ieiunemus: hebdomadæ maioris, id eſt Paſchæ venerabilis, die tertia decima menſis Pharmuthi fundamenta iacientes: ita duntaxat, vt iuxta Euangelicas traditiones finiamus ieiunia, intempeſta nocte octauodecimo die ſupradicti menſis Pharmuthi. Et altero die qui dominicæ reſurrectionis eſt ſymbolum, id eſt, nonodecimo eiuſdem menſis verum Paſcha celebremus: adiungentes his ſeptem reliquas hedomadas, in quibus Pentecoſtes feſtiuitas texitur, & præbentes nos dignos communione corporis & ſanguinis Chriſti. Sic enim merebimur accipere regna cœlorum in Chriſto Ieſu domino noſtro, per quem, & cum quo, Deo patri gloria & imperium, cum Spiritu ſancto, & nunc & ſemper & in omnia ſæcula ſæculorum: Amen. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos qui mecum ſunt fratres.

*Pietas virtutum caput.*

*Maior Hebdomada.*

*Pentecoſte*

*Communio corporis Chriſti.*

*Oſculum ſanctum.*

*Theophili Alexandrinæ vrbis Epiſcopi, ad totius Aegipti Epiſcopos epiſtola Paſchalis tertia D. Hieronymo interprete.*

NVnc quoque Dei viua ſapientia nos ad ſanctum prouocat Paſcha celebrandum, omnes cupientes eius eſſe participes: vnde propero ad illud currentes gradu, ieiuniis & continentia omníque afflictione corporis pugnantes contra vitiorum induſtriam, voluptates redigamus ad nihilum, fulti Saluatoris auxilio: & peccata noſtra, Deo qui ſanare poteſt, ſimpliciter confitentes, verum conſcientiæ iudicium formidemus, vt cum Dauid vociferantes atque dicentes: Peccata adoleſcentiæ meæ & ignorantias ne memineris, ſecundum miſericordiam tuam memor eſto mei. Terrore ignis æterni, creſcentia vitia conſummemus, quorum finis eſt, alia vltra non facere, & exordium ſalutis, præteritorum obliuio. Sicut enim principium viæ bonæ, facere iuſta: ſic exordium ceſſantium peccatorum, eorum impetus cohibere dum aut ratione frænantur, aut metu ad præcipitia non veniunt. Cúmque legis fuerit in animo recordatio, illico fugiunt, & ceſſantes vltra procedere, in triumphantium virtutum caſtra concedunt, paulatímque pœnitendo referentes pedem, & ſapientum iudicium declinantes, inſtar fumi reſoluuntur in nihilum. Difficile ſanantur mala quæ non ſtatim vt creſcere cœperunt opprimuntur: facilis eſt eorum eradicatio, cum, qui dudum peccauerunt, per pœnitentiam ad prudentiam conuertuntur, & fine peccandi, emolumentum inuenerint pœnitendi. Neque enim poſſumus opprimere incentiua vitiorum, niſi virtutes facere cœperimus, nec ceſſabunt vetera, priuſquam nouorum operibus excludantur. Et quomodo ſi contra ſuperuenientes voluptates firmo animo reſiſtamus, præterita peccata delentur, ita perſeuerans ſi fuerit præteritorum obliuio, futura delicta vltra creſcere non valebunt. Malorum quippe operatores, quaſi in ditionem ſuam redi-

*Conſcientiæ iudiciū.*
*Pſal.*

*Peccatorum initio facilis cura.*

*Conniuentes ad hominum ſcelera.*

A gentes eos qui poſſunt prohibere nec prohibent, tota ad peccandum debacchantur inſania, & ſilentium in ſenſum trahentes, quicquid animo libido ſuggeſſerit, opere explere nituntur. Libertas præſentium vitiorum futura germinat vitia, & ſi priora neglexeris, fons & ſeminarium futurorum eſt. Quæ cum ita ſint, qui poſſunt prohibere peccantes, & laboris fuga inertique ſilentio diſſimulant, & creſcere patiuntur mala, participes eorum rectiſſime iudicabuntur, qui authores ſcelerum ſunt, & negligentiæ pœnas luent dum irrationabile ocium, ſudori vlciſcentium prætulerunt, malentes quietem culpabilem, quam ſeueritatem vitia ſuccidentem. Si enim recedamus à vitiis, penitus interibunt, & eorum fraudulenta dulcedo ſiccabitur, B Omniſque impetus voluptatis, quodam, vt ita dicam, languore torpeſcit, quando mens noſtra fuerit virtutis hoſpitium, & legis recordatio non ſinit peccata generari, nec ea creſcere patitur, cúmque futurum tribunal & formidoloſum iudicij diem cogitauerint, tum principij diem, medium, finémque peccati prohibebit, & amaros illius fluctus, atque intumeſcentes gurgites vſque ad ipſum fontem, venáſque ſiccabit: virtus lege comitata, vitiorum opprimet ſemina, & animum de humilibus ad excelſa ſuſtollit. Econtrario vitia, niſi coërceantur, ſuperbiunt, & obedientes ſibi ad inferna detrudunt: cúmque ſemel poſſederint animas, opprimunt eas illecebris voluptatum, nec ſinunt iuxta hu- C mani corporis ſtatum in ſublime, erectúmque ſuſpicere, ſed inſtar pecudum ad terrena declinant. De quibus Pſalmiſta teſtatur, dicens: Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Dicat aliquis, quod ſi tantam habent vitia fortitudinē, & tam plurimos blanda perſuaſione ſupplantant, quid debent agere qui peccare ſe ſentientes, cupiunt mutare peccata virtutibus, & amore meliorū peiora contemnunt? Audiat huiuſcemodi loquentem Moyſen: Peccaſti? deſine, fine peccati priora ſubuertēs, & efficaciſſimo medicamine vitia emendans ceſſatione vitiorū: dulces malæ vitæ illecebras, & blandientes corporis voluptates, quaſi noxia venena declina, nec per lubricam & mollem delitiarē ingrediaris ſemitā, D quia ieiuniis & continentiâ, ſolennitas apprehenditur: & vix laborātes atque ſudantes, mala bonis poſſumus immutare, & repugnantes opprimere voluptates, paucíque ſunt qui calcatis vitiis tramitem teneant veritatis, dum malitia innumeris nocendi vtitur artibus, & vinci non poteſt, niſi ſapientiæ deſuper fulciamur auxilio, clamantis nobis atque dicentis: Noli timere, quia tecum ſum. Mali interitus eſt, mala vltra non facere: radix vitiorum, legis ſcita contemnere. Vt peccata germinant negligentia, ita ſolicitudo virtutes parit. Lex cuſtodita fugat ignominiam, neglecta parturit pœnas: & quanto magis ſi deſpiciatur, ſeueri iudicis imitatur truculentiam, tanto magis ſi ſeruetur, clemētiſſimi pa- E tris exhibet manſuetudinem. Igitur peccati ceſſatio, virtutis principium eſt. Medicina præteritorum, ac præſentium, futurorúmque vitiorum legis indefeſſa meditatio, quę cum poſſeſſoris ſui habuerit ſecuritatē, cunctis perturbationibus caret: Sapiētia quippe in nobis operatur bonum, poſtquam ei mundum cordis præbuerimus habitaculum, & cogitationes in opera verterimus. Nec ambigitur, qui in vtranque partē, vel faciendi, vel non faciendi bona habeamus liberam facultatem, & oppreſſis prauis, recta naſcantur, tuncque virtutum inter ſe concinit chorus, cum vitiorum in animis fuerit ſolitudo. Sicut enim continentia, in corporibus noſtris obtinens principatum, infirmitates naſci

*Extremi iudicij recordatio non relinquit locū peccatis.*

*Vitiorum tyrannis.*

*Pſal. 48.*

*Radix vitiorū omnium.*

*Legis meditatio medetur vitiis.*

*Liberum arbitrium*



naſci prohibet, & amatores ſui nec debilitat nec occidit, præteritóſque languores in priſtinā reſtituit ſanitatē, & expellens quod contra naturā eſt, reuocat ea quæ naturæ congrua ſunt, vt æquali temperamēto vitæ huius ratio conſeruetur, ſic anima legum iuſſa conſeruās, quantum recipere poteſt humana natura, à malorum contagione ſecernitur, & ex omni parte ſolicita, ſéque circunſpiciens, nihil ad ſe introire permittit, quod contrarium ſit præclaris cogitationibus. Quin potius in templum verſa Dei, cœleſti iugiter ſolennitate perfruitur, habens diuitias, obſeruantiam legis, quæ iacentes ſuſcitat, malóſque puniēs, alios corrigit, & ſemper clamans: Nunquid qui cecidit non reſurget? aut qui auerſus eſt, non reuertetur? Spem ſalutis largitur pœnitentibus, dum monet vt proſit, corripit vt emendet, pudorémque priſtinorum iniiciēs peccatorum, facit meliora ſectari. Quæ appetere nō poſſunt, niſi prius conſciētiæ vulnera condemnarint. Verum quia lex negligentes ſui & in errorem demerſos, cōſiliis optimis ad meliora reuocare feſtinat, quaſi Norma prauorum operum, eos autem qui ſibi obediunt abſque præmio eſſe non patitur, neque æternis anguſtiis premi, quotquot ſanctum Paſcha celebramus, continentia atque ieiuniis latorem legis amicum nobis eſſe faciamus, Propheta his qui paſcha celebrant promittente: Eris corona decoris in manu domini, & diadema regni in manu Dei tui, opulentum virtutum conuiuium requiramus: ornantes nos ſcientia ſcripturarum, quaſi ſolennibus veſtimentis: ſancta, lætantibus nobiſcum Angelis in cœlo, oſcula præparemus: fugantes omnem negligentiam, & rumpentes moram, vt alacri cum diſcipulis ad Saluatorem pergamus inceſſu, dicamúſque ei: Vbi vis paremus tibi Paſcha? Atque in cœlorum cœnaculo conſtituti, ac myſticum Paſcha facientes, poſſimus cantare: Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum. Ibi enim Angelorum reperimus choros, & cum eis feſta celebrātes, habebimus eos ſocios myſteriorum Dei, & exultatione ineffabili geſtiemus, ſapiētiæ cum illis ſacramēta diſcentes: vbi nulla fraudis deceptio eſt, vbi qui veſtem non habet nuptialem, conuiuium intrare prohibetur, licet in præſenti ſæculo iuſtū eſſe ſe iactet: Omnia ſunt ibi ſeneſcentis ac prouectæ plena prudentiæ: Nullúſque ibi, iuxta Prophetam, immaturæ ſapientiæ reperietur: Erit enim, inquit, iuuenis centum annorum: magnitudine numeri, perfectionem eruditionis oſtēndens. Vnde, fratres, ſanctę cœleſtíſque vocationis participes, Saluatorem per Prophetam audiamus clamantem: Veniam congregare omnes gentes, & venient, & videbunt gloriam meam, & dimittam ſuper eos ſignum mundi. Ad ſolennitatem properemus atque dicamus: Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Chriſti: Dabit, inquam, dabit laborantibus gaudium, & ieiunantibus benedicens loquetur: Erunt domui Iudæ in gaudium & lætitiam, & in ſolennitates bonas, & lætabimini. Veritatem ac pacem diligite: non eſt enim omnium ſolennitas, ſed domui Iudæ, id eſt, Eccleſiæ Chriſti. Igitur quia ſecundum Pſalmiſtam, tempus faciendi domino, & Paulus ſcribit: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſic vt in die honeſte ambulemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: ſed induite dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. Iuſtum eſt cunctos Domini timore purgatos, dignam ſolennitatem continentiis & ieiuniis redimere,

*Continentiæ bonū.*

*Hier. 8.*

*Lex norma operū.*

*Sancta oſcula.*

*Matt. 26.*

*Pſal. 83.*

*Eſaiæ. 66*

*Galat. 6.*

*Solennitas domus Iudæ.*



caſtitatem & dormientem ſenſum, vigili ſuſcitare fide, A imitaríque ſapientiſſimum Danielem, de quo ſcribitur: Eſt vir in regno tuo, in quo eſt ſpiritus Dei, & in diebus patris tui vigilantia & ſapientia inuenta ſunt in eo. Qui enim curam ſui gerunt, vt ad meliora proficiant, habentes legem quaſi fortiſſimum ducem, parent imperiis eius, & venientia contra ſe peccata ſubuertunt, ſplendore operum illuſtrantes Paſchæ feſtiuitatem, & ſecuritate conſcientię, perturbationum iacula negligentes, ſpe anticipant victoriam. Qui autem horum imitatores ſunt, antequam ineant prælium, deſiderio virtutis palmam occupant triumphorum, coronamque victores lubricæ voluptatis in cœleſtibus poſſident: reuelata facie animo contemplantes vocife- B rabuntur & dicent: Dominus Deus fortitudo mea, & ponet pedes meos in conſummationem, ſuper excelſa ſtatuens me vt vincam in cantico eius. Nec putemus, fratres chariſſimi, certamen eſſe perpetuum, vt idcirco laſſemur: ſed ſciamus finem huius, coronam eſſe iuſtitiæ, quam nulla ſæculorum corrumpit ætas. Studium vitæ iſtius & certaminis temporale eſt, qui autem inoffenſo cucurrerunt gradu, & ad calcem venerunt, præmiorum nouas inueniēt manſiones, victoriam canticis demonſtrantes. Itaque gratia domini triumphos nobis de ſceleratiſſimis dæmonibus pollicente, ieiunia rite celebremus, vt ſolennitatis quoque rite participes ſimus. Nequaquam diebus quadrageſi- C mæ, ſicut luxurioſi diuites ſolent, vini poculum ſuſpiremus, neque in procinctu & prælio, vbi labor & ſudor eſt neceſſarius, carnium edulio delectemur. Crapula quippe & ebrietas & cæteræ huius vitæ illecebrę, opulentiſſimum animarum theſaurum exhauriunt, & ſementem ſcientiæ doctrinæque vberrimam, ſui admixtione ſuffocant. Quamobrem dominus atque Saluator prouocans diſcipulos ſuos ad rigorem continentiæ, loquebatur: Attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ ne ſuperueniat in vos repentina dies illa: Tanquā laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper faciem omnis terræ: ſurgite abeamus hinc, quos ob D negligentiam ſui pœnæ ilico conſequentur. Qui autem legum præcepta cuſtodiunt, ignorant vinum in ieiuniis, carnium eſum repudiant, & inſatiabilem auaritiam Dei timore compeſcunt. Vnde ad continentes ſcriptura quotidie clamitat: Vinum & ſiceram non bibent. Et econtrario Iudæi ob culpam audiunt: Dabatis bibere ſanctis vinum, & Prophetis, & præcipiebatis dicentes: Non poſſunt ſuſcipere correctionem qui luxuriæ oblectatione capiuntur, neque ventris ingluuiō ratione & conſiliis refrænare amore ieiunij. Qui deſidia & peritura cito voluptate ſtudium virtutis infamant, non erubeſcentes vinum clàm bibere, & auidis faucibus arbitros declinantes in cubiculis mulſa po- E tare, vt inediam & ieiunia, quæ vltro adpetere debebant, ieiuniorum tempore luxuria & ebrietate commutent: neſcientes quod etiam ſi hominum conſcientiam fugiant, & clauſis parietibus veſcantur carnibus, atque aues altiles diebus quadrageſimæ, & propinquante Paſcha immundis manibus lacerarent, triſti vultu foris ieiunia promittentes, corripiat huiuſcemodi dominus, & dicat: Iniquitates magnas faciunt iſti, vt recedant à ſanctis meis. Non decet ieiunantes tempore agonis & prælij veſci carnibus, monente ſcriptura: Adfligetis animas veſtras. Neque phaſides aues ſolicito labore perquirere, & garrulas volucres, earúmque pinguedinē hiāti ingerere gulę. Nec inueſtigare magni

*Legi parēdum tanquam duci.*

*Quadrageſimæ ieiunium quale fuerit antiquitus.*

*Lucæ. 21.*

*Carnium eſus interdicitur, et vini.*

*Contra Hypocriſim ieiunij.*

*Quadrageſimę ieiuniū ſit procul à deliciis.*

pretij coquos, qui ventris rabiem iure multiplici, & carnibus contuſione mutatis, diuerſóque ciborum ſapore demulceant: fumantibus pateris, & nidore ſui, furori gutturis blandientibus, cum iniuria continentiæ, diuerſi ſaporis & coloris vina quærantur. Docet nos ſancti Danielis hiſtoria, & trium puerorum virtus, conſona appetere & honorare ieiunia, qui (vt longum ſermonem breui compendio*) in ſeruitutem libertate mutata, cum captiui debuerant deſiderare delitias, contempſerunt Babylonias dapes, & ſimplicem cibum regali menſæ prætulerunt: Præceperat quippe rex Nabuchodonoſor Eunuchorum principi, vt de filiis captiuitatis Iſraël & de regio ſemine pueros in quib. nulla eſſet macula, pulchros corpore, & aptos ad ſapientiam perdiſcendam introduceret in palatium, & eſſent in aula regis, diſcerent literas ac linguam Chaldæorum, & de reliquiis menſæ eius viuerent, atque inde accepta vina potarent. Eliguntur itaque de tribu Iuda, Daniel, Azarias, Miſaël, & genere concordes, & fide, quorum nobilitatem dura non mutauerat ſeruitus. Quibus Daniel, ſicut ſcriptura teſtatur, poſuit in corde ſuo non coinquinari de menſa regis. Tres quoque pueri non minus religione quàm propinquitate ſociati, ſuſcipiunt viri conſilium & approbant ſapientiam, ſimúlque Eunuchorum principem deprecantes, Dei opitulante clementia impetrant quod deſiderant, & in terra captiuitatis ſeruant generis nobilitatem: nam timentem præpoſitum, ne aliorum puerorum vultus hilarior, capitali ſe pœnæ addiceret, ratione & conſilio leniunt, iis verbis loquentes: Tenta, pueros tuos diebus decem, & detur nobis de ſeminibus & comedemus, & aquam bibemus, & appareant in conſpectu tuo vultus noſtri, & vultus puerorum qui comedunt de menſa regis, & ſic vt videris, ita facies cū ſeruis tuis. Videbant enim & quod virtutis deſiderium, Dei clementia ſuſtentatū, pulchra & fortia corpora conſeruaret, & omnem deformitatem fides vinceret, & nitorem pulchritudinis nulla macies commutaret. Hæc idcirco, Fratres chariſſimi, replicauimus, vt Pauli Apoſtoli, de ſanctorum virtutibus prædicantis, verba noſcentes, in quibus ait: Quorum conſiderantes exitum conuerſationis, imitamini fidem: Suademus eis qui tempore ieiuniorum eſu carnium delectantur, imitari ſanctorum continentiam, qui nulla vi ſuperari potuerunt vt rigorem virtutis amitterent, vt Babyloniorum imperia formidantes, captiuā in ſe oſtenderent voluptatem, ſed manſerunt liberi, ventríſque deſideria, ratione ſuperarunt, & titillantem gulæ vicere luxuriam, nobíſque ſuæ fortitudinis exemplaria reliquerunt, habitātes in Babylone corporibus, ſed ſenſu & fide cum Angelis in cœleſti Hieruſalē morantes, vt omnem deinceps ætatem docerent, ieiuniorum tempore à vino & carnibus abſtinendum, ſumere de terra ſemina, & potandam aquam, quibus comitibus vtitur pudicitia. Quid memorem inſignes Machabæorum victorias, qui ne illicitis carnibus veſcerentur & communes tangerent cibos, corpora obtulere cruciatibus, totiúſque orbis in Eccleſiis Chriſti, laudibus prædicantur, fortiores pœnis, ardentiores quibus comburebantur ignibus? Victa ſunt in eis omnia crudelitatis ingenia, & quicquid ira perſecutoris inuenerat, patientium fortitudo ſuperauit: Inter pœnas, magis paternæ legis, quàm dolorum memores: Lacerabantur viſcera, tabo & ſanie artus diffluebant, & tamen ſententia perſeuerabat immobilis: liber erat animus, & mala præſentia, futurorum ſpe deſpiciebant.

** deeſt verbum quale eſt, abſoluam.*

*Triū puerorum hiſtoria. Dan.*

*Heb. 13. a*

*Pudicitiæ comites. Machab. Machabæi*

A Laſſabant tortores, & non laſſabatur fides, frangebantur oſſa, & volubili rota omnis compago neruorum atque artuum ſoluebatur, & in immenſum ſpirantia mortem incendia conſurgebant: plenæ erant feruentis olei ſartagines, & ad frigenda ſanctorum corpora terrore incredibili perſonabant, & tamen inter hæc omnia, paradiſum animo deambulantes, non ſentiebant quod patiebantur, ſed quod videre cupiebant: mens enim Dei timore vallata flammas ſuperat, varios tormētorum ſpernit dolores. Cúmque ſemel virtuti ſe tradiderit, quicquid aduerſi euenerit, calcat, & deſpicit. Qualis fuit Paulus ſcribēs: In iis omnibus ſuperamus, per eum qui nos dilexit. Quod enim ſuſtinere non poteſt carnis fragilitas naturali infirmitate ſuperata, vincit animus, fide colloquens Deo. B Ergo qui ieiunia, id eſt, conuerſationem Angelicam imitātur in terris, meminerunt illius dicti, regnum Dei non eſt cibus & potus, ſed iuſtitia & gaudiū, & pax, & lætitia, quę per cōtinentiam, breui & paruo labore, magna ſibi & æterna conciliant pręmia. Et multo plus accipiunt quàm offerunt, & futuri temporis gloria, præſentes anguſtias mitigant: quia in hoc ſtadio pro virtute pugnātibus, finis erit aliquādo certaminis: qui autem pugnā ineunt contra vitia, & ſapiētiæ diſciplinis ſuas animas dedicarunt, quantúmque patitur humana conditio, ſcientiam appetunt futurorum, per ſpeculum & imaginem, ſenſu & fide cœlorum regna cernentes, conſequentur æterna C præmia, & nullo temporum fine claudenda. Dies & nox certis horarum ſibi ſuccedūt ſpatiis, paulatímque decreſcentes, quod amittunt recipiunt, & quod recipiunt tribuunt: ad eandem menſuram bis in anno conuenientes, nec manent in eodem ſtatu, ſed breuitate & longitudine, horarum momenta diſcriminant, vt vtilem mundo faciant temporum diuerſitatem. Namque dies ordine & circulo ſuo de noctis temporibus mutuatur, & rurſum nox recipit quod largita eſt: dúmque viciſſim & tribuunt, & accipiunt, & orbe quodam quod paulatim omiſerant decreſcentes, ſenſim creſcētes recipiunt, creatoris Dei interpretantur ſapientiam. Atque ex hac viciſſitudine ſpatiorum, vel menſtruus D lunæ orbis efficitur, vel ſolis ſua per veſtigia reuertentis annus impletur, dum creſcunt atque decreſcunt, & lapſu præteritorum futura ſuccedūt, eadem ſemper atque alia tempora commutantur. Vnde & luna prudentiſſimo Dei artificio condita, & formarum mutans varietates, ad plenitudinem tendit, & feſtinat ad diminutionem, vt quicquid creſcens adquiſiérat, perdat amittatque decreſcens. Nec ſtat in eodem ſtatu, ſed quibuſdā gradibus aſcendens atque deſcendens, de paupertate pergit ad diuitias, & de diuitiis redit ad paupertatem: ipſa diuerſitate formatū mutabilem & conditā eſſe demonſtrans. Quis vero poſſit digno ſermone exprimere ſolis curſum, & anni circulum rationi men- E ſtruæ congruentem? Dum per quatuor voluitur tempora, & in ſe ſemper reuertitur, eadémque menſura cōſcendit atque deſcendit, & æterno ordine labitur, vt quod lunare ſpatium triginta diebus implet ac noctibus, hoc ſolis curſus ſpatiis anni vertentis reficiat. Cūque ad ęqualitatem diei noctíſque peruenerit, & parūper in libra iuſti curſus ſteterit, feſtinat ad inæqualitatem, deſerens ad quod peruenerat. Quod puto Eccleſiaſten, ne de alienis, noſtra, fontibus hauriam, in volumine ſuo dicere: Girans girando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur ſpiritus, annuum ſolis curſum ſignificantem, eadem temporum rota in ſemet reuertitur, rediens ad ea vnde profectus fuerat. Sancta

vero

*Mens timore Dei vallata omnia ſuperat.*

*Rom. 14.*

*Ieiunij fructus.*

*Diei & noctis vices.*

*Lunæ auctus.*

*Solis & lunæ curſus intra quantum tempus perficiatur.*

*Eccl. 1.*



vero cœleſtíſque ſolennitas radios nobis ſui ſplendoris emittens, nullis ſpatiis terminatur: cúmque ſanctorum certamina, & præſentis ſæculi labor finem acceperint, ſuccedet perpetuum gaudium, & æterna feſtiuitas. Vnde perfecti viri animas ſuas ab omni eorum caligine ſeparantes, iam nunc feſta decantant: introëamus portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis, Saluatoris aduentum lętis vocibus perſonantes. Cum enim in toto orbe regnaret malitia, & tenebras humanis oculis dæmones offudiſſent, neque poſſet eis vllus opitulari, iuxta illud quod ſcriptum eſt. Reſpexi, & nō erat qui auxiliaretur: cōſideraui, & nullus qui ſuſciperet, vt finē haberet aliquādo impietas, & deſtrueretur idololatriæ fraudulētia, viuēs ſermo Dei, nihil de noſtra relinquens ſimilitudine, abſque ſolo peccato (quod ſubſtantiā nō habet) nouo modo ad nos venire dignatus eſt, vt fieret Filius hominis, vt permaneret filius: quippe ex virgine, hoc tantum ſtultis mentibus credebatur, quod oculi demonſtrabant. Ex operibus vero & ſignorum magnitudine, Deus inuiſibilis à prudentibus cernebatur, quemque facies hominem demonſtrabat, hunc virtutes ſignificabant Deum, ſeruilis formæ vilitate coopertū: Quanquam etenim tradiderint eum Iudæi, & crucifigendum vocibus impiis conclamarint, interfectione corporis eius Dominum blaſphemantes: immò occiſione carnis dominicæ, ſerui impietatis effecti, tamen ad mortem intrepidus accedens, vt nobis virtutis præberet exemplum, Dominus gloriæ in ipſa paſſione monſtratus eſt, impaſſibilis diuinitatis permanens in maieſtate, & carne paſſibilis iuxta beati Petri repertus eloquium. Et ideo pro nobis patiens non fugit mortem, ne nos timore mortis, eius proprietate bellantes victoriam perderemus: Nam ſi timuiſſet crucem, contraria iis quæ docuerat gerens, quis diſcipulorum eius libens pro religione pugnaſſet? Irridetur itaque à ſtultis & incredulis, qui orbem terrarum ſuæ ſubiecit fidei, & nominis Chriſtiani, ſanctis largitus eſt dignitatem. Cúmque magnitudo virtutum eius omnibus clareat, blaſphemare non ceſſant. Ille vero qui irridetur Deus, operibus demonſtratus eſt, vt dæmonum templa ſubuerteret, vt Origeniſtarum impietatem argueret verſipellem, quorum author Origenes, ita aures ſimplicium & leuiorum ſua perſuaſione decepit, vt ſolent in littora ex alto venientes illidi gurgites, & in ſemet ſpumanti mole confringi. Nos ergo ad eum qui auſus eſt ſcribere, ruina rationabilium creaturarum eſſe corpora fabricata, zelo fidei concitati loquamur, ſi tibi huiuſcemodi impietas placet, quomodo Paulus Apoſtolus ſcribit: Volo adoleſcentulas nubere, filios procreare? Vtrū idcirco pręcepit nuptias, vt ex mulieribus naſcentia corpora ruentibus de cœlo angelis, & verſis iuxta te in animas, carceres præpararent? An vt in cōiūctione maritali, Dei ſententiæ ſeruiens cōſeruet humanum genus? Si enim vult adoleſcentulas nubere, & filios procreare, per quas naſcuntur corpora humana: corporibus autem propter pœnas atque ſupplicia errantes animæ, nulli dubium, quin propter pœnas animarum, & non propter generationis ordinem, nuptiarum adoleſcentulis vincla tribuantur. Verū abſit vt ita eſſe credamus, & mariti, vxoríſque fœdera non ob benedictionem, ſed ob peccatum iuncta credamus. Nec Adam & Euam plaſmans Deus, propter animas de cœlo ruentes & lapſas rationabilium creaturarum benedictione vocauit: Creſcite & multiplicamini, dicens, replete terram. Si enim propter peccata in cœlis

*Pſal. 99.*

*Chriſti vita documēto eſt nobis.*

*Chriſtus nō timuit crucem.*

*1. Ti. 5. b.*

*Corpora non fabricata propter ruinā animarū.*

A præcedentia ad terras miſſæ ſunt animæ vt corporibus ligarentur, mentitur Paulus ſcribens: Honorabiles nuptiæ, & cubile immaculatum. Sed nequaquam ille mentitur. Igitur non propter ruinam animarum corpora fabricantur, ſed vt mundus ſucceſſione perpetua.* Nam ſi ruentes iunctæque corporibus benedicuntur à Deo, melioris conditionis erunt, poſtquam corpora ſuſceperunt: quod ſi idcirco dicuntur, vt in vltionem peccatorum corpora accipiant, quomodo benedicuntur in corporibus, atque ob peccata venerūt? E' duobus enim alterum erit. At ante ruinam fuiſſe eas in benedictione, aut poſt ruinam, iunctas corporibus nequaquā poſſe bene dici. Si enim illam vitā benedictio ſequitur, iſtam deſerit: ſi ad iſtam transfer- B tur, in illa non fuiſſe conuincitur, Quod ſi & antequā ruerent, necdumque humanis corporibus veſtirentur, fuerunt in benedictione, & ruentes habenteſque corpora rurſus benedictæ ſunt, ſimilis erit iuxta benedictionis conditionem & prior vita, & poſterior: quod nequaquam conſequens eſt, quia peccatrices, ſupplicia: non peccantes, benedictionem merentur: quicquid è duobus verum eſſe reſponderint, vitio ſubiacebit, nolentes Eccleſiaſticæ doctrinæ regulam cuſtodire. Siue enim propter peccata de cœlo animæ corruentes, inſtar carceris & catenarum corporibus illigatæ ſunt, reſpondeant, quomodo Adam & Eua, maſculus & fœmina, viuētes in corporibus benedicti ſunt? C (Neque enim iuxta deliramenta eorum, nudæ animæ vir & mulier appellantur, ſed corpora quæ ſexum vtrumque diſtingunt). Siue ante corpora in cœleſtibus motabantur, & beata eis tunc erat, dignaque bene abſque corporibus conuerſatio, qua ratione aut priuſquam ruerent benedictæ ſunt, aut poſtquam corruerunt, in pœnam ruinæ, craſſis corporibus copulatæ ſunt & rurſus benedictione donantur? Neque enim idipſum eſt benedictio atque ſupplicium, quæ & nominibus & operibus procul diſtant: nec poſſunt vllo modo inter ſe ſociari, quas tanta diuidit repugnantia. Quomodo autem & iuſtis multitudo liberorum pro benedictione promittitur? Propheta dicente: Qui mi- D nimus eſt, erit in millia, & qui nouiſſimus, in gentem magnam. Ergo & qui volunt Domini feſta celebrare, Origenis ſimulachra contemnant, & turpitudinem dogmatum illius, ratione ſuperent. Sicut enim Ethnicorum impiiſſimi, errorem & conſuetudinem præferunt veritati, fabricantes in hominum ſimilitudinem idola, & inuiſibilem blaſphemantes Deum, dum formam & membra & organa genitalia in eis eſſe confingunt: nunc virum, nunc fœminam confitentes, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, variarumque formarum, ita Origenes facilitate & impietate credentium, quaſi delubra idolorum, tractatuum ſuorum E monimentis demiſit, quæ nos authoritate ſcripturarum, & zelo fidei ſubuertentes, vtamur illa ſimilitudine: Vt enim cementarij, quadrā volentes ædificare domū, æquales ex omni parte parietes metiuntur, eoſque norma & perpendiculo dirigentes, quod animo depinxerint, opere extruūt, & eiuſdem menſuræ per quadrum latera, quatuor iungunt angulis ſurſum ac deorſum, cœptam æqualitatem, paulatimque incrementa ſeruantes, vt materiæ diuerſitatem iungat operis pulchritudo, & angulares lineas artifex ſtructura cuſtodiat: Sic Eccleſiæ præceptores habentes teſtimonia ſcripturarum, firma doctrinæ faciunt fundamenta, & intrepidi permanēt, offerētes opera ſua Chriſto, atque

*Hebr. 13. c.*

** Haud dubiè deeſt verbū: duret.*

*Nuda anima nō dicitur vir.*

*Imagines Deorum.*

*Rom. 1.*

dicentes: Confirma me in verbis tuis: Ipſe enim de quo ſcriptum eſt, Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli: nos & eos qui ſurſum ſunt vna ſolennitate conſocians, ad quem curſu celeri nauigantes, rabiem contra nos Hæreticorum fluctuum velociter diſſoluendam minime formidemus. Sicut enim gubernatores magnarum nauium, cũ viderint immenſum ex alto venire gurgitem (quaſi venatores, ferociſſimam beſtiam) ſpumantes fluctus ſuſcipiunt, eoſque proræ obiectione ſuſtentant, flectentes in diuerſum gubernacula, & prout ventorũ flatus & neceſſitas imperarit, ſtringentes funiculos vel laxantes. Cumque vnda ſubſederit, ex vtroque nauis latere laborantia clauorum vincla dimittũt, vt parum perquieſcentia venturo gurgiti præparentur: qui cum rurſus aduenerit, ſtringunt clauorum capita, & palmulas dilatant, vt huc atque illuc ſciſſis flatibus, æqualis ſit vtriuſque lateris labor: & quod ſimul non poterat ſuſtineri, diuiſim tolerabilius fiat. Qui ſui curam gerunt, imitantur exempli ſimilitudinem, & diuinorum diſpenſatione verborum quaſi gubernaculo vtentes occurrunt Hereticorum tempeſtati & fluctibus, legem Dei pro arte retinentes, vt qui corruerant, ſuſcitentur: qui ſtant, firmo perſeuerent gradu, & omnes in commune, doctrinæ opitulatione ſeruentur: Quod enim gubernatori clauus, hoc animo eſt lex Dei. In qua dominicum Paſcha facientes, charitati dei & proximi in mundo nihil aliud præferamus, neque pro varietate humanorum caſuum, qui huc illucque vertuntur, ſententiam commutemus, vt quibus dudũ pro potentia, turpi adulatione ſeruiuimus (ſi forte ſeruiamus) ſi forte reflauerint venti, & paupertate, diuitiæ, humilitate, ſublimitas, ignominia, gloria fuerint immutata, in hoſtes repente vertamur: reſiſtentes eis in faciem quos veueratione dignos ducebamus, temporibus non fide neceſſitudinem ponderantes. Immò latentes inimicitias neceſſitatis tempore monſtrantes, & in ſimilitudinem ſerpentum procedentes de foueis, vt non ſolum ingratiſſimi ſimus in eos quorum beneficiis ſuſtentabamur, gaudentes ſi nomina clientium poſſederimus, ſed quaſi perduelles, eos vſque ad ſanguinem perſequamur: deiectos proſtratoſque calcantes, quos dudum propter diuitias ſuſpiciebamus: peſſimos omnium conclamantes, poſtquam opes paupertate mutauerint: laudantes potentiam, & infelicitatem calumniãtes: nec pro rerum natura, ſed pro varietate caſuum honorantes aliquem vel contemnentes, vt quos prius dominos & patronos vocabamus, eoſdem quaſi verberones, & ſeruos nequiſſimos appellemus: atque ex omni parte appareat noſtra iniquitas, dum indignos laude aut obtrectatione perſequimur, imitantes illud quod ad beatum Iob exprobrantes loquebantur: Pauca pro quibus peccaſti verberatus es. Nequaquam igitur dubias opes, ſed virtutem firmiſſimam diligamus: non nos duritia humiliet paupertatis, non extollant diuitiæ, quæ ſtultiſſimos hominum deprimere & eleuare conſuerunt, ſed vtrunque pro rerum honeſtate moderemur, & triſtia, & læta æquali animo ſuſtinentes. Diuitiarum cura ſomnos interrumpit dulciſſimos, innoxiis calumnias ſtruit, & cum infinitas opes congregauerit, materiam æternis ignibus parat. Poſtquam vero inſatiabilis furor quæſitis opibus incubuerit, non expletur auaritia, ſed contemnit leges, gehennæ flammas deſpicit, futurum iudicij tribunal habet pro nihilo. Nec tantum aduerſarij contra hoſtes ſuos, quantum diuitiæ contra virtutes dimicant: niſi ratione, & in proximos miſericordia temperentur. Hæ in vrbibus nobilitati præferuntur, hæ nouis hominibus antiquam donant familiam: Nũquam diuitiarum deſiderium vllis diuitiis ſatiari poteſt. Eget ſemper qui auarus eſt, neſcit mens veſtra, cui "tantum deeſt quod habet, quantum quod non habet." Infernus mortuis non expletur, ſed quanto plures ſuſceperit, tanto plures deſiderat. Imitatur ergo eum auaritia, nec ſatiari poteſt, ſed quicquid habuerit, plus requiret: minus putat ab eo quod cupit, omne quod poſſidet: ſemper immenſa, ſemper immodica, ardorem peccatoris, opum magnitudine non reſtinguens: in conuiuiis non cibos vorat, ſed iniuſtitiam: in iudiciis iurgia miſcet atque diſcordias, inuidiam parturit, per quam ad homicidium peruenitur: non eſt compos mentis, ſed quaſi ebria fluctuat, vnam habens menſuram, extra menſuram ſemper inquirere. Mare littoribus clauditur, venientes ex alto fluctus, & rabiem intumeſcẽtium gurgitum, portus vel manufacti, vel natura firmiſſimi prohibent: diuitiarum cupidinem, niſi ratione frænetur, nec conſilium temperat, nec lex mitigare poteſt, nec vlla ſatiat abũdantia. Non erubeſcit, non futurorum iudiciũ reformidat, ſed deſiderio plus habendi, vt luxurioſi dediti voluptatibus ſolent geſtire in amplexus, & inſanire ad libidinem, ita calumniarum & diſſenſionum, vrbes ac viculos, villaſque complet: inſulas, maria, terras, littora, vias, tranſitus, ſtudia poſſident auaritiæ, dum deſiderio plus habendi, negotiatione, merces huc illucque commutat, & fraudibus atque periuriis, diuitiarum iacit inexplebilia fundamenta. Itaque huiuſcemodi rabiem cotemnentes, diuitias: cultum Dei, & firmiſſimas poſſeſſiones, caſtitatis ſanctimoniam requiramus, adorantes Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnam diuinitatem, reſurrectionem mortuorum incorruptibilem, & iugiter permanentem eſſe credentes: Nec enim fieri poteſt, vt eam mors ſuperet, quæ Chriſti paſſione firmata eſt, ſuſcitans incorruptum & in æternum permanẽs templum corporis ſui. Oremus pro piiſſimis Imperatoribus: & obſeruatione legis Dei, ieiuniorum præcepta decoremus: quia virtus abſque vlla neceſſitate cuſtodit ſectatores ſuos, & ſenſum in cogitationes varias fluctuantẽ, de terrenis ad excelſa ſublimat: nequaquã pulchritudinem corporum, ſed conuerſationes ac morum ordinem contemplans, oſtendens ei lætantium in cœlo angelorum choros, & docens ſplendentium diſciplinarum fulgura, vt in preſenti ſæculo quaſi athleta fortiſſim⁹ illatas ſuſtineat plagas, & futuram pro iis gloriam præſtoletur: nequaquã vitiis ſubiacens, ſed interiorem hominẽ deſiderio ad æterna ſuſtollens, atque omnes impetus, voluptatis ratione compeſcens, illud cogitet quod futurus eſt, & quantum poteſt ſuſtinere humana fragilitas, recedat à corporalium rerum ſolicitudine, præferens carnalibus ſpiritalia, vt etiam ipſum corpus deſpiciẽs, & præſentium voluptatũ duriorem, ſed meliorẽ vitã inire perſuadeat, vt qui tum libidini ſeruiebat, libertate bona ſeruiat caſtitati, & retractus à præcipitiis, mollia ieiuniorum fræna ſuſcipiat. Etenim ſi abſque rectore fuerit ac magiſtro, corporũ infirma natura, nec imperãti animo voluerit obedire, & ſibi è rectore concitat infinita naufragia, & pertrahit eum ad turpiſſimas libidines, ac barathrũ voluptatum, vt nequaquã honeſta cõſideret, ſed fugiens bona, in cœno ac ſordibus commoretur. Virtus vero cum in aurigæ modo animum rexerit, & quaſi in curru ſtans, impetus eius & varios appetit⁹, doctrinæ habenis cõpoſuerit, de humilibus eum ad excelſa ſubleuat, inuiſibilia æternaque pro viſibilibus oſtendens, manſionem in cœlis parat, & amicos illi efficit eos qui Dei miniſterio ſeruiẽtes, ſpiritalibus delitiis perfruũtur: vt quod hic cernebat in imagine, ibi in veritate perſpiciat, & maiorẽ ſolis radiis videat claritatẽ, quæ nobis huc ex parte deſcendit, vt de minoribus ad maiora tẽdamus, & quaſi per literas ac ſyllabas ad legẽdũ proficiamus: quia & illa, iis, & hæc, illis indigent, ibi cum fuerimus beatorũ iuncti conſortio, audiemus: Euge ſerue bone & fidelis quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui.

*Matt. 21.* — *Ars Nautarum in tẽpeſtate.* — *Conſtans ſit proximi dilectio.* — *Homines diligendi, nõ fortuna hominum.* — *Contra Auaros.* — *Noui homines.* — *Auaritia inferno cõparatur.* — *Vna menſura auaritiæ, mẽſuram nõ nouiſſe.* — *Periuriis fundamẽta iaciuntur diuitiarum.* — *Corporis naufragia ſi rectorẽ animũ alicerit.*

*Hebdomada Paſſionis.* Incipiẽt ſanctę quadrageſimæ ieiunia: ab vndecima die mẽſis Phamenoth, & hebdomadæ dominicæ paſſionis ſextadecima die mẽſis Pharmuthi. Et finiamus ieiunia veſpere ſabbati, viceſima prima die eiuſdẽ mẽſis Pharmuthi, & ſequenti die dominica, Paſcha celebremus viceſima & ſecunda die eiuſdem menſis. Poſt quæ iungamus ſeptem hebdomadas ſanctæ Pentecoſtes: Pauperũ memores, amantes Deũ & proximũ, orãtes pro inimicis, perſecutoribus blandiẽtes, infirmorũ ruinas cõſolatione & miſericordia ſubleuantes: vt lingua ſemper in Dei laudibus perſonet, vt Eccleſiæ iuſta iudicia nequaquã irrationabili clementia deſtruantur, ne legi Dei, arbitria præferãtur humana: cuius deſiderauimus amicitias, cœleſtem gloriã conſequemur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, per quem & cum quo, Deo Patri claritas & imperium cum Spiritu ſancto in ſecula ſæculorum. Amen.

*Oſculum ſanctum.* Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutãt vos fratres qui nobiſcum ſunt. Et hoc noſſe debetis: Pro defunc * ſingulorum conſtitutis. In vrbe Nichio pro * Theodoſium: In Terenuthide Arſinthiũ: In oppido Geras pro Eudemone Pirozum: In Achæis pro Apolline Muſeum: In Athriuidi pro Iſidoro Athanaſium: In Cleopatride Offellũ: In oppido Laton pro Timotheo Apellem. Iis ergo ſcribite, & ab eis iuxta morem Eccleſiaſticas ſuſcipite literas. *Eccleſiaſticæ litteræ.*

*Theophili Archiepiſcopi Alexandrini Edictum cum Theophania in die Dominico inſtarent.*

*Θεοφάνια credo eſſe natalẽ domini.* *Dies Dominicus.*

ET mos & honeſtas à nobis exigit, vt omnem diẽ Dominicum honoremus, eúmque celebremus, quoniam Chriſtus Dominus noſter præclarum in ea ſuæ reſurrectionis munus obiit. Et ideo in ſacris ſcripturis ipſe & primus appellatus eſt, vt qui ſit nobis vitæ principiũ, & octauus, vt qui Iudæorum ſabbatiſmũ exuperauerit. Quia ergo accidit vt ſãctorũ Theophaniorũ ſit hic præfeſtus dies, & à ieiunãdo tñ diſpenſemus, ad vtrumque ſcientes procedamus, vt paucos dactylos ſumentes, ſimul & hæreſes vitemus, quæ domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem non honorant, & diei ieiunij quod debetur reddamus, veſpertinam cõgregationem expectantes, quæ hic Deo dante peragetur. Congregamur ergo hîc ab hora nona.

*Eiuſdem commonitorium quod accepit Ammon διὰ τὴν Λυκώ propter Lyco.*

*Can. 1. Parrochorum hæreticis communicantium caſtigatio.*

DE iis qui Arrianis communicauerũt, & Eccleſias huc vſque detinent, vt ſe habet conſuetudo, fiat, ita tamen vt alij conſtituantur qui in orthodoxia teſtificentur, & alij permaneant: his quoque ita diſpenſatis vt alij in Thebaide fecerunt ortodoxi Epiſcopi qui ab Epiſcopo Apolline conſtituti ſunt, & qui communicarunt cum Arrianis Eccleſias habentibus, puniantur, ſi quidem ipſorum voluntate hoc fecerunt. Sin autem proprio Epiſcopo obedierunt, permaneant: & ſi quod iuſtum eſt nõ nouerint, & ſi omnes quidem populi eos cum aliis †reiiciant, alij ordinentur. Sin autem eos retinẽt cum illis quibus communicarunt, ij quoque eam conſuetudinẽ experiantur, qua vſi ſunt omnes orthodoxi in Thebaide Epiſcopi.

*† ἀποποιοῦνται.*

*Can. 2. Presbyteri fornicatoris diſciplina.*

De Biſte qui in Ereba cõſtitutus eſt presbyter, quærendum eſt, & ſi alicui quidem mulieri ſeparatæ viuẽte marito vim attulit, non ſinatur eſſe presbyter. Nam nec vt laicus quidem debet communicare, cum eos qui tales ſunt, ſeparare conſueuerit Eccleſia. Hoc autẽ nullum affert Epiſcopo Apollini præiudicium, ſi eum per ignorantiam conſtituit, cum ſancta ſynodus iuſſerit, eos qui propter crimen indigni eſſe conuincuntur, expelli.

BALS. *Biſtes ab Apolline Epiſcopo Presbyter cõſtitutus fuerat, eſt autem ea regio Aegypti ſicut & Lyco. Is autem dicebatur mulieri ſeparatæ vim attuliſſe, viuo marito. De eo interrogatus Theophilus, inquit, Quæratur an ſit verum, cum mulieri vim attuliſſe, & ſi ita ſit, ne ei eſſe presbyterum permittatur. Quomodo enim fuerit is presbyter, cui nec in Eccleſiam quidem permittitur ingredi, cum ſit propter peccatum ſegregatus? Eos enim qui ſunt eiuſmodi, extrudit Eccleſia, & ſeparat à fidelibus. Hoc autem à Theophilo nequaquam canonicè dictum eſt. quandoquidem ſanctorum Apoſtolorũ xxv. canon, & magni Baſilij tertius & xxxij. & Carth. xxij. clericos qui peccarunt, & depoſiti fuerunt, à communione non arcent. Quod autem ordinatus ſit, id non affert damnũ Epiſcopo, qui eum, peccatum ignorans, ordinauit: ſtatuit enim Synodus, vt qui peccatorum conuicti fuerũt, etiam poſt ordinationem eiiciantur. Id autem eſt primæ ſynodi Nicenæ can. ix. Illud autem, Separatæ viuo marito, facti eſt, & ideo adiectum eſt, Alicui, ſicut & vim attulit: licet enim ſimpliciter cum muliere aliqua rem habuerit, licet non ſeparata, ſic quoque in eum depoſitio introducta eſt, & ſi ei vim non attulerit.*

*Can. 3.* De Sur autem, quia Apollo Epiſcopus affirmauit ſe & eum amandauiſſe, & ab Eccleſia alienum feciſſe, ita ſit vt pronunciauit Epiſcopus, vtente illo ſuis defenſionibus ſi vult, & de Epiſcopi ſentẽtia cõqueritur.

BALS. *Erat quidam Sur clericus Epiſcopi Apollinis, qui Epiſcopus ſe eum à clero amandaſſe, pro eo quod eſt, expuliſſe, affirmauit. Sit ergo ſecũdùm Epiſcopi iudicium, quod in ipſum prolatum eſt, à clero alienus. Sin autem Epiſcopi ſentẽtiam accuſat, vtatur ſuis defenſionibus, apud ſynodum ſcilicet, ex qua eſt etiam Epiſcopus.*

*Can. 4.* De Panuph, qui in Lyco diaconus conſtitutus eſt, quærere oportet, & ſi is quidem inuentus fuerit, cum eſſet Catechumenus, fratris ſui filiam in matrimonij ſocietatem accepiſſe, poſt baptiſmum in clerum promotus, in clero maneat, ſi illa dormierit, & poſt baptiſmum cum ea rem non habuerit. Sin autem cum eſſet fidelis, eandem fratris ſui filiam in matrimonij ſocietatem duxit, ſit à clero alienus. Non eſt enim Epiſcopo Apollini præiudicium, ſi eum per ignorãtiã conſtituit.

BALS. *Dicebatur Panuph antequam eſſet baptizatus, fratris ſui filiam vxorem duxiſſe. Baptizatus autem ordinatus fuerat. Dicit ergo Theophilus, quod ſi mulier è vita exceſſerit, & poſt Baptiſmum ea non vſus ſit, maneat Diaconus, nempe cum ſanctus baptiſmus omnia peccata præcedentia deleat. Sin autem cum eſſet fidelis, ſeu poſt baptiſmum, eam habuit, clero eiiciatur. Ei autem, qui eum inſciens ordinauit, præiudicium non afferetur. Illud autem, Si mulier dormierit, dicit, vtpote quoniam ita eueniſſe dicitur. Nam etſi etiam poſt baptiſmum vixiſſet, nec eam Panuph cognouiſſet, ſed ipſam etiam amandaſſet, potuiſſet ſic quoque eſſe Diaconus.*

*Can. 5.* De Iacob quærere oportet, ſi enim Lector erat, &

crimini fornicationis fuiſſe eum obnoxiũ, & à presbyteris eiectum fuiſſe oſtenſum ſit, deinde is ordinatus eſt, eiiciatur accurata examinatione facta, nòn autem ex ſuſurris vel maledictis orta ſuſpicione. Sinautem non fuerit inuentus crimini obnoxius, maneat in clero, neque enim vanis calumniis animum adhibere oportet.

B A L S. *Iacob quidam lector fuiſſe dicebatur, & clero eſſe eiectus, & deinde ad maiorem gradum fuiſſe ordinatus. ſcribit ergo Theop. quod diligenti examinatione facta, ſi eum peccaſſe compertum fuerit, clero eiiciatur. Nõ enim oportet ex ſuſurris, ſeu clandeſtinis ſermonibus, vel maledictis, ſeu apertis conuiciis orta ſuſpicione condemnari aliquẽ. Quòd ſi cauſa examinata inſons compertus fuerit, maneat in clero*

*Can. 6. Forma ordinationũ* De iis qui ordinandi ſunt hæc erit forma, vt quicquid eſt ſacerdotalis ordinis, conſentiat & eligat, & tũc Epiſcopus examinet, vel ei etiã aſſentiente ſacerdotali ordine in media Eccleſia ordinet præſente populo, & Epiſcopo alloquente, an etiam poſſit ei populus ferre teſtimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum. Eccleſia enim pacem habente, decet præſentibus ſanctis ordinationes fieri in Eccleſia. In regione autem ſi qui ſint qui eorum qui communicarunt, animis cõmunicauerint, non aliter ordinẽtur, quàm iis qui ſunt orthodoxi clerici, examinãtibus, præſente rurſus Epiſcopo, & præſente populo alloquente, ſolummodo ne fiat aliqua ſubreptio.

B A L S. *De iis qui in clero ordinandi ſunt dat typum, & dicit, quòd oportet eum qui eſt ordinandus, à toto ordine ſacerdotali eligi, pro eo quod eſt, conſentienter ab eis antea iudicari, & cum eiuſmodi præiudicium de eo factum fuerit, tũc ipſum ab Epiſcopo ordinari, & quando ille homo viſus fuerit aptus vt ordinetur, tunc eum ordinet conſenſu ſacerdotalis ordinis præſentis, & populi. Cur autem dixit eum ordinandum conſenſu ſacerdotalis ordinis? Nam cum à ſacerdotali ordine electus eſt, ad ordinationem conſenſus non videtur eſſe neceſſarius, ſed eſt veriſimile poſſe poſt electionem aliquid temporis præteriiſſe, & eos qui ordinandum præiudicant, reſciuiſſe aliquid quod eius ordinationem prohibeat. Et ideo dicit ipſos conſentire, & dum ordinatur, populum quoque ab Epiſcopo interrogari debere, an dignus ſit, cui teſtimonium ferant ad ordinationem. Diſſuadet autem ne fiant ordinationes clandeſtinæ. cum enim, inquit, pax eſt in Eccleſia, ſcilicet cum nunc non eſt diuiſus populus ceßantibus hæreſibus, ſed ſunt omnes orthodoxæ partes, omnino erunt vnius ſententiæ, & oportet in præſentia ſanctorum, ſeu fidelium, ordinationes fieri in Eccleſia. ſanctos autem fideles appellauit, ex ſancto hoc Paulo aſſumens. Ille enim ſic fideles in ſuis Epiſtolis appellat. Hæc itaque de iis qui in vrbibus habitãt videtur dicere. De iis autem qui ſunt in regione, ſeu in vicis, dicit quòd quoniam multi etiam inuiti communicabant hæreticis: eorum autem multi, fidelium animis communicabant, & aſſentiebãtur. Si quis eorum ſit ordinandus in clerum, eum non aliâs ordinandum quàm cum ordinatione clericorum, quos conſtat eſſe orthodoxos, præſente etiam Epiſcopo, & alloquẽte populum, vt ſuperius dictum eſt. Hæc autem dicit fieri ne intercedat aliqua circunuentio, ſeu fraus & obreptio, & arripiatur, & ordinetur aliquis qui non recte ſentit de fide.*

*Can. 7. Oblatio ad rationem ſacrificij.* Quæ in ſacrificij rationem offeruntur, poſt ea quæ in ſanctorum vſum conſumuntur, clerici diuidant, & nec catechumenus ex iis bibat, vel comedat, ſed ſolum clerici, & qui cum eis ſunt fideles fratres.

B A L S. *Si qua eorum quæ à fidelibus ad ſacrificium offeruntur, ſuperabundant, poſtea quæ in diuina myſteria conſumuntur, ea, inquit, oportet clericis diuidere: vt ea ab ipſis comedantur, ac bibantur, & etiam à fidelibus laicis: Catechumenis autem nihil ab eis detur. Quia enim altari oblata ſunt, & ad diuina dona ex illis partes ſumptæ ſunt, illæq; ſanctificatæ ſunt, quomodo iis qui ſunt imperfectiores dabuntur cõſumenda? Quę autem ad ſacrificium offeruntur, ea ſunt panis & vinũ, nihil enim aliud ad altare offerri permittitur. Lege iij. can. Apoſt. & ſyn. in Trullo quę dicitur ſexta. cã. xxviij.*

Quoniam Hierax dicit eum non debere eſſe in clero vt qui ſit fornicationis delatus. Apollo autem epiſcopus affirmauit nullum accuſatorem aduerſus eum in medium proceſſiſſe, hic quoque examinetur, & ſi aliquis quidem accuſator fide dignus exoritur, & crimen probatur, productis fide dignis teſtibus, Eccleſia eiiciatur: ſinautem dignus eſt clero, & de eius continentia teſtimonium feratur, in eo maneat. *Can. 8.*

B A L S. *Quidam ordinatus eſt Clericus, deinde tanquam qui fornicatus eſſet, accuſatus eſt. Dicebat ergo quidam Hierax non oportere eum eſſe in clero, is autem qui eum ordinauerat, affirmabat, ſeu inſtabat eum non eſſe ab aliquo accuſatum. Dixit ergo Theophilus, Homo examinetur, & ſi inuenitur, quidem aliquis accuſator fide dignus, ſeu qui ſit ad accuſandum admittendus (non enim cuiuis permittitur accuſare eos qui ſunt in ſacris, vt vult ij. cap. ij. ſyn. œcumenicæ, & xxj. iiij. vniuerſalis ſyn.) Eccleſia eiiciatur poſt probationẽ. Sinautẽ nihil tale probatur, maneat in clero.*

Vt totius ſacerdotalis ordinis ſententia alius renũcietur œconomus, in quo Apollo quoque Epiſcopus conſenſit, vt bona Eccleſiæ, vt debent, inſumantur. *Can. 9.*

B A L S. *Idem tulit ſententiam, totius ſacerdotalis ordinis iudicio fieri debere Epiſcopatus œconomum, ſi etiam Epiſcopus aſſentiatur cleri iudicio. Fieri autem œconomum vt bona Eccleſiæ, vt par eſt cõſumãtur illiꝰ cura, & ſolicitudine. Quid ſit autem, in ea quæ oportet impendere, ſequens docet caput, quod eſt impendere in viduas, hoſpites, & pauperes. Nemini enim permittitur bona Eccleſiæ in proprios vſus transferre. Oportet enim Dei miniſtrum eſſe ab auaritia alienum, & nec ad vſum propriũ vti rebus Epiſcopatus niſi ad ea quæ ſunt neceſſaria, & tunc demũ quando eis domi deſunt facultates, ſecundum xlj. can. ſanctorum poſt. Quare quæ in eo ſcripta ſunt, & xxiiij. can. ſyn. Antioch.*

Viduæ, & pauperes, & peregrinantes hoſpites omni quiete fruantur, & nemo ea quæ ſunt Eccleſiæ, vt ſua vſurpet. *Can. 10.*

## EIVSDEM EXPOSITIO DE IIS qui dicuntur cathari.

Declarauit mihi tua pietas, quòd quidam eorum qui ſe Catharos nominant, volunt ad Eccleſiam accedere. Quoniam ergo magna ſynodus quæ Nicææ habita eſt à ſanctis patribus, ſtatuit vt ordinentur qui accedunt, velis iuxta hanc formam eos qui ad Eccleſiã accedant, ordinare: ſi quidem vita eorum recta eſt, & nihil eis aduerſatur.

B A L S. *De Nouatianis interrogatus eſt. Hi enim ſunt qui etiam puri dicuntur, & reſponſum eſt, quòd ſi ad Dei Eccleſiam accedunt, quia magna & prima Nicena ſynodus ſtatuit vt ij ordinentur, fac tu quoque ſecundum hanc formã, & ordina eos qui accedunt, niſi aliquod impedimentum ex vita eorum aduerſetur. De Nouatianis autẽ canon eſt octauus primæ ſynodi.*

## EIVSDEM, AGATHONI EPISCOPO.

Maximus aſſeruit ſe Eccleſiæ leges ignorantẽ, illicito matrimonio cõiunctum eſſe, & quia hoc eum male habet quod non recte & ex ordine agat, affirmauit quia contra leges fecit per ignorantiam, ſe ab illicita vitæ ſocietate ex conſenſu abſtẽturum, illa etiam hoc volente. Si ergo probaueris quòd hoc ex conſenſu faciant, & non fallant, quia eſt tempus decennale, ſi cõſideres eos debere verſari cum Catechumenis, nunc eos ſic diſpenſa. Sinautem vides quòd velit decipere, & acerbitate adhuc in eos opus ſit, fac id quod Deus tibi ſuggeſſerit, id ſemper ſequẽs quod in vſu eſt, vímque obtinet. Nam cum ſis in iis locis, potes eorum mentes magis noſſe. *τὸ ἀσυμ-φωνον εἶναι.*



B A L S. *Maximus quidam, vt illicito matrimonio mulieri coniunctus, ſegregatus fuerat, & à congregatione cum fidelibus prohibebatur. Is verò dicebat ſe per ignorantiam feciſſe contra leges, & paratum eſſe ab hoc matrimonio recedere, muliere etiam volente: & petebat, vt ab ea abſcedens admitteretur. Ad hæc ergo dicit Theophilus, quòd ſi inquirens inueneris eos ex conſenſu, hoc eſt communi conſilio à matrimonio abſiſtere, & nõ fallere, cùm decem annis ſimul cohabitarint. Cohabitationis autem tempus adiecit, declarans, quod quoniam tantum tempus ſimul vixerunt, difficilis exiſtimari poſſet à ſe inuicem diſiunctio, & ne fallant. Si conſideras ergo, hoc eſt, ſi iudicas eos ſtare debere cum Catechumenis, nunc, id eſt in præſentia, ſic eos diſpenſa: vel quia per fraudem hæc dicunt, & quòd adhuc acerbitate indigent, ſeu acerbioribus pœnis, fac quod deus tibi ſuggeſſerit, hoc eſt tuæ rationi inſpirauerit in mentémve immiſerit, ſemper id quod eſt in vſu & quod vires obtinet ſequens, id eſt, quod magis eſt ratum ac validum.*

## EIVSDEM, MENÆ EPISCOPO.

Rem iuſtam fecerunt presbyteri in Gemino pago, ſi verum dicit quæ defert literas Euſtathij. Dicit enim quòd Cyradium facièntem iniuriam, nec ab eo deſiſtere volẽtem, à communione ſeparauerunt. Quia ergo inueni quòd ſuo malo curam adhibens vult communicare, fac ea ita ſe comparet, vt iniuriam primum deponat, & pœnitentiam agere in animum inducat, vt ſi ſic intellexeris, quòd lege Dei accedit, ſynaxin deſiderans, permittas ei vt cum populis communicet. *Synaxis.*

B A L S. *Mulierem quandam, quæ Cyradium appellabatur, iniuriam autem cuipiam faciebat, qui erãt in Gemino preſbyteri ab Eccleſia ſeparauerant, cum ab iniuria non abſtineret. Illa vero propter ſegregationem pollicebatur ſe iniuriæ remedium allaturam, ſeu ſatisfacturam, & ad communionem admitti volebat. Scribit ergo Theophilus ad Epiſcopum regionis, Fac vt ea primum deponat iniuriam, hoc eſt reddat ea quæ iniuſtè acquiſit, & pœnitentiam agat, hoc eſt ſe iniuriam feciſſe ægre ferat, & Deum oret vt ſibi peccata condonentur. Et cum hæc fecerit, ſi intellexeris, hoc eſt, ſi cognoueris, quòd lege Dei accedit, ſeu bona conſcientia, non ferens ſe à fidelium communione eſſe ſeparatam, propter Deum, & non propter hominum pudorem, tunc ei permittes cum fidelibus populis communicare & in hymnis conſiſtere.* *Satisfactio.*

---

# EX TRITHEM. LIB. DE SCRIPTORIBVS ECCLESIAST.

*Dionyſius Abbas Romanus cognomẽto (vt fertur) Exiguus, vir certè ingenio, & ſcientia magnus, atque clariß. in ſcripturis ſanctis eruditus, & in diſciplina ſecularium litterarũ nobiliter doctus, Græco & Latino eloquio clarus, compuuiſta & calculator temporum egregius ſcripſit Latino ſermone nonnulla opuſcula, de quibus ego tantum reperi ſubiecta.*

*Annorum 532. Cyclum Paſchalem magnum. lib. 1. De ratione feſti Paſchalis. lib. 1.*

*De cæteris nihil reperi. Tranſtulit autem de Græco in Latinum vitam S. Bachomij Abbatis, librum quoque Gregorij Emiſſeni de conditione hominis, & ſcripta Proterij Alexandrini Epiſcopi ad Leonem Papam, & quædam alia. Inchoauit autem Cyclum ſuum, anno. domini 532. qui fuit vltimus annus magni Cycli, Paſchalis, qui ſemel exactus, ſemper in eundem reuertitur. Claruit ergo ſub Iuſtiniano Imperatore magno, Anno. Domi. 540.*

## DIONYSIVS EXIGVVS, ROMANVS, FELICIANO PASTORI.

VEnerationis veſtræ iuſſione cõmonitus, beati Procli Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcopi literas ad Armenios deſtinatas, Latino eloquio veſtris auribus exhibere curaui, non parum præſentibus æſtimans profuturas, quando eam nunc Eccleſiis moueat quæſtionem tunc repulſa temeritas, quæ ſub colore religionem molitur euertere. Temporibus Antiſtitis memorati, Theodoſio Imperatore regẽte Remp. per Syriam atque Armeniã, diſcipuli Theodori Mopſueſtenæ ciuitatis, Epiſcopi prauam fidẽ corrupto ſymbolo rudibus populis exorſi ſunt intimare, calliditate ſubtiliſſima beatam Trinitatem ſic vnius eſſentiæ prædicantes vt Chriſtum dominum noſtrum conditorem vniuerſitatis, vnum ex Trinitate nullatenus faterentur: vnde ſequebatur hæc inepta ſuæ temeritatis abſurditas vt quia Chriſtum cõſtat verum eſſe Deum ac Dominum, quatuor perſonas in tribus adſtruerent, duóſque Dei filios proculdubio prædicarent. Sed huic impietati mire Pontifex antefatus obſiſtẽs, docuit Chriſtum Dominũ noſtrũ & in principio verbũ apud Deũ, Deum verbum vnũ de Trinitate eſſe per quẽ omnia, facta ſunt beato Paulo teſtare: Vnꝰ dñs Ieſus Chriſtus per quẽ oĩa & pro ſalute noſtra eundem verũ hominẽ factum vnum manſiſſe Filium, nec quartam in Trinitate creuiſſe perſonam. Et quia nunc ob aliquibus iniectum ſcrupulum de vera fide trepidatur, vnumquẽlibet ex beata Trinitate pronuntiare diffugiunt, & ne diuiſionem Trinitati videantur inferre poſt authoritatem Apoſtolicam idipſum exequentem, multipliciter venerabilium patrum teſtimoniis approbatum eſt ob diſtinctionem perſonarum, (cũ ratio popoſcerit) vnũ ex tribus fideliter poſſe prædicari: Maxime contra Sabellium qui ſanctam Trinitatem vnius credit eſſe perſonæ, eamque nominibus tantum fatetur eſſe non rebus, quem nos vnius venerantes eſſentiæ, perſonarum ſolummodo cognitione diſcernimus. Neſtorij quoque ſectatoribus hac fide ſalutifera nihilominus obuiamus, qui Chriſtum Dominum vnum de Trinitate minime, cõfitentur, dum negant Dei verbum ex beata virgine ſecundum carnem genitum cæteraque pro redemptione humani generis eſſe perpeſſum. Nonnullorum etiam opinionẽ authoritate paterna redarguit, qui vnum ex tribus adſerentes, vnum ex Trinitate dicere nulla ratione conſentiunt: qui vocabulum Trinitatis non perſonarum eſſe ſignificatiuum, ſed ſubſtantiæ ſuſpicantur. Quibus licet ad informationem veri debuerit ſufficere appellatio ipſa, quę vim pluralis numeri reſonans, non eſſentiam ſed perſonas indubitanter expromat, Ne tamen vlterius inter Catholicos cõtentio vitanda coaleſcat, beati Auguſtini vnũ de mul- *Cap. 14.*
tis teſtimonium huic præfationi, amore ſanctæ religio-

Cap. 14. nis adnexui, qui in vndecimo de Ciuitate Dei libro ita
de hac re paucis eloquitur: Credimus & tenemus, &
fideliter prædicamus quòd pater genuerit verbum,
hoc eſt ſapientiam, per quem facta ſunt omnia, vnige-
nitum filium, vnus vnum, coęternus coęternũ, ſumme
bon⁹ ęqualiter bonũ. Et quòd Spiritus ſanctus ſimul &
Patris & Filij ſit Spiritus, & ipſe cõſubſtãtialis & coæ-
tern⁹ ambob⁹, atque hoc totũ Trinitas ſit, propter pro-
prietatem perſonarũ, & vnus De⁹ propter inſeparabi-
lem diuinitatem. Ecce Doctor excellentiſſimus atque
veridicus rem de qua agitur aperte diſtinguens, Tri
nitatem dicit non propter ſubſtãtiã, ſed propter perſo-
nas confidenter expoſuit. Hæc autem confeſſio nos ab
hæreticis Iudæis Gentilibúſque diſcernit, qui Trinitatẽ
vnius eſſentiæ prædicamus, cum omnes illi aut penè
omnes, vnum Deum ſe colere fateantur, ſed myſteriũ
Trinitatis aut non recte pronuntiant, aut prorſus igno-
rant. Si ergo Trinitas non perſonas exponit ſed ſubſtã-
tiam: eſt autem vna ſubſtantia Trinitatis, erit ergo ſe-
cundum iſtos ſubſtantia vnius ſubſtantiæ, quod nimis
probatur abſurdum. Idcirco colligitur, vt appellatio
Trinitatis vni⁹ eſſentiæ tres perſonas vnius omnipotẽ-
tiæ atque diuinitatis inſinuet. Sed iam beatus Proclus
in mediũ prodeat, laturus & ipſe teſtimonium veritati,
quẽ benignis, precor, animis audiatis. Orationũ veſtra
rum ſuffragia pro hoc opere mihi repẽdere iubeatis,

# DE PROCLO PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

*Quis & qualis, Qua doctrina & vita, Quàm Imperatori charus ob ingenium placidiſſimum, & quomodo Apoſtolum Ioanni Magno (ſcilicet Chryſoſtomo) arcanum Epiſtolarum ſuarum ſenſum, in aurem dictantem viderit: & quod competenti ſermone, res quæ præter hominum opinionem eo tempore acciderunt, in Deum authorem referens, apud omnes in admiratione fuerit, Multa Socrat. Eccleſiaſt. Hiſt. lib. 7. Cap. 39. 40. & 44. Niceph. lib. 14. Cap. 37. & 38.*

## PROCLI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI, Ad Armenios, de fide, Epiſtola, Dionyſio exiguo interprete.

*Dei Amantiß. & Venerabilibus Epiſcopis, & Presbyteris, & Archimandritis Orthodoxæ, ſanctæ per totam Armeniam Eccleſiæ, Proclus in Domino, S.*

NOn mediocriter, Fratres, confu-
dit animum noſtrum, & mœro-
re validiſſimo ſauciauit rumor
nouellorum erroris zizaniorũ,
quę nuper veſtrę regioni callidiſ
ſimus naturæ communis inimi-
cus inſeuit. Intolerabiliter enim
triſtis auditus cõſueuit animam
vulnerare, quæ huiuſmodi meditationibus exercitata
non fuerit, tantóque pernicioſius iaculatur in altum
tela defigens, quanto diſcrimen non corpus appetit,
ſed ſtatum mentis expugnare contendit, opinione
diſſeminans, venerandum fidei veſtimentum aut di-
ſciſſum lachrimabiliter, aut furto penitus eſſe ſubla-
tum. Omnis quidem virtus expetenda, iis quibus ratio
non eſt rebus materialibus obſcurata, omniſque ma-
litia à bene ſentientibus non immerito fugienda iudi-
catur, vtpote quæ è regione aduerſetur eſſentiæ, ipſa
contra naturam ſine dubitatione ſubſiſtens, nam ſicut
id quod vtiliſſimum eſt neceſſarie cuſtodiendum, ita
quod non expedit ſed probatur aduerſum, aut cum
præſto eſt, repellendum, aut ſi metuitur ne accidat, ſol-
cite præcauendum. Virtutis itaque ſpecies plurimæ.
Hanc autem varie definierunt ſiue Gentiles, quos er-
ror præfocat, lumenque diſcretionis eorum, ignoratio
diuinitatis obſcurat: ſeu Chriſtiani qui fide rectæ mẽ-
tis oculos illuminatos habentes, ſolem iuſtitiæ per
*Gentiles* confeſſionem clarius intuentur. Illi namque in ſuis
*quomodo* conſiliis velut in tenebris oberrantes, habenteſque
*falluntur* ſenſum ſine rectore præcipitem, cogitationibus nitũ-
*circa my-* tur incertis, nihil in iis quæ decernunt præter fluxum
*ſteriũ Tri-* & inſtabilem naturam rerum viſibilium perſcrutan-
*nitatis.* tes, veræ autem contemplationis intuitum aut cauſis
temporalibus habentes implicitum, aut erroribus ob-
cæcatum. Aiunt enim quatuor ſpecies eſſe virtutis, id
*4. Virtu-* eſt iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, temperan-
*tes &* tiam, quæ licet bonæ ſint, humi tamen repunt & erga
*quid ſint.* terrena proiectæ ſunt, dum inferiora cœleſti faſtigio
comprobentur: Fortitudinem namque dixerunt, luctã
aduerſus carnem. Temperantiam, que de affectuum
ſumit ſubiugatione victoriam: Prudentiam, quæ in
conuerſatione ciuili optata continet inſtituta: Iuſtitiã,
optimam æqui portionem. Hunc autem (vt putaban-
tur) vitæ ordinem lege ſanxerunt, immoderatũ atque
illicitũ reprimentes huiuſmodi definitionibus adpeti-
tũ. Altũ vero & præſenti vita ſublimius, neq; cogitare, *Gentiles*
neque depromere voluerũt, ſed inſipiẽti & obſcurato *non mul-*
corde nixi ſunt virtutem, quantum ad ſe, viſibilibus *tum ma-*
tantummodo rebus includere, nihil ei tribuentes exi- *gnificè ſen*
mium, & cœleſti habitatione condignum. Qui vero *ſerunt de*
per fidẽ illuminatos habent oculos cordis, quorũ prę- *virtute.*
ſul atque magiſter eſt beatiſſimus Paulus, eã definiũt
eſſe virtutem quę nos ad Deum ſemper eleuans, ordi-
nanter regit in terris. Hic igitur per omnia venerabi-
lis Apoſtolus multas quidẽ ſpecies virtutis enumerat,
ſed pręcipue fidem, ſpẽ, charitatẽ commẽdat: quarum
fides ſupra naturam merita hominibus bona largitur,
inuiſibilibus eos admiſcens, qui adhuc multiplicibus
obnoxia paſſionibus indumenta circunferunt: Qui
enim Angelorum reliquarumque incorporearum vir-
tutum naturam propoſiti ſublimitate neſciunt, horum
diſciplinam hominibus qui gradiuntur humi & vo-
lutantur in puluere, fides attribuit: regali Throno & *Fides.*
inuiſibili qui caret omni forma nos exhibens, certám-
que illuſtrationem naturæ increatæ ſemper ſine ini-
tio manentis inſinuans. Quæ etiam fulgore ſuo ſen-
ſum materialem diſcutiens, craſſumque ac nebulo-
ſum intuitum noſtræ mentis expurgans, erga illa clare
conſpicere, quæ tunc ex parte poſſunt videri cum cẽ-
ſentur inuiſibilia, & comprehendi cum inacceſſibilia
eſſe creduntur. Spes autem non dignata ſomniis, vt di- *Spes.*
citur, inhærere, ſed credita fortiter retinens, in prę-
ſentibus ſibi futura iam præparat, & ad excludendam du-
bietatem, quod nec adeſt, tanquam pręſens cogitatio-
ne complectitur, ſub aſpectu penè quę præſtolantur
adducens aduerſa. De quibus ſpes impedimenta tranſ- *Charitas.*
grediens, propemodum viſibilibus rebus ea quæ de-
ſiderantur adnectit, fluxam temporis inanitatem fu-
turorum



turorum dilectione prorſus exuperans. Charitas vero
ſanctæ religionis noſtræ culmen & caput eſt, Per hanc A
enim Deus cum præſens iugiter eſſet in terris, ad nos
per carnem venire dignatus eſt: Vtraque igitur merito
ſibi conſentiunt: Fides enim charitatis eſt ſpeculum,
& charitas fidei probatur exiſtere firmamentum. Cre-
dimus quod Deus verbum impaſſibiliter incarnatus
eſt, & pie credimus: hæc enim Fides, ſalutis noſtræ fun
damentum eſſe cognoſcitur. Idcirco eum qui pro-
pter nos ſuſcepit formam ſerui, diligimus, qui nec na-
turæ ſuæ vllam mutabilitatem ſubſtinuit, nec aug-
[redacted] mentum Trinitati acceſſit. Omnis itaque Chriſtia-
nus, qui non eſt diues Fide, Spe, & Charitate, id quod
dicitur, non eſt: ſed & ſi videtur ſuum caſtigare cor-
puſculum & animæ Paſſionibus liber eſſe, in mora- B
lem tantummodo virtutem iſte proficiens, nequa-
quam coronam victoriæ conſequitur, vtpote qui
non ad illam ſemper agnitionem diuinitatis exten-
derit, quæ coronas tribuit iis qui fortiter per virtu-
tem luctantur. Ideoque fides quę omnium (ſicut præ-
*Fides in-* dixi) bonorum caput eſt, ſeruetur intacta, nihil hu-
*tacta &* manis adinuentionibus diſſonum præferens, nullis
*eius deſcri* prophanis vocum nouitatibus turbida: quæ manens
*ptio.* infra Euangelicos atque Apoſtolicos terminos, nul-
lius peruicaci furore violetur: Propter hanc enim ſal-
uati ſumus & huic in Baptiſmate lingua ſubſcripſi-
mus. Altitudo ſiquidem fidei cunctam inſurgentis
audaciam temeritatemque proſternit, nec humanam C
tantùm, ſed & illorum, qui natura incorporea ſubli-
*Gala. 1. b.* mantur, beato Paulo dicente: Aut ſi nos, aut Ange-
lus de cœlis Euangelizauerit vobis præter id quod
accepiſtis, anathema ſit: Miniſtrare nanque præce-
*Angelo-* ptum eſt Angelo, non dogma componere. Et peri-
*rũ eſt mi-* culoſum nimis eſt ſingulis, non in iis quibus ordinati
*niſtrare.* ſunt permanere, ſed appetere velle ſupra menſuram
quæ minime naturæ conceſſa ſunt. Ideoque & ſi ſub-
ſtantia præferat quid fide dignum eſſe videatur,
non erit receptibilis innouatus prædicationis reſpon-
dit. Quod accepimus igitur indormitabili cura ſer-
uemus, ad theſaurum fidei mentis oculos iugiter ele-
uãtes. Quid autem de ſcripturis accepimus, niſi quod D
Deus verbo ſuo mundum condidit & creaturam
quæ non erat produxit ex nihilo? Et quia naturali le-
ge rationale animal honorauit, datur ei mandatum,
vt quod erat optimum non lateret eius arbitrium,
ſed meliori propoſito noxia declinaret. Et quod ille
ſpontanea voluntate in deteriora prolapſus, extor-
ris Paradiſi per inobedientiam factus eſt, quod de-
nique per patres, Patriarchas, legem, iudices & Pro-
phetas, naturam qui formauit inſtruxit, vt pecca-
ta quidem caueret, ad facienda vero quæ recta ſunt
ſolicitudinem gereret, ſicut delicta imperium quo-
que nobis volentibus obtinerent, & horum cauſa E
Diabolus in naturæ deſæuiret exitium: vtpote cum
lex naturalis obſoleta ſordeſceret, & ſcripta præ-
uaricatio retorperet: Prophetæ quoque ſicut homi-
nes monerent quæ oporteret fieri, ſed ab imminen-
te pernicie liberare non poſſent. Deus forma carens,
ſine initio incircunſcriptus, & omnipotens verbum,
in carne veniens (adeſt enim illi poſſe quod vult)
ſumpſit formam ſerui caro factus, natus ex virgine,
volens vbique monſtrare quia ſecundum veritatem
fieri homo dignatus eſt. Naturam ſiquidem corpo-
ream, & exordia, & habitus, paſſioneſque neceſſa-
riò ſubſequuntur: Non enim dicit Euangeliſta quod
in hominem perfectum Deus ingreſſus eſt, quia fa- *Ioan. 1.*
ctus eſt caro naturæ noſtræ primordio ipſa contin-
gens. Sicut enim homo naturaliter editus non ſta-
tim procedit operatione perfectus, ſed primum ipſa
depoſitio ſeminis efficitur caro, deinde proceſſu tem-
poris vim ſumit quæ conſummationem ſenſuum o-
perationumque contineat: ita Deus verbum ipſa ini-
tia & radicem humanæ inſtitutionis attingens, pri-
mum factus eſt caro, non conuerſus (quod abſit) in
carnem: manſit enim diuinitas omni mutabilitate
ſuperior, quia mutatio naturæ fluentis eſt paſſio: il-
lius autem perennis ſempiternæque ita ſe habentis
eſſentiæ proprium eſt, vt incommutabilis perſeue-
ret. Vtriſque igitur diuinæ ſcripturæ vtentes voci-
bus, dicimus quia & caro factus eſt, & formam ſer-
ui accepit. Ex vtroque, pie intellecta ſemina no-
bis ſalutis exiſtunt: Per id enim quod verbum caro fa-
ctum eſt, indiuiduum ſummæ ipſius adunationis
Euangeliſta declarat: Sicut enim ſingularitas in duas
ſingularitates dirimi non poteſt (alioqui in has diui-
ſa, iam non erit ſingularitas ſed dualitas) ita quod
vnum eſt iuxta ſummam adunationem, nequaquam
in duo poterit vlla ratione partiri. Per id autem quod
formam ſerui adſumpſit, naturæ diuinæ incommu-
tabilitas intimatur: Quia omne quod fit, aut ex eo
quod exiſteret factum eſt, vt cœlum quod ante non
erat: aut ex eo quod eſt, in aliud conuertitur, vt flu-
enta Nili fluminis in ſanguinem commutata. Sed *Ex. 7.*
vterque modus diuinæ ſubſtantiæ probatur incon-
gruus: Nam nec ex nullis extantibus proceſſit, ſem-
per ſine initio permanens, nec ex aliqua materia con-
uerſus eſt Deus verbum in ſua incommutabilitate
perſiſtens. Idcirco per hæc & deitatis incommuta-
bilitatem, & indiuiduum Sacramenti diuina ſcriptu-
ra teſtatur, quod factum eſt demonſtrans, & quod
aſſumpſit inſinuans: vt per primum, ſingularitatem perſonæ,
naturæ, [redacted] vtriuſque commendet, per alterum
vero incommutabilitatem ſubſtantię diuinæ pronun-
ciet. Deus igitur verbum factus eſt homo perfectus *Chriſti in-*
non imminuta natura deitatis, adſtipulante miracu- *carnatio*
lo quod intelligentiam noſtræ mentis excedit: idip- *quid pro-*
ſum percipimus fide, non inquiſitione colligimus. *fuerit ho-*
Et factus homo cognatus ſecundum carnem, gene- *midi.*
ri ſalutem tribuit per ſimilitudinem paſſionum, pec-
cati quidem debitum ſoluens (dum quæ ſunt ho-
minis perpeſſus pro omnibus moritur) deſtruens au-
tem eum qui habebat mortis imperium, id eſt, Dia-
bolum ſicut æquiſſimus Deus: legis etiam quod
erat impoſſibile fecit eſſe poſſibile, omnem implen-
do iuſtitiam, & ſubſtantiæ noſtræ priſtinam nobili-
tatem claritatemque reſtituit per hoc quod homo
factus eſt, honorauit eum quem ipſe de terra for-
mauerat. Vnus igitur eſt filius, vnus eſt Dominus:
Trinitatem nanque vnius eſſentiæ confitemur, quar-
tam nullatenus admittentes in Trinitate perſonam.
Sed vt diximus, vnus eſt filius ſine initio de patre na-
tus per quem facta credimus ſæcula: Ramus ex ra-
dice conſempiternus de Patre ortus ineffabili mo-
do, verbum mentis inſeparabiliter procedens, & in-
timus permanens: Nam etſi in terris viſus eſt, ſed non
eſt à genitore diuiſus: Hic voluit ſaluare quem con-
didit, quinimo ſaluauit, vuluam, communem natu-
ræ ianuam dignanter inhabitans, quam & ſua ſan
ctificauit præſentia, & natiuitate ſignauit partum
qui ſupra naturam eſt, incomprehenſibiliter factum,

hominem ſe demonſtrans. Non igitur alter eſt Chriſtus, & alter Deus verbum, (quod abſit) duos enim filios natura diuina non nouit: vnus vnigenitum genuit, vbi enim non eſt generantium copula, illic qualitatem non poteris inuenire naſcentium. In nomine Ieſu Chriſti omne genu flectitur cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum. Si alter eſt Chriſtus præter Deũ verbum, neceſſe eſt vt purus homo ſit Chriſtus, & quomodo cum vltra naturæ meritũ cœleſtia venerantur, & ei qui minor eſt genu flectent? Quomodo etiam propheticis attendemus oraculis clamantibus, quoniam deus noſter in terris viſus, & cum hominibus conuerſatus eſt? Viſionẽ nanque dicit Propheta manifeſtationem quæ in carne facta eſt, & conuerſationẽ qua tẽporaliter cum hominibus cõmoratus eſt, cuius ſine inuidia bonitas pietatis ſuæ declarauit aduentum: Quia ſicut omnipotẽs, & quod erat mãſit propter ſe, & quod voluit factꝰ eſt propter nos. Quod ſi forte vnquam ſcandali cauſam cõmouent infantiæ rudimẽta, & in pręſepi reclinatio, atque in tẽpore ſecundũ carnẽ profectus, nec nõ & quod dormierit in naui, quod ex itinere fatigatus ſit, quod poſt ieiunia eſurierit, illaque omnia quæ ſecundũ veritatẽ facto homini cõtigerunt: nouerint qui iſta reprehendũt, quod humanã negẽt in Chriſto naturã: negantes autẽ naturam, diſpenſationi minime credunt: nõ credẽtes vero diſpenſationi, ſalutis dãna perſentient: & ſi quod à cõſtitutione mundi, qua in hãc vitã cõſtat hominẽ eſſe proiectũ, aliud iter quiſquã, pręter hoc carnis, ingreſſꝰ eſt, oſtẽdãt cõtẽtioſi, & tunc demũ ſua deliramenta cõtexant. Si vero iſta ſunt cõmunis naturæ primordia: Deus autẽ verbũ, ſecũdum veritatẽ factus eſt homo: cõſitẽtes naturã cur vituperant paſſionẽ. Alterum igitur eligãt è duobus, aut erubeſcẽtes de cõtumeliis, abiurẽt naturã, & Manichei morbis adfecti cũ impiis deputẽtur, aut ſi lucrũ quod eſt ex incarnatione, ſuſcipiũt fatẽtes ſubſtantiã, non cõfundantur de paſſionibus, quę ſubſtantiã conſequuntur. Admiror & eorũ dementiã qui noua deceptionis itinera gradiũtur: Ego nanque vnũ filium, ſicut edoctꝰ ſum pie cognoſcẽs quẽ Dei verbi incarnati ſubſtantiã eſſe profiteor: Vno autẽ exiſtẽte eo qui paſſiones pertulit atque miracula operatꝰ eſt, qua ratione diuiniora reticẽt, humilioribus derogãt? Vt enim fidẽ faceret verbum manẽs quod erat, factus eſt caro, id eſt & infans & homo perfectus: Tãto ſacramento nulla conuerſione violato, idẽ ipſe perficiebat miracula & iniurias ſuſtinebat, per ſigna quidẽ diuina mãſiſſe id quod erat inſinuãs, per paſſiones autẽ factum quod formauerat manifeſtãs. Vnũ igitur eundẽ filiũ prędicamus & patri cõſempiternũ, & in nouiſſimis tẽporibꝰ incarnatũ, nihil adulterinũ diuinę naturę penitꝰ inferentes: Nõ enim poteſt eſſe aliquid in throno ſuperfluũ. Sed illud mihi ſæpenumero vulgatum fortaſſe ſubiiciãt, nectẽtes ſyllogiſmos infirmiores araneæ telo: Si trinitas eſt vniꝰ eſſentiæ, profecto trinitas impaſſibilis permanet. Quod ſi trinitas, & Deus verbũ trinitate cõſpicitur, impaſſibilis permanet, & deus verbũ impaſſibilis adprobatur. Quod ſi Deꝰ verbũ impaſſibilis eſt, inuenietur qui crucifixus eſt alter præter impaſſibilem Deum verbũ. Vere tela texunt araneę, qui iſta depromunt: in aquis ſcribũt qui propoſitiones ineptiſſimas meditantur, qui cũ ſe dicerent ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ: lippus enim oculus ſolis radios pure non recipit, & infirmus animus altitudinẽ fidei nõ valet intueri. Quid igitur ad iſta nos dicimus? quoniã ſecundũ rationẽ deitatis ſancta trinitas & vniꝰ eſt eſſentiæ, & impaſſibilis perſeuerat: Nec enim dicẽtes filium paſſum, ratione deitatis eũ paſſum ſentimus: Diuina ſiquidẽ natura nullam prorſus recipit paſſionẽ: Sed confitentes Deum verbũ vnum ex trinitate incarnatum, tribuimus intelligendi materiam iis qui fideliter ſciſcitantur cur incarnari dignatus eſt. Quia enim decreuerat Deus verbũ deſtruere paſſiones, quarũ mors terminus habebatur, ſuſcipere vero paſſionem inuiolabilis natura nõ poterat (quia omnis paſſio rebus cõpoſitis probatur inferre luctamẽ: in ſpiritali autem & ſingulari ſubſtãtia cõpoſitio nulla eſt: nec illuc paſſio pertingebat, vbi cõpoſitio non erat) volens, vt prædixi, deſtruere paſſiones quæ rationale corpus oppreſſerant, quarum interitus erat ſuprema munitio (vt nouit Deus verbũ) incarnatur ex virgine, & habitu inuenitur vt homo: quoniam ſic exinanire ſe voluit formam quodammodo ſerui ſuſcipiens, nullam tamen circunſcriptionem ſuæ deitatis admittens, per quam etiam ſalutem omni humano generi contulit carne ſua paſſiones exterminans, deitatem propriam impaſſibilem ſeruans. Idcirco Gabriel authoritatem atque potentiam naſcentis inſinuans, aiebat ad Mariam: inquiens, ſaluum faciet populũ ſuum à peccatis eorum. Populus autem non poteſt hominis eſſe, ſed Dei, nec mundum ab iniquitatibus eruit qui hanc vitam pariter cum corruptione intrauit, inculpabile nõ habens natiuitatis exordiũ, ſed neceſſarie Deus ſimul & homo non diuiſus in duos, ſed permanens vnus, per id quod ex muliere naſcitur, hominem ſe demonſtrans, per id autem quod ſine cõiuge, & matrem ſeruat intactã, Deum prorſus inſinuãs ſaluum fecit populum ſuum. Qui? Ieſus Chriſtus qui venit in terras & cum hominibus cõuerſatus eſt. Si autem Chriſtus purus homo eſt, & non ipſe eſt Deus verbum, quomodo in principio creauit omnia, cum tunc vt impij adſerũt, non erat? Nam cum poſtemus in creaturis homo ſit, ſi Chriſtus homo purus eſt, conſtat quod ea quæ ante ſe erant, nequaquã creare potuerit velut poſtmodum factus. Et quomodo Paulus aiebat, Vnus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia? Si autem per Chriſtum facta ſunt omnia, manifeſtum eſt quod Chriſtus Deus eſt verbum Euangeliſta teſtante: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt. Et ipſum quoque Paulus interpretans ait: Vnus Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Quare dicitur, quoniam Chriſtus eſt Deus verbum. Si autem illas proferunt voces, diuinis literis editas quibus Chriſtꝰ homo eſt appellatus, dicente Petro: Ieſum à Nazareth virum approbatum à Deo in vobis. Et Paulo teſtante ſimiliter: In viro in quo præfiniuit fidem præſtans omnibus. Et ipſo Domino de ſe clamante: Quid me quæritis occidere hominem? Nouerint autem per incuriã ſe ſcripturæ ſanctæ intelligẽtia priuari aut certe per malitiã deſeri, quia velint quæ bene conſcripta ſunt, ad propriam reflectere prauitatem. Nam & homo ſecundum veritatem dicitur Chriſtus, ſed hoc factus eſt quod prius non erat, niſi tamen modo Deus: Sicut enim Deus increatus eſt, ſic idem ipſe homo perfectus eſt, nullam ſuſpicionem phantaſiæ prorſus admittens. Et quemadmodum eſt patri ſecundum deitatem conſubſtantialis, ſic idem ſanctæ virgini ſecundum carnem probatur eſſe conſimilis, vbique veritate relucente myſterij, omniq́ue remota

*Vnus, Vnigenitum genuit.* *Phili. 2. b.* *Bar. 3. d.* *Chriſtus verus homo.* *Chriſtus verus deꝰ, & verus homo.* *Ioan. 1.* *Vnus eſt filius.* *Rom. 1.* *Diuinitus pati nõ poterat.* *Phili. 2. a.* *Mat. 1. d.* *Bar. 3.* *Ioan. 1. a.* *1. Co. 8. b.* *Act. 2. d* *Ioan. 1. a.* *1. Co. 8. b.* *Ioan. 8. e.* *Act. 17. g.* *Filius Patri conſubſtantialis.*



mota penitus falſitatę. Si autem Deum virgo non genuit, nec magno cenſebatur intacta miraculo: Multæ ſiquidẽ & aliæ mulieres iuſtos ſęculo protulerunt. Nã linguæ propheticæ, ineffabilitatem huius ſacramenti præcinẽtes aiebãt: Ecce virgo in vtero cõcipiet, & pariet filiũ & vocabitur nomẽ eiꝰ Emmanuel. Quod Gabriel interpretatus eſt dicẽs, nobiſcum deus. Cur propter naſcẽtis inclinationem, gloriã parientiſq́ attenuãt? Sed hoc fortaſſis opponunt dicentes: Omne quod naſcitur generanti ſimile cõprobatur. Si igitur homo eſt quem genuit, neceſſarie qui ex ea natus eſt, homo eſt. Quaſi veriſimili ratione vos iſta depromitis. Sed tũc parẽ ſibi per omnia parturiẽs edit quando iuxta naturã cõtingit & partus. Naturalis, autẽ parturitionis exordium corruptio eſt, quia & cõmixtionem pręcedit. Cum autẽ huius iniuriæ nec ſuſpicio eſt, ſed ſupra humanum intellectũ conſtat eſſe miraculũ, vbi ſupra naturã partus eſt, ibi qui naſcitur, Deus eſt. Confitemur igitur eũ & mundum feciſſe de nihilo, & legẽ dediſſe, Prophetas quoque inſpiraſſe, & nouiſſimis incarnatũ eſſe tẽporibus, Apoſtolos etiã miſiſſe ad ſalutẽ Gentiũ atque populorũ. Fugiamus itaque cõſilia ſeductionis, fluẽta Hæreticorum dico pernicioſa, deoq́ue inimica cõtagia, Arij væſaniã, qui trinitatẽ inſeparabilem ſubſtantiis diuidit: Eunomij audaciã, qui naturã incõprehenſibilẽ intra ſcientiam humanitatis includit: Manichęi rabiẽ, qui ſequeſtrat ab eſſentia deitatis Sanctum Spiritũ, & inſeparabiliter procedentẽ. Necnõ & hanc nuperrimã, nouamq́ue blaſphemiã quæ Iudæorũ impietatẽ mulipliciter exuperare dinoſcitur. Illi nãque filium negantes, ramũ nituntur à radice cõuellere. Ii vero huic qui eſt, aliũ ſuperinducentes, intemerabilem ſubſtantiã tanquã in fœtum multiplicẽ diffamare cõtendunt. Dicamus ergo cũ Paulo Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum: Iudęũ nanque & Gentilẽ per baptiſmũ in nouum hominẽ reformauit, cõiungẽs virtute quos cõuerſatio ſequeſtrabat. Idcirco repertores nouæ impietatis, dãnationẽ quæ ſibi imminet cõtremiſcant, quãdo in vnã ſeparatã rediere cõcordiã, & qui vniuit in duo quantũ ad illos attinet diuidatur. Sed omiſſa iam prolixitate ſermonis, ad cõpendium recti dogmatis veniã. Si quis vult noſſe veraciter quomodo idem ipſe ſit vnus, & non ſolũ filius Abrahã manens, & in nouiſſimis ſecundũ carnẽ ſapientia & ætate proficiens: Nam deitas eius ſemper id quod perfectũ eſt poſſidet, interroget Paulũ, & ipſe pietatis ſacramẽtum protinus intonabit oſtendens quod etiã ex Iudæis ortus ſecundũ carnem Deus ſempiternus exiſtat: loquẽs enim de Hebręis, & rebellem nationem ingratámq́ue collaudãs propter radicẽ videlicet Abraham, & propter ſemen Chriſtum, ita pronunciat: Quorũ, inquit, eſt adoptio filiorum. Clamat enim in prophetis: Filius meus primogenitꝰ Iſraël, & gloria. Infinitam namque gloriã eis qui probati tunc erant moribus, diuina miracula cõferebãt, & teſtamẽta per que Abrahæ multiplicatio ſeminis eſt promiſſa, & legiſlatio quæ in mõte digito Dei cõſcripta eſt, & obſequium quo diuino cultui ſeruiebãt, & promiſſa quibꝰ vel terra Palæſtina vel certe benedictio in ſemine Abrahæ Gentibus collata eſt vniuerſis: quorum patres qui in hac ignorãtiæ nocte velut luminaria fidei probãtur exorti, & ex quibus Chriſtus. Nec in iis ſtetit beatiſſimus Paulus. Nec enim ex quo partus de Maria ex eo eſt verbi ſine initio extantis eſſentia. Sed mox intulit, ſecundum carnẽ, vt manifeſtationem quæ facta eſt in carne, non illã natiuitatem diuinam æternamq́ue ſignificet. Quis igitur eſſet hic Chriſtus, qui natus eſt ex virgine, quẽ ſpelunca cepit vt rem nullius precij, qui in præſepi iacuit, qui ſecundum carnem temporibus creuit, quiq́ue ad inferiora terræ deſcendens, omnia quæ carnis ſunt mirabili dignatione ſuſtinuit, fidem faceret quia veraciter homo factus eſt, nec alter eſſe præter eum qui deſcẽdit, ſed idem qui deſcendit ipſe eſt qui aſcendit: non enim prius aſcendit, ſed deſcendit: vtpote qui non ex promotione Deus eſt, ſed propter miſericordiam qua indigebamus, homo dignanter effectus eſt: quis eſt, à me vel à quolibet alio nõ requirat, ſed ab Apoſtolo qui filium per reuelationem didicit Patris, cum dicit: Cũ autẽ placuit ei, qui me ſegregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me. Hic nanque quis eſt, Ieſus Chriſtus veraciter edocebit, exclamans: Ex quibus Chriſtus ſecundum carnẽ qui eſt ſuper omnia Deꝰ benedictus in ſæcula. Hæc Pauli verba, quã ſubreptionem calũniæ eorum qui praua diligunt habere permittunt? Dixit enim Chriſtũ, vt oſtendat quoniam ſecundũ veritatem Deꝰ factus eſt homo: Dixit eum ex Iudæis ſecundũ carnẽ, vt inſinuet quia non ex illo tempore quo eſt incarnatus, exiſtat: Dixit eum qui eſt, vt eum ſine initio declaret: Dixit eum ſuper omnia, vt totius creaturæ dominum prędicet: Dixit eum Dominũ, ne paſſionibus habituq́ue traducti, intemeratam eius audeamus negare ſubſtãtiam: Dixit benedictum, vt adoremus eum tanquã omnipotentem ſuppliciter, nec vt conſeruum calumniis appetamus: Dixit eum in ſæcula, vt demõſtret vt is qui nos verbo creauit pro ſua diuinitate, iugi à nobis honore celebretur. Habentes itaque Chriſtum & exiſtentem, & Deum, & benedictum in ſæcula, veneremur eum vt Dominũ, dicentes adſertoribus exterorum dogmatũ: Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius: nos autem ſenſum Chriſti habemus: idcirco & expectamus aduentum gloriæ magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui piè quidem viuẽtibus gloriæ reddet coronam: iis autem qui exacerbãt eum, audaciæ eorum condigna reſtituet. Hæc veſtræ charitati dirigimus pro libellis veſtris, quos ad nos deſtinare curaſtis adſeuerãtes quoſdam peſtiferos homines verborum portenta promentes irruiſſe veſtræ prouinciæ, volentes quibuſdam ſcriptis & oppoſitionibus falſi nominis ſcientiæ ſimplicem & infucatam rectæ fidei pulchritudinem conſtantiámque peruertere. Sed ego vos iterum beati Pauli verbis admoneo: Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum vana conſultantium, & non ſecundum Chriſtum. Fundamentum autem aliud ſanctæ fidei nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. State igitur in vno ſpiritu vnanimes, collaborantes fidei Euãgelij, & in nullo terreamini ab aduerſariis, cuſtodientes traditiones quas accepiſtis, ſiue à ſanctis & beatiſſimis patribus, qui apud Nicæam, fidem promulgaſſe noſcuntur, ſeu à ſanctis & venerandis Baſilio, Gregorioque, ac reliquis eadem ſentientibus: Quorum nomina in libro vitę ſcripta ſunt. Omnem fraternitatem quæ vobiſcum in Chriſto eſt, ego & qui mecum ſunt plurimum ſalutamus.

*Data Conſtantin. Conſulatu piiſſimorum Theodoſij Auguſt. 5. & Valentiniani. 4.*

*Iſa. 7. c.* *Mat. 1.* *Luc. 1.* *Eunomij ſciẽtia humanitatis.* *Eph. 2. c* *Rom. 9, d.* *Gal. 1. c.* *Ro. 9. a.* *Rom. 8. b.* *Coloſ. 2. b* *1. Co. 3. b.* *Phil. 1. d.* *Traditiones.* *Fraternitas.* *Hæc deſunt in Græco.*

# SANCTI PATRIS CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

## Epiſtola canonica.

### CYRILLVS DOMNO.

*Videtur tempore Cyrilli emiſſa eſſe Romã huius Alexandrini ſacerdotis appellatio.*

VNa quæque res noſtra, quando ordine canonico rectà procedit, nullum quidem in nobis tumultum ingenerat, & à nõnullorum maledicentia liberat, vel potius eorum qui ſapiunt, bona verba laudéſque nobis conciliat. Quis enim non obuiis, vt aiunt, vlnis excipiat de aliquibus prolatam ſententiam quæ nec huc, nec illuc inclinetur? Vel quomodo non, ſit ab omni reprehẽſione alienum, vel potius magnopere laudãdum ſi rectè & iuſtè iudicetur? Et hæc quidem nunc ſcribo cùm tua pietas in ſuis literis ad me, & religioſiſſimum fratrem noſtrum & coëpiſcopum Proclum miſſis, Epiſcopum quidem nominet imprimis pium ac religioſum Petrum, ipſe verò deſleat, & ſe à ſe poſſeſſa Eccleſia * præter rationem & expectationem eiectum eſſe dicat: Erat autem conſentaneum vt vel ſacerdotij nomen cum re haberet, vel ſi nõ erat dignus vt altari præeſſet, nec ipſa quidem Epiſcopatus vocatione dignus haberetur. Sed id fortaſſe quod dico, durum eſſe, & à * mutua commiſeratione diſiunctum videatur. Res autem re vera ita habet. Nos enim ſenis vtrique non miſereri putamus, ſi ſolum ei nomen reliquerimus, ſed multo melius erat aliud quoque cõſiderare. Dicit enim ſe ſuã quidem poſſe cauſam probare, ſed defenſionis tempus ſibi non eſſe datum, nec auditionem canonicam ſibi fuiſſe propoſitam. Sinautem tale quid factum eſſet, ipſa * actorum productio eum cõuinceret, & vel oſtenderetur eum propter ſua crimina condemnatum, nec eſſe quod ſe iniuria affectum eſſe diceret, vel eum abſolutum pronũcians, rurſus concederet vt præeſſet Eccleſiæ, eaque illius manui poteſtatique ſubeſſet. Cum autem nihil factũ ſit eiuſmodi, de re quidem alta voce queritur, & intolerabilem iniuriam ſe dicit accepiſſe, & inique eiectum eſſe, adiiciens omnes quoque quas habebat pecunias eſſe ſibi ſublatas. Tua itaque pietas ſciens & quod diuinis canonibus videtur, & quod Eccleſiæ conuenit, iiſque qui ſunt in ſacro miniſterio initiati, & noſtrarum præterea literarum aliquam rationem ducens, ſiſtat ſenis lachrymas, & ſi velit quidem cum iis iudicio contendere qui crimina in eum intendunt, pro tuæ pietatis conſuetudine, litiget vnà adſiſtentibus ſcilicet qui tuæ manui ſubſunt Epiſcopis, præterquam ſi non aliquos recuſant vt ſuſpectos: nullum enim religioſiſſimorum Epiſcoporum in fratrem inimico eſſe animo credim⁹. Ne autem hic prætextus futurum de eo iudicium diſſoluat vt non iure factum eſſe videatur, non graue eſt à conſeſſu abeſſe eos qui ſuſpecti ſunt.

* παραλόγως.

* ἀφιλάλληλον.

*Auditio Canonica,* * ὑπομνημάτων οὐσῶν.

Grequs, er schismaticus autor, idio cautè legendus

BALS. *Proœmium Epiſtolæ hunc habet ſenſum. Dicit enim ſanctus, Res noſtræ, ſcilicet Eccleſiaſticę, vel vt ſemel dicam, humanæ, quando canonica rectitudine procedunt, nec nobis tumultum ingenerant, nec aliquorum maledicta, ſed laudes nobis potius conciliant. Iudicium enim quod nec huc, nec illuc inclinat nec propendet, ſed eſt rectiſſimum, eſt ab omnibus ſuſcipiendum, & non ſolum nõ eſt à vituperatione & reprehenſione alienum, ſed etiam laudãdum. Hoc vſus proœmio dicit, Hæc ſcribo quia tu ad nos miſiſti religioſiſſimum presbyterum nominatum Epiſcopum, cum ipſe deſleat & dicat ſe à poſſeſſa Eccleſia eiectum eſſe, ſeu à ſibi dato Epiſcopatu expulſum. Erat autem conſentaneum, vt ſi nomen habet Epiſcopi, rem quoque ſeu Epiſcopatum & Epiſcopi munus & exercitium haberet: vel ſi non erat dignus qui altari præeſſet, nec Epiſcopus quidem diceretur. Sed fortaſſe id quod dico, & ego quoque tibi eſſe videbor immiſericors: ſed non ita eſt. Nos enim fortaſſe presbyteri miſereri videbimur. Orationẽ autem pluraliter enunciat, tanquam de ſe ipſo quoque dicens quæ dicit, vt minus eſſet moleſta oratio, & non ad eius ſolius inſectationem facta eſſe videretur. Et nobis ipſius veluti miſerantibus, inquit, ſola ipſi Epiſcopi appellatio relicta eſt. Multo autem erat melius aliud quoque conſiderare, Quidnam? Non fuiſſe ei datum tempus defenſionis, nec fuiſſe propoſitam defenſionem canonicam, ſeu ſynodale iudicium. Dicit enim ſe poſſe cauſam ſuam probare, pro eo quod eſt, ſe innocentem oſtendere. Sinautem hæc facta eſſent, ipſa acta quæ in examinatione facta eſſent, ipſum vel eſſe criminibus obnoxium, nec poſſe ſe iniuria affectum eſſe dicere oſtenderent: vel ſi innocens apparuiſſet, ei conceſſum eſſet vt rurſus præeſſet Eccleſiæ. Quia autem nihil tale factum eſt, ſe iniuria affectum eſſe vociſeratur & præter leges eiectum, dicens quaſcunque etiam habebat pecunias ablatas. Tu ergo (ſcribit ſanctus ad Domnum) qui ſcis & diuinos canones, & quod conuenit Eccleſiæ & Dei miniſtris, nempe iuſtè agere, noſtrarum etiam literarum rationem ducẽs, ſiſte, hoc eſt reprime ſenis lachrymas, & ſi velit cum ſuis accuſatoribus iudicio cõtendere, apud te & qui tibi ſubſunt Epiſcopos litiget. Sinautem habet aliquos ſuſpectos Epiſcopos vt non bene in ipſum affectos & eos recuſat, illi in iudicio non adſint. Nos enim nullum Epiſcopum inimicitias habere aduerſus fratrem credimus, nec propterea vetamus ne illi nobiſcum vnà iudicent, ſed ne hoc ſit occaſio quominus ipſe in iudicio cauſam non agat, illi à conſeſſu recedant.*

Pecunias autem quæ iniuria ab eo captæ ſunt, duobus modis ei reddi æquum eſt. Primum quidem quòd nec tale quid omnino fieri oportebat, & quòd valde malè habet magnáque triſtitia afficit ſanctiſſimos Epiſcopos qui ſunt vbique terrarum quòd ſumptuum, qui illis eueniunt, diſpenſationis ratio ab eis exigatur, ſiue ex Eccleſiaſticis redditibus, ſiue ex fructu aliũde percepto. Vnus quiſque enim noſtrũ dabit ſuorũ malorum rationem omnium iudici. * Vaſa enim precioſa & poſſeſſiones immobiles oportet ſeruari Eccleſiis. Epiſcopis autem qui tunc temporis diuinum ſacerdotium adminiſtrant, incidentium ſumptuum diſpenſationem ſecure credi.

*Rationes ſumptuũ et fructuũ ab Epiſcopis nõ exigendæ.*

* κειμήλια.

BALS. *Res autem, inquit, quæ oblatæ ſunt, duabus ei de cauſis reddendæ ſunt. Vna quidem, quod omnino iniquum eſt vllam earum factam ablationem. Altera verò quod omnes Epiſcopos male habet & moleſtia afficit quòd ab eis ratio adminiſtrationis exigatur eorum quæ obueniunt, vnde pecunię redactæ ſunt ſiue ex Eccleſiaſticis redditibus ſiue ex fructu alicunde percepto, ex aliquorum ſcilicet oblatione. Vnuſquiſque enim, inquit, noſtrûm qui Epiſcopi ſum⁹ dabit Deo rationem adminiſtrationis rerum ſuæ Eccleſiæ pro ſuo tempore, hoc eſt pro tempore quo fuit Epiſcopus. Vaſa enim precioſa ſeu ſacra, & reliqua deo conſecrata, & poſſeſſiones immobiles non ſunt alienabiles, & Eccleſiis ſeruantur: Eccleſiaſticorum autem redditũum adminiſtrationem ſecure credi audactérque committi debere illis qui ſunt tunc temporis Epiſcopis.*

*Renũtiatio per vim facta.*

Renuncia-



Renunciationis autem libellos nõn ſua voluntate, ſed veluti neceſſitate & metu & aliquorum minis ſe tradidiſſe dicit. Iam verò alia quoque res eſt quæ Eccleſiaſticæ conſuetudini non placet, offerre ſacerdotes aliquos renũciationis libellos, ſi ſunt enim digni qui ſacra myſteria obeant, in iis mancant. Sinautẽ indigni, nec per renunciationem exeant, ſed rebus ipſis potius condemnati, de quibus multam quis exclamationem fecerit vt quæ currãt extra omnẽ conſequentiam. Saluta fraternitatem quæ apud te eſt: que eſt apud nos, te in Domino ſalutat.

BALS. *Allata quoque erat Epiſcopi renunciatio, de quo ſcripſit hic magnus Pater. De eo ergo dicit, Epiſcopus ait ſe non ſponte Renuntiationis ſcriptum dediſſe, ſed neceſſitate propter metum & quaſdam minas. Deinde ſubiungit quod etiam ſi alioqui eum ſua ſponte renunciaſſe putemus, eſt tamen irritum & inualidum, vt quod Eccleſiaſticæ conſuetudini non placeat, vt ſcilicet ſacerdotes ſuis Eccleſiis renuncient. Si ſint enim digni qui ſacra myſteria obeant, in iis maneant & ne admittantur ſi renuncient. Sinautem indigni, nec per renũciationem exeant, nec recedant vt renunciantes ſed vt rebus ipſis condemnati. De quibus multam quis exclamationem fecerit, hoc eſt quæ dignæ ſunt de quibus exclametur, vt quæ Eccleſiaſticam diligentiam & conſequentiam non ſeruent, vel illud, de quibus multam quis exclamationem fecerit, de iis qui renunciant potius dici intelligetur. Quare etiam neceſſario xvj. can. j. & ij. ſyn. quæ in ſanctorum Apoſtolorum æde congregata eſt.*

## EIVSDEM EPISCOPIS

### qui ſunt in Libya, & Pentapoli.

Cuilibet rei quæ ad populorum ædificationem vtilis eſt & neceſſaria, & ad ſanctarum etiam Eccleſiarum exiſtimationem confert, cura gerenda eſt. Scriptum eſt enim, † Sanctos facite filios Iſraël. Patres itaque monaſteriorum qui ſunt in Thebanorum prouincia, viri pij ac ſatis admirabilem vitæ formã & inſtitutionem habentes, cum Alexandriam veniſſent, à me interrogati de monaſteriorum quæ illic ſunt conſtitutione, docuerunt multos offendi propter hanc cauſam.

† εὐλαβεῖς.

Quidam qui vxores recenter duxerunt, & in ipſis veluti thalamis adhuc cõſtituti ſunt, aliquos ſanctiſſimos Epiſcopos arripiunt, & multi de eis (vtique renunciantes) ordinantur clerici ſeu preſbyteri.

Aliqui autem alij ex ipſis monaſteriis, vt immodeſti inſolentéſque eiecti rurſus ordinationes ſubeunt, & facti clerici, in ea ipſa monaſteria ingrediuntur ex quibus eiecti ſunt, & volunt † oblationem facere ſeu ſacra celebrare, & ea omnia facere quæ mos eſt Clericis, vt etiam aliqui eorum qui ipſos norunt, ſynaxes deuitent, & communicare in animum non inducant illis miniſtrantibus.

† προσφέρειν.

Quoniam ergo ad ædificationem, vt dixi, populorum omnia à nobis facienda ſunt, hæc veſtra obſeruet pietas, & ſi eſt quidem ordinandus Clericus, de vita eius inquirat, & an vxorem habeat, an non, & quonammodo duxit, & abſtinuit: & ſi non eſt aliquis ex iis qui eiecti ſunt à ſanctiſſimo Epiſcopo vel ex monaſterio, tunc ſi inculpatus inuentus fuerit, ordinet. Ita enim & noſtram conſcientiam puram conſeruabimus & inculpatum ſacrum ac venerabile myſterium.

*De Clericorũ vita inquirẽdũ antequam ordinentur.*

Sinautem ſegregationem aliqui ſuſtinuerint propter lapſus puniti, deinde ſint morituri exiſtentes catechumeni, baptizentur, & ne ab humanis excedant gratiæ non participes, ſcilicet communione carentes. Videtur enim hoc quoque Eccleſiæ conſuetudini adhærere. Salutate eam quæ eſt apud vos fraternitatem: quæ nobiſcum eſt, vos in domino ſalutat.

*Fraternitas.*

BALS. *Communione carere ſanctus hic non ſolum dicit de ſancta participatione: neque enim ante Baptiſmum diuinis myſteriis dignus habebitur, ſed etiam de ipſo Baptiſmo. Antequam enim Baptizatus fuerit, non aſſequitur vt cum fidelibus conſiſtat, quæ & ipſa communio in diuerſis canonibus dicta eſt. Et ideo hoc quoque adiecit, videtur enim hoc quoque Eccleſiæ conſuetudini adhærere. Hoc enim, inquit, eſt legitimum, & Eccleſiaſticum, & vnà cum fidelibus in precibus non conſiſtant omnino catechumeni, vel ij quibus pœna eſt impoſita.*

# EX GENNADII SCRIRTORVM ECCLESIASTICORVM CATALOGO.

*BAcciarius vir Philoſophiæ Chriſtianæ nudus & expeditus, vacare Deo diſponens, etiam peregrinationem pro conſeruanda propoſita integritate elegit: Edidiſſe dicitur grata opuſcula: ſed & ego ex illis vnum de fide librum legi in quo ſatisfacit pontifici vrbis aduerſum querulos & Infamatores peregrinationis ſuæ, indicans ſe non timore hominum, ſed Dei cauſa peregrinationem ſuſcepiſſe: vt exiens de terra ſua & cognatione ſua, cohæres fieret Abrahæ patriarchæ.*

*Peregrinatio Dei cauſa.*

## ARGVMENTVM IN EPISTOLAM BACHIARII.

*FRatrum quiſpiam (Monachus ſcilicet, dæmone tentatus) Monialem virginem adulterauerat, & ob illud flagitium, ita erat ab Eccleſia eiectus, vt Ianuarius ſiue presbyter, ſiue Epiſcopus nullo pacto vellet eum ne in pœnitentium quidem ordinem recipere: Quin & alij quidam (non dubium quin Dæmone afflati) ſuadebant illi vt de venia deſperans crimen illud nuptiis emendaret, coniugium enim, Religioſi nominis eſſe vocabulũ, quoniam Deo authore ſit conceſſum: Ridebant interea (vt nunc fere fit) & laici & Dæmones, religioſi hominis lapſum & perturbationem. Bachiarius itaque hac Epiſtola primum grauiſſime admonet Ianuarium, vt lapſum illum Pœnitentem Monachum recipiat, omne enim peccatum eſſe remiſſibile, & teſtamenti veteris quemque præſtantiſſimum pœnitentia ſalutem conſequutum. Deinde fratrem illum lapſum dulciſſime hortatur ad pœnitentiam, nec metuat ſanctos in hoc negotio interceſſores, oportune, importune aduocare, ingredi Monaſterij carcerẽ, cilicium quod inceſtu ſordidauerat rurſum aſſumat, miſſamque faciat virginem illam adulteratam, quæ ſemel nupta Chriſto cum velaretur, alteri non poſſit (æternûm viuente ſponſo ſuo) nubere. Caueat porrò ſedulò & Pœnitentiæ procraſtinationem, & deſperationem.* M. D. L. B.

# BACHIARII QVI TEMPORE AVGVSTINI VIXIT, AD IANVARIVM DE RECIPIENDIS LAPSIS. EPISTOLA.

Benedicto in Chriſto fratri, omni mihi fide & dilectione venerabili Ianuario, Bachiarius peccator ſalutem optat. Niſi vererer, beatiſſime frater, ne inter ſimulatos amicos Iob mihi portio *Iob. 2. d.* poneretur, qui videntes plagam eius veluti qui non haberet ſolatium, iugi ſilentio quieuerunt, Propè fuerat vt & ego ſuperpoſita manu ori, & obturato linguæ Sibilo, ianuas labiorum meorum taciturnitate concluderem. Sed abſit hoc à fide mea vt aliquã dicam plagam eſſe, *Omne peccatum remiſſibile. Hie. 8. g.* quæ non habeat conſolationem, cum mihi Propheta proclamet: Nunquid medicus non eſt in Galaath? aut reſina non eſt illic? Quare non aſcendit ſanitas filiæ plebis meæ? Galaath enim interpretatur aceruus teſtis, & hunc aceruum teſtem, totum canonem diuinorum librorum eſſe ſentimus, vbi indiſſolubilium cumulus teſtimoniorum, velut quidam congeſtus eſt lapidum, in quo cumulo medicus verus noſter Dominus Ieſus Chriſtus, ſi quæſitus fuerit, inuenitur. Reſina autem quid eſt, niſi continentiæ virtus, quæ diſſoluta coniungit, & ſciſſa conglutinat? Quod nos ſcientes non dubitamus ad conſolationem ipſius plagæ quæ contigit, oris noſtri lamenta miſcere, Audiuimus enim horrendæ cladis excidium: Audiuimus exultantem de ruina militis Chriſti Satanã, & iubilatio vocis, quam in triũpho ſuo Diabolicus dedit exercitus, ad aures noſtras vſque peruenit: Et teſtem Deum inuoco ſuper animã meam, quod ita ſunt mota viſcera mea, & ita commouerunt ſe oſſa mea, vt omnem partẽ corporis mei ſentirem eadem plaga torqueri. Nec enim abſque dãno meo hoc accidiſſe dixerim malum, vbi membrum corporis mei diabolica ſagitta percuſſit, cum Apoſtolus dicat: Si patitur vnum membrum, compatiuntur *1. Cor. 12. d.* omnia membra. Sed non admittitur in totum animus meus lamentationi vacare vel fletui, quia aduerſus vos mihi locus eſt iraſcendi. Ecce enim contra communes inimicos proceſſit frater nobiſcum in prælio, & ſubito proſtratus caſu. Hunc vos, nec ſepulturæ dignum honore iudicaſtis, ſed reliquiſtis eum feris & alitibus deuorandum. Vbi eſt miſericordia Chriſtianæ *Hoſ. 6. c. Mat. 9. b. 12. d.* religionis, quam Magiſter noſter ſacrificio docuit eſſe meliorem? Ecce iacet frater ab hoſte percuſſus, adhuc forſitan palpitat & vos quia ſine vulnere eſtis, conuertimini, & non ſolationem plagæ ipſius deferri tẽtaſtis. Nolite eſſe ſine formidine beatiſſimi fratres, fortiorẽ percuſſit inimicus, vt celerior ei poſtmodum fieret aditus ad reliquos. Vt quid enim ſpernitis vulneratum, aut ſic putatis eum mortuum? Melior fuit concubina Saulis filia Reſſa, quæ corpora defunctorum, quos *2. Re. 21. b. c.* Dauid pro Gabaonitarum vltione percuſſerat, eo vſque accincta ſacco, hoc eſt cilicio cuſtodiuit, donec eis roraret aqua de cælo, id eſt, donec pro venia eorum miſericordiæ cœleſtis ſtilla deflueret. Melior eſt ille Iudas Macchabæus, qui etiam pro mortuis fratribus *2. Macchab. 12. g* orationem credidit eſſe faciendam, quos furata de † Lamytni ciuitate idolorum dona proſtrauerunt. Vt quid, rogo, medicus noſter inter librorum ſuorum loculos tot conſtituit genera pigmentorum, ſi nihil eſt *† Aliàs Iamnia.* ex omnibus emplaſtris eius quo ſanari poſſit vulnus, quod inflixit inimic[us]? Ita ne fuit quod lateret architectum, cui nequaquam artis ſuæ peritia prouideret. Et ſi placet, aperiamus ſcholam medici noſtri, & à principio canonis, vulnerum ac medicaminũ ſpecies perquiramus. Ecce in ipſius introitu ſcholæ occurrunt illic duo authores ſeminis carnalis, Adam & Eua, qui *Gen. 3. c.* venenato ſerpentis dente percuſſi, non ſtatim pœnæ mortis addicti ſunt, ſed deiecti de Paradyſi deliciis, id eſt, de Eccleſiæ libertate, & ſacri communione myſterij. Ideo tẽporariè, ſub typo mœroris tribulationiſque damnati ſunt, vt malagmate pœnitentiæ ſanarentur, & eò vſque de ligno vitæ, id eſt Chriſti participio † exules fierent, donec ad eum per romphæam flammeam, *† Forte participatione.* id eſt, ignitam martyrij paſſionem, aut per Cherubim Domini, qui interpretatur multitudo ſcientiæ, remea- *Gen. 3. d.* rent. De quibus nunc per ſingula non eſt temporis loqui. Quod verò ille fratricida, cui, ob hoc, ſignum Do- *Gen. 4. b.* minus mãdat imponi, ne ab aliquo poſſit occidi. Non *Eze. 18. e.* vult enim Deus mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Nec longe ab his diſtat ille princeps pa- *Ge. 14. a.* trum, qui primus credidit & reputatum eſt ei ad iu- *Gene. 13. c. 19. a.* ſtitiam: qui captum ab hoſtili legione Filium Fratris, aſſumpta vernaculorum turba, eripuit: quem poſtmo- *Orationis Abrahæ merita.* dũ de Sodomæ plaga, id eſt, de iudicio Gehennæ, habito cum diuina maieſtate colloquio, hoc eſt, orationis ſuæ meritis liberauit. Et tu ergo aſſume vernacu- *Ignis futuri iudicij.* lorum turbam pro iſto, id eſt opere tuo non alieno, fratri auxilium præſta captiuo: loquere cum Domino, id eſt, ora ad Chriſtũ, ne eũ futuri iudicij ignis exurat. Imitare patriarcharum opus qui ſtuprum ſororis ſuæ *Ge. 34. a.* in alienigenarum manibus incidentis non ſolum hor- *Facile apparet, Ex 32. f. nõnullos etiã ex Leuitis peccaſſe in cõflatione vituli, ac proinde merito occiſos à patribus & fratribus quibus ob hanc cauſam ait Moſes, cõſecraſtis hodie manus veſtras vnuſquiſque in filio & fratre ſuo vt detur vobis benedictio.* ruerunt, ſed etiam vindicauerunt. Require tamen qui vltores fuere peccati, nónne Simeon atque Leui? Et tu ex tribu Leui es, qui Eccleſiaſtico ſeruis officio, Simeõ autẽ obauditio interpretatur. Et tu ergo, qui obediens fuiſti Deo, inobedientem animam liberare aut vindicare cur ceſſas? Anima autem Fratris tui ſoror tua eſt, quàm ſi paſſus fueris inter alienigenas ſeruire, peccabis. Sed dicis fortaſſe: Leuita eſt iſte qui cecidit, nec ei remedij poteſt medicina conferri. Erras frater, recurre ad ſcholam medici. Ecce in ſecundo loco, id eſt, in Exodi libro, vbi totius plaga populi vulnuſque deſcribitur, etiam Leuitæ peccaſſe referũtur, qui priores ad correptionem Legiſlatoris emendati eſſe perhibentur, & non tam in eis peccati crimen arguitur, quam velox conuerſio impœnitentiæ celeritate laudatur. Cuius rei etiam in Ezechiele meminit Domin[us] noſter cũ dicit de Leuitis: Qui primi exierũt ad me cũ erraſſet Iſrael, ipſe quoque pontifex ad ſuggeſtionem populi idolum fabricauit, pro quo orationem fecit Moyſes, hoc eſt fraterno liberatus eſt auxilio. Sed dicis fortaſſe beatiſſime, Adhuc nec Leuitæ ſanctificati erãt, nec pontifex cõſecratus erat, cũ iſtius mali crimẽ admiſſum eſt. Non contradico perſpicaciæ tuæ quam ex ſcripturarum voluminibus concepiſti, tamen reſpondiſſem tibi (ſi poſſem reſpondere) ſecundum Apoſtolicam ſententiam qua loquitur ad Hebræos, qui *Heb. 7. a.* Abrahæ lumbis latens, Leui decimas à Melchiſedech accepit & dedit. Aut ipſi Aaron qui tibi minus vide- *Aaronẽ ſacerdotẽ fuiſſe antequã cõſecraretur* tur fuiſſe de pontificali honore vel gradu cum Aegyptum ſignis percuſſit horrendis, & egrediens nocte cum populo ſancto celebrauit Paſcha. Scimus autem, quod ſine ſacerdote Paſcha nõ poterat celebrari. Sed

i intermiſſis



*Aaron iam ſacerdos murmurauit contra Moſem. Num. 12. & 15. a* intermiſſis his interrogare te volo: Quid erat Aaron cum aduerſum Moyſen inuidiæ liuore percuſſus iuncta ſibi Maria murmurauit? Ac dicas fortaſſe, minus eſt inuidia quam fornicatio. Lege ergo beatum Apoſtolum qui dicit: Neque fornicarji, neque inuidi, neque detrectatores regnum Dei conſequentur. Vides, vbi velut æqualia ſibi ſimiliáque iunguntur quæ ad cœlorum regna non ſubeunt. Aduertè, cuius pœnæ ſenten- *1. Cor. 6. b* tiam mereatur inuidia per quam prophetiſſa Maria le- *Num. 12. c.* pra percutitur. Cuius, iam auaritia pro qua † Ezechiel Eliſæi miniſter ſimili ſorte damnatur. Et tu ergo cur a- *† Giezi. 4. Reg. 5.* uarum non deteſtaris, cur inuidum non refugis, cur detractorem, raptorémque non deuitas, fornicatorem ad tempus fratrem reuerſurum æternæ mortis pœna condemnas? Nec ideo hoc dicimus vt peccandi fræna laxemus. Aduertat quiſquis hoc legerit, quia non viuentibus loquimur, ſed mortuum conſolamur. Denique reſurgat & videbit, quia ſtatim ei tradimus *Pſal. 22. b* Pſalmiſtæ verſum dicentis: Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Accipiet virgam correptionis, & baculum qui ſuſtentare poſſit infirmum. Ita autem *1. Cor. 6. b* intelligimus Apoſtoli dictum, quod neque inuidi, neque fornicatores, neque aliena appetentes regnum Dei poſſidebunt, id eſt, ſi quem in hoc vitio tempus accerſionis inuenerit, quod alibi Dominus dicit. Vnũ- *Ezec. 33. e* quemque in viis ſuis iudicabo. Et ipſe Apoſtolus ait: *Galat. 2. a* Qualis fuerit, nihil mea intereſt. In Epiſtola ſua beatus *1. Ioan. 5 c. d* Ioannes orare mandat pro fratre, qui non habet peccatum vſque ad mortem, id eſt, qui non vſque ad extremum vitæ ſuæ finem peccatorum ſuorum mala fuerit ſequutus. Nam de Leuitis, quod ſuperius dixeras non coſfuiſſe ſanctificatos cum peccatis fuere polluti, Quid tibi videtur illud quod ſcriptum eſt in beati *3. Eſdr. 8 f. g. 9. c* Eſdræ libris, vbi dicuntur reuerſi de captiuitate Babyloniæ & reſtructis templi Dominici fundamentis, non ſolum plebs vulgi verumetiam ſacerdotalis familia, luſtratione illius Ieſu magni in mulieribus alienigenis, hoc eſt, Syris, & Idumæis, & Moabitis & Ammanitis eſſe permixti, qui tamẽ omni peccato eodem, accipientes conſilium Eſdræ & recedentes à mulierum alienigenarum conſortiis, caruerunt? *Peccati remiſſio.* Vnde vides quod ſicut peccati contagione maculamur, ita expulſione eius abluimur. Ne quæſo beatiſſime fratrem noſtrũ in profundo putei ſub iniqui principis poteſtate demerſum, lapidibus deſperationis obruamus. Imitemur illum Aethiopem, qui ſanctum *Hier. 38. c* Ieremiam in lacum ab iniquo rege demerſum, aſſumptis xxx. hominum auxiliis, & demiſſis ad eum pannis ac funibus veteribus, liberauit. Ecce frater in lacu eſt, aſſumamus xxx. homines, id eſt, ſiue beatæ auxilium Trinitatis, ſiue cum labore animi carniſque & ſpiritus, demerſum in profundo putei liberemus. Mittamus ei pannos veteres, reducamus in memoriam eius, exempla antiquorum qui per peccatum collapſi poſtmodum de profundis malorum per pœnitentiam ad ſuperna relati ſunt, quæ cum ei ante oculos poſita *Etiam victus denuò pugnabit.* fuerint, deſperare non poterit. Solet percuſſus miles in primo certamine, in ſecundo fortiùs dimicare, & contra percuſſorem ſuum magis iratus inſurgere. Ecce in ſæculi fine conſiſtimus, inſtãt pro Chriſti nomine prælia paſſionum. Quid mirum, ſi ille quem fornicationis *Iudi. 16. c* haſta percuſſit, in paſſionis congreſſione ſuperauerit, *Samſonis Martiriũ, & fortitudo.* quid ſi victor fuerit in martyrio quem vicerat incontinentia & libido? Nonne ſic fecit ille Nazaræus ex repromiſſione natus? quem cum in perniciem ſui mulieris blandimenta viciſſent, poſtmodum in fine obi-

A tus ſui ſub martyrij paſſione maiorem inimicorum exercitum proſtrauiſſe quam ante, quando Nazaræus hoc eſt immaculatus fuerat, reperitur. Sicut enim illa ſacerdotalis familia de Heli cognatione deſcendens, *1. Reg. 3. e* cui iurauerat Dominus vt nullus de ipſis ante faciem eius aſſiſteret, eò quod grauibus peccatis Dominum prouocaſſet, Nonne omnis illa cognatio pro Dauide *1. Reg. 23 d* à Saule refertur occiſa? Et quid eſt hoc niſi forma martyrij, vt quos graue peccati crimen inuoluerat, mors *Martyriũ Sacerdotũ innobè pro Dauide.* pro Chriſto illata liberaret. Hæc ſunt beatorum voluminum ſacra myſteria. Sic vaſa nequaquam figulus ille patitur interire, qui etiam ea confracta & in lapidibus illiſa redintegrare poſſe ſe dicit. Ne ſpernas quæſo *Hier. 18. a* fratrem defunctum, filius eſt Sunamitis ſterilis, id eſt B Eccleſiæ, ex repromiſſione natus eſt iſte qui mortuus *4. Reg. 4. c* eſt. Quondam enim natiuitatem eius ſecundo Abrahæ Dominus in Iſaac ſemine ſpopondit atque pollici- *Gen. 21. b* tus eſt, cuius caput in meſſe calore percuſſum eſt, id eſt, *Heb. 11. d* principale mentis eius inter ipſam ſpei libidinis flammam concaluit. Currat ad Heliſæum mater eius, id eſt ſolicitè plangat Eccleſia. Reſurget enim ſi fideliter ſperauerimus hoc à Chriſto. Et tu beatiſſimè in defuncto fratre opus imitare Heliſei, manus manibus, pedes pedib[us], os ori compone primum, vti cõpatiaris ei qui mortuus iacet. Neque elatus integritatis tuæ triumpho, ſuperexcreſcas eum aut ſuperextendas te ei quem repentina mors rapuit: Sed imitare Apoſtolum qui di- C cit: Timeo, ne humiliet me Dominus Deus meus a- *2. Cor. 12 g.* pud vos, & lugeam multos ex eis qui antè peccauerunt. Appone præterea oculos tuos oculis ipſius, manus manibus, pedes pedibus: cuſtodi oculos ipſius, ne in perditionem ſui vlterius euagentur. Os illius, ne cõfabuletur iniqua, manus illius, ne operentur aduerſa, pedes illius, ne vagentur in turpibus. Et ſic, cum pro cuſtodia ſui membris membra tua fuerint copulata, non ſolum peccandi vlterius ſpatium non habuerit, verum etiam ſpem capiet reſurgendi, vt qui per peccati frigus emortuus eſt, conſolationis tuæ tepore reuocetur ad vitam. Memento autem vt omnes à conſpectu eius eiicias, nullus videat, nullus in medio ſit, nec quiſ- D quam ſibi viſionem eius de propinquitate præſumat. Quid dico propinquũ? ſit mater illa carnalis, nec ei ad illum aditus detur intrandi: nam ſic Heliſæum in Su- *4. Reg. 4. c* namitis filio, ſic Dominum noſtrum in principis filia, ſic beatum Petrum in Dorca vidua feciſſe cognoſcis. *Mar. 5. d* Valde enim debet ſecretus & ſolitarius locus mortuo *Act. 9. g* in peccatis homini præparari, vbi nihil capiatur am- *Confeſſio ſit ſecreta.* plius quam medicus & cadauer. Ne quæſo beatiſſime impercuſſum fratrem, & aliquando nobis placitum relinquamus inermem quem inuenit inimicus. Defuit *Eph. 6. c* ei lorica iuſtitiæ, & galea ſpei ac ſalutis, & gladius ſpi- *1. Theſſ. 5. b* ritus quibus armantur milites Chriſti. Curetur rogo quia adhuc palpitat, & reuertatur ad pugnam. Nonne *1. Reg. 17. f* E ille egregius fortis Dauid qui in adoleſcentia ſua gigantem miræ magnitudinis ſuperauit, poſtea mulieris *Mulieris inepta nuditas.* inepta nuditate ſuperatus, mox vt Prophetæ vocibus, quod peccaſſet, agnouit, ſtatim ad pœnitentiæ malagma confugiens cicatrices criminum confeſſionis ſa- *2. Reg. 11.* tisfactione ſanauit? Sed nec ſic quoque eum impugna- *2. Reg. 12.* re deſtitit inimicus. Nam & poſtea eum populum nu- *2. Reg. 24 a* merando peccare perſuaſit, & penè eum telo Gigantis occidit niſi eum Ioab princeps militiæ interpoſita auxilij ſui tuitione liberaſſet. Vnde etiam credo ipſe in Pſal. 72. dicit: Mei autem penè moti ſunt pedes. Et ali- *Pſ. 128 a* bi, Sæpe impugnauerunt me à iuuentute mea. Sed quid dicis? Non fiat eius memoria, quia turpi peccato

ſ iiij

ſeipſum iugulauit. Require primum frater, vtrum iſte qui cecidit, in pugna inuentus an in domo fuerit vulneratus, quia plus miſericordiæ meretur quem in certamine hoſtis percuſſit, quam ille quem dormientem latro confoderit. *Læſus in prælio veniam meretur.* Ego illum certè in prælio vidi conſtitutum, pugnabat cum ſcuto ieiunij aduerſus illecebras gulæ, pugnabat cum taciturnitatis lorica contra detrectationis iacula & reliqua tela maledicta, ſed in eo loco in quo ſecuriorem ſe arbitrabatur eſſe, percuſſus eſt. *Spiritualis pugna.* Sicut etiam Aſahel frater ille Ioab principis militiæ Dauid, qui velox ſicut ceruus à ſcriptura eſſe perhibetur, *2.Reg.2.e Sap.9.d* ob hoc credo quod incoinquinati corporis puritas donum ei velocitatis indulſerat (Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam) ab eo quem perſequitur, Abner, cuſpide lanceæ † in renibus refertur eſſe percuſſus, *† in inguine.* In quo, loco membri, vitium fornicationis poni nullum puto eſſe qui dubitet. Sic etiam ipſe Abner à Ioab fratre eius poſtmodum in inguine percuſſus eſſe perhibetur, *2.Reg.3.a* quia fornicationis forma non alibi quam in inguine merebatur interfici, & tamen nunquid Aſahel conſolationem fratrum non meruit quem ita totus Dauidis planxit exercitus, aut de libro vitæ deletus eſt, id eſt, de memoria dominicæ lectionis? ſic ſcriptura non obliuiſcitur, vt etiam velocitatis eius, quam ante mortem habebat, non faciat mentionem, cum dicit: Velox erat ſicut ceruus, id eſt, qui non ſolum perſpicacia mentis, inimici laqueos euitabat, verum etiam ſerpentum id eſt aduerſariarum virtutum interfector exiſtit. Memento frater quod caro ſumus: mare illud (id eſt forma Baptiſmi) quod beatus Ioannes in Apocalypſi vidiſſe ſe dicit, *Apoc.16 a* vitreum fuiſſe deſcripſit, & ideo in nobis cito periclitatur aut frangitur. Lubrica via eſt ſæculi huius glaciali iniquitate conſtricta, *Hier.28. c* quam cum immodicæ concupiſcentiæ calor ſoluerit, facilis eſt ad lapſum ruinámque miſerorum. Porrige manum tuam iacenti fratri, qui confuſus pudore peccati, nec erigere ſe, nec oculos audet attollere. Comple legem Moyſi: *Ex.22. a Deut.75. a* Si cecidit aſinus fratris tui ſub pondere, hoc eſt caro victa peccato, acclina te & humilia te, & ſubleua de ruina. Quid erubeſcis coniungi homini peccatori? reſpice illum qui dicit: *Eccli.7. c* Noli nimium eſſe iuſtus, Magiſter noſter à latronibus vulneratum, *Luc.10.g* non ſolum cura dignum iudicat, verum etiam ad ſtabulum ſuum & ouile reſtituit. Ac datis ſtabulario duobus denariis, hoc eſt, vtriuſque diuini canonis Teſtamenti, maius ei præmium pollicetur, ſi diligentia ſua percuſſum hominem ad priſtinum ſtatum reduxiſſet. Et tu ergo collige fratrem quem diabolus latro cum ſatellitum ſuorum turba percuſſit, adſigna ſtabulario, id eſt B. Epiſcopo, qui ſi quid in eo impenderit amplius à Domino conſequitur. Sed dicis: Forte ille vulneratus erat, hic mortuus eſt. *4.Reg.13.* Et tu ergo ſi mortuum dicis, vel iuxta Heliſæi illum oſſa conſtitue. Nolo vt eum longè ſegreges à Chriſti membris, quia ipſe conſortio meliorum erubeſcet & reſurget ad vitam. *Peccator non omnino proiiciendus ab Eccleſia.* Nonne emendationis paruum putas eſſe tormẽtum ſi peccator aſciſcitur in conſortium beatorum, quia illorum præmia, ſua ſentit eſſe tormenta? Si quis laudatur, erubeſcit, ſi quis vituperatur, agnoſcit. Inter hæc flagella verborum conſtiturus, ſatisfactioni emendationíque ſemper approximat. *Satisfactio.* Iam verò illud quale eſt, quod à quibuſdam audiuimus dici, vt illa & ille, qui criminis peccatíque conſortes ſunt, veluti in matrimonio coniugio iungantur? Abſit hoc à Chriſti oris eloquio, ſerpentis iſta ſuggeſtio eſt, vt illius quem occidit, etiam cadauer adſumat, nonne ſimile eſt ſi quis percuſſus grauiter, extremo anhelet in fine, & hunc terrenus A medicus ſi forte viſitauerit, quia non poſſe viuere ſuſpicetur, hortetur occidi? Simile eſt ſine dubio quod dicitur: Inuentus eſt frater aut ſoror concupiſcentiæ telo grauiter vulneratus, huic cum ipſius nuptiæ ſuadentur, quid aliud dicitur niſi occidatur quia viuere aut euadere non poterit de hac plaga? neſcis fortaſſe quia pœna manet deſperantem. Ille nuncius Saulis mortis, *2.Reg.1.c* cum ad Dauidem veniſſet & referret ei inimicum ſuum eſſe proſtratum, Dauid cauſam mortis inquirens audiuit ab eo, quia ipſe nuncius illum ſuo gladio peremit addens & dicens quia videbam quod ictu illati in ſe vulneris non erat victurus, quem Dauid ſtatim morte damnauit, cum percuſſum ab hoſtibus, de- B ſperaſſet eſſe, victurum & eum ſublata ſpei fiducia iugulaſſet, quin immò more Dauidico ſcindantur veſtimenta cordis ac pectoris, flebilis vox tollatur in planctum, vocetur in lamentum Iſraeliticus populus, id eſt plebs Eccleſiaſtica & dicat: Subleua lapides tuos ſuper altitudines tuas, & cogita de interfectis tuis quomodo ceciderunt potentes in prælio. Ne nuntietur in Geth hoc, *Ibid.* neque prædicetur in viis Aſcalonis, ne fortè lætentur filij alienigenarũ & exhilarentur filij incircumciſorum, & reliqua quæ continentur lamenti ipſius edicto, & dicat aut loquatur, Ecce prohibetur ne in terminis Geth; neque in finibus Aſcalonis, hoc eſt in notitiam ſæcularium, ſiue hominum mundanorum caſus fratris vel ruina ſeminetur. *Eccleſiaſticorum vitia non diſſeminanda apud laicos.* C Et nos paſſi ſumus non ſolum ipſam quam incolit ciuitatem, ſed etiam totum orbem famæ ipſius deſperatione compleri. Nonne huic præcepto cohæret etiam ille Euangelicus ſermo qui dicit: *Mat.18. b* Si peccauerit in te frater tuus corripe eum ſolus, quod ſi te audierit lucratus es eum, ſi autem non te audierit, adhibe tecum duos vel tres teſtes, & reliqua quæ continet ſermo præcepti. Vides ergo quid dicit: Ne exhilarentur filij incircumciſorum. *2.Reg.1.c* Me miſerum qui iſta cognoſco. Filij enim incircumciſorum qui ſunt niſi homines huius ſæculi in peccati ſui errore & gentilitate viuentes? Hi ergo exhilarantur cum audiunt ruinam militis Chriſti, vel ex illius conſolan- D tur opere dicentes: Ecce qui nobis exprobratur à cæteris, ad cuius exemplum cogebamur viuere, Qui cum noſtro emerſiſſet è corpore, tamen ad confuſionem noſtram vita eius dicebatur eſſe diſſimilis, nunquid non melius erat nec inchoare quod bonum eſt, quam tam turpiter cadere aut non poſſe complere quod cœperis? *Laicorum inſolentia in Eccleſiaſticorũ peccatis.* neſcientes quod iudicio Dei maiorem forſitan excuſationem habitura ſit anima quæ bonum voluiſſe & ab inſidiatore ſupplantata eſſe noſcitur, quam ea quæ rebellis in Domino, ex ſeruili deſperatione formidinis magis elegerit iugo captiuitatis addici quam periculum certaminis experiri, nonne apud regem ſuum miles excuſatur propriis vulneribus, & plerun- E que ſtrenuum bellatorem, cicatricum ſuarum plaga commendat? Sed prætermiſſis his plangatur defunctus, ſepeliatur mortuus, id eſt partim noſtro labore, partim verecundiæ ſuæ confuſione peccatum eius celetur & auferatur è medio. *Peccatum fratris ſepeliendũ.* Nos autem conſolationis linteamina & cœleſtis ſpei pigmenta tribuamus. Ipſe autem intra ſepulchrum ſecreti ſui confuſus peccati pudore, contineat ſe: ibi conſcientiæ ſuæ verme laceretur, qui totus in eo putredines obligat peccatorum, donec nullum ex ſe fœtorem famæ turpis emittat. Nonne ſic beatus Tobias veniam miſericordiæ cæleſtis emeruit, *Tob.1.b 2.d* mortuis in captiuitate fratribus tribuens ſepulturam? credo lapſis ſub mundialis principis do-

minatione



minatione ſuadens inſinuánſque pœnitentiam. Et nos ergo, ſecundum quod meretur corpus illius, contegamus. Ecce exiit Propheta de Hieroſolyma, hoc eſt de domo Domini aduerſus Bethel quæ fornicabatur à Domino, *3.Reg.13. a.* id eſt mundi iſtius ciuitatem, cui præceperat Dominus ne de cibo eius guſtaret aut potu, ſed qui per Pſeudoprophetam, id eſt per ſpiritum fornicationis deceptus eſt ab iniquo, cecidit in poteſtatem Leonis ac ſortem, *1.Pet. 5.a* qui rugiens circuit quærens quem tranſuoret. Qui tum iuxta cadauer eius aſſiſtit, vt ſi nõ fuerit ad Eccleſiæ ſinum & ſepulchrum portatum, in cibum ei eſcámque proficeret, ſed nos vel Pſeudoprophetæ imitemur officium, & eum quem percuſſit diabolus, debito omnibus honore tumulemus. *[redacted]* B Solet Chriſtus de tali ſepulchro mortuos ſuſcitare, tantum ne cadauer eius deuorandum feris aut alitibus, id eſt, vitiis ſiue hominibus ſæculi relinquamus. Qualiter rogo de miſericordia Domini poſſumus deſperare, qui etiam Pharaonem arguit quare nequaquam pœnitere dignatus ſit, *Ezech.30 c.d* dicens in prophetia Pharaonis: Brachia regis Aegypti contriui, & non eſt deprecatus vt daretur in eo ſanitas & redderetur ei virtus ad comprehendendum gladium. Salomon ille mirabilis qui meruit adſiſtrici Dei, *3.Reg. 3. b* hoc eſt ſapientiæ copulari, in alienigenarum mulierum incurrit amplexus, & vinculo libidinis illaqueatus, etiam ſacrilegij errore ſe polluit quia ſimulachrum Chamos Moabitico Idolo fabricauit. *3.Reg.11. b* C ſed qui per Prophetam culpam erroris agnouit, nunquid miſericordiæ cœleſtis extorris eſt? *Salomonis Pœnitentia, & ſalus.* ac forſitan dicas, nuſquam eum in canone lego pœnituiſſe neque miſericordiam conſecutum. Audi ergo frater pœnitentiam eius quæ non inſcribitur publicis legibus, fortaſſe ideo acceptabilior iudicatur qui non ad faciem populi, ſed in ſecreto conſcientiæ Deo teſte pœnituit. Veniam autem ex hoc conſecutum eſſe agnoſcimus, quia cum ſolutus fuiſſet à corpore, ſepultum illum inter regum Iſraelitarum corpora Scriptura commemorat, *3.Reg.11. Reges peccatores nõ ſepulti cũ patribus.* quod tamen alibi peccatoribus regibus abnegatum eſſe cognoſcimus, qui vſque in finem vitæ ſuæ in propoſiti peruerſitate manſerunt. Et ideo quia inter reges iuſtos meruit ſepeliri, non fuit alienus à venia, D Veniam autem ipſam ſine pœnitentia non potuit promereri. Synagoga illa Chore cum pro auſus ſui temeritate terræ hiatu viua fuiſſet abſorpta, *Num.16.* arulæ tantum eorum in quibus ignem ſuccendebant alienum, à Domino circundari iubentur altario ob hoc quia ſanctificatæ fuiſſe dicuntur, quas nos animas eorum eſſe ſentimus in quibus adulterinæ flammæ calorem præſumpta libertate ſuſceperant, & ideo viui deglutiuntur, arulæ verò eorum perire prohibentur. Sic etiam Apoſtolus dicit, *1.Tim.1. d* Dedi huiuſmodi hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Conſidera ergo frater quia paucis tribuitur vt de amphiteatro mundi iſtius, vbi cum E feris, hoc eſt vitiis depugnatur, immaculati à peccati morſu membra ſua liberent. Quod expertus ille dicebat, *Pſal.73.d* Ne tradas beſtiis confitentes tibi, ſed quia iamdudum eſt quod tecum ſermocinamur, cauendum eſt nobis ne offendat te noſtra verboſitas. Vnde etiam ad te paulolum cuius cauſa hæc diximus, ſtylum vertimus. *Alloquitur non Ianuariũ, ſed fratrẽ lapſum.* Quid me refugis frater? quid te magis conſortio mundialium hominum credis? Illi fortaſſe videant, culpam tuam ego plango, & ſi commori neceſſe erit, optabo. Quid erubeſcis præſentiam noſtram? ſimilis nobis cauſa eſt. Quia & ego in tuo negotio pudore confundor, raſit vt video Ammonitius rex militibus *2.Reg.10* Dauidis, hoc eſt miniſtris Chriſti dimidium barbæ, & A præcîdit tunicas eorum vſque ad inguina, id eſt, ſuſtulit ab eis in dimidietate barbæ virilem ſpeciem, effœminatos eos per delectabilem nouaculam vitiorum feciſſe monſtratur. Dimidia autem barba tibi raſa eſt, *Nuncij Dauidis à dæmone male tractati.* quia vno vitio ſi quid boni Dei virtutibus geſſeras perdideras: dimidia raſus es barba ſi volueris reliquo vitæ tuæ tempore quod tibi ſupereſt laborare: Præcidit verò tunicas vſque ad inguina, cum turpia facta quę ipſe perſuaſerat, in oculis hominum reuelauit. Sed eſt ſuper hoc ſpes, ſedeamus in Hiericho donec creſcant barbæ noſtræ, *Hortatur lapſum ad pœnitentiam.* id eſt, ſimus opprobrium & ignominia meliorum, & efficiamur anathema omnium ſicut in Hiericho, Iſraelitico populo fuerunt, *2.Reg.23 b* donec bar- B barum ſpecies nobis, hoc eſt virtutum incrementa naſcantur.

Crede mihi, quia regi noſtro dolebit iniuria, vlciſcetur nos milites ſuos quibus in dehoneſtatione ſua fecit iſta inimicus. *Inceſtus Ammon. 2.Reg.13 c* Abſuit paulisper à conſpectu noſtro rex noſter Dauid, & ideo victi ab inimicis partem agri plenam lenticula rubicunda, *2.Reg.13 f* quæ eſt verecundiæ noſtræ & delicatæ caſtitatis forma, confregimus. Sed etiam vbi recordationem peccati rex noſter oculis noſtri cordis aperuit, ſtemus vt vel illud quod reſiduum eſt, *Dauid nõ infenſus Ammon obſtuprũ ſororis quia ſtatim reſipuit.* id eſt reliquum vitæ noſtræ tempus defendatur vt ſaluum ſit. Ne quæſo te perſuadeat quiſquis ille dicat tibi vt ſcelus hoc in coniugium vertas, ac de crimine C matrimonium voces. Nolo offenſam Dei prouoces atque multiplices. Si etiam id vocatur in culpam quia furtiuè ac cum timore perſuaſit tibi inimicus, quomodo merebitur veniam, qui velut inſultans Deo & eius iudicio publicè tibi cæperis illam vxorem vendicare? Imitare illum Amnon Dauidis filium qui cum in ſororis ſuæ ſtuprum illicita flamma caluiſſet, poſtmodum eam magis exoſus eſt quam amauerat ante, & pro hoc facto occiſus eſt à fratre, *† ait tamẽ ſcriptura eum noluiſſe contriſtare ſpiritum filij ſui quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei.* quia agnita culpa erroris non manſit in crimine, ſed materiam ipſius peccati vehementer exoſus eſt, vnde etiam ſuſpicamur Dauidem ei non fuiſſe commotum quia cito vidit eum in pœnitentiam rediiſſe, † & id per quod vnius horæ ſpacio D deceptus eſt, ſtatim eum impatientia odiſſe, & virtute pœnitentiæ diſrupiſſe eius laqueos. qui vero captus eſt in rete vitiorum, & patienter inimicis ſuis, hoc eſt venatoribus acquieſcit donec etiam recludatur in cauea, *2.Re.13.d Amnon luxuria & ebrietate perditus.* & ibi longo temporis ſpatio ſaginetur ad pompam, tunc maxime principalibus ſeculi cum occiſus fuerit, placiturus eſt. Donec etiam ſi muſcipulam fornicationis euaſeris, non te ebrietatis laqueis credas per quos animos irati Abſalonis incurras, quia luxuria atque ebrietas quædam ſibi in vitiorum natiuitate germanitas eſt. *Abſalonis homicidæ pœnitentia.* Attolle ergo animos frater, erige oculos quos conſcientiæ pudor inclinarat, Nec te inimica deſperatio confringat. Ecce Abſalon qui fratrem occiderat, E per amicorum ſuffragia regis veniam promeretur. *Sanctis ſupplicent pœnitẽtes.* Ita vt etiam oſculum pacis & præſentiam vultus Chriſti non deſperet expoſcere: & tu ergo quos amicos Dauidis eſſe noſti, qui quondam pater tuus quando non peccaueras, fuit, humilis eſto & accliuis, vt quod à te non poteris, per illorum ſuffragia merearis, ac ſi forte duri fuerint in audiendo, Oportunè importune non deſinas ſupplicare, *2.Reg. 14 g. non potuit Abſalõ prius efficere vt Ioab illũ inuiſeret, quam eius hordeum ſuccẽdiſſet.* quia Abſalon per iniuriam meruit quod per amicitiam impetrare non potuit, & quod meruit, per iniuriam obtinuit. Vis ſcire quod plerũque per occaſionem iniuriæ Sancti pro peccatoribus deprecantur. Beatus ille vnus ex 4. confeſſorum caput & martyrum, cum ab inſano populo lapidibus vrgeretur

*Pſ. 113.a* in ipſo exitu Iſrael de Egypto, id eſt, animæ de corpore *Stephani preces pro inimicis.* diſcedentis, genu flexo, patri pro peccatoribus ſupplicauit Magiſtri noſtri in hoc ſecutus exemplum qui perſequenti ſemetipſum populo veniam poſtulabat. Ecce vides vbi occaſio precum naſcitur ex iniuria & pœna ſanctorum. Nec hoc ideo dicimus vt tu per contumeliam beatorum ſuffragia merearis, ſed conſilium damus vt ſi pro magnitudine ſceleris tui ſupplicare non auſi ſunt in oportunitate tuam iniuriam patienter, *2.Reg.14 g* facilius pro eo à quo læſi ſunt audiantur. Incende hordeum finitimũ tibi quod eſt in agro, quia lingua ignis eſt, ager autẽ eſt hic mundus, ſic quod cũ cœperis vitæ *Sanctorũ preces pro pœnitentibus.* bonæ fructibus derogare & dicere: Ecce quales ſunt ſancti qui pro peccatoribus non audent rogare, vbi eſt quotidiana merces operis? Tunc incenſa per linguã tuã ſanctorum ſpes, incitabitur ad fiduciã deprecãdi, quia agnoſcent te ad hanc neceſſitatem vtilitatis tuæ cauſa non vitio detractionis impactum, ſicut Abſalon non ob hoc ſegetem Ioab incendit quod nocere vellet ei tanquam inimico, ſed vt vel ſic ad detrahentem ſibi reſpiceret quem non audierat blandientem, & ita eius præſentiam mereretur qui Chriſti erat proximus vel amicus. *Fructus ſanctorũ.* Fructus enim ſanctorum qui ſecũdum homines eſt in ordeo, non incongruenter accipitur. Qui verò ſecundum Deum in tritico poterit æſtimari, quia non dubium eſt ſanctos vtrumque ſeminare ſecundum apoſtolũ, *Ro.12.d* prouidentes bona nõ ſolum corã Deo ſed etiam coram hominibus. Et ideo Abſalon ordeum finitimum ſibi, id eſt conuerſationem quæ inter homines agebatur, incendit: ad illud verò quod coram Deo eſt, peruenire non potuit quia illud ſolus pater agnouit: ſed forſitan dicas, Perſuaſio tua quietum requirit hominem vel ſecurum, me autem neceſſe eſt quotidie perſecutorem ſæculi formidare, qui in me dedecus proximè ſuum optat vlciſci. *Myſteria Ciuitatũ refugij pro pœnitentibus.* Si ergo tale aliquod pertimeſcis, ecce ſex refugij ciuitates. Quas ſi placet ingredere, ac ſi forte pro conſcientia peccatorum illas quæ ſunt in terra repromiſſionis, hoc eſt in Eccleſia intrare non audeas, eſt Boſor citra Iordanem in ſolitudine, *Deut.4.g* quæ interpretatur anguſtia, id eſt cellula monaſterij parua vel modica, *Monaſterium maximè vtile pœnitentibus fornicatoribus.* & optime tibi conueniet quia de ſorte Ruben eſt, & ipſe thorũ patris ſui maculauit illicitè. Eſt & Ramoth de ſorte Gaad, quæ interpretatur excelſa mors vel viſio mortis. Verè enim excelſa mors pœnitentia eſſe dicenda eſt, cum mortificatis membris deducatur homo ad excelſa cælorum vnde fuerat dilapſus ante, ſiue iuxta iſtam humilem mortem quæ *Pœnitentia, eſt mors excelſa.* generaliter omni carni imminet, illa ad comparationem eius rationabiliter excelſa nominatur quia multo nobilius eſt per pœnitentiam mori, quàm communi hac morte diſſolui. Si autem viſionem mortis ſentire velimus, ita poteſt intelligi, quia cum ſumus in pœnitentia conſtituti & ante oculos nobis ponimus gehennæ inferníque tormenta, videmus ipſam ſpeciem mortis de qua pœnitentiæ beneficio liberamur, donec memineris te in ancillæ filij ciuitate agere pœnitentiam, quia omnis qui peccat ſeruus eſt peccati, *Ioan.8.d* & formam ſerui accipiens humilies teipſum vſque ad mortem. *Gaulon.* Eſt Gaulon in finibus Manaſſe quod interpretatur volutatio, *Cilicium neceſſariũ pœnitentibus.* vt tu memineris tibi in cilicio & cinere eſſe volutandum, & hoc in finibus Manaſſe qui interpretatur obliuio, vt obliuiſcens ea quæ ante geſſiſti in priora te extendas. Hic ergo inhãbita, vt per anguſtias mortem & volutationem, iram perſecutoris euadas & ſpem ſalutis inuenias. *Cades.* Tum deinde in his ſi aliquid vtiliter egeris, etiam ad Cades in terra repromiſſionis

quæ eſt in Galilæa poteris peruenire quæ interpretatur ſancta, *Pœnitentium acceſſus ad Eccleſiam, et communionem ſacramentorũ.* vt tu cum in tribulatione opus corruptionis abieceris, etiam ad ſanctam tibi Eccleſiam tribuatur acceſſus, & in Neptalim ſortem qui dicitur vitis remiſſa, vt de Sacramento dominici ſanguinis participare merearis. *Neptalim.* Sed nec Hebrõ tibi aditus claudatur quę interpretatur, coniũctio ſiue coniugiũ. *Hebron.* Reuertitur enim anima tua ad virum ſuum, id eſt ad ſpiritum Dei à quo pro tempore peccaminum fuerat iudicata. Sicque etiam ſextam ciuitatem Sichem *Sichem.* quam Ioſeph noſter in hæreditatem conſequitur, pater quod ibi ſepultus eſt, *Ioan.4.a* valebis intrare, quæ interpretatur humerus ſiue labor vt oſtendas te per laborem pœnitentiæ ab errore tuo Chriſti humeris reportatum & adiunctum xcix. ouibus, *Luc.15.a* effectúmque centeſimũ, quia ipſa Sichem ab alienigenis C. agnis ſcribitur comparata. *Gen.33.d Ioſ.24.g* Sed cur, frater, adhuc iacendi te torpor delectat? Surge quia medicus venit qui dicit ſecandas eſſe putredines peccatorum, & poſt hoc curandam plagam ipſius cicatricis. Quid expaueſcis, *1.Reg.17.a* quid refugis curam? qui haſtam Zaboliticam quę ſexcentorum Siclorum pondere pręgrauatur nequaquam veritus es, cur ſubterfugis cultellos Euangelici ferramenti? Qui ignem inimici flammáſque perpeſſus es, Cur ignẽ Domini hunc quem venit mittere in terram, *Luc.12.f* qui conſumet fenum, & ſtipulam & ligna formidas, *1.Co.3.c* abſcinde à te patrem conſuetudinis voluntatem. Vre renes tuos & cor tuũ, damna inimicam tuam corporis ſpeciem per quam aut ipſe deceptus es, aut alios decepiſti. Horreant exinanita membra ieiunio, *Cilicium inceſtu ſordidatum.* & cilicium quod ſordida ratione pollueras, pro tegmine habere conſueſcas, vt cum attectu eius atque aſperitate compungeris, ſemper peccatorum tuorum ſtimulos recorderis: Timet in te vitellũ ſuũ Moiſes per quẽ luxuriatus es in Heremo, id eſt carnẽ tuam, legis ac ieiunij diſciplina cõficiat, vt ad nihilũ redacta teneatur. Legiſti credo, Iraſcimini & nolite peccare, *Pſ.4.a* ita & tu iraſcere peccatis tuis vt vltra non pecces, preueni vltricis gehẽnæ ſæua tormẽta, *Peccatis iraſcendum.* & ipſi tibi tortor exiſte, vt cum venerit, nihil inueniat quod in te poſſit punire inimicus: ſi venerit paſſionis occaſio, memento qualiter tibi ſub regis tui pręſentia dimicandũ ſit vt culpã emẽdare poſſis deſertoris & refugi, ſi verò forſitan defuerit huius fœlicitatis occaſio, ipſe tibi in te, ipſe tuus poteris eſſe perſecutor, vt ſicut Apoſtolus dixit, per omnem mortem conſtituas te Deo. *Monaſterij carcer.* Ingredere monaſterij tui carcerem, & tenebras ſolitudinis quibus ad lucem perditam reuocaris, exquire. *Vita mutanda pœnitenti.* Sit tibi fames pro gula, ſitiſque pro flamma, vt manu carnificis voluntatis, per abſtinentiæ pœnam, coſtarum compago nudata viſceribus ſit & pro ſupplicio ignis, internas oſſium medullas duræ ſitis depaſcat incendium. Sit tibi vigilia velut officiorum cuſtodia publicorum, ac ſicut catena rigentis ferri, ſic duriori conſuetudine & lege conſtrictus ſub imagine martyrij, veniam miſericordiæ cœleſtis expecta. Eia eia quid dubitas? Scalam illam Iacob *Gen.28.c* vnde delapſus es, dum velis aſcendere, adhuc poſita nondúmque ſubtracta eſt: & licet in ruina tua omnia membra tua colliſeris, tamen iterum conare aſcendere. Donec vt cum veneris ad illum gradum vnde cecidiſti, fortiter te ſerues atque cuſtodias, quia licet lubricus ſit omnis aſcenſus, tamen ille cito vergit ac deiicit in profundum. Sed fortaſſe dicas, quia ego more phariſæorum imponam grauia onera ſuper humeros hominum, *Mat.23.a Luc.11.f* & ipſe digito meo nolim contingere ea. Ecce frater quia nobis iurandi licentia prohibetur, ſi quid infœlicitati meæ credis, ſpondeo ſecundum miſericor-

diam



diam domini, huius me laboris quem ſuadeo, velle eſſe participem, conſortium meum vero cupidus ſalutis tuæ, non ſolum ingero ſed etiam offero. Ac ſi forte tu ad nos venire confunderis, manda, & ego ad adducendum te ſine dilatione properabo. Horreat conſortium tuum velut Ruth de agro Moabitico, hoc eſt qui tantum de Ebrietate ſua animæ & fornicatione venientis quærit, & minimè neſcius de Iſraelitici ſibi ſolum ſtirpe gloriatur. *Ruth. 4.c* Ego verò licet Booz ſimilis non ſim, tamen animam tuam cupio ſociari mihi, ne arguat mę quiſquam eſſe pręſumptionis, quia licitum eſt mihi, ſemen de fratris defũcti vidua ſuſcitare ne perdã calciamenta paſchalia & exhæres Chriſti paſſionis efficiar, ac pro verbo ſponſi velut cæcus effectus, ſaliuam ieiuni oris quæ in terrã proiicitur & conculcatur ne accipiam donec effuſo ſemine ad viduam animam defuncti fratris id eſt mortui per deſperationem, introeam. Sed quæſita multitudine ſeminis, congregata de ſcripturis copioſitate verborum huic viduæ coniungar proximè, vt auditis his poſſit ſine difficultate concipere & ſalutis ſpiritum parturire. *1.Theſſ.5.c* Memini enim Apoſtolica verba præcepti, vbi dicit & quoſdam quidem eripite de igne, dubios vero conſolamini: & alibi, qui reuocauerit peccatorem ab errore vitæ ſuæ, ſaluabit animam ſuam de morte. *Iac.5.d* Non eſt minimum ſi extremam aut ſummam auriculam de leonis faucibus extrahamus, tametſi beatiſſimum põtificem, qui in iiſdem locis cum ſacerdotibus ſuis diuino aſſiſtit altario, non aliud reor quam dauidicum opus imitari, vt quando de grege leo aut vrſus ouem rapuerit, *1.Reg.17 d* inſurgat aduerſus eum, & præſtrangulatis faucibus prædam ex gutture eius eripiat, *Luc.15.a* aut velut paſtor bonus vagantem reuocet, alligétque attritam, errantemq́ue conuertat. Tu tamen frater nequaquam ſcelerato acquieſcas impudicóque coniugio, cuius iram ſuſtentare non poteris. *Adultera ad virũ reuertatur.* Quinimo & illa quam tibi fecit ſceleris culpa conſortem, reuertatur ad virum ſuum. Nunquid patriarcharum ſoror poſteaquam peccauit, nupſiſſe perſcribitur. *Dina non nupſit poſt peccatum.* Legis lator præcepit vt qui vxorem alterius macularet, cum ipſa lapidaretur pariter, & ideo nõ permittit coniugium, ſed ſub nomine lapidum, dura ſententia emendat corrigítque peccatum. Aſpice prophetam qui dicat: Et dixi, poſtquam meretricata es, ad me reuertere. Licet Tẽpli, Domini vaſa rex captiuaret Aſſyrius, *1.Eſd.1.c* tamen reuertantur ad templum ne ea in perpetuũ Babylon immunda poſſideat: licet per flammam turpis concupiſcentiæ incẽderat templum Domini princeps cocorum, qui domino ſuo, id eſt principi mundi eſcas noſtrorum parat peccatorum: tamen veniat Zorobabel, hoc eſt ſpiritus ſapientiæ, qui iam intellexit mulierum potentiam malis hominibus principari, & totus in veritate confidit. Veniat Eſdras bibliotheca legis, & memoria lectionis, qui pro reſtructione patriæ, principis potentiam non veritus ac diſpoſitis per ſingula Hieruſalem loca, *2.Eſdr.4 d* id eſt, membra corporis, Angelicis patriarcharúmque virtutibus collapſa reſtruantur, vt perſtructa cuſtodiat & vna manu ſeruiat fabricæ, alia verò cuſtodiæ quia Adam poſitus eſt in paradiſo operari & cuſtodire. *Gen.2.c* Reædificentur ergo per tropologias nominum, clauſtra portarum reſtruantur. Imprimis porta probatica quã, nos eſſe ſuſpicamur auditum, *Ro.10.d* per quem vtrum bona ſint aut mala quæ extrinſecus ad nos introeunt, comprobamus, quia fides ex auditu eſt. *2.Cor.13 b* Faciamus quod Apoſtolus dicit: Si eſtis in fide, ipſi vos probate. *Myſteria portarum* Reſtruatur porta piſcatoria, id eſt viſuum noſtrorum, vaga ſemper natura ac

per ſemitas maris, hoc eſt, vias mundi iſtius oculorum *Hieruſalem.* velox ac fugitiuus ſemper aſpectus: quia ipſe viſus pro ſagena poterit æſtimari, quicquid aſpexerit ſtatim capit, & captum ad cordis cellaria interiora tranſmittit. *Signum noſtræ ſalutis in fronte accipimus.* Reſtruatur porta in anathoth, quę interpretatur reſpondens ſignum quod ſuſpicamur eſſe frontis patibulum, vbi ſignum ſalutis noſtræ & Dominicæ ſanctitatis accipimus, quod eſt aurea lamina vbi pontifex nomen Domini ſcriptum mandatur accipere tetragrammaton. *Exo.28.f* Vis ſcire quia non incongrue portam in Anathoth quæ interpretatur reſpondens ſignum, pro patibulo frontis accipimus? Iungit propheta huic portę vnguentariorum loca quæ per tropologias nominum ab aliis virtutibus dicuntur eſſe reſtructa. *Chryſmate frons ſanctificatur.* Vnguentariorum autem loca quæ ſunt, niſi illa quæ criſmatis ſanctificatione tanguntur? Sequitur poſt hæc porta frugis quam nos ſuſpicamur eſſe oris ac ſaporis officium, per quam omnium ſeminum, hoc eſt verborum Dei fructus egreditur. Reſtruatur & porta ſtercorea quam nos ſuſpicamur eſſe narium ſiue odoratus introitum per quem nos turpis decepit illecebra, & æſtimauimus lucra eſſe quæ erant † ſtercora. *† detrimẽta.* Reſtruatur & fortis porta, credo manuum noſtarum ſiue tactus officium eſſe quia non fortiter tenuimus quod tenebamus, *Phili. 3.b* & alter tulit coronam noſtram. *Apoc.3.c* Reſtruantur & muri natatorię, id eſt forma baptiſmi noſtri, & myſtici fontis diſrupta munimẽta quæ ſunt caſtitatis inſignia. Quia ſoluto per luxuriã cõtinentiæ pariete, velut abruptis obicibus facti laticis fontis vndam effudimus atque perdidimus. Cuius muri præterea dicuntur reſtrui, vt cognoſcamus tantam eſſe miſericordiam Domini, vt etiam interruptæ caſtitatis tempora poſſint peſtructa ad priorem ſimilitudinem continentiæ virtute reuocari, ſicut & tu per vocabula nominum ac tropologias locorum, hæc quæ dicuntur reſtrui, officia intelligas eſſe membrorum donec opus Babylonis regis imiteris vt in fiolis templi dominici vinum perditionis potare debere te credas, *Dan. 5.b* & hoc coram diis tuis, Venere, & Marte, atque Mercurio, *Gal.5.d Eph.5.d* id eſt, fornicatione, vel auaritia, vel furore quia ſcriptum eſt, Furor hominis incontinens eſt. *2.Reg.16 d* Et alibi, auaritia quod eſt idololatria: non enim poteſtis ſolam in pecunia auaritiam computare, quia maximè auaritia vel in libidine eſſe ſentitur cui nnquam finis imponitur. *Concubinarũ Dauidis viduitas.* Quod verò fiolæ in templo Domini virgines nuncupentur, Propheta nos docet dicendo, Triticum iuuenibus & vinum ſuaue olens virginibus. *Chriſti vxor alteri nõ nubat.* Ac ſi cui vini liquor infunditur, quid niſi fiola nuncupetur? Velim ſiquidem à peritioribus edoceri ex qua ſcripturarum authoritate nubere corrupta ſuadetur. *Michol.1.Reg.18.f 25 g* Cum beatus Dauid nec concubinas ſuas quas filius eius turpi coitu maculauit, poſtea nubere aut viros habere permiſerit. *2.Reg.3.c* Nonne enim viduas eas, præſtans illis ſubſtantiam vſque in finem, ſeruauit? *Virginem Chriſti, nemo retineat.* Non vult Dauid, hoc eſt Dominus Chriſtus vt in conſpectu eius ab alio viro habeatur vxor eius. Denique illam filiam Saulis quam ad tempus in perſecutione perdiderat, poſtmodum ſibi popoſcit reddi atque reſtitui, *Serpens callidior cũctis animantibus.* & licet etiam fuiſſet alteri copulata, tamen ei offertur, & illi cuius prius erat deſtinatur: polluiſti vxorem Dauid, ne vlterius hoc præſumas, *Gen.3.a* ſed ſicut ille fecit qui eam acceperat, flens ac lugens redde atque reſtitue, *Dæmon ſuadet procraſtinare pœnitentiam.* ac forſitan ſuggeſſerat tibi ille Sapientior omnibus beſtiis & cõſiliator antiquus, quia poſſis iſtam pœnitentiam quam ſuademus tibi in ſenectute tua agere, & nunc famem deſiderij tui ſub coniugij nomine ſatiare. Sed tu ne

extinguas Euangelicam ſcintillam humore vitiorum, A
quæ de illo totius libri igne procedit, vbi ait, Stulte hac
*Luc.12.c* nocte expoſcetur anima tua à te. Si enim apud
*Contra* quos honeſta coniugia ſunt diuturna eſſe non poſſunt,
*fornicato-* apud te vbi cum crimine copulant, qualiter permane-
*res.* bunt? veniat ille qui dicit Crimen hoc emendandum
nuptiis, & de ſceleris tanti nomine coniugium eſſe vo-
candum: Coniuium enim religioſi nominis vo-
cabulum eſt, quoniam Deo authore conceſſum eſt.
Ecce honeſtis coniugiis Apoſtolus clamat, habentes
*1.Cor.7.g* tanquam non habentes, & quis dicit, adulter habeat,
vtatur & exerceat? ſed video ad quid ſe pro ſui defen-
ſione conuertat. ſcriptum eſt enim inquit, melius eſt
*1.Cor.7.b* nubere quam vri: hoc de virgine dictum eſt vel vidua:
*Monialis* iſta iam virgo non eſt: tunc vrebatur & nupſit, nunc B
*adultera-* iam refrigeratur vt viuat. Virgo non eſt quia corrupta
*ta ne nu-* eſt, vidua nõ eſt quia eius vir viuit in æternum, vt quid
*bat.* ergo ei nuptias ſuaderis? Vis ſcire quæ ſit Apoſtolica
*1.Cor.5.a* ſentẽtia de hoc errote, ait in Epiſtola ſua: Omnino au-
ditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec
inter gentes quidem ita vt vxorẽ patris quis habuerit.
Ecce quiddã factum ſimile, vxor patris erat hęc iuuen-
cula quæ deliquit, illius patris qui nos genuit in verbo
veritatis. Tunc credo ei in coniugium copulata eſt,
*Virgo cũ* quando ſecundum exemplum Rebeccæ ad Iſaac de
*velatur,* Meſopotamia venientis pallium quo velaretur caput
*Chriſto* accepit. De hoc facto Apoſtolus dicit: Dedi huiuſmo- C
*deſponſa-* di hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſal-
*tur.* uus fiat. Nunquid dixit, Iuſſi vt ei quam corruperat
*Gen. 24.* nubat? ſed dedi eum ſatanæ in interitum carnis, ſatanas
*1 Cor.5.* enim interpretatur contrarius: per quod credo ſignifi-
*Ex.29.a* cat, vt quicquid contrarium delitiis, quicquid contra-
rium voluntati eſt, totum caro ſentiat quæ deliquit, vt
ſpiritus ſaluus fiat in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti.
*3.Reg. 18* Sed & tu frater quiſquis tibi hoc ſuaſerit, execrare: a-
ſpice enim quod nuſquam in ſacrificiis pecora ſenio
*Immo, et* confecta iugulantur, ſed vbique aut agnus, aut vitulus,
*Dauid, 2.* aut hircus, aut hœdus immolatur, id eſt tenera adhuc,
*Reg.24.d* & parua vel modica peccata. In vnõ tamen loco He-
*obtulit bo-* liã bouẽ legimus obtuliſſe, ſed hoc ſemel tantũ. Hoc D
*ues Areu-* vni licuit Saluatori qui inueterata totius populi pec-
*na in holo-* cata iugulauit: ſed nec tu putes adhuc hœdum tenerũ
*locauſtũ,* eſſe tuum peccatũ, mihi crede, hircus eſt. Ecce per quot
*plauſtrũ* terrarum tractus fœtoris tui, hoc eſt, famæ turpis opi-
*vero &* nio peragrauit. Qualiter ergo quod ita fœtet, non hir-
*iuga con-* cus eſſe dicitur? Propheta beatum dicit eſſe eum qui
*ſcidit in v-* tenet paruulos Babylonis, allidítque ad petram. Et tu
*ſum ligno-* expectas donec Gigas tuus inimicus efficiatur? ſed ſi
*rum, &* vis ſcire, iam gigas eſt: mox enim vt cupierunt filij Dei
*Heliſ.3.* filias hominum, nati ſunt inter gigantes & petram, vel
*Reg.19.d* quod enormis nimium & vltra ſtaturam peccaminum
*vocatus* reliquorum gigantis forma eſt: Ac ſi quis eſt fortaſſe,
*ab Helia,* qui dicat quod Dauid eam quam adulterauit, etiam in
*mactauit* coniugium ſuæ ſocietatis adſciuerit, non eſt cauſa con- E
*par boũm,* ſimilis: hæc enim coniunx regis, illa autem vxor mili-
*& coxit* tis fuit. Ille vtpote homo terrenus potuit factione ſub-
*lignis ara-* dolæ artis interfici: Rex autem iſte cæleſtis eſt cuius v-
*tri.* xor corrupta eſt atque violata, nequaquam ei paſſio
*Pſ.136.b* mortis adproximat qui non eſt temporalis ſed æter-
*Gen.6.a* nus, & tamen Dauid non pręſente Vria ex Heth, quã-
*Dauid* uis milite ſuo, quanquam homine terreno præſumpſit
*pręſente* ſibi concubitum Betſabe. Nonne non ſolum ingerere
*Vria non* ei, ſed etiam extorquere conatus eſt, vt poſt cibum po-
*dormiuit* túmque quem ei ſubdolę artis factione largius iuſſerat
*cum Beth-* miniſtrari domi ſuæ thoróque cubitaret? Tu qualiter
*ſab.* viuente viro ac præſente, ſimul & rege (quod his magis

A eſt) immortali atque perpetuo, cõcubitum tibi adulte-
ræ vindicabis? ſed fortaſſe dicas: Agnita ſtupri cauſa
vir eius eam deiecit ac repulit: fallis te frater, quia per
Prophetam ipſe proclamat: Quis liber repudij matris *Iſ.50.a*
veſtræ quo eam dimiſi? Et alibi, Nunquid qui cadit *Pſa.40.b*
non reſurget, aut auertens nõ conuertitur? Quare non *Hiere.8.b*
pœnitet populus meus à malitiis ſuis, & detenti in pro-
poſitione ſua maligna, noluerunt reuerti ad me? Ecce
Propheta ex pręcepto Domini meretricem duxit vxo- *Oſ.1.a*
rem, & tu dicis animam ad perditionem à Deo eſſe
proiectam? Sed nec ego contradico huic coniugio, ſi
potes talem fructum ex hoc matrimonio procreare,
qualis proceſſit de Berſabe, atque Dauid, quem Do-
minus prophetã Derigiam, hoc eſt in verbo Domini *Salomon.*
B nuncupauit, qui inter homines dictus eſt Salomon, *Pœniten-*
hoc eſt, pacificus, & vniuerſi orbis, id eſt, totius homi- *tiæ fru-*
nis tenuit principatum. Talis filius naſcitur ex pœni- *ctꝰ, et filij*
tentia, talem parturiunt gemitus & lamenta plangen- *3.Reg.1.a*
tium. Denique ipſe B. Dauid cum in adoleſcentia ſua
cum adultera deprehenſus ſit, in ſenectute cum virgi-
ne inuenitur, vt intelligamus quod poſt peccatũ longa
caſtitas imitatrix eſt virginitatis. ſed & tu imitare Da-
uid vt quam habuiſti in corruptelæ vitium collegam,
habeas in pœnitentiæ labore conſortem, non vt con-
iuncti pœniteatis, ſed vt ſeparati ab alterutrum, vnum
opus agendo iungamini, quia fumantem adhuc de in-
cendio titionem citò vorax flamma comprehendit.
C Ante omnia igitur frater nequaquam in te deſperatio
inimica creſcat eo quod aſſerat ille infidelis lapſum nõ
poſſe reparari cum Dominus dicat, Quia omnia pec- *Mat.12.d*
cata & blaſphemiæ remittentur hominibus, qui autem *Deſpera-*
peccauerit in Spiritum, non remittetur ei. Ego autem *tio eſt Pec*
dico etiam hoc ipſum deſperare de Domino, in ſpiri- *catum in*
tum eſſe peccare quia Dominus ſpiritus eſt, & ideo *Spiritum*
non remittitur ei, quia non crediderit Dominum red- *ſanctum.*
dere ſibi poſſe quod perdidit, quid eſt enim quod no-
bis obſiſtet de venia? Dominus noſter omnipotens eſt,
Nunquid omnipotenti impoſſibile eſt delere pecca-
tum? Dominus noſter bonus eſt, quia nemo bonus ni- *Mat.19.c*
D ſi vnus Deus, nunquid in illa præcipua bonitate *Mar.10.b*
& perfecta poteſt hoc vitium cadere vt non audiat *Luc.18.d*
deprecantem? Age ergo amice conſurge, & perdita
inter fluctus ſeculi mercede atque ſubſtantia, velut
naufragus imam tabulam, hoc eſt, ſcientiam diui-
ni canonis tene quæ te adducat ad littus, vbi ait: Si de- *Pſal.88.c*
relinquerint filij eius legem meam & in iudiciis meis
non ambulauerint, ſi iuſtificationes meas profana-
uerint & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in
virga iniquitates eorum & in verberibus peccata eo-
rum, Miſericordiam autem meam non diſpergam ab
eis, neque nocebo in veritate mea. De cuius hoc filiis
dicitur? Nonne Domini noſtri Ieſu Chriſti, quos Ec-
cleſiaſtici fõtis vterus, & ſecreti ac perplexi vulua my-
E ſterij parturiuit, quos natos, crucis cuna ſuſcepit, E-
uangelij mammilla lactauit? Vis ſcire, quia Bapti-
zati, non autem catechumini filij appellantur? Aſpi-
ce quod ipſe Apoſtolis ſuis dicit: Iam non dicam vos
ſeruos, ſed filios. Et ergo tu filium fuiſſe te noſti, hoc
eſt ſi Apoſtolicum in te aliquid habuiſti, nec ſic de- *Ioan.15.b*
ſperare permitteris. Si vero ſerui, hoc eſt peccatoris
vſus es ſemper officio, maior tibi detur ad conſurgen- *Humilio-*
dum audacia, quia eius, qui de humili labitur, leuior *ris humi-*
eſt ruina. Et minoris iracundiæ pondere prægraua- *lior eſt*
tur, is qui ſemper in errore verſatus rectam ſe ali- *ruina.*
quando conuertit ad vitam, quam is qui poſt ſanctos *Mat.9.b*
actus turpiter vixerit, & veterem pannum rudi ad- *Mar.2.c*
ſuerit



ſuerit veſtimento. Quid verò illud quod dicit ad Ec- A
cleſias ſuas in Apocalypſi, quæ inter fidelium nume-
rum ſeptiformib. candelabris ſub cuſtodia Angelica
*Apoc. 2.a* comparantur, Memento vnde cecideris & age pœni-
tentiam & priora opera tua fac, alioquin venio tibi ci-
to & amouebo candelabrum tuum, & in priore parte
libri innumerum populum vidiſſe ſe dicit qui in tribu-
latione lauerunt ſtolas ſuas & candidas eas fecerunt in
ſanguine agni, quos dicit, quia agnus Dei deducat ad
*Apo.7.d* vitæ fontes. Quem tamen nos numerum pœnitentium
eſſe ſentimus, qui niſi per tribulationem planctúmque
ſaluati ſunt: Et tu ergo laua ſtolam tuam in fonte la-
chrymarum. Quod ſi donauerit tibi purpuram, & vt
pro nomine eius ſuccum tui cruoris effundas, fortaſſe
poteris byſſum caſtitatis imitari. Coccum autẽ abun- B

dare tibi poterit, ſi erubueris in iis quæ antea geſſiſti, *Coccum*
nec deerit tibi hyacinthus ſi liuore obcalueris corpus *Purpura*
tuum & in ſeruitutem redegeris, ac ſic cum his colori- *& Byſſus*
bus fortaſſe poteris in tabernaculum Domini miſceri *myſtice*
quandoque. Hoc dilectiſſime frater tui amore & do- *quid.*
lore compulſus etiam ſupra vires meas poſſibilita- *Per-oratio*
témque tentaui. Tu habebis in die iudicij duplicem
pœnam, ſi velut aſpides ſurdæ incantationis noſtræ
verba reſpueris, aut aſpernandum credideris, aut ro- *Pſ.57.a*
gantis verbum, aut monentis conſilium, aut dolentis
affectum. Ieſus Chriſtus filius Dei, ſublata tibi per in-
uidiam diaboli in duplum tua bona reſtituat, Sicque
reconcilieris Domino, vt etiam pro nobis qui amici
tui ſumus, interuenire merearis in Domino noſtro Ie-
ſu Chriſto, Amen.

---

# EX GENNADII CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

*Gennadius Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ pontifex, vir lingua nitidus & ingenio acer, tam diues ex lectione antiquorum fuit, vt Danielem prophetam ex integro ad verbum commentatus exponeret. Homilias etiam multas compoſuit: moritur ſeniore Leone Imperium tenente.*

*De Gennadij Patriarchæ Miraculis & virtutibus, vide. Niceph. Eccleſiaſticæ Hiſt. lib. 15. cap. 22. & 23.*

## GENNADII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI, & ſanctæ cum eo congregatæ ſynodi ad ſanctiſſimos omnes Metropolitanos, & ad Papam vrbis Romæ epiſtola ἐγκύκλιος.

*Religioſiſſimo & ſanctiſſimo in ſacris comminiſtro Gennadius, & quæ in Chriſti amante regia ciuitate Conſtantinopoli coacta eſt ſancta ſynodus.*

*Contra Sy-* CVm Dominus noſter, & Deus, & ſalua-
*moniacos.* tor noſter Ieſus Chriſtus, ſuis diſcipulis
Euangelij prædicationẽ credidiſſet, eóſ-
que per vniuerſum terrarum orbem in-
ter homines ad docẽdum miſiſſet, aper-
tè iuſſit vt quod gratis ab eo accepiſſent, eis quoque
gratis darent, non aurum, vel argentum, vel vllas alias
omnino materiales, & terrenas facultates pro eis ac-
quirentes. Cœleſtia enim, & ſpiritalia dona, nulla eſt
cum terrenis & temporalibus commutandi ratio. Hoc
autem præceptum non ſolum illis ſed etiam nobis per
illos dedit, quos in illorum gradum, & locum ſubſti- D
tuere dignatus eſt, & oportet ſicut illi tunc, nos quo-
que nunc accurate, & diligenter ſeruare, nec in iis quæ
*Technæ* technas ſophiſticas non admittunt vti ſophiſtica cal-
*ſophiſticę.* liditate, nec aleam periculoſam iacere. Gratis, inquit,
*μηδὲ σο-* accepiſtis, gratis date. Ne poſſideatis æs, neque aurum,
*φίζεσθαι* neque argentum in zonis veſtris. Simplex eſt & aperta
*τὰ ἀσό-* huius mandati ratio, quæ nihil habet variũ, nihil quod
*φιστα.* non ſit facile & explicatum, nihil quod ſophiſtica ex-
*Mat.10.a* poſitione egeat, A me, inquit, accepiſtis dignitatem ſa-
*Sophiſtica* cerdotii, ſi mihi pro ipſo parũ quid, vel magnum ſolui-
*expoſitio.* ſtis, & hoc à me venditum eſt, vos quoque ipſum aliis E
vendite. Sin autem gratis accepiſtis, vos quoque gra-
tis date. Quid hoc eſt mandato apertius? Quid autem
iis, qui parent vtilius? Væ illis reuera qui Dei donum
acquirere, vel illud pro pecuniis dare in animum indu-
*Act.8.d* xerunt. In fel enim amaritudinis & vinculum iniquita-
tis, ij iuxta ſancti Petri ſententiam, à ſua auaritia, com-
prehenſi ſunt. Vnde & ſanctorum & beatorum pa-
trum ſanctæ & magnæ ſynodi œcumenicæ Calcedo-
ne congregatę, huic legi dominicæ cõuenit canon, qui
ſic nobis apertè iiſdem verbis editus eſt, Si quis Epiſco-
pus pecuniis ordinationem fecerit, & non venalem

C gratiam, ad vẽditionem deduxerit, & pecuniis ordina-
uerit Epiſcopũ, vel Chorepiſcopum, vel Preſbyterũ,
vel diaconum, vel aliquem eorum qui in clero connu-
merãtur, vel pecuniis prouehat œconomum, vel De- *Occono-*
fenſorem, vel Paramonarium, vel omnino aliquem ex *mus.*
clero, propter ſuũ turpe lucrũ, qui hoc aggreſſus eſſe
conuictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculũ,
& qui ordinatur, nihil ex ordinatione ac promotione,
quę fit inſtar mercaturę iuuetur, ſed ſit alienus à digni-
tate, vel Curatione quã pecuniis aſſecutus eſt. Si quis *Curatio.*
autem his turpibus ac nefariis lucris ſequeſter interceſ-
ſórve apparuerit, is quoq; ſi ſit clericus, à primo gradu
excidat. Sin autẽ laicꝰ vel monachꝰ, anathematizetur.
*B ALS. Pulcherrima & valde pia ſunt huius canonis ſanctorũ patrũ præcepta, quæ omnẽ inuaſionem ſatanicã, diabolicúmque conatum qui in donũ ſpirituale intenditur, repellit & reſcindit. Nullo modo enim vult ordinationis promotionẽ pecuniis aut fieri aut ſuſcipi, nec ab eo qui illam exercet, nec ab eo qui ordinationis promotionem accipit. Sed nec ante tempus ordinationis, nec poſt dari pecunias cõcedit. Omnino enim in hac quoque re eſſe ſordes munerúmque corruptionem pronunciat.*
Quoniã tamẽ his ita apertè prohibitis, quidã ſunt in *Galatæ*
E galatarũ eccleſia deprehẽſi ꝓpter turpe lucrũ & auari- *Symoniaci*
tiã hæc ſalutaria & humana pręcepta negligere & trãſ- *deprehẽſi.*
gredi, ea quoq; ipſa nobis renouare viſum eſt cum ſan-
cta ſynodo quę in hac regnãte noua Roma nunc agit:
vt ſine omni penitus inuẽtione, & omni prætextu, cal-
lidóque cõmento impiã hanc & odioſam, quæ neſcio
quomodo in ſanctiſſimas eccleſias ſubiit, cõſuetudinẽ
omnino excindamus, vt cum pura & abſque vlla cau- *Cauponã-*
ponatione eorum qui ordinãtur, renunciatio ab Anti- *tio in ordi-*
ſtitibus facta fuerit, gratia Sancti ſpiritus ſuperne ve- *nationibus*
niat. Quibus neſcio an per pecuniã promotionem fa-
cientibus, & manu non purè operãte, ad eum qui pro-

mouetur, accedit ſecundum vocem euangelij, & non potius contrahitur gratia ſancti ſpiritus. Scias ergo ô vir religioſiſſime, & omni ex parte ſanctiſſime, quod quicunque huius cõuictus fuerit Epiſcopus vel Chorepiſcopus, vel Viator, vel Preſbyter, vel Diaconus, vel quiuis alius ex canone, vel ex laicis, communi Antiſtitum decreto communique ſententia condemnatus eſt, ſicut de hoc quoque ſanctorum patrum præcedens canon loquitur. *Gratia ſit Gratia.* Oportet enim Gratiam, ſemper eſſe gratiam, & argentum apud eam nequaquam intercedere. Sit ergo & ab omni ſacerdotali dignitate, & miniſterio alienus, & anathematis loco ſubiectus, qui & ſe per pecunias acquirere exiſtimat, & qui eam pecuniis præbere pollicetur, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, ſiue hoc facere conuincatur, ſiue non: quia fieri non poteſt vt conueniant quæ conuenire nequeunt, nec vt Mammona Deo conſentiat, vel vt qui ei ſeruiunt, Deo ſeruiant. Domini eſt ſententia, cui contradici non poteſt. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Nos in his pro viribus confidentes, & eis credentes, cum eo qui hæc dixit aduerſus eos qui in iis peccant ſententiam protulimus. Tua ſanctitas curam gerat omni adhibita diligentia, vt hæc per tranſcripta exempla innoteſcant, & ſanctiſſimis Epiſcopis, qui tibi ſubſunt, & περιοδευταῖς, & aliis omnibus, vt in vno ſpiritu, & vna anima omnes ſimul conſtipati Chriſtiani aduerſus communem inimicum Dei auxilio poſſimus auaritiæ radicem, quæ ab illo in nobis inſita eſt, cum omnibus eorum malorum germinibus excindamus. *Fraternitas.* Omnem, quæ tecum eſt in Chriſto fraternitatem ſalutamus. Fortis exiſtens in Chriſto ora pro nobis ſanctiſſime frater. Huic epiſtolæ cum ipſo Gennadio ſubſcripſerũt etiã ſeptuaginta tres *in alio exẽplari ſic habetur.*

Gennadius Epiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romę.
Ioannes Epiſcopus Metropolis Heracleæ.
Anaſtaſius Epiſcopus Metropolis Ancyræ.
Eunomius Epiſcopus Metropolis Nicomediæ.
Petrus Epiſcopus Metropolis Niceæ.
Subſcripſerunt item & ſeptuaginta tres.

---

# ANTONINI EPISCOPI CONSTANTINIENSIS AD ARCADIVM ACTVM IN EXILIVM A GENSERICO REGE Vuandalorum, Epiſtola conſolatoria.

*Act. 5.g* *Exhortatio ad martyrium et Patientiam.*

PErge fidelis anima, perge, & confeſſor vnitatis gaude, quia pro nomine Chriſti pati meruiſti contumeliam, ſicut Apoſtoli cum flagellati ſunt. Ecce iam ſerpens ille ſub pedibus tuis iacet, ipſe confligere potuit, ſed ipſe cecidit, quia te elidere non potuit. Rogo te preme caput eius, non ſurgat iſta in agone martyrij, nemo te commoueat. Ecce gaudet Chriſtus & inſpicit te, *Angeli adiuuant martyrem* lætantur Angeli & adiuuant te, turba dæmonum calcaneum tuum obſeruat, ne deficias & dæmones qui nunc lugent gaudeant. Tecum eſt omnis chorus martyrum præceſſorũ tuorũ, expectãt te martyres & defendunt & coronã extendunt. Rogo te, tene quod tenes, ne alter accipiat coronam tuẽ. *Apoc. 3.c* Quantũ temporis eſt, quo pugnaturus eris, & quãtũ temporis erit quo in æternũ victurus eris? Iã cœpiſti, perfice: hodie apparet cur pateris, dominum nihil latet, non te fallat diabolus in cauſa cum tibi ingerit nebulam, hoc vult ne chariſſimus patiaris. Verum frater habes certamen, integra eſt iſta cõfeſſio: ſi mortuus fueris, certus eſto, martyr eris. *Iob. 2.c* Iob nõ attẽdit vxorẽ & ideo vicit: nõ familias non diuitias, non amicos, & merito ſuperauit. *Gen. 3.d* Adam mulierem ſuam plus ſatis dilexit, & ideo tam lachrimabiliter cecidit. *Mar. 10 d* Sic dicit dominus: Qui non dimiſerit patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut familias propter me, non eſt meus diſcipulus. Quid, ſi conditione vitæ mortuus eſſes, vxor te aut familia habuit reuocare? Nã quẽ tenuiſti, ipſum attẽde, ipſi hære, tene eũ fortiter, ne dimittas, ne reſpexeris retro aut vxorem, aut diuitias, aut familiã: ſurſum cor, perfectam inchoaſti pugnam. *Dæmonis lucta cum Martyre.* Ipſe tecum Archangelus qui cecidit dimicat, ipſe tecum luctatur, ſed tecum eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus. Vide ne timeas, adiuuat te vt coronet te. *Macc. 7.a* Septem filios Machabæa mater pro Chriſto miſit ad mortem, ante eam cruciabantur, & ipſa magis eos hortabatur vt morerentur, ipſa autem poſt filios occiſos ecce iam exultat cum filiis coronata. Reſpice quia in vtero matris Deus te fecit, ipſe tibi ſpiritum & animam dedit, ipſe te ornauit ratione & ſapientia. Ipſe cœlũ fecit & terram, & omnia quæ in eis ſunt. Sic te vult ſuſcipere pro fide morientem vt tibi plenam exhibeat maieſtatem. Reſpice mundum, periturus eſt. Reſpice ſolem & lunam & ſtellas, & ipſa ſoluẽda ſunt. *Anima immortalis.* Confligе fortiter pro anima tua, quæ aut ſemper viuit aut ſemper perit. Ecce dimiſſa ſunt tibi peccata tua, & omnes iniquitates tuas Deus pro hac pugna delebit, *Martyriũ extinguit præterita peccata.* quæcunque vſque hodie committere potuiſti. Audi de hac re Ezechielem Prophetã dicentẽ: *Ezech. 3.* Quacunque die iniquus cõuerſus fuerit ab iniquitate ſua, & fecerit iuſtitiã, omnes iniquitates eius nõ memorabor vltra, dicit dominus. *Rom. 1.b* *Heb. 10.b* Iuſtitia tua, fides tua, quia iuſtus ex fide viuit: tribulatio, expoliatio, exiliũ, remiſſionẽ tibi cõtulit peccatorum, mors autem aperit tibi regna cœlorum: Qualis eris cum te cũ ſancto Stephano videris? *Petrus & Paulus rogantur vt patroni.* Qualis eris, cum Petrũ & Paulum, quos rogare ſolebas vt patronos, habebis amicos? Chriſtũ mox tua anima videbit, & corpus tuum erit in refrigerio reſurrectionis, vt & ipſa caro videat, quod tua anima cũ exierit mox videbit. Fremit diabolus, gaudet Chriſtus. Roga, plora, poſce auxilium, & mox accipies in mente ſolatium: time pœnas æternas, vbi ſemper ardetur, vbi ſemper in tenebris & corpus & anima cruciatur: vbi cum diabolo anima & corpus in æternum exuritur. Gehennas expaueſce, & Chriſtũ modo tene, Modo eſt vt aut viuas aut pereas. Nemo te recuperabit, ſi in iſta pugna defeceris. Et quid tibi prodeſt, ſi diabolo cõſenſeris, & mox corpus amiſeris? Aut neſcis quia vita corporis tui in poteſtate eſt Dei tui, qui tibi confeſtim auferre poteſt carnem, ſi dereliqueris fidem? *Martyr in eculeo ab Angelo refrigeratus.* Quidam Chriſtianus dum pro fide in eculeo torqueretur, retulit adſtitiſſe ſibi Angelum ſplendido vultu, cum linteo aqua perfuſo, qui ei aquam in faciem ſpargeret, & linteo detergeret: donec tortus eſt iſte, Angelus non receſſit, conſolans eum & refrigerãs eũ. *Martyr nõ ſentiebat pœnas.* Confeſſor autem Chriſti, pœnas quas ſuſtinebat, penitus non ſentiebat. Minus tormenta



tormẽta ſentiuntur quãdo pro Chriſto pugnatur, quia virtus animi ſuperat dolores mũdi: & cũ inuocata fuerit diuinitas, mitigatur tormentorum acerbitas. Ecce pro homine tentus es, & afflictus non perdes fidem, etiam ſi amiſeris carnẽ. Exhibe Deo hanc perſeuerantiam, & ne valde timeas pœnam: aut enim grandis erit, & cito finitur: aut leuis erit, & non valde cruciabitur anima. Tu tamen exora, quia luctari cœpiſti nec defeciſti: martyrium inchoaſti, cuſtodi animam tuam: *Adiurat Martyrẽ.* Adiuro te per trinitatis vnitatem, pro qua pateris mortem, ſerua cor tuum, & confirma per ſpiritum ſanctum, *Spiritum ſanctũ exſufflare.* quem in te exufflare voluiſti, & quem in te honoraſti. Conflige fortiter per puritatem baptiſmi quod contemnere noluiſti. Securus eſto de corona, ſecurus pugna donec voluerit tibi dominus terminare victoriam. Probat modo Deus animum tuum, ibi eſt oculus Dei, contemplatur te de hora in horam, quid agas, quid cogites, quomodo pugnes, quomodo ſtes. Si firmum te viderit, gaudet & adiuuat: ſi infirmum, ſuccurrit & ſubleuat. Tu tamen certa pro veritate vſque ad mortem, & eris non ſolum tibi, ſed & cæteris in ſalutem: alioquin à te Deus exiget & tuam animam & alienas. Signifer es Chriſti, in acie primus ambulas, Si tu cecideris, ab aliorum morte non eris immunis. Hæc time, nam & ſi viceris, pro multorum ſalute pugnaſti, & coronam multiplicem accepiſti. Deus vnus eſt, *Chriſti incarnati myſteriũ.* Deus non poteſt eſſe minor, Deus non poteſt immutari: Scis iſta, tene fortiter veritatem. Audi autem breuiter quod præmiſi: Deus vnus eſt pater & filius & Spiritus Sanctus, & tamen ad ſolum Chriſtũ pertinet caro: Nempe aliud eſt anima, aliud ratio: & tamen in anima eſt ratio, & vna eſt anima: ſed aliud anima agit, aliud ratio: *Trinitatis myſteriũ ex animæ analogia.* anima viuit, ratio ſapit: ad animam pertinet vita, ad rationem pertinet ſapientia: & tamen nec anima eſt ſine ratione, nec ratio ſine anima: & cum vnum ſint, anima ſola ſuſcepit vitam, ratio ſola ſuſcepit ſapientiam: Sic pater & filius, licet vnum ſint, & vnus Deus ſit, tamen ad ſolum Chriſtum pertinet caro: ſicut ad ſolam rationem pertinet ſapientia, licet non recedat ab anima. *Myſteriũ incarnationis ex Solis analogia.* Ecce igitur in ſole calor & ſplendor in vno radio ſunt, ſed calor exiccat, ſplendor illuminat: aliud ſuſcipit calor, aliud ſuſcipit ſplendor: licet ab inuicem calor & ſplendor non poterint ſeparari. Suſcepit ergo ſplendor illuminationem non feruorem: ſuſcepit calor feruorem non illuminationem. Aliud ergo ſingulariter agunt, & tamen ab inuicem non recedunt. Sic & filius ſuſcepit ſolus carnem, & tamen non deſeruit patrem, nec ſe diuiſit à Patre. Filius itaque ſuſcepit carnem in proprietate, & tamen & Pater & Spiritus ſanctus, non defuerunt maieſtate. In diuinitate æqualitas, in carne filij proprietas, nec tamen ab eo Patris aut Spiritus ſancti receſſit diuinitas: carnem ſuſcepit Chriſtus, nunquid à patre, aut ab Spiritu Sancto receſſit? Ergo vera eſt vnitas. *Ioan. 16.g* Impleuit autem carnem Chriſti & Pater & Spiritus Sanctus, ſed maieſtate non ſuſceptione. Vis ſcire quia in eo fuit Pater non ſum ſolus (inquit Chriſtus) ſed & pater mecum eſt. Audi de ſpiritu ſancto, quia quod cum eo erat, Euangeliſta referat: *Luc. 4.a* Ieſus plenus ſpiritu ſancto regreſſus ad Iordanem. Ecce ſolus Chriſtus ſuſcepit carnem, & tamen pater & Spiritus ſanctus non defuerunt maieſtate. *Myſteriũ Trinitatis ex Analogia cytharæ.* Si cœlum & terram implent, carnem Chriſti deſerere non potuerunt, quando in diuinitatis vnitate manſerunt. Ad hoc citharam reſpice, vt muſicum melos ſonis dulcibus reddat: tria pariter adeſſe videntur, ars, manus, & chorda. Ars dictat, manus tangit, reſonat chorda: Tria operantur, ſed ſola chorda reſonat quod auditur: Nec ars, nec manus ſonum reddunt, ſed eum cũ chorda pariter operãtur. Sic nec Pater nec Spiritus Sanctus ſuſcipiunt carnem, ſed tamen cum filio pariter operantur. Sonum ſola chorda excipit, Carnem ſolus Chriſtus accepit. Operatio in tribus conſtat: ſed quomodo pertinet ad ſolam chordam ſoni redditio, ſic pertinet ad ſolum Chriſtum carnis humanę ſuſceptio. Hæc à paruo in grandi mœrore poſito, vt quæcunque dicta ſint vix cordi meo occurrere potuerunt. *Martyriũ pro fidei regula.* Hæc eſt recta regula fidei, pro hac ſi quid tibi contigerit, martyrium perfeciſti. Chriſtus alapas accepit, Chriſtus ſputa aliena ſuſtinuit, Chriſtus felle & aceto potatus eſt, Chriſtus ſpinis coronatus eſt, Chriſtus crucifixus eſt, & inter latrones iniquos deputatus eſt iuſtus: *Chriſtus pro nobis paſſus, quãto magis pro nobis debemus pati.* Chriſtus lancea perforatus eſt, Chriſtus mortuus eſt, Chriſtus hæc pro culpa tua, quanto magis tu firmus ſtare debes pro anima tua vt nemo tollat coronam tuam. Iam in ſtadio es, calca fortiter, ne timeas, nihil paueas, nihil penitus pertimeſcas, quia omnis pro te Eccleſia deprecatur vt vincas, *Eccleſia honorificat martyrem.* expectat te Eccleſia catholica martyrem ſuum, vt honorificet ſicut Stephanum ſuum. Vide ne confundas nos in hoc ſæculo. Vide ne humilies nos in cõſpectu aduerſariorum. Suſtinet tecum Dominus Chriſtus, ſuſtinet tecum Eccleſia. *Peccata præterita, martyri non metuenda.* Eſto ſecuriſſimus de corona, nõ timeas penitus præterita quæcunque committere potuiſti peccata.

---

# ECCLESIÆ PER ILLYRICVM, &c. AD SYMMACHVM EPISCOPVM ROMANVM.

BOnus ille, & amator hominum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui propter bonitatem ſuam in nos inclinans cœlos, & deſcendens ad terras, immaculatis Euangeliis quotidie illud clamat: *Mat. 9.b* *Marc. 2.c* *Luc. 5.f* Non opus eſt fortibus medicus, ſed male habentibus. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. *Luc. 15.a* Plus autem volens aperire opera ſuæ clemenciæ, adiecit in ſequentibus dicens. Quis autem veſtrûm habens centum oues, ſi perdiderit ouem vnam ex iis, nonne relinquit nonaginta nouem in hæremo, & vadit ad perditam, quamdiu inueniat illam? Et inueniens, imponit illam gaudens in humeris ſuis, & veniens domum ſuã conuocat amicos ſuos & vicinos dicens: Congaudete mihi, quia inueni ouem meã perditam. Et vt clarius fieret, quod dicitur, mox adiecit parabolam mulieris, quæ perditam inuenerat drachãm, vtriſque, adiungens, & dicens: Amen dico vobis, quia ſic fiet gaudium in cœlis de vno peccatore cõuerſo. Hæc diximus, Sanctiſſime, auſi ſupplicare nõ pro perditione vnius ouis, neque pro perditione vnius drachmæ, ſed pro amica nobis ſalute non Orientaliũ partium tantùm, ſed trium prope plagarum habitabilis mundi, non corruptibili argento aut auro re-

*1.Pet.1.d* *Petri Cathedra. Pont. Ro. credita à Christo.*

demptarum de vana conuerſatione à parentibus tradita, ſed præcioſo ſanguine Agni Dei, ſicut docuit beatus glorioſorum Apoſtolorum Princeps, cuius cathedram beatitudini tuæ credidit Chriſtus optimus paſtor, qui venit quærens, & liberáns quod perierat, & ponens animam ſuam in redemptionem pro multis. Quem imitantes, Sanctiſſimè beatiſſiméque, feſtina ad adiuuandum nos, ſicut beatus Paulus doctor * veſter ad auxilium quandoque Macedonum feſtinauit. Et ille quidem in viſione cognoſcens periclitari Macedones, in veritate adiuuare eos properauit. Tu autem affectuoſus in * filiis pater, non in viſione, ſed in veritate ſpiritalibus cernens oculis pereuntes in præuaricatione patris noſtri.

** noſter. Act. 16. b* ** filios,*

*Totam. Hiſtoriam Acacij Conſtantinopolitani, à Fœlice Pont. Rom. excommunicati quod Petro Moggo hæretico communicaſſet, & quomodo coacti ſint qui damnationis eius literas deferebant (cum eas non ſuſciperet fultus Imperatoris patrocinio) per quendam ignotum Achimetenſem monachum ſuſpendere in eius pallio dum Eccleſiam ingrederetur ad celebrãda ſacra, et ſic diſcedere. Habes in Liberati Breuiario de cauſa Neſtoriana, & Eutychiana, Cap. 17. & 18. Concil. Tom. 2.*

Acacij noli remorari, magis autem, vt ita dicam, ſicut Propheta, non dormites, ſed feſtina ad liberandum nos, quia non in ligando tantum poteſtas eſt tibi data, ſed in ſoluendo quoque diu vinctos, ad imitationem magiſtri. Neque in eradicando, aut diruendo, ſed in plantando atque ædificando, ſecundum beatum Hieremiam, magis ſecundum ſaluatorem mundi Chriſtũ, in cuius ille extitit typo. Neque in tradendo tantum Satanæ in interitum carnis, ſed & in charitate formando, longa aduerſione deiectos, ne (quod abſit) maiori triſtitia abſorptis nobis à Satana, videamini pertuliſſe diſpendium. Non enim ignoras eius ingeniũ, qui quotidie à ſacro doctore tuo Petro doceris, oues Chriſti per totum habitabilem mundum creditas tibi paſcere, non vi ſed ſponte coactas, qui cum doctiſſimo Paulo clamas nobis ſubiectis tibi, & dicis: Non enim dominamur vobis in fide, ſed cooperamur in gaudio. Quare deprecamur diſrumpi nouum chirographum noſtrum, ſicut ſaluator & dux noſter Chriſtus verus illud in cruce diſrupit, ne vltra poſt lauacrum regenerationis malorum noſtrorum ſubiaceamus delicti, ſed vt eius, qui comedit vuam acerbam ligauerit dentes, ſecundum beati Ezechielis prophetiam. Cum ergo in veritate parabolam iſtam ſalutari aduentu ſuo ſaluator impleuerit, cur ſanctiſſime ac beatiſſime, Acacij inobedientia, vuam acerbam comedentis, noſtri, id eſt, filiorum ipſius, in tam longo annorum curſu ligati ſunt dentes? Si vnus homo peccauit, quare toti ſynagogæ, aut magis toti habitabili mundo per anathema diuinus furor incumbit? Vbi ergo Dei promiſſio, quę dicit: Non percipient filij parentum peccata, neque parentes filiorum ſuorum, ſed vnuſquiſque morietur in ſuo peccato? Si propter Alexandrinorum, aut magis Eutychianiſtarum amicitiam, qui auerſantur & anathematizant ſanctiſſimum & beatiſſimum Papã Leonem, vel in Chalcedone ſynodum habitam, anathematizatus eſt Acacius, quare nos à vobis æſtimamur hæretici & in anathemate ſumus nos, qui amplectimur ſolam illam epiſtolam, & quæ dicta ſunt in ſancta ſynodo? Qui propter prædicationem recti dogmatis veſtri quotidie oppugnamur, & vt hæretici anathematizamur ab iis qui Eutycheti conſentiunt? Noli facere iudicium, per illum qui cunctam iudicat terram, ne

*2.Cor.1.d* *Coloſ. 2.c* *Hier. 3.c* *Ez.18.a* *Deut.24.c* *Ez.18.a d* *Gen. 18.*

A perdas iuſtum cum impio, nec fiat apud te iuſtus vt impius, nec æqualiter iudicentur à te orthodoxi & hæretici, vel qui anathematizant prædictam ſanctam epiſtolam, ſanctámque ſynodum veſtram rectam, & ij qui vobiſcum ab eis anathematizantur, & qui orant mori quotidie pro recta fide, quæ à vobis prædicatur. Et Ieſus quidem Naue incircunciſos, & idolorum ſeruitores Gabaonitas cum mendacio confugientes ad ſe, dum oppugnarentur ab Abimelech, vel cęteris quatuor cum eo principibus, pro eo quòd ad eum confugerant Deo cooperante ſtrenue vindicauit, ne blaſphemaretur nomen Dei eius, tanquàm non eos adiuuare præualentis. Vos autem (Sanctiſſimi viri, Ieſu magni Dei & Saluatoris ſpei noſtræ, diſcipuli, imitatoréſque B eius, qui figuram ſerui adſumpſit, vt nos liberos redderet à peccato quod regnabat in nobis) videntes oppugnari nos & mortificari, non ſicut Gabaonitas incircunciſos, ſed vobiſcum circunciſos in Chriſti circuncíſionem, neque idolorum ſeruitores & æmulos, & ſi peccatores, tamen Chriſtianos, & vobiſcum omnia in Chriſto ſapientes, non deſpiciatis, neque contemnatis vltra, pij patres, ſed ſicut prædictus beatiſſimus Ieſus Naue non illos tantum, ſed & Raab meretricem illis antepoſuit, propter duorum exploratorum ſuſceptionem, ita & vos nos vigilanter aſſumite, cum Dei iuuamine, propter duarum naturarum traditionem, quæ à vobis per Epiſtolam inter ſanctos conſtituti Pa- C pæ Leonis, contra Eutychetis deliramenta directa eſt. Et illa quidem ſuſcipiens explorantes, in ſtuppam lini ſuæ domus abſcondit: nos autem rectæ fidei veſtræ ſuſcipientes confeſſionem, in corde noſtro non abſcondimus, ſed in Eccleſiarum dogmatibus Dei miſericordia eam cum authoritate prædicamus. Et illa quidem rogata per metum eos ſe habere negauit, Nos autem oramus, ne vnquam humano metu negemus rectæ doctrinę noſtræ veritatem, & vſque ad ſanguinem pro ea ſtabimus, ſi ita ſit neceſſe. Vnde non tædeat nos adiuuare, neque odio habeatis propter aduerſantium communionem * quando & ab hac plurimi facultatibus impediti, & non habentes ſolicitudinem, multa- D rum animarum ſuſpenderint, quibus verò multarum animarum cura commiſſa eſt, in creditis ſibi communicent Eccleſiis, nullum contrarium habentes communicantem ſibi, & metuentes relinquere lupis oues, propter vocem Domini, dicentem, Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cui non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem & relinquit oues, & fugit, & lupus rapit eas atque diſpergit, quia mercenarius eſt, & non habet ouium curam. Quod ergo non amore vitæ capti, ſed ouium ſalutem curantes, plurimi ſacerdotum hoc faciunt, deinceps miſerante Deo cognoſcere poterit tua paternitas. Quidam enim de iis qui in ſacerdotio conſtituti ſunt, ſperantes in exilio mitti E Preſbyteros orthodoxos, & ſanctos viros, volentes ſe præter neceſſitatem ab Eccleſiis ſuo arbitrio ſubducere, ipſóſque ſequi, non ceſſerunt eis hoc facere, adiurantes eos vt manerent in creditis ſibi ſanctis Eccleſiis ad populi munimen orthodoxi, in ſe ſuſcipiendo, quæ putantur diſcretionis illorum. Sicut Rebecca quondam dicens Iacob, in me peccatum tuum fili, ita illi ab Eccleſiis ſibi creditis diſcedere ſponte volentibus dixerunt, in nos veniat peccatum diſcretionis veſtræ, tantummodo oues Chriſti pręter neceſſitatem lupis non relinquatis, ne in loca veſtra Hæretici ingredientes, lupi diſcerpant oues, aut certè

*Orare vt moriamur pro fide. Ioſ. 10.* *Ioſ. 16.* ** quum ſe ab, &c.* *Ioan. 10. b* *Preſbyteros exulare volentes, plebs in Eccleſiis retinuit.* *Gen. 27. a*



certè ab ipſis ouibus ſuis, propter rectam fidem fugati, & his qui non fugantur, ſed ſponte diſcedere cupiunt ne cui aduerſantium communicent, tali fide dicentes: Putas iſti amore vitæ hoc faciunt an amore animarum, ad imitationem Domini ſui primi paſtoris Ieſu Chriſti, magni Dei, & Saluatoris ſpei noſtræ, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis? Omni modo autem & qui videntur communicare orthodoxi, & qui à communione abſtinent, omnes, poſt Deum, tuæ lumen viſitationis & aſſumptionis operimur: Quare feſtina iuuare Orientem ex quo vobis duo grandia diei lumina Petrum & Paulum ad illuminationem totius mundi Saluator direxit. Reddite ergo ei bonam retributionem, quam vobis ipſe dedit, illuminate eam rectæ fidei lumine, ſicut per ipſum vos quondam diuinæ cognitionis lumine idem illuminauit. Sicut enim quando toto mundo in peccatis ægrotante, vnius hominis delicto laſſati, in ægritudinis curatione boni illius medici diſcipuli, ipſum cœleſtem medicum, & principem paſtorem, magiſtrum ſuum ad curam vocantes ægritudinis ipſius, aliquando dicebant: Domine inclina cœlos tuos, & deſcende. Aliquando rurſus: Qui regis Iſraël intende, qui ſedes ſuper Cherubim appare, excita potentiam tuam, & veni vt liberes nos. Sic nos modo qui infirmati nouæ præuaricationis Patris noſtri deiicimur, ad tuam clamamus beatitudinem vt & tu imitator * exiſtens Dei, ad filij dilectionem deprecatione venias, imitatione ipſius cœleſtis patris tui, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Feſtina ad auxilium noſtrum, ſciens Sanctiſſime, ſicut in principiis dictum eſt, quia non opus habent ſani medico, ſed male habentes. Quòd ſi parua exiſteret ægritudo, nos forſitan ad ſpiritalem noſtrum medicum curreremus, quatenus & paſſiones bonorum medicorum, id eſt glorioſorum Chriſti diſcipulorum, veſtrorumq́ue doctorum, & ſancta adoraremus tua veſtigia, vt & præuaricationis medicinam & ſolutionem vinculorum, & delicti remiſſionem de tuo ſancto ore ſuſciperemus. Sed quia non eſt hulcus aut macula, neque plaga tumens, ſed totum hulcus eſt à pedibus vſque ad caput, ſicut beatus Eſaias antiquam præuaricationem deflens dixit: Vos iam boni medici, & illius veri medici, vel bonorum diſcipulorum ipſius certiſſimi † plantatores, feſtinate ad curam reſolutorum Eccleſiaſtici corporis membrorum, vt diſſolutas manus noſtras, diſſolutáque genua corrigatis, & curſus rectos faciatis pedibus noſtris, ne quod claudum eſt amplius diſtorqueatur, ſed curetur magis per ſtrenuitatem, & optimam diligentiam veſtram. Sicut enim Magiſtro noſtro Domino Paulo glorioſo Apoſtolo propter infideles aliquos, dum eum pigeret ſermonem Domini in Corintho loqui, adſtans Dominus dixit, Loquere & non taceas, quia multus eſt mihi populus in hac ciuitate. Et nunc tuæ dicit beatitudini eius benignitas, Feſtina, & noli tardare ad Orientis auxilium, magis autem ad maiores partes habitabilis mundi, quia non tantum pro centum viginti milibus illis in magna quandoque conſtitutis ciuitate Niniue, ſed à multo plurimis ſpera expectari tuam poſt Deum medicinam. Si enim, qui præceſſit beatitudinem tuam inter ſanctos conſtitutus Leo Archiepiſcopus, ad Attilam tunc * errorem barbarum per ſe currere non duxit indignum, vt captiuitatem corrigeret corporalem, nec tantum Chriſtianorum, ſed & Iudæorum, vt credibi-

*Petrus et Paulus ex Oriẽte Occidentem illuminauerunt, huius beneficij vicem in hæreſi repetunt Orientales ab Eccleſia Rom.* *Pſ. 134. b* *Pſ. 79. a* ** Exiſtẽs filij Dei ad dilectionem.* *Matt. 5. g* *Aegritudinem ſuã dicunt Orientales. Scilicet extenſiue id eſt, ſi non ægrotaremus omnes & tuo implicati eſſemus anathemate.* *Iſ. 1. b* *† imitatores.* *Paulus, dominus, magiſter noſter.* *Act. 18. c* *Ion. 4. d* *Medicina Pont. Ro. poſt Deũ.* *Leo Archiepiſcopus Rom.* ** legendũ*



A le eſt, atque Paganorum, quanto magis feſtinare ad tuam attinet ſanctitatem, non ad corporeæ quæ bello * fuit, captiuitatis correctionem atque conuerſionem, ſed animarum quæ captiuatæ ſunt, vel quotidie captiuantur, vt inter duas diabolici vias erroris, Eutychetis atque Neſtorij, tertiam immò mediam nobis oſtendas expreſſius veri, rectíque dogmatis viam? Dubiam eam fecerunt noſtra peccata, æſtimantibus quibuſdam, non poſſe inter Neſtorij & Eutychetis, ſalutis viam mediam repetiri, ſed quod omnino neceſſum ſit aut illius eſſe quenquam, aut illius. Propter hoc feſtina poſt Deum nos adiuuáre. Et ſicut inter Arij, diuidentis atque ſeparatis vnã Deitatis naturam atque ſubſtantiã, in diuerſas naturas vel ſubſtã- B antias, & Sabellij quoque cõfundentis perſonas, & minuentis numerum Trinitatis, oſtenderunt ſanctiſſimi patres viam mediam veritatis, in confeſſione diuinitatis vnam ſubſtantiam, naturam, virtutémque demonſtrantes, propter Sabellium tres perſonas & æquæ potentiæ vnam veritatem, ſic & vos nunc ſanctiſſimi & beatiſſimi, illuminate nos ſpiritalis ſcientiæ veſtræ lumine, quæ eſt inter Eutychetis (ad imitationem Sabellij, naturas atque ſubſtãtias confundentis) & inter Neſtorij) ad imitationem Arij, perſonas & ſubſtantias diuidentis) vera rectæ fidei confeſſio tradita nobis à Papa Leone, inter ſanctos conſtituto, & diſcipulo- C rum in Chalcedone ſanctorum patrum duarum ſubſtantiarum aut naturarum vnitas in vna eadémque perſona & vnius ſubſtantiarum, magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ipſi enim docuerunt nos diuinis ſcripturis, alteram eſſe viſibilem, palpabilem, & paſſibilem carnis naturam: & alteram inuiſibilem impalpabilem & incomprehenſibilem naturam in vna perſona & vna ſubſtantia magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Alteram de matris ſubſtantia & natura, venientem de ſemine Dauid, Abrahæ, & Adæ, ſecundum carnem natam: alteram vero ex vtero ante Luciferum genitam, de ſubſtantia & natura patris. Sed ne rurſus propter immaculati partus duas naturas & ſubſtantias, occaſionem apprehenden- D tes (qui ſecundum Neſtorium ſapiunt) duas perſonas aut duos filios, vel duos Chriſtos male introducant, docuerunt ſancti illi & beati patres vnam ſcire perſonam, & ſubſtantiarum inſeparabilem Vnitatem, ex duabus ſubſtantiis & naturis, & in duabus ſubſtantiis & naturis magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Nos enim, ô ſanctiſſime & beatiſſime Symmache, eundem eſſe exiſtimamus, & ex duabus naturis, & in duabus naturis, & non, ſicut illi dicunt, ex duabus naturis vnam naturam poſt adunationem. In duabus autem ſubſiſtentibus naturis cum Vnitate non pati confiteri, vt doceant ſe Arianorum eſſe imitatores, dicen- E tium, per filium gloriari patrem, cum filio autem non pati ſe eum glorificari. Sed ſicut contra illos * docuerant fratres tui ſanctiſſimi patres, per quem, & cum quo æqualiter pati dicere nos, quia per quem humanitatem, cum quo diuinitatem ſignificant magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Sic & nunc illis, ex duabus quidem naturis dicentibus, in duabus autem non confitentibus, nos ex duabus, & in duabus pariter dicimus. Ex duabus enim dicentes, ex quibus ſubſiſtit vnitas, in duabus autem, in quibus viſus eſt, & palpatus eſt, & adſumptus poſt paſſionem, & reſurrectio-

*terrorem; vel forte; erronem.* ** ſit.* *Hæreſis ex peccato* *Veritas media inter hæreſes.* *Eutyches. Sabellius. Neſtorius. Arrius.* *Papa Leo.* *2. in Chriſto naturę vna autẽ perſona* *In Chriſto duæ naturæ nõ ſiũt vna naturã per adũnationem.* ** runt.* *Vera cõfeſſio de duabus in Chriſto naturis.*

nem confitemur, & in quibus veniet iudicaturus viuos & mortuos. A Neq; enim nuda diuinitas poterat aut palpari, aut crucifigi pro vita mundi, nec ſimplex humanitas morti ſubiacens, per mortem confundere eum qui obtinebat mortem, hoc eſt diabolum. Vnde & poſt reſurrectionem in immaculata carne ſua viſum verbum Dei, & Deus noſter omnibus diſcipulis ſuis dicebat: Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Palpate me, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habentem. B Habentem dixit, vt non his in illa mutatus putaretur, ſed in veritate aſſumpſiſſe crederetur. Beato quoque Thomæ diffidéti clamat: Infer digitum tuum, & vide manus meas, & da manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus ſed fidelis. Vnde dum aſſumeretur, duo viri viſi diſcipulis in albis veſtibus, clamabant, & dicebant: C Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Ieſus, qui ablatus eſt à vobis in cœlum, ita veniet ſicut vidiſtis euntem in cœlum, vt dum venerit omni modo in gloria patris cum ſanctis Angelis in die terribili iuſti iudicij, ſic infideles Iudæi * videbunt in quem compunxerunt. Compeccatores autem noſtri, eum qui eorum miſertus eſt & liberauit eos, neglectus autem ab eis eſt. Secundum vos autem, ſancti & iuſti, * videbit quem dilexit anima eorum, & lætabuntur lætitia ineffabili & glorioſa accipientes conſummationem fidei ſuæ in ſalutem animarum ſuarum, & audientes ſuauiſſimam vocem eius dicentem: Venite benedicti patris mei, hæreditemini paratum vobis regnum ab initio mundi. Cuius beatæ vocis cum tua beatitudine, & nos indignos dignetur Chriſtus Dominus noſter per omnia Sanctiſſime Pater.

*Luc. 24.f* — *Ioã. 20.g* — *Act. 1.b* — ** videãt.* — ** bunt.* — *Mat. 25.c*

*Superiori reſpondet, Epiſtola 3. Symmachi P. M. quæ habetur conciliorum, Religioſiß. Patris Surij, Tom. 2. ideo hîc prætermiſſa.*

---

# SYMMACHI EPISCOPI ROMANI APOLOGETICVS ADVERSVS ANASTASIVM IMPERATOREM.

AD Auguſtæ maieſtatis Gratiani Imperatoris epiſtolam, octo libris beatus reſpódit Ambroſius, quia pro fide catholica & illum non piguit prolixius prædicare, & hic non faſtidiuit gratanter accipere. Hæc dixerim, vt ſi modum libelli promendo collegerim, non exiſtimer quæ non oportuit locutus. Si mihi, Imperator, apud exteros reges, eóſque totius diuinitatis ignaros, pro fide catholica dicendum foret, quicquid eius veritati rationique, * etiam prætenta morte perorarem. Væ mihi erit ſi non D Euangelizauero, meliúſque eſt iacturam vitæ præſentis incidere, quàm ſempiterna damnatione puniri. Verum tu ſi Romanus Imperator es, etiam Gentium barbarum legationes debes clementer admittere. Si Chriſtianus princeps es, qualiſcunque præſulis Apoſtolici debes vocem patienter audire. Contumelias tuas, Imperator, quas ſub diuino iudicio ipſe perpendis, vtrum ne in me religioſa mente profuderis, fateor vel mei cauſa, vel tui diſſimulare me non poſſe. Mei cauſa promiſſionem Domini recolendo, dicentis: Quum vos perſecuti fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, propter iuſtitiam, gaudete. Tui autem, quia nollem ſic meam gloriam prouenire, vt te poſſit non mediocriter onerare. Et ego quidem dominicis & Apoſtolis eruditionibus inſtitutus, benedictionem ſtudeo tuis, Imperator, referre maledictis, contumeliis honorificentiam reddere, & odiis redhibere charitatem. Sed vide, quæſo, ne ab eo qui ait, mihi vindictam & ego retribuam: † à me remittitur, tantum à te cumulatius exigatur. Quid enim Chriſtus dicat de his qui vel nimirum in eum credentem ſcandalizauerint, Euangelium referat, non mea voce promatur. Sed fortaſſe dicis, Imperator, potius te eſſe minimum, qui credas in Chriſto, & de te hoc rectius accipi, & me eſſe ſcandalizantem tuam fidem: Chriſtus itaque Deus veraciter totus, & totus homo eſt ſic conceptus, ſic editus, ſic conuerſatus in ſeculo, ſic paſſus, ſic apud inferos, ſic reſuſcitatus: ſic cum diſcipulis apparens, ſic eleuatus in cœlum, ſic exinde dictus eſt eſſe venturus, ſic hodiéque in cœli regione perſiſtit, dicente Apoſtolo, In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter & certè de eo dicit quod nunc eſt ipſe * Ergo qui credit in Chriſtum, Sed huiuſmodi in Chriſtum credit qui in integrum Chriſtum credit, non in ſemichriſtum, & ideò non Chriſtum, quia Chriſtus non niſi integer. Integer autem, non niſi huiuſmodi. De tali ergo in ſe credente dicit, ipſe etenim minimus eius, & paruus eſt, pro quo ſcandalizato quid promiſerit, ipſius, vt dictum eſt, melius verbis oſtenditur. Fortaſſe dicas Imperator: Sed ego quoque talem Chriſtum credo, & ideò inter eius minimos iure connumeror. Hoc grauius, ſi & talem credis, & talem non credentibus communione miſceris. Non † enim, inquit Apoſtolus, qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus. An communicare, non eſt cóſentire cum talibus? Proinde aut longe grauius, vt dictum eſt, contra notam ſibi erit tédere veritatem. Contumelias igitur Imperator, quas in meam proferendam putas eſſe perſonam, vtinam quàm mihi glorioſæ ſunt, ita te grauare nó poſſent. Domino meo dictum eſt à quibuſdam: Dæmonium habes, Vorator, E De fornicatione natus: & putas quia ego debeam mihi dolere? Quàm talia proferenti cautum eſt & diuinis legibus & humanis? In ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum, † te examinante iudicio falſa fuerint approbata. Quid † Imperator in diuino iudicio? An quia Imperator es nullum Dei putas eſſe iudicium? Taceo quod Imperatorem accuſatorem eſſe nó conueniat. Poſtremo iiſdem diuinis humaniſque legibus nemo poſſit eſſe accuſator & iudex. Nũquidnam ſub alieno iudicio dicturus es cauſam vel accuſator adſtabis? Dicis eſſe me Manichæum. Nunquid ego Eutychianus ſum vel Eutychianos defendo, quorum furor maxime Manichæorum ſuffragatur errori? Roma mihi teſtis eſt, & ſcrinia teſtimonium perhibent, vtrum à fide Catholica, quam in ſede beati Apoſtoli Petri, veniẽs ex paganitate ſuſcepi, aliqua ex parte deuiauerim.

** cõgrueret.* — *1. Cor. 9. c* — *Chriſtianus princeps etiã, qualiſcũque præſulis vocem audire debet.* — *Mat. 5. a* — *Benedictio pro maledictis.* — *Rom. 12. d* — *† quantũ.* — *Mar. 9. f* — *Quis ſit ille minimus nõ ſcãdalizãdꝰ.* — *Chriſtus apud inferos.*

*Col. 2. d* — ** Ergo ille eſt minimus, Credere in ſemichriſtum.* — *† Solum Grauiſſimum eſt hæreticis communicare.* — *Rom. 1. d* — *Mat. 11. c* — *Luc. 7. e* — *Ioan. 8. f* — *Deut. 17. b. 19. d* — *Mat. 18. b* — *† Quid cum & humano.* — *† facies.* — *Romana ſcrinia.*



Procedat aliquis, & qualibet oratione conuincat, A alioqui conuitia ſunt iſta, non criminum probaméta: neſcio vtrum quibus obiicitur falſum, an falſis obiectoribus inimica dicentibus me non ordine conſecratum. Inter imbres lapidum totus euaſi, iudicauit Deus. An quia Imperator es, diuinum putas contẽnendum eſſe iudicium? Sed fortaſſe dices etiam indignantem Deum, noxia quæque plerũque permittere, ſcriptum eſt: Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Oſtende ergo quid ex times arguendum, vt iratũ maxime Deum, quæ non conuenerant, permiſiſſe demonſtres. An quia Eutychianis nullatenus acquieſco? Me quidem iſta non ſauciant, ſed te palam, aperteque demonſtrant meum cogitaſſe honorem repellere quẽ interuentu ſuo beatus Petrus impoſuit. B An quia Imperator es, cõtra Petri niteris poteſtatem? Et qui Petrũ Alexandrinum recipis, beatum Petrum Apoſtolum in ſuo qualicunque Vicario calcare contendis? An bene factus eſſem ſi Eutychianis fauerem, ſi Acacij † communicarem? Latêre non poteſt, cur iſta prætendas. Conferamus autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum diſtat, quantum ille rerum humanarum gerit, iſte diuinarum. Tu Imperator à Pontifice baptiſmum accipis, ſacramenta ſumis, orationem poſcis, benedictionem ſperas, pœnitẽtiã rogas: Poſtremo tu humana adminiſtras, ille tibi diuina diſpenſat. Itaque vt non dicam ſuperior, certè C æqualis honor eſt. Nec te putes mundi pompa præcellere, quia quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Itaque videris quid te deceat, Tamen cum in accuſationem proruperis, tàm diuinis legibus quàm humanis pari mecum ſorte conſiſtis, in qua cariturus honore ſummo ſi fuero, (quia id mauis) te accuſante conuictus, amiſſurus pari ratione, ſi non conuiceris, dignitatem. Sit iſtud in mundo iudicium ſpectante Deo & Angelis eius, ſpectaculum omni ſeculo ſimus, quo aut Sacerdos bonæ vitæ, aut Imperator religioſæ modeſtiæ conſequatur exemplum. Quia his præcipuè duobus officiis regitur humanum genus, vt non debeat aliquid eorum exiſtere quo valeat offendi diuinitas, D maxime cũ vterque honor videatur eſſe perpetuus, atque ita humano generi ex alterutro cóſulatur.

Precor Imperator, pace tua dixerim, memento te hominem, vt poſſis vti conceſſa tibi diuinitus poteſtate, quia etiam ſi hæc ſub humano præuenire iudicio, † ſub diuino neceſſe eſt vt diſcutiantur examine. Fortaſſis dicturus es ſcriptum eſſe: Omni poteſtati nos ſubditos eſſe debere. Nos quidẽ poteſtates humanas ſuo loco ſuſcipimus, donec contra Deũ ſuas nó erigũt voluntates. Cæterum ſi omnis poteſtas à Deo eſt, magis ergo quæ rebus eſt præſtituta diuinis. Defer Deo in nobis, & Senatus, collegiũ clericorum Romæ nos deferemus Deo in te. Cæterum ſi tu Deo non deferas, nó potes eius vti priuilegio cuius iura contemnis. E

Dicis quòd mecum † Senatus excommunicauerim te. Iſta quidem ego, ſed rationabiliter factum à deceſſoribus meis, ſine dubio ſubſequor. Dicis quod male te Romanus tractet Senatus: Si nos te male tractamus, ſuadentes vt diſcedas ab hæreticis, tu nos bene tractas quos vis ſociare præcipitanter hæreticis? Quid ad me, inquies, quod egit Acacius? Recede ergo & nihil ad te. Nam ſi non recedis ab eo, pertinet & ad te. Relinquamus † mortuum. Et nos hoc petimus, vt nihil ad te pertineat quod egit Acacius. Tu nos facis obiicere tibi, qui vis ad te pertinere quod egit Acacius. Nos vitamus quod egit Acaciꝰ, vita & tu, & ad vtroſque non pertinet quod egit Acacius, vt poſſis ſine iis quæ egit Acacius, cũ ea quæ ad nos pertinet cauſa cóiungi, vt poſſis ſine Acacio noſtræ communioni ſociari. Nos non te excommunicauimus Imperator, ſed Acacium, tu recede ab Acacibus, & ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli miſcere excommunicationi eius, & non es excommunicatus à nobis. Si te miſces, non à nobis, ſed à te ipſo excommunicatus es. Ita fit vt in vtroque, ſiue diſcedas non ſis excommunicatus à nobis: ſiue non diſcedas, non ſis excommunicatus à nobis. Catholici principes quidem ſemper Apoſtolicos Præſules inſtitutos, ſuis literis præuenerũt, & illam confeſſionem, fidemq́ue præcipuam, tãquam boni filij quæſierunt debitæ † affectu, cui noſcis ipſius Domini Saluatoris † curam totius Eccleſiæ delegatam, quod quia per occaſiones fortaſſe publicas tua creditur præteriſſe tranquillitas, ne magis honorem meum, quàm ſollicitudinem dominici gregis appetere iudicarer, appellare non deſtiti meis te ſponte colloquiis. Vulgatum fuiſſe deſignas, quod tua Serenitas directa militari manu compelleret eos qui ſe à contagione perfidorum multis temporibus abſtinere delegerint, vi & armis in præuaricatæ communionis conſortia deteſtanda. Vbi te (rerum humanarum princeps) qualiſcunque ſedis Apoſtolicæ Vicarius conteſtari mea voce non deſino, vt te memineris hominem quantalibet ſis mundi poteſtate ſubnixus, circũſpiciaſq; cũctos, qui ab initio dogmatis Chriſtiani catholicam fidem diuerſo propoſito perſequi, vel affligere ſunt conati, quemadmodum (vaſtitatis inſectatione, cuius placuit contritionis illatæ,) ipſi qui intulerint iſta, præualendo defecerint, & orthodoxa veritas hoc præualuerit magis, quò putaretur oppreſſa: quæ ſicut ſub inſectatoribus ſuis creuiſſe monſtratur, ſic obtriuiſſe cognoſcitur inſequentes. Miror ſi non humanus ſenſus intendit, præcipuè qui ſe Chriſtiano vult vocabulo nuncupari, inter illos ſine dubio deputandum, qui tectam cófeſſionem, communionémque Chriſtianam variis ſuperſtitionibus impugnare conati ſunt, niſi dum hanc & ipſi quocunque modo percellere moliuntur. Quid intereſt enim vtrum Paganus, an quod eſt deterius, ſub nomine Chriſtiano veram ſyncerámque traditionem Apoſtolicæ regulæ conetur infringere, atque in hanc prorumpere cæcitatẽ, vt cum in illis regionbus cunctæ prorſus hæreſes opiniones ſuas habeant publicè licentiam profitendi, ſola catholicæ communionis libertas putetur ab iis qui ſe religioſos extimant ſubruenda? Quæ ſi putatur error (* non licet) cum cæteris, quibus illic facultas eſt agere, ſinatur erroribus. Sin integritas æſtimatur, ſequenda potius fuerat quàm violenta perſecutione vaſtanda. Nec eam probantur inſequi potuiſſe, niſi praua ſectantes. At ne ipſi conuincerentur errare, repellere cogitarunt, quo * errantes, malentes non † quod iuſtum eſt, ſed potius ſubmouere, quo docentur iniuſti. Sic receſſit ab humanis mentibus Deus, vt obſtinatæ contra eius ordinis voluntatem, non aſpiciant & in iſto ſeculo diuinum non deeſſe poſſe iudicium, & poſt huius vitæ curſum illi tremendo ſe non defuturos examini, ſub quo pernicioſarum ſtudia modis omnibus actionum diſcuſſa patefiant, & patefacta puniantur, niſi qui hæc omnino non credunt, † illa ſe perpetraſſe impune confidunt. Nos autem humani generis conſcientiam conteſtati, qua poſſumus voce nullatenus ceſſamus omnipotentem Deum ſuis cauſis minime defuturum, & quantacumque ſit humana præſumptio,

*Iudicium Imperatori metuẽdum.* — *Mat. 7. b. 12. c.* — *Vicarius Petri.* — *† Nomini.* — *Pontificiæ & Imperatoriæ dignitatis cõparatio.* — *1. Co. 1. d.* — *Imperator meminiſſe debet ſe eſſe hominem.* — *† Deeſt aliquid vt moliris, vel tale quippiã.* — *Ro. 13. a.* — *Poteſtati quomodo obediẽdũ.* — *Sacerdotiũ à Deo eſt.* — *collegium Clericorũ Romæ.* — *† conſpirante.* — *Senatus Rom.* — *† vterque*

*de Acacij Conſtantinopolit. communione.* — *Imperatorũ conſuetudo ſalutandi nouos Pont. Rom.* — *† Pietatis* — *Ioã. 21. d* — *† Deeſt verbum cuiuſmodi eſt ore.* — Cautè lege — *Fidei Orthodoxæ perſequutorum finis in interitum.* — *Sub nomine Chriſtiano Eccleſiæ traditionem infringere quã graue ſit.* — ** quod Sola Catholica oppugnatur.* — ** notabãtur.* — *† aſſectari.* — *Iudicij diuini nllus metus impiis.* — *† qui ve.* — *Obteſtatur Põt. diuinã prouidentiã.*

quantacunque potentia, ſub diuino nutu huius atrocitatis cenſuram ſine dubitatione vindicandam. Nam talem auſum neque hic confidimus euaſurum, & in illo magno Dei iudicio recepturũ, quòd iis temeritatibus diuina retributione debetur. Hæc nos nequaquã tacuiſſe ſufficiat, vt cum ſuperna fuerit vltio ſubſecuta & vera nos protuliſſe conſideratio humana cognoſcat, & pœnam non inaniter pronuntiaſſe venturam, & propoſuiſſe præmonitionis formam, qua huiuſmodi præcipitiis de cætero temperetur. Certè ſi huiuſmodi propterea relinquendos proprio definitis arbitrio, quia nec à Chriſtianis vexari deceat, Chriſtum quocunque titulo confitentes: nec viuentes in iure Romano lacerari conueniat à Romanis, conſequenter oſtẽditur, Romanos homines, & qualiſcunque Chriſtianæ profeſſionis impetere, nec Chriſtianum dici poſſe modis omnibus, nec Romanum. Proinde aut repellendi fuerant, aut nullus penitus impetendus, & quod in vno genere iudicas amouẽdum, in omnibus repelle ſi præuales. Si omnia ſunt ſinẽda, nullus penitus excludendus. Alioqui dum parendo cunctis erroribus ſis amicus, non niſi ſolum tibi probatur diſplicuiſſe quod verum eſt. Omnes catholici principes, ſiue cùm imperij gubernacula ſuſceperunt, ſiue cùm Apoſtolicæ ſedi nouos agnouerunt præſules inſtitutos, ad eam ſua protinus ſcripta miſerunt vt ſe docerent eius eſſe conſortes. Itaque qui hoc non fecerunt, ab eadem ſe ipſos profitentur alienos, quod chartis quoque tuis apud te etiam poſſumus adſtruere, niſi te æmulum, & reum, & inimicum vitaremus, & iudicem. Non mirũ, ſi catholicos perſequuntur Manichæorum patroni, cum falſitas non poſſit non perſequi veritatem. Non mirum, ſi in ortodoxos ſæuiant, quibus poteſt cum cunctis hæreſibus conuenire, & vniuerſis erroribus amici, non poſſint niſi ſolis eſſe non errantibus inimici. Si error eſt, conuincendus eſt. Verum ſi error non eſt, tibi verum deeſſe cognoſce, qui perſequeris, * quo conuinceris errare Sed prauitatis complex,* non poteſt niſi eum perſequi qui eſt prauitatis inimicus.

*Prædicit futuras Imperatoris calamitates, & interitum periit autem ictus fulgure.*
*Heræſis peiorem ſemper fãcit fidei Catholicæ quam ſuã cõditionẽ.*
*Principiũ Catholicorum cõſuetudo ſalutandi nouos Põt. Ro. per literas.*
*Manichæorũ patroni.*
*Falſitas perſequitur veritatem.*
** Subeſt mendũ.*
**Forte, nõ poteſt eũ non perſequi.*

# EX EPISTOLA NICEPHORI CHARTOPHYLACIS AD THEODOSIVM MONACHVM, DE LIGANDI SOLVENDI'SQVE poteſtate.

[redacted]

LIgandi ſoluendique prouincia Pontificibus ipſis, à clementiſſimo Deo noſtro demandata eſt. Siquidem ad Petrum ait: Quæcunque ligaueris, ligata, & quæcunque ſolueris, ſoluta erunt. Vnde olim omnes oportebat ad ipſos pontifices accedere, ſuaque illis occulta prodere, & ſic vel reconciliationem vel repudium ferre. Ignoro autem, quî factum ſit cur hæc minus obſeruentur, quamuis exiſtimem, pontifices negotij tædio frequentique multitudinis turbulentia defatigatos, id operæ ad monachos tranſmiſiſſe, ad eos ſcilicet qui verè probati ſint, aliiſque valeant eſſe vtiles, Nihil enim tale inexpertis & indoctis permiſerunt. Equidem in aduerſa corporis valetudine illum inquirimus, dicimuſque medicum, qui tàm re ipſa, quàm verbis, malè habentem curare queat. Itaque nõ reſpiciemus in hunc vel illum, qui præter medici nomen nihil habeat medici, ſed in eum qui ſicut expedit, medicum præſtare poterit. Porrò ſi quis expertus ſit & frugi, & cum hoc ſacerdotio fungatur, ad illum in primis accedẽdum, nam poterit indigo prodeſſe, accedentem ſe diligentius curare, reconciliare item & corrigere. Puto autem nullum qui piè & cautè huius moleſti temporis vitam agat, ex hoc ordine exautorandum. Cæterum qui talem accedit, omnino ipſum dirigat & inſtruat, vt rectè dirigatur. Et is quanto diuinorum ſacrorumque Canonum peritior fuerit, hoc amplius inſtruet. Contra qui canonum vigorem, & ſuam cuiuſque delicti mulctam ignorarit, is nulli vlla in re vnquam vſui eſſe poterit. Præterea qui fratrem, in ſe, vno eodemque die ſepties peccantem, venia condonandum ſuſcipiendumque diiudicarit, is lapſos quamuis & ſæpe & multum deliquerint quo pacto repellet & abiiciet? immò ſpiritualibus increpationibus admonebit, vtiliter conſonet vitam futuram, & æterna ſupplicia in memoriã reducet, vnum cauebit ne indulgentius & citra omnem obiurgationem abſoluat, fiatque alienorum criminum particeps. Iam, ſi qui peccauerant, lachrymis liqueſcant, ac continenter malorum ſuorum abalienationem meditentur, licet in eadem reincidant, ſuſcipiendos tamen eos duxeris, congruumque deputaueris locũ. Penes te enim facultas eſt, vt noſti, mẽſuram caſtigationis adhibeas. Eos autem qui hinc emigrant, in quocunque fuerint peccato detenti, ne ligaueris, ſed diuinorum purorumque ſacramentorum facito participes. Qui citra pactum polluti, gratias agant Deo noſtro, quod de faucibus Diaboli liberati ſunt. Parum in horum caſtigationem pręſcribere operæprecium. Non enim noſtrũ eſt definire, ſed voluntatis eorum qui mandatis parẽt. Tempus & ſi longum ſit, non tamen amplius eſt quã correctio requirat, fortè nihil omnino commodi correcto afferret. Vidimus autem & breui tempore multos multa abſterſiſſe, ac emendaſſe. Alioquin & ſi mẽſura tẽporis cui iniungatur, is tamen tandem declarabit, an dignè admiſſus vel repudiatus fuerit, qui mãdatis obtemperauerit.

*Mat. 16. c. 18. c.*
*Confeßio auricularis Monachis demãdata.*
*Medicus ſpiritualis accurate eligẽdus.*
*Confeßionariũ Patrẽ de ſuis peccatis inſtruere debet peccator.*
*Cautio adhibẽda in abſoluendo.*
*Lapſi ſemper recipiendi.*
*Morituri à quocunque peccato abſoluẽdi, & donandi cõmunione.*

# DE AGNELLO EPISCOPO RAVENNATENSI, EX TRITHEMII ADDITIONIBVS.

*AGnellus Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Arminium de ratione fidei, in qua præcipue refutat hæreſim Arrianam de Patris & Filij conſubſtantiali & coæqua natura. Initium tale eſt: Frater Martius exegit litteras ad tuam charitatem mittendas, &c.*

Ex Tri-



# AGNELLI EPISCOPI RAVENNATENSIS AD Arminium, de ratione Fidei.

FRater Martinus exegit literas ad tuam charitatem mittendas, adſerens ſolicitudinẽ tuã quærere ſolatiũ defenſionis catholicæ fidei, quam quidam varia aſſertione conturbant. Sed ipſa conturbatio cum colata fuerit, omnis feculentia proiicitur, & hoc quod liquatũ fuerit cuſtoditur. Ante omnia ita credere oportet Deũ quia eſt: ſecũdo quid ſit Deus. Quare hoc? quia dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Ergo qui inſipiens non eſt, hoc nõ dicit, ſed dicit: credo in Deum. Si dixerit tibi quicunque, quid eſt Deus quem credis? Reſpondendum eſt, hic eſt Deus qui clamat in Deuteronomio: Videte, videte quia ego ſum Deus, & non eſt alius præter me. Item cum Moſes interrogaret quem illum diceret, reſpondit: Ego ſum qui ſum, & dices eis ad quos te mitto: qui eſt, miſit me, id eſt, immutabilis, & ſemper idem, non heri Deus tãtum, hodie vero Deus & pater, ſed ſemper fuit Deus & pater, & ſemper fuit: cuius eſſet pater. Si enim acceſſiſſet ei vt eſſet pater, vim paſſus eſſet vt inciperet eſſe quod non erat. At eſt blaſphemum ita ſentire. Sed dicit aliquis: Non eſt vim paſſus, ſed ſua voluntate genuit filium, quia ſi noluiſſet, non eum genuiſſet, Ad hæc exigendum eſt vt dicat, Quando voluit generare filium, habuerit virtutem generandi & ſapiẽtiam hoc ipſum volendi, Si dixerit non habebat, confutas blaſphemum, Si dixerit habebat, obtines victoriam. Filius enim, vt dicit Apoſtolus, Dei Patris virtus eſt & ſapiẽtia. Nam qui dicit, virtutem non habuit, blaſphemat: qui dicit ſapientiam nõ habuit, blaſphemat: Hoc quare? quia in capite libri ſui Arius dicit: Fuit Deus quando pater non fuit, vt videatur introducere minorem filium ad honorem patris. Blaſphemat igitur patrem multis modis, primò iam quia non poteſt ſtare vt dicatur: Qui eſt miſit me, quia iam non poteſt dici, qui eſt, qui heri alius fuit & hodie alius eſt. Ergo ſi non eſt alius hodie, cras nõ alius, & ſemper immutabilis perſeuerat, ſemper ergo fuit pater, ſemper fuit cuius eſſet pater. Deinde etiam ſi hoc ipſum illi conſentiat: quia voluntate genuit, cogere illum poteſt Catholicus, aut vt dicat: antequã vellet generare filiũ noluit, & ideo nõ genuit: aut voluit, & non potuit. Si noluit, bonum eſt quod noluit. Si autẽ voluit & blaſphemũ eſt vt dicatur, fuit Deus quando bonum noluit & non potuit, eſt blaſphemum, vt dicatur aliquando voluiſſe & non potuiſſe Deum. Hoc loco ſuperatus Arius, ad hoc tenet catholicum: vere genuit, aut putatiuè genuit? Reſpondit catholicus: Vere genuit. Hæreticus ad hæc: Si vere genuit, antequam generaret non fuit iſte quem genuit. Ad hæc reſpondendum eſt: multa eſſe in fragilitate humana quæ ſic oriantur ex ipſa fragilitate, vt ſimul incipiant genitor & genitus. Nam vox hominis ſermonem parit, & nõ eſt ſermo, niſi vocis filius. Modo quia ſermo vocis eſt Filius, ex eo minor dicendus eſt ſermo, quia vocis eſt Filius. Hoc penitus dici non poteſt: Quare? Quia ex quo vox, ex eo & ſermo. Adde in ipſo ſermone efficaciam & compleſti tertiam perſonam, quæ penitus indiuidua perſeuerat, Vox ergo egreſſa ſermonem * promit, & ſermo egreſſus, efficaciam gignit, vt puta iuſſum eſt per vocem, ille fiat conſul, vel certe denudetur, vel certe interficiatur, vel certe de periculo liberetur: Ecce vox peperit verbum, verbum autem non peperit efficaciam, ſed ex ipſa voce & verbo virtus egreſſa, alterum fecit conſulem, alterum interfecit. Et ideo ex Patre filius, ex patre & Filio procedit Spiritus ſanctus. Nec, vt quidam dicunt duos habet Deus Filios, Chriſtum & Spiritum Sanctum: ſed habet filium inuiſibilem, ſicut ipſe inuiſibilis eſt, qui vt eſſet viſibilis, corpus noſtræ fragilitatis adſumpſit: non vt inuiſibilis eſſe ceſſaret, ſed vt in ipſo Chriſto inuiſibilis incredulis permaneret. Nam cum dicit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis: ergo beati erant Iudæi omnes, & hi qui eum crucifixerunt, de quibus per Dauid dicit: Ipſi vero cõſiderauerũt & cõſpexerũt me. Vides ergo quia inuiſibilis perſeuerat, & mente cernitur pura & credula. Ergo ſi inuiſibilis pater, inuiſibilis Filius inuiſibilis ſanctus. Et vt ad hoc te reuocẽ vnde factũ eſt, vt hoc de fragili homine doceamus. Tria hęc inuiſibilia & indiuiſa, & in vnũ cõglobata, & virtutis efficacia redundantia, id eſt, vocem genitricem verbi: ex verbo vero ſimul cum voce procedentẽ efficaciã, quæ faciat alterum conſulem fieri, alterum trucidari: dic mihi Ariane, iſta tria vnum ſunt an non? Si vnum non ſunt, diuide vocem à verbo, & efficaciam à voce & verbo. Quod ſi hoc in fragili homine * ita vnum ſunt tria, vox, & verbum, & efficacia, vt tres quidem perſonæ ſint, ſed vna ſubſiſtendi potentia: in homine fragiliſſimo, vt diximus, ſi hæc ſit tanta potentia, quanto magis in omnipotentia Dei ita eſt, vt ſit pater omnipotens genitor filij, & ex patre & filio procedens virtus, qui eſt Spiritus ſanctus. Forte homo fragilis hoc habere poteſt, Deus omnipotẽs hoc habere non poteſt? Huc vſque ratio operata ſit, nunc authoritas operetur. Apoſtolus Paulus duas formas æquales in patre & Filio poſuit, vt æqualitatem exprimeret: Dicit enim ſic de filio: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui ſuſcipiens, Vides formam & formam & ęqualitatem Apoſtolica authoritate declarata. * Sed occurrit Arianus & dicit: Velis nolis, negare nõ poteris hoc quod dicit ipſe Dominus: Pater maior me eſt. Ad hæc reſpondẽdum hoc quod dixit Apoſtolus: Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui ſuſcipiens. In hac vtique forma ſeruili minor, ſalua illa forma in qua nõ rapinam arbitratus eſt ſe ęqualem Deo. Ac per hoc ſi fiet, vt & tecum minorem dicam factum in aſſumptione hominis Deum, & tu mecum non neges, ſalua illa forma in qua æqualis Deo patri ceſſare non potuit. Reſtat vt hoc quæratur ab Hæretico, cum formam ſerui ſuſcepiſſet filius, & veniſſet in mundum, ſi deſeruit patrem. Ad hæc reſpondendum eſt: Si verbũ quod exierit de ore meo, & introierit in aurẽ tuã & per aurẽ tuã in tuo corde cœperit manere, dic mihi nunqd quia in tuo pectore mãet, iam in meo pectore nõ eſt? Si ergo inter ſenſus per meũ os egreſſus, in tuam mentem ingreſſus, meum non deſerit animam: quanto magis ex patre Deo egreſſus ſermo, patris pectus deſerere non potuit? nam ipſe filius dicit: Ego ex corde patris prodij. Et pater dicit: Eructauit cor meum verbum bonum. Item obiiciunt aliunde, alibi iuit, id eſt, de cœlo ad terram vere venit: Quomodo potuit fieri, vt de ſinu patris non recederet? Ad hoc dicitur: Con-

*Heb. 11. a.*
*Pſal. 13. a. 52. a.*
*Deut. 32.*
*Exo. 3.*
*Acute cõtra Arrianos.*
*Exo. 3.*
*Arij ratio.*
[redacted]
** Merit.*
*Luc. 10. d*
*Pſa. 21. d*
*Mat. 27. d*
*Imago Trinitatis*
** Alias ſic legitur in codice Treuerẽſi: ita vnũ ſunt tria vt vere tria, ſint vere vnum: vere enim tria, vox, verbũ & efficacia, tres ergo perſonæ, ſed vna ſubſiſtẽdi potentia.*
*Phili. 2. a.*
*Eccl. 24. a*
*Pſa. 44. a*

*Gene.* 2. ſidera quatuor flumina de vno ſinu paradiſi egredi. Fons ergo pater eſt quatuor fluminum, & cum circũeant omnem terram, tamen de ſinu patris ſui, id eſt, fontis illius qui eſt in paradiſo non recedunt. Aut ſi potes diuide inter fontem & fluuium. Quod ſi hoc facere nõ potes, ceſſa diuidere filiũ à patre, quomodo quodnõ potes de aquæ elemento vlla prorſus facere ratione. Itẽ de paſſibilitate aget tecum Hæreticus, vtrum Deus ibi fuit quando paſſus eſt Dominus. Si dixeris: ſimul paſſus eſt Deus indiuiſus, Patri-paſſionẽ incurris: Si negas ſimul ibi fuiſſe diuinitatem, hæreſim facis. Cum ergo non negas ibi in cruce fuiſſe Deũ

*Deus in Chriſto* [...]

A ſimul in Chriſto mundum conciliantem, compelleris docere, vtrum ſimul crucifixus ſit Deus. Ad hæc adſeres ipſum priorem verbera ſuſcepiſſe, ſed impaſſibilẽ permanſiſſe. Nam ſplendor ſolis in arbore manens eo tempore quo arbor inciditur, priorem ſecuris ictũ accipit: ſed impaſſibilis permanens, integer perſeuerat, arbor vero inciditur. Si ergo creatura luminis hãc obtinet virtutem, vt cum ſit in ligno verberata ſimul cum ligno, lignum paſſioni derelinquat, ipſa vero euadat iniuriam: quanto magis ipſe creator omnipotens, vera lux, impaſſibilis perſeuerabit in Chriſto?

*Alias: dicere quod ſimul.*

# THARASII SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI AD ADRIANVM PAPAM ROMAE VETERIS, DE NON faciendis pecunia ordinationibus, Epiſtola.

*Sanctiſſimo & Beatiſſimo Fratri & comminiſtro Domino Adriano Papæ veteris Romæ, Tharaſius indignus Epiſcopus, Salutem in Domino.*

MVltipliciter multiſque modis Euangelicè, Apoſtolicè, & Paternè docemur, vt mores ab auaritia alienos in ſacerdotij conſecratione habeamus, & neque deauremur, vel de argentemur, vel nobis aliquid vendicemus in cuiuſquam ſacerdotalis viri ordinatione: vt demonſtrabimus in ſententiis hîc ſubiectis ex diuinis ſcripturis & paternis doctrinis. Qui enim manus imponunt, ſunt miniſtri Spiritus venditores: & qui Spiritus gratiam gratis accepere, eam quoque gratis dare iis qui illam participant iuſſi ſunt, à Domini voce hac libertate accepta. Si quis autem eam auro emiſſe conuictus fuerit, diuina ei actione interdictum eſſe iubẽt. Etſi enim nomine ſacerdotium ſortitus eſt, næ tamen ipſa falſa eſſe eius oratio cõuincitur. Nemo enim poteſt Deo & mammonæ ſeruire, vt ex Euangelio didicimus. Et quoniam audiuimus Deum Propheticè loquentem, Sacerdotes loquimini ad cor Hieruſalem: *Ezech.* 33 & rurſus minitantem & dicentem, Speculator ſi gladium exeuntem viderit, & id tuba non ſignificauerit & populus non cauerit, & veniens gladius animam ex eis abſtulerit, ſanguinem ex ſpeculatoris manu requiram, eò quòd propter metum non denunciarit, vel non condemnarit: omnibus noſtrarum Eccleſiarum præſulibus annũciamus, vt liberè iuxta diuinum Apoſtolum loquamur. Mundi ſumus à ſanguine eorum qui tranſgrediuntur canonicas conſtitutiones, & multo magis eorũ qui pecuniis ordinauerũt, vel ordinati ſunt, cum diuinus Petrus Apoſtolus, cuius cathedram ſortita eſt fraterna veſtra ſanctitas, vt Simonem Magum, eum depoſuerit. *Catedra Petri.* Eam ob cauſam veritatem annunciare non veremur, ſeruantes & retinentes ea quæ à ſanctis Apoſtolis, & inclytis patribus noſtris canonicè tradita ſunt. Et ſi quid eorum ab aliquibus eſt pręteritum, auerſamur. Frtrum ergo veſtrorũ ſacerdotalis ſanctitas, quæ non iure, nec ex Dei voluntate põtificale munus adminiſtrat, magna laborat infamia. Dixit enim per Prophetam magnus & primus pontifex Chriſtus Deus noſter, Viuo ego, ſed eos qui me glorificant glorificabo. Scis enim vir cupiditatem Spiritus, quod Macedonij, & eorum qui circa illum erãt ſancti Spiritus hoſtium, tolerabilior erat hęreſis. Cùm illi enim ſanctum Spiritum Dei & Patris creaturam

*1. q. 1. Eos qui.*

B & ſeruum nugentur, hi ipſum, vt videntur, ſuum ſeruũ faciunt. Omnis enim Dominus id quod habet vendit. Similiter & qui emit, volens eſſe Dominus eius quod emptum eſt, argenti precio id acquirit. Sic qui rem hanc nefariam faciunt, Spiritum ſanctum deprimunt, æquè peccantes ac ij qui Chriſtum in Beelzebul dæmonia eiicere impiè blaſphemeque dicebant. *Mat.* 12. Vel, vt verius dicam, ſunt Iudæ proditori ſimiles, qui Dei interfectoribus Iudæis argenti precio Dominum vendidit. Quemadmodum ergo diuinus Spiritus eſt Chriſto Deo noſtro conſubſtantialis, eos eiuſdem futuros partis cuilibet manifeſtum eſt, vt fuit demonſtratum. Sinautem non venditur, abſque vlla dubitatione clarum eſt non eſſe eis ſancti Spiritus gratiam, ſacerdotij ſcilicet ſacroſanctam dignitatem. Etſi non C acceperunt, non habent. Meminerint ſancti Petri, qui ei qui hoc exercuit ſic dicit, Non eſt tibi pars, nec ratio in hoc clero. *Act.* 8. *Incõmoda ex Symonia.* Si enim venundatur ſacerdotij dignitas, an non eſt eis ſuperuacanea honeſta vitæ inſtitutio, & in puritate ac veritate conuerſatio? Superuacaneus eſt ipſis & Paulus diuinus Apoſtolus, docẽs oportere Epiſcopum eſſe à reprehenſione alienum, temperantem, moderatum, docilem, continentem, ſobrium, retinentem fidelem in doctrina ſermonem: *Tit.* 1. vt poſſit in ſana doctrina exhortari, & eos qui contradicunt refellat. Hæc ergo omnia euaneſcunt, ſi vendatur & ematur ſacerdotium. Subiectæ itaque è ſanctis electæ ſententiæ, à ſacerdotio omnino eſſe alienum D eum pronunciant, qui dat vel accipit in quocunque tempore, ſiue ante ordinationem, ſiue poſt ordinationem. Capere enim eſt quandocunque capere. Sed & omnes etiam Eccleſiaſticas promotiones ob pecuniæ dationem remouent. Canon xxix. ſanctorum Apoſtolorum, Si quis Epiſcopus pecuniis hanc dignitatem fuerit aſſecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipſe, & qui eum ordinauit, & à communione omnino excindatur, vt Simon Magus. Ex Actibus Apoſtolorũ. *Act.* 8. Vidẽs autẽ Simon quòd per impoſitionem manuũ Apoſtolorũ datur Spirit[us] ſanctus, attulit eis pe- E cunias dicens, Date & mihi hanc poteſtatẽ, vt cui manus impoſuero, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ei, Argentum tuum ſit tecum in perditionẽ: quoniam exiſtimaſti Dei donum pecuniis acquiri, nõ eſt tibi pars, nec ſors in hoc ſermone. Cor enim tuum non



non eſt rectum coram Deo: age ergo pœnitentiam, & A roga Deum, ſi tibi non remittetur cordis tui cogitatio: in bile enim amaritudinis & vinculo iniquitatis te eſſe video. *3. Reg.* Ex tertio Regum, Et non conuerſus eſt Hieroboam ab iniquitate ſua, & ſe conuertit, & fecit ex parte populi ſacerdotes excelſorum: qui volebat, implebat manum ſuam: & factum eſt hoc verbum in *4. Reg.* peccatum domui Iſraël, & in exitium & deletionem à facie terrę. Ex quarto Regum, Et conuerſus eſt Naaman ad Heliſæum, & ipſe, & omnis exercitus eius. Ecce ego cognoui quòd non eſt Deus in vniuerſa terra, præterquam in Iſrael: Et nunc accipe benedictionem à ſeruo tuo. Et dixit Heliſæus, Viuit Dominus, cui adſtiti coram ipſo, ſi accepero. Et vim attulit vt acciperet, & nõ paruit. Et Paulo poſt Et dixit Giezi famu- B lus Heliſæi, Ecce Dominus meus parſit Naaman Syro è manu eius accipere quæ attulit: viuit Dominus, niſi ego poſt eum cucurrero, & ab ipſo aliquid accipiam: & Giezi Naaman à tergo perſecutus eſt. Et Paulo *Giezi Simoniacus.* poſt, Et dixit Naaman, Accipe duo talenta argenti: & accepit duo talenta argenti, in duobus caniſtris, & duas mutatorias veſtes. Et poſt alia, Et dixit ei Elizeus. Vndenam Giezi Et dixit Giezi, Non eſt profectus ſeru[us] tuus, nec huc nec illuc Et dixit Heliſæus, Nunquid cor meum tecum ambulauit, & ſcio quòd vir rediit à curru in occurſum tuum: & nunc accepiſti argentum, & ipſo acquires hortos, & vinea, & oliueta, & oues, & boues, & pueros, & puellas: & lepra C Naaman ad glutinabitur in te. & in ſemine tuo in ſeculum: & exiit à facie eius lepra infectus, tãquàm nix. Ex ſancti Baſilij interpretatione in Eſaiam, Legem dederunt in auxilium, vt dicant non vt hoc verbum, pro quo dari dona nequeunt. Hæc lex non eſt vt hoc verbum ventriloqui. Non enim ad fraudem excogitatum eſt, vt illud, ſed eſt doctrina veritatis. Ac illi quidem argento vaticinantur. Hoc eſt enim maximè ridiculũ, quòd eis etiam mendacij mercedem pẽdunt qui decipiuntur. Verbum autem legis non eſt eiuſmodi vt pro eo dona dentur. Nemo enim emit gratiam. Gratis, inquit, accepiſtis, gratis date. Vides quomodo Petr[us] ad- D uerſus Simonem indignatus ſit, qui argentum ob ſpiritus gratiam attulerat. Argentum, inquit, tecum ſit in perditionem, quia Dei donum per pecunias te acquirere putaſti. Non eſt ergo ſermo Euangelij, vt ea quæ venduntur ventriloquorum verba. Quid enim dederit quiſpiam, quod eius æſtimationi reſpondeat? Audi Dauid dubitantem, & dicentem, Quid reddam Domino pro omnibus quæ mihi dedit? Non poſſunt ergo dona dari, quæ eius gratiæ ęſtimationi reſpondeãt. Vnũ donum dignũ eſt, eius ſcilicet quod donatum eſt cuſtodia. Qui dat theſaurũ, non petit preciũ eius quod donatum eſt, ſed dignam eius quod donatum eſt cuſtodiam. Et ex eodem in epiſtola ad Epiſcopos qui ſibi E ſuberant, ne pecuniis ordinarent. Exiſtimant quidam, eſſe peccare, ſimul accipere, ſed non poſt ordinationem accipere. Accipere autem eſt quandocunque accipere. Adhortor ergo vt hunc redditum vel potius ad gehennam aditum deponatis: & ne manus eiuſmodi lucris coinquinantes, vos ad ſancta peragenda myſteria indignos efficiatis. Ex vita ſancti Ioannis Chryſoſtomi. Acceſſit prolixitatis verborum cauſa nobis omnibus Epiſcopus † Euſebius, ſex reliquorum Epiſcoporum accuſator, volens in communionem recipi. Contradicunt quidam Epiſcopi, ipſum non debere ſuſcipi, vtpote ſycophantam & calumniatorẽ. Ad hæc ſupplicauit, dicens, Quoniam cauſa maxima ex parte

*† Hic Euſebius erat Epiſcopus Valentino polis quæ eſt in Ciliciano.*

duobus annis examinata eſt, ad teſtes autem producendos dilatio data eſt: rogo veſtram pietatem vt hodie det mihi teſtes. Et ſi enim mortuus eſt Antonius Epiſcopus, qui argento accepto ordinauit, ſuperſunt tamen adhuc qui dederunt, & ſunt ordinati: æquum cẽſuit præſens ſynodus vt de re quæreretur. Et incipit cauſa à lectione Actorũ quæ nuper ea de re confecta fuerãt. Ingreſſi sũt teſtes, ingreſſi sũt ſex eorũ qui dederãt & ordinati fuerãt. Ii à principio negabãt: ſed cũ teſtes perſiſterent, hi quidem laici, illi verò presbyteri quibus confidere viſi fuerant, primum quidem negabant. Poſtquàm autem teſtes conuincebant, & loca & tempora eis in memoriam redigẽtes, & * eorum quæ ſunt tradita, formas & quantitatem dicẽtes, non bene B affecta eorum conſcientia, ſua ſponte propter multam vrgentem neceſſitatem confeſſi ſunt, hoc modo: Dedimus, & hanc eſſe conſequentiam exiſtimauimus, vt à miniſterio publico liberaremur, & nunc rogamus, ſi non fas eſt nos eſſe in miniſterio eccleſiæ, vt recipiamus argentum quod dedimus. Noſtrarum enim vxorum quædam vaſa ſeu nonnullam ſupellectilem dedimus. Ioãnes ad hæc ſynodo eſt pollicitus. Ego, inquit, eos à curia liberabo, Imperatorem precatus. Vos autem iubete eos accipere quod dederunt ab hæredibus Antonini, & altari communicare, ſed à ſacerdotibus ſeiunctos eſſe, ne his conceſſa, ſit Iudaica vel Ægyptiaca ſacerdotium vendendi & emendi conſuetudo. C Dicunt enim exitioſum & falſo nomine appellatum Iudæorum patriarcham, quotannis vel certis annis præteritis ſuos Archiſynagogos mutare, vt ex eo pecuniam colligat. Similiter & eius æmulatorem Ægyptiorum Patriarcham: vt propheticum illum impleretur: Sacerdotes ipſorum cum donis reſponderunt, & prophetæ ipſorum cum argento diuinauerunt. Ex canonibus cccccccxxx. ſanctorum patrum, qui Chalcedone cõuenerunt Si quis Epiſcopus pecuniis ordinationem fecerit, & non vænalẽ gratiam ad vẽditionem deduxerit, & œconomũ, vel defenſorẽ paramonarium pecuniis ordinauerit, vel omnino aliquem ex canone, ſui turpis quæſtus gratia, qui id aggreſſus eſſe conui- D ctus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: & qui ordinatus fuerit, nihil ex ordinatione vel promotione quæ inſtar mercaturæ facta eſt iuuetur: ſed ſit alienus à dignitate vel curatione quam pecuniis adeptus eſt. Si quis autem ſequeſter ſeu mediator fuerit tam turpibus & nefariis lucris, hic quoque ſi ſit quidem clericus, à proprio gradu excidat. Sinautẽ laicus vel monachus anatematizetur. Ex Gennadij ſanctiſſimi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani vulgata Epiſtola, & ſynodi quæ fuit vnà cum ipſo. Sit itaque, & eſt abdicatus, & ab omni ſacerdotali dignitate & miniſterio alienus, & Anathemati maledictionis obnoxius, tam qui ſe hoc ſacerdotium pecuniis acquire- E re poſſe putat, quàm qui ſe pecuniis id præbere pollicetur, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, ſiue hoc facere conuincatur, ſiue non. Neque enim fieri poteſt vt ea coniungantur quæ cõiungi nõ poſſunt, nec vt mãmona cũ Deo cõueniat, vel vt qui ei ſeruiũt, deo ſeruiãt. Hęc eſt dominica & minimè dubia ſentẽtia. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Ex canonibus ſanctæ ſextæ ſynodi. Eos qui ordinantur pecuniis, ſiue Epiſcopos, ſiue clericos cuiuſmodicunque, & non ex vitæ examinatione ſiue electione, deponi iubemus, ſed & eos etiam qui ordinauerunt. Audiamus hæc, omnes auſcultemus, non ſolum antiſtites, ſed & qui in clero cõnumerantur, & omnes qui terram habitant. Opor-

*Proceſſus contra Simoniacũ mortuũ.*

** νενεχύρω.*

*Simoniaci turpitudinẽ ſuã cõfeſſi, cam tamen nituntur excuſare.*

*Simoniaci mortui cõdemnatio.*

*Iudæorũ ſimonia.*

*Ægyptiorum ſimonia.*

tet enim nos iis quæ audita fuerint mentem diligentius adhibere, ne forte diffluamus: quoniam non corruptibilibus auro vel argento empti ſumus ex vana & inani à patribus tradita conuerſatione, ſed precioſo ſanguine tanquã agni puri & immaculati Chriſti. Sic nos quoque doce vir ſanctiſſime, & ſcripturæ, & Euangeliorum, & Apoſtolorum, & canonum, & patrum præcepta ſequi. Verbis enim oris veſtri paremus. In altum montem conſcende: exalta in fortitudine vocem tuam: ambula in dilatationibus: prædica cum libertate, & tollatur & ad interitum deducatur quę pecuniis facta eſt per manuum impoſitionem ordinatio, & quicquid eam propter auaritiam, iniuſtitiam & mercaturam, turpis lucri gratia conſequitur. Ea enim, cum iis quæ in eodem ſunt ordine, ex peculiari populo qui à nomine Chriſti eſt appellatus, & redemptionem gratis eſt aſſecutus, ſublata omnia vitij inquinamenta, quæ conſequuntur, funditus exciſa ſunt: & ſacerdotes vt palma florebunt, Chriſti bonum odorem iis qui ſeruantur inſpirantes, & Eccleſiæ epinicion canentes. Abſtulit Deus à te iniquitates tuas, præterea autem & eos qui decerpunt dulcedine afficientes, & ipſos * in pingui ſenecta implentes, beatæ illius & immaculatæ vitæ hæredes oſtendentes.

*ἐν γηρεὶ πίονι.

BALS. *Hæc Epiſtola ex ſcripturæ & canonicis demonſtrationibus compoſita eſt, tractans eos grauius peccare quàm Spiritus ſancti hoſtes, quicunque pecuniis ordinationem faciunt, & ſancti Spiritus gratiam vendunt. Illi enim ſeruum Dei Sanctum Spiritum eſſe dicunt: hi verò ſeruum ſuum faciunt propter venditionem. Ea enim vendit quis quæ ſua ſunt. Eos autem Iudæ quoque proditori comparat, vt qui ſanctum Spiritum vendere audeant, Chriſto & Deo noſtro conſubſtantialem. Debes autem ſcire quòd illud, Sacerdotes loquimini ad cor Hieruſalem, eſt ex Prophetia Eſaiæ, & illud, Speculator, ſi viderit gladium, & cætera, ex Ezechiele & illud, Mundi ſumus à ſanguine eorum qui tranſgrediũtur Canonicas conſtitutiones, ex Actibus Apoſtolorum, ſeu ex magni Pauli conſtitutione ad presbyteros Epheſiorum. Illud, Tanquam Simonem Magum condemnari eos qui pecuniis ordinantur, ex xxix. canone Apoſtolico. Illud, Nunc dicit Dominus, ſed eos qui me glorificant glorificabo, ex principio primi Regum. Illud, Quod non acceperunt nec habent, ex prima ad Corinthios Epiſtola. Illud, Oportet Epiſcopum eſſe à reprehenſione alienum, ex prima Epiſtola ad Timothæum. Illud, Audiamus hæc omnia, & auribus percipiamus, ex Epiſtola ad Hebræos. Illud, Non corruptilibus auro & argento redempti ſumus, ex Petri Catholica Epiſtola prima. Et illud, In altum montẽ conſcende, ex Eſaia & Oſee. Illud, Sacerdotes vt palma florebunt, ex ij, ad Corinthios Epiſtola, & illud, Abſtulit Dominus abs te iniquitates tuas, ex Sophonia.*

# SANCTI NICONIS EX EPISTOLA AD ENCLISTIVM DE INIVSTA EXCOMMVNICATIONE.

Cautè lege hanc epiſtolam

*Iniuſtæ pœnæ & excommunicationes non ligant apud Deũ.*

SCias autem pater quòd diuinæ ſcripturæ cum diuinis canonibus definiunt quòd iniuſtæ quę imponuntur punitiones, apud Deum non ligant, etiãſi Pótifex eas impoſuerit. Quanto magis ſi inferior ſicut dicit ſanctus Dionyſius: Qui itaque inconſiderata ſententia & intemperante animo aliquem à fidelibus ſeparauit, eum non ſolum non attingit, ſed in eius etiam caput recurrit ſicut ſanctæ quoque ſynodi pronunciant: ſed illæ pœnæ ligant quæ ſecundum diuinos canones & leges ſunt impoſitæ, non autem quæ ſecundum propriam voluntatem, Qui enim pœnam præter rationem imponit, ipſe eſt ſegregatus, & ipſe debet eam pœnam obſeruare ſicut diuini & ſacri canones decernunt. Magnus quoque Petrus ad Clementem, Tu quidem ea ligabis oportet, & ſolues quæ ſoluẽda ſunt. Dicit enim ſanctus quoque Patriarcha Nicolaus diuinitus promotus. Habent enim antiſtites poteſtatẽ puniendi, ſicut etiam ſancta Synodus definiit, vt qui ius ligandi & ſoluendi à Deo acceperint. Sinautem antiſtes præter Dei ſcopum punierit, Deus eum non ſequitur, & ecce inuenitur pœna quæ ab eo infligitur iniuſta, & propterea inualida. Et de ſacerdotio dixit Dominus Petro, Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ea etiam ligata in cælis. Vide vim verbi. Non dixit, quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata in terra, ſed in cælis, vt qui excommunicat, vel deponit, vel prohibet, rem terribilem ducat, vt qui Deum ad vnã ſecum ferendam ſententiam vocet, nempe qui ſub eius qui eſt in cælis teſtimonio hoc agat. Iam & qui prohibetur vel deponitur, horreat, vt qui extra regnum cælorũ eiiciatur. Vide (inquit) quid facis ô ſacerdos, quæ inferius ligas, ea eſſe ſuperius in rationes referenda exiſtima. Non eſt à ratione reddenda liberum vinculum, ſi iniuſte ligaueris. In iudicio Angelorum oſtenſurus es, num, ira & animi perturbatione vinculum intuleris, num vt te ipſum vlciſcens. Deus enim eum qui iniuſtè alligatus eſt, defendit, & vlciſcitur. Qui itaque Dei gregem ſincere paſcit, os Dei vocatus eſt: Dicit enim, Si quod eſt precioſum, ab eo quod eſt nullius precij ſeparaueris, eris vt os meũ.

*Recurrũt in excommunicãtis caput.* — *Ligandi et ſoluendi poteſtas.* — *Mat. 16. c* — *Mat. 18. c* — *Excõmunicatio res terribilis.* — *Excõmunicationis aliquando reddenda ratio.* — *Paſtor eſt os Dei. Hie. 15. d.*

*Eiuſdem de Peßimorum Armeniorum Peßima Religione.*

QVæ ab Armeniis pręter rationem fiunt & credũtur, hæc ſunt. Dicunt diuinam naturam eſſe patibilem, & in Aphthardocitarum hæreſim inducti, Trinitatem pati dicunt. Hoc autem etſi non audent apertè dicere, iis tamen quæ faciunt, hoc declarant. Tres enim cruces coniungentes, & vni ligno tanquã iugo affigentes, nominant hoc, ſancta Trinitas. Adiiciunt autem ſancto atque adeò ſanctiſſimo hymno illud, qui crucifixus es pro nobis, Petri fullonis rabiem ſequentes, & nobis quidem aſſerunt ſe de filio hoc adiicere, ipſi autem Deum eſſe patibilem apertè ſentiunt. Exiſtimant Spiritum quoque eſſe Patri & Filio minorem, vnde & paulo ante dictarum crucium mediam minorem ſtatuunt, in ſpiritus typum hanc eſſe reuelantes. Iidem & in duarum Chriſti naturarum vnione confuſionẽ decernunt. In pane quoque myſtico vtuntur azymis, & in ſanctum calicem aquam non immittunt, & quinto menſis Ianuarij veſpere feſtum Euangeliſmi celebrant tum aliam quoque huius feſti conſequentiam facientes, tum etiam conueniens euangelium legentes. Manè autem Chriſti natalem celebrãt, & in diuino ſacrificio ſancta Theophania: An autem eo Euangeliſmi die, venerabiliſſimum ſeruatoris noſtri

*Aphtardocitarum crux triplex.* — *Hymnus ſanctiß.* — *Petrus. Fullo.* — *Myſticus panis azimus.* — *Feſtũ Euãgeliſmi.* — *Natalis Chriſti.*



ſtri natalem fuiſſe exiſtimantes hoc feſtum celebrent, incertum: manifeſtum autem eſt quòd non ſicut nos, carnem domini in Dei matris vtero formatã eſſe exiſtimant. Quomodo enim fieri poſſet vt infans vno die perfectus completúſque naſceretur? & innumerabiles abſurditates ex eo deducuntur. Sinautem exiſtimant poſt xij. menſes anno in eundem reuerſo editum eſſe partum, non tam magis humanam natiuitatẽ quã ab equis & aſinis ſimilẽ introducũt, Hæc enim animalia poſt annũ pariũt. In feſto autẽ ſanctorũ Theophaniorũ non oratione, non Euangelio, non hymno, non aliarum ſcripturarum lectione vtuntur, ſed crucẽ tantum in aquã immergentes hoc ſibi ſufficere exiſtimant. Circunciſionem autem octo diebus poſt Theophania celebrantes falluntur, neſcientes quòd prius circunciſus, deinde baptizatus eſt. Deinde cũ magnus Gregorius, qui fuit magnæ Armeniæ Epiſcop⁹, cauiſſet Armenię Epiſcopũ à nullo eſſe alio ordinandũ quã ab illius tẽporis Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo vbi ipſe quoque ordinatus eſt, & horrendæ execrationes & anathema in eo ſit intentatũ qui aliter faciunt, hæc quidem illi transgrediuntur: à Syriæ autẽ Amerano, vniuerſalis eorũ Epiſcopus ordinatur. Sinautẽ negant magnum Gregorium hæc conſtituiſſe, oſtendant nobis eius ad filios conſtitutiones & os eis obturabitur. Sinautem adhuc dubitauerint, dicant ſi poſſint cũ in eos anathematis ſententiã protulimus, quid ab eis factũ nouimus. Quòd ſi ex hoc loco Chriſma nõ ſuſceperunt, nec qui apud eos ſunt ſacerdotes ſacerdotio digni ſunt. Quãdo enim vniuerſalis eorum Epiſcopus non ordinatur ex canonibus, quomodo qui ab eo ordinantur fide digni habebuntur? Porro autem à ſacris quoque Euangeliis abſtulerunt vocem quæ dicit, Et fact⁹ eſt ſudor eius ſicut * guttæ ſanguinis in terrã deſcendentes, hoc eſſe imbecillitatis exiſtimantes nõ diuinæ maieſtatis: ſed etiam hiſtoriam quæ nòs docet quòd mulier ad Ieſum tanquã adultera adducta eſt, cũ is autem dixiſſet, Qui nõ peccauit, lapidẽ in eam proiiciat, receſſerunt omnes, & nec à Chriſtò condemnata eſt, eiiciunt, hanc auditionem multis eſſe pernicioſam dicentes. Comedunt autem, & in ſabbatis, & in dominicis ſanctæ quadrageſimæ, ouum, & caſeum, & butyrum & imprimis eorum vniuerſalis Epiſcopus, & eſt apud eos canõ qui dicit, Si quis butyrum, caſeum, & ouum, vino & oleo non æquiualere exiſtimet, ſit anathema. Septimana quoq; τῆς τυροφάγου carne veſcũtur, ieiunantes ſeptimana quæ eſt ante ἀπόκρεω intenſis ieiuniis, præter panem & aquam nihil aliud guſtãtes. Vocant autem hanc ſeptimanam Arthiburtzia, neſciunt tamen quid ſibi velit vis huius nominis. Sed nõnulli quidem dicunt fuiſſe hoc cuiuſdam Sergij ieiunium, nonnulli verò Niniuitarum, Aliqui verò Adam quando ex paradiſo deliciarum eiectus eſt, & hinc ſine ratione ieiunare conuincuntur. Quidam autem dicunt & videtur verum eſſe quod ab eis dicitur, fuiſſe quendam apud eos Epiſcopum qui vtebatur catulo cui erat cognomen Artziburtzes. Id autem præcurſor ſeu præceſſor Latinè appellatur; Præcedebat enim, Epiſcopum in vrbem vel in vicum ingreſſurum. Quo mortuo, ſeptem dierum ieiunium ab Epiſcopo conſtitutum eſt in memoriam luctus qui fuit propter canem: Sacrum autem celebrãtes non ſolum capiti tegmen non detrahunt, ſed etiam capiti cucullam adiiciunt, licet diuus Paulus apertè exclamet detectos eſſe debere in oratione. Venerabiles autem imagines non adorant, ſed quod magis eſt, eorum vniuerſalis Epiſcopus cum reliquis, eos qui adorant anathemate percutit. Nec crucem adorant niſi clauum in eam imiſerint, & ipſam etiam baptizauerint. Poſtquam autem clauo fixa, & baptizata crux fuerit, & alterum duorum lignorum diuiſum, & relictum fuerit, rectum ſcilicet, vel tranſuerſum, id ſolum quod relictum eſt adorant. Sed & omnia ferè quæ ſunt abolita legalia adhuc peragunt. Agnum enim magno dominico ſacrificant, & limina inungunt, & eorum oſſa comburentes, ſeruant cinerem cum ſanguine in ſignum expiationis, & velum ante altare ſtatuunt, & tintinabula ipſi & altari appendunt. Quinetiam pro mortuis ouium & boum ſacriſicia peragunt, nec defunctum aliter ſeruandum exiſtimant, niſi tertiis, & nonis, & quadrageſimis eius diebus eiuſmodi ſacrificia peracta fuerint. Antequam autem eiuſmodi ſacrificia peragantur, ſal benedicentes dant beſtiis in nutrimentum, & ſuper earum etiam capita dicũt quaſdam orationes, & eas mactant. Nominant autem hæc ſacrificia, Natalitia. Si qui autem aliquid eorum negant, eum qui hoc facit anathematizant.

*Theophania.* — *Sancta Theophania.* — *Chriſti Circunciſio antè Theophania quod eſt feſtum Baptiſmi Chriſti.* — *Syriæ Ameranus.* — *Chriſma.* — *Sacerdotes fide digni.* — ** θρόμβοι.* — *Luc. 22. c.* — *Ioan. 8. a.* — *Ieiunium Quadrageſimæ Armeniorũ.* — *Arthiburtzia. Ieiunium Adami.* — *1. Co. 11. a* — *Armenij nõ adorãt imagines.* — *Crucis adoratio.* — *Velũ ante altare.* — *Armeniorũ Natalitia.*

# ATHANASII PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI EPISTOLÆ VIII. DE NECESSARIA EPISCOPORVM RESIDENTIA.

*Athanaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſcopo Cretæ volenti proficiſci ad Epiſcopatum ſuum.*

CHariſſime mi frater & comminiſter, gratia tibi & pax à Deo. Conſilium iſtud tuum, ac volũtas, quæ ad aures meas perlata eſt, fortis, viriliſque animi, ac ſurſum tantum aſpicientis, verique paſtoris, verè, ac legitimè certãtis, & nomini ac vocationi ſuæ reſpondentis viſa eſt, non autem mercenarij, & fugientis, non ſolum ſi lupum videat, ſed ſi vulpem: vnde gregi Chriſti principis paſtorum damnum creet, & animæ ſuæ infinitos præparet cruciatus. Cur enim iſte non potius vitam priuatam viuere maluit, ſi cogitabat ſuccumbere, ſequé, non oues paſcere pro quibus ſanguinem ſuum Chriſtus profudit? Quemadmodum non venit huic in mentem, eius qui maledicto eum affecit, qui opus Domini facit negligẽter? quamuis facere nomine ſimulet, in cuius alioqui animo inſidet, quod de inſipiente ſcriptum eſt, qui dixit in corde ſuo, non eſſe Deum, neque enim Deum ponunt, qui hæc in cõſpectu eius facere audent. Ex quorum numero, & ordine faxit Deus, ne ſimus, aſcribatque nos inter fideles diſpenſatores, concedatque benignè, vt præſto ſimus principi paſtorum, ad perficiendum quæ oportet, ponamusque animas pro ouib⁹ eius, qui ſimul & demõſtrauit, & edicto ſanxit, quod omnibus paſtoribus, ſi quando aliâs, hodie maximè conuenit, cùm non ſolum lupi graues, impij, inquam, & hæretici, in gregẽ

*Epiſt. 1.*

Domini irruūt, ſed ex nobis ipſis, vt Apoſtolus ait, A viri, & mulieres nō verētur Chriſtianos à Chriſto diſtrahere, & auellere. Quamobrem veris paſtoribus nō eſt tutum nō vigilare, & nō circumquaque omnia luſtrare, oueſque errantes ſolum quærere, ac non magis ſolicitos eſſe pro iis quæ non errant, perterritos horum temporum tenebris, quæ iuſto Dei permiſſu, ac iudicio nobis illatæ ſunt, quia ſcilicet non ita viuimus, vt eum decet, qui nos vocauit. Sed ô animarum noſtrarum detrimētum, ô ingentes pœnas nobis ob noſtras libidines, & perturbatas voluntates, quæ hoc malum pepererunt, inſligendas: hoc inquam malum, vt gens ſancta per omnes campos & montes vitio paſtorum abſentium diſperſa ac diſſipata erret: quare quo celerius B iſtud tuum debitum tibi inſpiratum perſolueris, ſanctumque propoſitum perfeceris, tanto cum maiore lucro perfeceris. Debent hoc facere omnes boni paſtores, quicunque hoc nomine digni ſunt, ita vt qui ceſſarit, non ſit impune ceſſaturus: etenim ſi quiſque paſtor in diœceſe, quæ ſibi obtigit, vel biduum moretur, experiri liceat permulta peccata, & damna non eſſe futura in populo. Perinde nāque eſſe videtur gregem abeſſe à paſtore, vt cæcum duce carere: ſane augentur oues, & in tuto ſunt, cum præſunt veri paſtores, non autem qui ſolum ebibant lac, & lana tegantur, omnique ſtudio, & arte ſeipſos, non oues paſcant. Quod malum Deus ab ouili noſtro auertat, multipli- C cetque in eo potius quicquid diuinum eſt, Deoque gratum, etenim ſi quod de te auditum tantum eſt à multis, de tuo ad diœceſem reditu, quod alioqui ab omni Epiſcopo fieri debet, continuo viſum eſt omnibus laudabile, nempe oues ablatas fortiter recuperare, non ablatas conſeruare viriliter, interdum etiam alienas adiūgere ad noſtras, tum errantes & amiſſas, quoad fieri poſſit, quærere ac veſtigare, & inuentas in humerum magno conatu imponere, ad Eccleſiáſque reducere in numerum eorum, qui ab errore alieni ſunt, hæc inquam, quam grata Deo, & Deo deditis fuerint? idcirco quod voluiſti, quia honeſtiſſimum erat, laudauerunt cordati, & prudentes omnes, & in D primis Imperator ipſe, qui non ſolum approbauit, ſed magnifica verba fecit, nactus hanc occaſionem Eccleſiæ vtilem, imitatus eloquentiſſimum illum virum, cum quo, quoties pro Eccleſia illi dicendum eſt ad vtilitatem multorum, nemo orationis ſuauitate, copia, & elegantia certare poteſt, & vſque adeò, vt dixi, propoſitum, conſiliumque tuum, aptum & congruens viſum Imperatori eſt, vt Synodicis literis, & edicto ſuo decreuerit, vt ex Epiſcopatu Metropoli Mononbaſienſi ſubiecto, ducenti aurei annis ſingulis tibi redderentur: quo etiam beneficio nos obligauit, vt non ſolum propter religionem Imperatorem laudemus, & pro eo omnes Eccleſiaſtici pre- E ces adhibeamus, ſed propter variam, multiplicemque beneficentiam, atque prouidentiam. Hoc exemplo factum eſt, vt Epiſcopus Sardenſis præ ſtudio, & cupiditate eundi celeriter ad requirendas oues ſuas, non excuſarit pericula, impedimenta itineris, ſenectutem, temporiſque incommoditatem, quas omnes difficultates vicit animus ipſius promptus. Quem Imperator cum laude dignum iudicaret, & ad debitum munus, atque ſalutare excitare vellet, prouidit, vt eſſet, vnde illi neceſſaria commode ſuppeterent: ſcilicet, ſuo conſilio, & auctoritate perfecit, vt decreto Synodi, & edicto regis, Metymnenſis Metropolis ei adiiceretur, vt tibi hacten⁹ adiecta fuit, idque duplici nomine, & cauſa, & vt Metropolita præſidio ſeptus eſſet ad regendum, & vt populus ipſe Metymnenſium commodius faciliuſque regeretur, ac propter vicinitatem oues ſcabioſæ curari poſſent opportunius, tum bene valentes conſeruari, & excitari ad honeſta opera. Vtrunque enim veſtrum maledicto afficit ſcriptura ſancta, ſi cum ſitis paſtores, non vſque ad ſanguinem, in iis quæ diximus efficiendis perſiſtatis, donec, vt cōfidimus, deus nobis propitius, pacem, tranquillitatem, ac ſalutem cuiuſque paſtoris gregi reſtituat, quod vt faciat, placandus, flectenduſque nobis eſt, & noſtris rectè factis obedientia, & vita Chriſtiana implorandus. Ita enim fiet, vt legem diuinam ſeruantes, quæ turpiter viuentes iuſtè amiſimus, precibus beatę Mariæ reſtituantur. B Vale in Chriſto.

*Paſtoris officium.*

*Preces pro Imperatore.*

*Præces ſiue interceſſio B. Mariæ.*

*Athanaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus Epiſcopo Sardenſium*

*Epiſtola. 2.*

NOſti, quemadmodum ſapientia diſcipulos ſuos doceat. Ne (inquit) reprehendas ſceleratos, ne te oderint, tanquam ſapientes tantum reprehendere oporteat, vt quicunque fratres amant, viciſſim amentur: opportune hinc principiū ſumpſiſſe videbor, qui ad te virum ſapientem, & in literis ſanctis eruditum, ſcribam. Scio te non ignorare, quæ à ſanctis Apoſtolis de conſtitutione rerum Eccleſiaſticarū ſancita ſunt, ex quibus vnum eſt, vt quiſque paſtor intra ſuos fi- C nes inſiſtat propter pacem, & charitatem, quarum eſt Ieſus arctiſſimum vinculum, quod ſolui non poteſt. Scis præterea, vt quales nos eſſem⁹, appareret, quibus notis verum paſtorem deſignantibus magnus ille Pontifex Chriſtus munus paſtoris diffinierit, nempe mutua in illum charitate. Deinde non ignoras ornatum probi paſtoris, qui ſit animas gregis ſui euidenter cogniturus, de quo ſcriptum eſt: Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, & quod Gregorius cognomento Theologus ediſſerit, Non vnumquemuis diſcipulum ad euangelium mitti, neque qui mittitur, quomodocunque mitti, ſed qui veritatis, virtutiſque ſtudio tantū intentus ſit, vacuus, & expeditus om- D ni cura, omnique impedimento liber, ſine ære, ſine virga, vna tunica, nudis etiam pedibus, tanquam non poſſint aliter ſpecioſi eſſe pedes Euangelizantium pacem, & cætera bona. Intellexiſti etiam quis ſit mercenarius, & qualis, de quo pudet me tum dicere, tum tacere, cum ſatis ipſe ſtatus temporum, & rerum cum oſtendat, atque coarguat: de quo ſi attentè audiam Prophetas, cum in mei ſimiles paſtores his verbis inuehuntur. paſtores paſcunt ſeipſos, non oues. Et illud, O paſtores, qui perditis oues paſcuæ. Item pretio reſpondent ſacerdotes, ſacerdotes legem Domini occultarunt, & legem meam violarunt & ſancta mea profanarūt. Item illud, lanis ouium indui, & mactare quod E pingue eſt, lac bibere: hæc inquam attentè audiens, quid faciam, ne metuam eos: qui me redarguunt, & clarè ob oculos mihi ponunt, qualis ſim? quæ ſi fabulas putat, qui in ignem illum extremum non intuetur, mihi certe non fabulæ, ſed ita horribilia omnia eſſe videntur, vt horrore exedant, cōſumātque medullas. neque tamen curamus, facere pro viribus, ne propter aliquod ex his vitium ac ſcelus, conſtricti vinculis arctiſſimis, pœnis ſempiternis afficiamur, ſed potius damus operam vanis contentionibus, iudiciiſque ad libidinem noſtram corruptis, aut ab eo, quod fieri oportuit, abducimur. Quæ enim facere ſolent, qui ſtatum Eccleſiæ perturbare moliuntur, hæc iſti quæſtus gratia faciunt, ſcilicet cum à principio conſtitu-

tum



tum eſſet, vt bis quoque anno Synodus haberetur, poſtea vero commodius videretur haberi ſemel, ne oues propter crebram abſentiam paſtorum, facile à lupis inuadi poſſent. Noſtra nūc ętas, neſcio an aliquid prudentioris conſilij prouidens, an corruptius iudicans, hoc quoque ſuſtulit: vnde grauia, & noua mala ſuſcitauit, & curam paſtoralem in pecunias pauperum corradendas contulit, grege lupis relicto: magna vero diligentia & vigilantia locum Epiſcopi ornarunt, vt deſertis ſuis gregibus apud Reginam Conſtantinopolem accubarent, denique maluerunt breui voluptate contenti carni indulgere, quam cum populo Dei laborare comtemptis legibus diuinis quæ prohibent, ne pauliſper quidem impune à grege abeſſe, ac niſi vt Apoſtolus ait, inimicus viderer verum eloquēs, B poſſem aliquid vere dicere. Quid quæſo, iuuat iſtos Epiſcopos & paſtores in vrbe morari, niſi (omittam alia) vt Patriarchas, alios moueant, alios eligant, ne ſi idem diu ſit patriarcha, res omnes Eccleſiaſticæ cōpoſitæ ſint: quod præclarum facinus ex eo tempore facere iſti conſueuerunt, ex quo Conſtantinopole potiti ſumus. Quod quidem cum reliquis malis, non eſt ambiguum, & incertum, quin iram Dei nobis augeat, quandoquidem toleraſſe Deum mundi peccatum didicimus, eremi vero peccatū nequaquam ſimiliter veriſſimum eſt, neque paſtores, qui gregem negligūt impunitos, multoſque diſceſſuros, tametſi forC taſſe non ita videatur iis qui ſponte velamen obtendunt, ne limatam Euangelij veritatem aſpiciant, ſicuti cum Moiſes legitur populo Iſraël, quos quidem exiſtimabam ſublato iam velamine, reuelata facie videre: ſed ô calamitatem, & miſeriam, vt tempore ipſo facile mala ſubeunt, quale eſt hoc monſtri, quod nunc ortum eſt, vt reperiantur Epiſcopi, qui tantum dent conſilium, ſuamque dicant ſententiam, non autem qui decreta, ſentētiamque maiorum tum priuatè, tum publicè confirment, & ſanciant, ita vt iam in cauſis pauperum nobiſcum quidem ſentiant, qui pariter iudicant, non tamen in cauſis diuitum, atque nobilium: quamobrem non conuenit mihi cum his conſeſſoribus iudicibus iudicare. Si pax munere Dei conſecuta D fuerit, & concilium frequens cogi contigerit, corrigentur hæc omnia: quod ſi ſecus euenerit (quādoquidem neſcimus quid proximus dies ſit allaturus) iudex ille, qui falli non poteſt, Eccleſiæ ſuæ conſulet. Hoc te ſcire volui, ne moleſtum eſſet venire. Vale.

*Synodi prouinciales.*

*Athanaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus Epiſcopo Apameæ.*

*Epiſt. 3.*

GRatia & pax tibi à Deo omnipotente. Exiſtimo te nō ignorare quid Baſilius ille magnus ad Gregorium ſcripſerit de eo, vt excluderet mulierculam quam domi habebat, & quemadmodum iuſſerit, vt niſi ſtatim excluderet, ceſſaret ab officio ſacerdotali E redditurus Deo rationem ceſſationis, futuruſque cuncto populo anathema, ſi non ceſſaret, ſed potius abſque reuerentia Deo offerret: quibus verbis demonſtrauit, quantum damni, & iacturæ faceret, qui dignitatem adeptus non exerceret miniſterium rectè, & aſſiduè. Sunt itaque facta ſanctorum patrum exempla nobis, vt quæ nobis facienda ſunt, cum iis comparemus, quæ gratia Spiritus ſancti per eos aſpirauit, in quæ aſpiciendum eſt, vt in ſolem aſpicere ſolent, qui lumen deſiderant. Quamobrem tibi hoc exemplar inſculpimus, vt quandoquidem Eccleſiam tibi commendari voluiſti, gregem Chriſti ad paſcua viridia, & ſalubria omni ſtudio agas & ducas, defendáſque eum A à beſtiis, nō quibuſcunque, ſed Arabicis, tū corporalibus, quę cernūtur, tum ſpiritualibus, quæ nō cernūtur, Et (vt debet verus Epiſcopus) reſideas ſanctè ad ſanctā arā, de qua tibi participandū eſt, ſicuti Dominus pronunciauit dignum eſſe operarium mercede ſua: quāobrem non eſt exiſtimandum, licere tibi diu quauis de cauſa abeſſe, quin potius faciendum tibi eſt, vt celeriter ire poſſis ad eam Eccleſiam, quæ tibi addita eſt, & commendata, vt ei præſis: hoc autem facies, ſi prius reſtitui feceris, quæcunque ſiue te conſcio, ſiue non conſcio, ſurrepta eſſe conſtiterit, vt benignè Deus ſua cuique noſtrum tribuere velit, quod erit ſuo tempore iucundiſſimū, quæ quidem ſublata ſunt ab iis, qui hāc labem Epiſcopis aſpergere volūt, vt dum ipſi aliis in- B ſidiantur, & iniurias ingerūt, culpa in eos qui mali paſtores ſunt, transferatur, alioqui quemadmodum ire licebit in aſpectum eorum, quorum damna & iniurias inhumanè contempſeris? à quo tamen omni ſe iniuria liberandos eſſe ſperabant, aut quemadmodum cogemus eos, vt magiſtratum ferant, niſi quod Zachæus faciebat, hoc idem nos fecerimus? ille enim ſi quid aliquē defraudabat, reddebat quadruplum, & Dominus pios omnes iubet ab auaritia abſtinere, quod quidem qui nō fecerit, & docuerit, quēadmodū nō erit anathema populo? Eſt enim peius nō facere hoc, quàm quod Gregorius ille, quem dixi, fecit. Quanto facilius, & leuius id mali potes corrigere, alioqui vtrumque, imo C quicunque non emendantur, à Chriſto principe Paſtorum punietur. Ergo poſtquam hoc perfeceris, veni ad nos, vt literis acceptis à nobis abſoluaris, & confirmatus eas bona conſciētia ad munus paſtorale adminiſtrandum. Quamdiu enim non vereberis, hæc quæ facis, facere, nos quidem, te à diœceſe tua abſente rei non erimus tuæ vacationis, eorumque malorum, quæ ex abſentia, & vacatione naſci neceſſe eſt: neque eorū bonorum interceptores, quæ ſi adeſſes, opere, & ſermone facere poteras, & debebas. Concedat tibi, cunctiſque fidelibus Deus quod commodum eſt.

*Miniſterij Sacerdotalis aſſiduitas.*

*Epiſcopi reſidētia.*

*Athanaſius Patriarcha, Epiſcopo Apameæ.*

*Epiſt. 4.*

D TErtiò iam ad te ſcribo mi frater, & comminiſter, quandoquidem binis meis literis ſuperioribus, quas ad te miſi, non ſtetit verbum velut in ore duorum teſtium, ſicut ait ſcriptura ſancta. Hortamur ergo te, quia hoc ius poſtulat, vt quæ ſurrepta ſunt, iis, quibus ſurrepta eſſe conſtat, reſtituantur, vt cum reſtituta fuerint, ipſe Eccleſiam tibi commendatam adire poſſis, eumque honorare, à quo cuncta ſunt ita iuſtis & mirificis modis diſpoſita, atque diſtributa, vt vel Grues ſuo tēpore canāt, neque ſint omni tempore, neque omni loco Graculi. Ego vero eum, cui grex Chriſti commiſſus eſt, ſi dignitatem muneris norit, E iniquum eſſe arbitror, non vſque ad ſanguinem aſſiduè ei ſtudere, & incumbere niſi fortè ignoratis, Deū eſſe, qui dixerit: Petre amas me? paſce oues meas, ſed hei mihi, non iam paſtores oues paſcunt, ſed ouibus tanquam pane paſcuntur: iam horribilia illa mala malorum paſtorū, que propheta Ezechiel deſcribit, ſumma licentia irrepſerunt. Quæ ſi talia, tamque grauia vobis videntur, age optime vir, contentus eſto tua diœceſe, permane in ea: fac ſis cum ouibus tuis, vſque ad ſanguinem illis affixus, quas quidem nunc in myrtetis, inter ficus, & roſas, aque in montibus diuina prouidentia cuſtodit. Neque enim quod certiſſimum eſt, virga, & baculo tuo paſtorali fit, vt in paſcuis virē-

*Epiſco. 6. Menſibus abſẽtes, Sacerdotium amittunt.*

tibus pacis,& bonorum cœleſtis Hieruſalem eæ ſint. Scis enim, qui amplius ſex menſibus à diœceſe abfuerint,niſi eos grauis morbus teneat, canonibus, & legibus firmatum eſſe, vt ſacerdotiũ, & gregem amitterent. Verum nouum conſilium, & ſceleratum hic à noſtræ ætatis hominib⁹ excogitatum eſt,ſcilicet, mittis aliquem, qui ſciat mulgere gregem, ipſi vero in vrbe Conſtantinopole expectatis propter pręfecturas ciuiles, ſubſcriptiones,intẽpeſtiuas ordinationes, adde etiam bullas & decreta,& tanquam impunè ſit vobis futurum, ita procul à diœceſe vobis cõmiſſa receditis,& alia huiuſmodi,vt cui quælibet, committitis. Oportebat potius, cunctis Epiſcopis vndique in vnũ congregatis, ſuam cuique diœceſem funiculo diſtributionis circumſcribi, atque ita patriarchæ partem ſuam à vobis aſſignari, aut vos à Patriarcha priuari. Et quid prodeſt, laboraſſe vos in deligendo ac conſtituendo Patriarcha, ac poſtea inſultare, & efferri in eum?& vita ipſa,atque factis irridere: nulla,ne ad breue quidem tempus, canonum, & legum ratione habita, quem ſi veſtris fortaſſe libidinibus reſiſtere videatis,continuò crimina fingitis,&eum cum infamia, atque dedecore eiicere contenditis. Ad quid vero neceſſe eſt, ad ſuam quemque diœceſem ire, propriam dico,aut ſibi commendatam, niſi vt lupos inde arceatis?Quod ſi fortaſſe huc vos incitat: & trahit tum ſtudium,atque deſiderium conſulendi multorum ſaluti, idque vobis propoſitum eſt, tum ſcientia tam multa, vt hinc poſſitis,etiam quæ extra fines veſtrarum diœceſeon poſita ſunt,gubernare. Ad extinguendam ſitim hanc, huiuſque ſtudij ardorem, veniat in mentem illius,cui plurima ſanctarum literarũ ſcientia Theologi cognomentum dedit,illiuſque paruæ Sozimorum diœceſeos, ita vt vel propter reuerentiam illius excellentis viri,vel propter æqualitatem honoris,quo contenti eſſe debetis, quiſque veſtrûm intra ſuos ſe fines cõtineat.

*Gregori⁹ Theologus parua diœceſi contẽtus.*

Quamobrem exiſtima frater,deberi à te hoc vſque ad ſanguinem, vt cum ouibus tuis ſis & viuas: hoc idem cæteris Epiſcopis ſtudiũ eſtò, ipſis quidẽ & eorum gregibus ſalutare. Neque enim hoc præſertim tempore ſupplicia effugiet paſtor, qui cum grege non laborat,in quem profecto cõueniat,quod dominus ait. Videt lupum venientem, & relinquit oues, & fugit, & lupus rapit eas: quæ qui non audit,ſententiæ huius authorem contemnit: etenim niſi hoc fiat, quorſum iſte veſter conuentus?quid commodi affert? aut ſi quid boni hic agitis,dicite. Ego enim,niſi ſacerdotio labem aſpergeret oratio,multa demonſtrarem indecora, & ab Eccleſiæ conſtitutione aliena, quæ ex iſto veſtro in hanc vrbem conuentu proficiſcuntur.

*Ioan. 10.*

*Athanaſius Patriarcha Conſtan. Epiſcopis ad diœceſes ſuas proficiſcentibus. Epiſt. 5.*

SI quid eſt aliud neceſſarium,idque omnibus,maximè eſt fratres,& Compaſtores mei,neceſſariũ præſertim magiſtris Eccleſiæ ſacram ſcripturam reuereri, metuere, & diligenti perſcrutatione examinare, atque ad perficienda, quæ in ea mandata ſunt, promptos expeditoſque eſſe cunctos Chriſtianos, niſi prorſus inſaniant. Dominus enim eſt, qui hortatur perſcrutari ſcripturas, & ex eis tum præterita, tum pleraque in poſterum futura diſcere, & docere, vnde ſalutis ſuæ cupidis ſemper ſtudium fuit Moſem, & Prophetas audire. Verbum enim indicat nos,vt is, qui mentiri non poteſt, docuit: quare omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, ſalutaris, & vtilis eſt ad examinandum, quod conueniens eſt, & honeſtum, & ad erudiendum atque corrigendum: vtilis inquam, non ſolum iis, qui turpiter viuunt, ſed magis iis, qui ſobriè,& continenter, iis vero, qui paſtorali dignitate, & gradu qualicunque præditi, & ornati ſunt, & ipſa vita æterna, & lucerna pedibus eorum, viaque certiſſima ad faciendas Dei iuſtitias.

*Diuini Verbi Vtilitas.*

Ex ea enim didicimus,per quem, & à quo facti,& ad quem tendamus, quibus quidem iniunctum eſt munus docendi, & non vtcunque, ſed ita paſcendi, vt eum, qui paſcere dedit,viciſſim amemus,ſcientes,quis eſt qui venit, & iterum venturus eſt ad iudicãdum viuos & mortuos: & ſcientes quod paſtores,qui Dei præcepta,vel propter reuerentiam vel metum, vel propter charitatem animo ſeruarint, ad dextram poſiti incredibili ſplendore fulgebunt: qui vero non ſeruarint, ad ſiniſtram erunt ad omne genus cruciatuum damnati: & quod eſt omnium intolerabiliſſimum atque acerbiſſimum, procul à conſpectu Dei eiecti,& perpetuo cõſcientiæ morſu exagitati: rurſus verò qui munere paſtorali rectè defuncti fuerint,coram Angelis & hominib⁹ laudabũtur,vtpote probi,fideles,& prudẽtes, atque grati,quique ſal & lumen fuerint hominibus, nihil quod vtile atque commodum eſſe prætermittentes,qui non verbis ſolum, ſed factis & virtutes tradiderunt, & vitia expulerunt, cunctis præcipientes vt declinarent à malo & facerent bonũ. Ad quod quidem bonus deus, legem non ſcriptam naturæ inſculpſit gratis: deinde ſeruos mittere non deſtitit,qui nuntiarẽt Dei volũtatem non ſolum inuitatis ad cœnam & nuptias, ſed iis etiam qui erant in viis, & ſæpibus cum ornatu nuptiali: cæteros enim non ſic ornatos vincula & tenebras manere. Rogo quicũque paſtores appellamur, demus operam, in eorum numero reperiamur, quos Deus occulto ſuo iudicio,quod ipſi ſoli notum eſt,ad vocandũ inuitatos miſerit,obſecro &obteſtor ne obliuiſcamur,néue iuſſa,mandataque ei⁹ qui miſit,abiiciamus ac negligamus, ſicut ij qui corda habent crapula & ſolicitudinibus mundi grauata,& depreſſa: qui quidem vigilare & orare iuſſi ſumus, tanquam non aliter futura tormenta vitare poſſimus, neque aliter coram Deo ſiſti innocentes,oſtenſuri vtrum minis datis ad menſam negotiati fuerimus, an potius in fundo, atque ſudario occultauerimus, vt quidam præ nequitia & ignorantia feciſſe accuſati ſunt.

*Exhortatio ad Paſtores.*

Horribiles profecto ſunt minæ nobis paſtoribus propoſitæ, niſi vigilauerimus: quibus mandatum, commiſſumque eſt, tradere conſeruis, tum verbo, tum factis, vera dogmata, & vitæ perfectæ normam,tum repoſcere rationem progreſſus ſpiritualis, vigilanter tuba canere, ne romphea animam alicuius corripiat alioqui ex manibus noſtris repetendã, denique inceſſanter explanare quæ ſit Dei voluntas: & cum olim ad hoc opus multi miſſi fuerint,noſtrũ eſt timere, ne in labores eorũ ingreſſi,pœnas demus, ſi minus laboremus, quod vtinam ne nobis eueniat, quibus donata ſunt non ſolùm quę typis & ſymbolis deſignata ſunt,quęque prophetæ atque iuſti expetierunt, ſed etiam gratiæ diſpenſatores facti ſumus. Quare niſi aperto capite munera Dei,quæ neque oratione conſequi,neque mente comprehendere licet, perpetuò prædicauerimus, quicunque huiuſmodi dignitate paſtorali prediti ſumus, haud dubiè in manus Dei incidemus, niſi inquam,prædicauerimus, quemadmodum ex nihilò cuncta Deus effecerit, quam admirabilia exiſtant ex omni parte vniuerſitatis rerum in hominem beneficia, quæ nobis promiſſa ſi mãdata Dei perfecerim⁹: quę rurſus minæ ſuppli-

*Epiſcoporum non prædicantiũ pœna.*



ſuppliciorum propoſitæ, ſi non perfecerimus, & niſi prædicauerimus, quod qui male vixerunt irato Deo ab hac vita recedẽt,debemus pœnas daturi ſempiternas. Præterea repetere voces Prophetarum, quas illi ad reuocandum à vitiis hominum genus adhibuerunt,item commemorare aduentum Domini, & bona inde profecta, tum mortem probroſam, ſepulturã & reditum ad vitam, aſcenſum ad cœlos, miſſionem Spirituſſancti,tributumque hominibus Spiritum ſanctum, Apoſtolos miſſos in vniuerſum mũdum vt baptizarent,ac docerent quæcunque ipſe ſeruare præceperat,quibus ſe Chriſtus promiſit ſemper adfuturum, ad hæc, inſtare diem illius magnæ iræ, & calamitatis propter multitudinem ſcelerum, quando draco ille ex improuiſo ad corrumpendos omnes aderit. Item Eliæ & Enoch reditum ad incumbendum ſaluti hominum aduerſum diabolum,quem Dominus præſentia aduentus ſui deſtruet. Præterea dicemus de rapiẽdis obuiam Chriſto,quando cœli magno impetu trãſibunt: terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera exurentur,quæ quidẽ cum expectentur,quales quęſo,ac quã ſanctos nos eſſe oportet?Debemus etiam commemorare iudicium extremum,ſubſellia appoſita,præſidentem iudicio antiquum dierum, libros apertos, fluuiũ ignis,deinde eos,qui ad dexteram erunt,commendatos bonis operibus proceſſuros in reſurrectionem vitæ,eos verò,qui ad ſiniſtrã,proceſſuros in reſurrectionem iudicij.

*Iudicij extremi metus.*

*Matt. 25.*

Hæc ſunt,quæ à nobis ſunt ſemper populis inculcanda, & honeſtæ vitæ exemplo commendãda,atque conſulenda, quæ quidem cum Deo nos copulant. Hoc eſt illud Euangelij, bonos, fideleſque diſpenſatores dare conſeruis ſuis in tempore menſuram tritici, confirmare inquam fratres, vt contemptis bonis terrenis,ſoli virtuti,& Deo adhæreant: In his vigilare,& hæc meditari debemus fratres, ſi magno miniſterio, cui præſidemus, ſatisfacere velimus, ac non potius illos imitari proſcriptos, profligatoſque diſpẽſatores,qui dum,vt illis videtur,moram Dominus facit,edunt,& potant,quos,cum venerit idem,vt minatus eſt,diuidet. Quæ omnia non ſolum nos inclamare debemus,ſed etiam fidelibus hominibus cõmendare, qui poſſint & alios docere: ita vt nihil ſit faciendum, quod à ſancta ſcriptura alienum ſit. Debemus præterea eos qui peccauerint, pœnis & locis ad eas ſoluendas deſcriptis ſecundum canones patrum afficere, diſtinguentes ſanctum à profano: impiè enim agunt quidam, qui multos eorum violant, neque meminerunt quod ſcriptum eſt. Impij tranſierunt fines. Et illud, Maledictus qui terminos à patribus poſitos trãſgreditur,& quod eſt in Euangelio, Qui ſoluerit vnum ex mandatis, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, magnus.

*Peccatores canonice plectendi ab Epiſcopis.*

Omni itaque ſtudio laborandum eſt, vt concupiſcentias carnis, quæ militant aduerſus animum, ſuperent omnes fideles,admonendique ſubinde, quemadmodum clamet Paulus vas electionis, neminem eorum, qui peccatis operam dant,poſſeſſurum regnum cœlorum,qui cum nos hortetur,vt eum imitemur, ſicuti ipſe Chriſtum,beatos paſtores, qui eum ſecuti imitatique fuerint, tametſi enim non ſint imitabiles illius excellentiſſimæ virtutes (qua ſumus ignauia, & inertia) illud inquam viuere ex manibus, & Euangelium ſine ſumptu ponere, nobis tamen ſatis eſt, ſi præbeamus nos operarios cibo dignos, ac non potius bona pauperum hianti ore deuoremus. Hortandi præterea, vt arrectis,quod aiunt,auribus, & vigilantes clamorem illum mediæ noctis improuiſum, & ſubitum expectent, ne nihil cogitantes & in ſcelere occupati, aut voluptati, vel ſomno indulgentes, aduentum illum illuſtriſſimum pulcherrimi ſponſi non ſentiant, vt enim admoneremur vigilandum eſſe, horam noctis appellat Dominus illuminatiſſimum illud tempus. Vtinam nunquam nati eſſent quibus claudendum eſt & fruſtra ſtandum atque pulſandum, quibus tolerabilius,leuiuſque fuiſſet, igne conſumptos eſſe, quam audire illud: Non noui vos. Quamobrem Paulus. Ne erretis,inquit,enumerans,ſcilicet, quæ à regno Chriſti arcent & excludunt,quæ omnia niſi vobis diſcipulis eius nos commemorauerimus atque denuntiauerimus,væ nobis.

*Matt. 7.*

*1. Cor. 6.*

Caueamus ergo ne debito,quod commune eſt omnium,paſtorum populos fraudemus, debito, inquam, fungendi pro Chriſto legatione, Deo per nos hortãte,ne quis ſemel baptizatus committat, vt ad nuptias intrare prohibeatur, eos verò, qui alios decipiunt, tanquam falſos Apoſtolos & impoſtores, adhibitis ſanctis ſcripturis redarguamus, ac prodamus,commemorato exemplo decẽ virginum, ſagenæ miſſę in mare,illius induti ſordidè aliiſque huiuſmodi.

*Paſtorum debitum.*

*2. Cor. 5.*

Hæc nocte dieque debent ſinguli paſtores gregibus ſuis inculcare,quæ tam neceſſaria ſunt,quàm eſt reſpirare animanti: neceſſarium,inquam,omnia iudicia, & teſtimonia Dei denũtiare,ita vt ab hoc officio neque eos ſuperbia, & elatio retrahat,neque altitudo diei,id eſt,proſperitas,& opulẽtia,quin potius ſi tempus poſtulet pro legibus,& ſtatutis diuinis ſanguinem fundere,quoniam non poſſit aliter paſtor Chriſtum amare, qui magiſtrum finibus charitatis circumſcripſit, cùm dixit Apoſtol⁹, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?

*Summa prædicationis Euãgelicæ.*

*Paſtores concionari omnino, neceſſe eſt.*

*Rom. 8.*

Deinde cauendum nobis eſt,ne vlli cito manus imponamus, non ante iuſtam ætatem, non ſine titulo, non extra fines diœceſis: teſtimonium dicant non quiuis, ſed graues homines, qui educationem eius, & mores norint,an ne ſit iracundus, an ſuperbus, an ebrius, an auarus,an pugnax,an dicax,an percuſſor, an petulans, an illiteratus.

*De ordinationibus faciendis.*

Poſt ordinationem verò curandum eſt, vt ſacra reuerenter ac religioſè tractare, & adminiſtrare diſcat, myſteria præſertim Euchariſtiæ ac Baptiſmi,ne quę ſanctiſſima ſunt,ab aliquo deliro, indecorè,& temerè adminiſtrare doceantur. Adhæc, prouidendum,ne cuiuis pateat aſcenſus in ſuggeſtum, neque docere liceat in Eccleſia, niſi ei qui caſtitate etiam & temperantia atque pietate præditus ſit.

*Lector qualis eſſe debeat.*

Item vt nihil eorum,quæ ad edendum idonea ſunt,offerantur in Eccleſia præter oleum, ceram, & thus. Nemini ſine probatione, aut pro munere Euchariſtia detur, niſi permiſſu & conceſſu patris ſpiritualis, ne liceat impunè non vacare in feſto Reſurrectionis, neque ingredi in fines alterius: in coniugiis caueatur pueritia, propinquitas ſanguinis, adoptio & ſuſceptio in baptiſmate. Videndum eſt etiam, vt coniugium non ſolũ, licitum ſit conceſſum,ſed decorum quoque ne,inquã, puella ſeni nubat, néue ante benedictionem vnà cubent,ieiunia quatuor temporum ne ſoluantur, neque ieiunia quartæ & ſextæ feriæ.

*Feriæ Reſurrectionis Dominicæ.*

*Coniugiorũ leges.*

*Ieiunia 4 temporũ.*

Eleemoſyna,temperantia,iuſtitia & veritas ab omnibus fidelibus colantur. Soluere Eccleſiis decimas & primitias, celebrare memorias ſanctorum,meminiſſe propinquorum in precibus,abſtinere à fornicatione,ſanguine, & ſuffocato,à præſtigiis, incantationibus, obſeruationibus ſuperſtitioſis,ab omni ſpecie diuinationum: non comprehendere cum hæretico,niſi ſit ſpõſor: qui canones ſeruare nõ didicit,eũ neque baptizari neque Monachum fieri

*Monachus fugitiuus non recipiendus.* liceat. Monachum qui à monaſterio aufugerit, qui receperit aut ordinarit, puniatur. Denique repetenda ſunt & commemoranda frequenter à magiſtris Eccleſiæ quæ fideles facere debẽt, & quæ tãquam peſtes abhominari. Commemorãdus etiam ignis ille in conſummatione ſeculi expectandus. Tum execrabilis illa mundi lues, nefarij inquam Antichriſti aduentus, ne ſi eximprouiſò nihil præmeditatis adfuerit iniquus ille atque ſuperbus qui extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, multi in errorem inducantur cum eodem in flammam ignis coniiciendi. Hoc precor, paſtorum *Paſtorum cura.* opus ſit, hæc cura & ſtudium, vt quæ patribus viſa ſunt, quæque illi accuratè tenuerunt, illa ad temperandos regendoſque fideles adhibeamus: & qui ea non ſeruarint, quæ ſeruare non ſoluere iuſſi ſumus, hos maledictis grauiſſimis anathematum afficiamus. Ante omnia vero baptizatos omnes hortari debemus, vt vſque ad ſanguinem integerrimè ſeruent, *Fides ſinè operibus mortua.* quæcunque Chriſtus præcepit, affirmantes abſque operibus mortuam eſſe fidem, & quod non omnis qui dicit Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum. *Mat. 7.* Et illud: Qui non amat me, ſermones meos non ſeruat. *Ioan. 14.* Hæc & alia huiuſmodi ex ſanctis ſcripturis niſi iis qui ea ignorãt, expoſuerimus, quemadmodum erimus fideles diſpenſatores? Ne quæſo oſcitanter atque negligenter, ſed cum timore potius atque tremore, ſine vlla cunctatione Euangelia ſancta ediſſeramus, docentes cœlum & terram tranſitura, verba autem eius nequaquam. Dicamus fruſtra fortaſſe dictum eſſe in ſcriptura, nemo erret, nemo inquam neque eorum qui antea fuerunt, neque eorum qui poſtea erunt. *Poſtorum officium.* Eſt autẽ nobis primum, qui paſtores ſumus, nauandum virtuti, docendumque omnino, quod eſt in ſanctis ſcripturis, eos, qui Chriſtum eiuſque ſermones reuerenter obſeruauerint, eos inquam ab eodem Chriſto confitendos, declarandos & coronandos, ac gloria ſempiterna eſſe honorandos qui cum corpore & ſpiritu honorarunt, nunc inquam iam fideles atque prudentes declaratos, ad nuptias, & immortales illas delitias admittẽdos, vt cum pulcherrimo illo ſponſo Eccleſiæ Domino noſtro Ieſu Chriſto ſemper ſint, cui honor, & imperium in ſecula.

*Eiuſdem Athanaſij Conſtantinopolitani Patriarchæ ad Imperatorem, vt iubeat Epiſcopus ire ad ſuas diœceſes. Epiſt. 6.*

SI vrbes in Oriente vaſtari, & funditus interire ſcis, E quod malum Deus auertat, cur non iubes, qui curam omnium à Deo ſuſcepiſti, vrbes deſeri, & ad nos venire habitatores earum? Immo potius in gratiam Epiſcoporum hoc prohibes? Sin autem per gtatiam Dei hoc tua prudentia & iudicio aſſequeris, puniri nos à Deo, non vt pereamus, ſed vt conuertamur, cur non iubes paſtoribus illarum ciuitatum, vt quiſque eorum cum grege ſuo ſit, vt tum precibus Deo adhibendis, tum admonitionibus & obiurgationibus ſuos à peccatis ſeruent, atque ita Deum placent, vt minas aliquando remittat. An ſi tu oues paſtori committeres, deinde illas quidẽ derelictas cerneres, illum vero A quieti ſuæ, ſuiſque cupiditatibus indulgere & ſeruire, *Paſtoris et Epiſcopi collatio.* dic obſecro, relinqueres ne paſtorem impunitum? Nõ patimur oues pecudes impunè negligi, & patiamur paſtores animarum impunè ſeipſos paſcere, non oues? Quid quæſo apud Deum excuſabimus? vtinam ne illud nobis exprobretur, Omnes quærũt quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti. *Phili. 2. c.* Quod enim preces & vigilias præ ignauia non curant, & nos quia his vacamus rident, plane oſtendit nihil eos malle, neque aliud eis eſſe propoſitum, quã Patriarchas mouere & munera accipere in iudicio, & cætera alia cõmittere, quæ ipſe *Epiſcoporũ nan reſidentium mala ſtudia.* B ſtatus temporum docuit. Aut igitur iube ſingulis quibuſque ad diœceſes proficiſci ſuas, aut ſinant me ad vnum è ſuis gregibus ire, & me iureiurando obſtringam, nunquam ab eo diſceſſurum, ipſi vero vrbem Conſtantinopolim ſibi inter ſe diuidant, Quid enim infelicius eſſe poteſt, quàm in cæteris ciuitatibus licere cuique paſtori, ſuos, quantum poteſt, & ius eſt, regere atque gubernare, in ſola vero hac vrbe iudicem eſſe, quicunque velit? Verum ſi mihi credis religioſiſſime imperator, fac vt hos potius triſtitia afficias, quã Deum, etenim ſi quando aliâs, nunc maximè Epiſcopos cum gregibus ſuis mori oporteret, quod ſi nolueris propter tuã C erga eos reuerentiã, cogere vt faciãt ꝙ facere debẽt, ego ſuſcepta cauſa, velint, nolint, ex vrbe pellam, reddamque audaciæ huius rationem Deo.

*Eiuſdem Athanaſij ad eundem Imperatorem de eadem re.*

SI verum eſt, quod dici ſolet, qui gregem paſtore priuat, vtrique periculum creare, profecto graue ſuppliciũ manet eum, qui paſtorem arcet ab ouili, deberque qui paſtor eſt, vſque ad ſanguinem pro grege Chriſti non relinquendo labores perferre, niſi cum opus fuerit in Synodo ſingulis annis ad agendum de rebus neceſſariis pauliſper abeſſe, *Synodus.* quibus concluſis ceD leriter redeundum illi ſit, ſi credit ſe redditurum rationem ſummo paſtori Chriſto, & ſi dignus eſt nomine paſtoris: niſi forte etiam propter neceſſitatem ad vtilitatem animarum pertinentem, ab Imperatore, aut à Patriarcha ſtatim rediturus vocetur, quod ſi aliter Epiſcopis, aut Imperatori videatur, ſiue quid ſecus fiat, minimè ipſe ſequar, neque aſſentiar vllo modo, neque enim rationem habebit Deus cauſationum noſtrarum & cupiditatum, ſed rationes repoſcet de veritate, iuſtitia, diuiniſque legibus, & ſtatutis. *Cauſationes de non reſidendo.*

*Eiuſdem ad eundem de eadem.*

MEmento ſcripturæ, quæ iubet contriſtare potius homines quam Deum, tibi vero Imperator, cur graue videatur iuſtitiam, temperantiam, miſericordiam populis tuis ſancire? & inde non modo nullum incommodum reportare, ſed potius operibus bonis conciliare Dei miſericordiam? quid iuſtius, quam ſi Epiſcopus quiſque iubeatur, velit, nolit, ad diœceſim ſuam redire? An non hoc debitum ſoluere tenentur, idque canone ſancitum eſt? nónne paſtorum præſentia poteſt, hoc præſertim tempore populum ad preces excitare? *Chriſtianorũ ſpes reliqua in præcibus.* Quę enim alia ſpes Chriſtianis relicta eſt, niſi quæ in præcibus poſita eſt? quod ſi cupiunt in hac vrbe habitare, diuidant illã inter ſe, &cæt.

# D. FVLBERTI EPISCOPI CARNOTENSIS AD ADEODATVM, DE TRIBVS MAXIME NECESSARIIS FIDEI CHRISTIANAE CAPITIBVS EPIST. I.

*Venerabili Patri & Domino ſibi ſemper amando, Adeodato, Fulbertus exiguus.*

Inter



INter heſterna & ſecreta colloquia pro ædificandis fratribus A adhuc infirmis atque nouitiis, me ad ſcribendum tua imperioſa coarctauerat authoritas. Ecce habes pauperis quidem ingenij opuſculum, ſed non ignobile fidei monumentum. In quo quæſo non eloquentiæ ornatum, ſed obedientiæ perpendas vota, nec eruditis auribus æſtimes fatua verba reuelanda, ne pro ruſtico ſtilo ſacra vileſcat materia. *Dei Prouidentia incomprehẽſibilis.* Alioquin de talibus præſtat ſiluiſſe quàm aliquid inconditum edidiſſe. Incomprehenſibilem enim diuini conſilij altitudinem, ſapientia humana puro cognitionis intuitu comprehendere nõ poteſt, B quia dum mens noſtra vltra ſe præcipitanter erigere vſque ad inacceſſibilem ſecretorum Dei viſionem appetit: infirmitatis ſuæ obſtaculo reuerberata, & intra ignorantiæ ſuæ anguſtias coarctata, nec quod vltra ſe eſt, valet comprehendere, nec quod intra ſe eſt, æſtimare. Vnde ſcriptũ eſt: *Eccle. 3.* Altiora te ne quæſieris, & profunda conſiliorum eius ne inueſtigaueris. *Pſal. 17.* Poſuit (inquit Propheta) tenebras latibulum ſuum. Has tenebras multi perſcrutari incipientes, & alia ex aliis aſſerentes, in craſſas & palpabiles errorum tenebras deuoluti ſunt. *Sapientia mundi, qualis ſit.* Porro mundi ſapientia exterius eloquentiâ nitens, intus vacua à virtutis ſapientia manet. Semper enim quærit & nunquã C inuenit, quia profunda myſteriorum Dei non humanæ diſputationi ſed fidei oculis reuelãtur, ſicut Dominus in Euãgelio ait: *Matt. 11.* Pater, gratias tibi ago quia abſcõdiſti hęc à ſapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Ergo mẽs humana cũ diuinę diſpoſitionis cauſas argumẽtis per ſe diſcutere nõ valet, ad hoc quod com- *Prouidentia reuerenter tractanda.* prehẽdere nõ valet, reuerẽter erroneæ diſputationis oculos claudat, nec inuiſibilia ex viſibilibus nec corruptibilia ex corruptibilibus metiri pręſumat, ne dũ cęca diſputatione, clauſa pulſat, & operta nõ videt, propriis definitionibus captiuata & cęcũ ſenſum ſequens, in erroris præcipitiũ cadat. *Iuſtitia Chriſtiana.* Tria ſiquidẽ nobis ſunt ad perfectũ Chriſtianæ religionis propoſita, ſed ad conſum- D matam iuſtitiam perinde neceſſaria, vt in his tota humanæ ſalutis ſumma conſiſtat, ſine his iuſtitia nomen habet virtutis, præmium non habet virtutis. *Virtutis nomen, et præmiũ. 3. neceſſariò credẽda.* Horum primum eſt, intelligere & firmiter tenere myſterium Trinitatis, & vnius veritatem deitatis. Secundum, ſalutaris Baptiſmi rationem noſſe vel cauſam. Tertium, in quo duo vitæ ſacramenta, id eſt, domini Corporis & Sanguinis cõtinentur. In his tribus per multi, nimis carnalem ſenſum, fidei arcana myſteria contemplantur, in abruptum pernicioſi erroris præcipitium deuoluti, *Erroris Magiſtri quomodo fiunt.* nec rerum veritatem nec ſacramentorum virtutem percipiunt, & ideo ab vnitate Eccleſiæ diuiſi, dum fieri nolunt diſcipuli veritatis, magiſtri fiunt erroris. E Prætermiſſa itaque luce veritatis, tenebroſas proponunt calumnias, & ſacras ſcripturas verbis ſacrilegis nituntur* impoſturare, aut furtiuis eraſionibus reſcindere, ** adulterare,* *De myſterio S. Trinitatis.* ſicut hoc quod Dominus ait, Ego & pater vnum ſumus, *Ioan. 14. d* Arrius, dictum de vnitate ſubſtantiæ intelligere noluit: Sabellius ad perſonarum proprietatem (ſumus) non retulit: & in hoc quod ait, pater maior me eſt, *Scripturæ ab hæreticis corruptæ.* Arrius non humanitati, ſed diuinitati aſcripſit, & ideò indignam vitam digna morte finiuit. Cuius auditores, quoniam ſpiritum ſanctum Deum eſſe negabant, de Euangelio eraſerunt illud quod Saluator ait, Spiritus eſt Deus. *Ioan. 4. d* Et de Epiſtola Ioannis eraſerunt, *1. Ioan. 4. d* Et omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt: ſicut Neſtorius qui dicebat beatam virginem Mariam non Dei ſed hominis tantum genitricem, vt aliam perſonam hominis, aliam faceret deitatis: neque vnum Chriſtum in verbo Dei & carne & anima credens, ſed ſeparatim alterum filium Dei, alterum filium hominis prædicans, & illum Apoſtoli locum vbi dicit, Quod apparuit in carne † viuificatum eſt in ſpiritu, *† alias iuſtificatum* quem locum Macedonius per immutationem ſcripturæ, Apoſtolicum dictum ſic voluit definire: *1 Tim. 3. d* id eſt, vt eſſet Deus, apparuit in carne: & in eo quod ait idem Apoſt. In ſimilitudinem hominũ factus & habitu inuentus vt homo, *Phil. 2. a* Marcion fantaſiam corporis & non corpus confeſſus eſt in Chriſto fuiſſe. Sed Dominus noſter Ieſus Chriſtus in vnitate B vnius eiuſdémque perſonæ, ex duabus & in duabus ſubſtantiis diuina ſcilicet & humana ſubſiſtens, & mira pertulit vt Deus, & infirma ſuſtinuit vt homo: vt cùm verum Deum ſublimia opera loquerentur, verum hominem flebilia demonſtrarent. Deus (inquit Apoſtolus) erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. *2. Cor. 5.* Deus in Chriſto filius Dei: in filio hominis, diuinitas operabatur in homine. Demus verba hominis. Pater maior me eſt. *Ioan. 14.* Demus verba Dei. Ego & Pater vnum ſumus. *Ioan. 10.* Loquatur in Chriſto noſtra infirmitas & conditio. *Matt. 8. c* Filius, inquit, hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. *Ioan. 16. c* Intonet vox diuina: Omnia quæ habet pater mea ſunt. *Mat. 14.* Quaſi homo eſurit, quaſi Deus quinque mi- C lia hominũ paſcit. *Matt. 26. d* Quaſi homo dicit, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ: Quaſi Deus confidẽter ait, Nemo tollet à me animam meam. *Ioan. 10. d* Quaſi homo in cruce pendet, quaſi dominator latronem alloquitur: hodie mecum eris in paradiſo. *Luc. 23. f* Si quis ergo mente captus, vnius Chriſtum & Deum dicit eſſe ſubſtantiæ, compugnantibus inter ſe rebus, aut ſolum hominem cœlo lapſum, aut ſolum Deum dicet crucifixum. Sed non eſt ita. Nam neque ſolus Deus mortem ſentire, neque ſolus homo mortem ſuperare potuiſſet, quam euidentiſſima ratione & ſubſtãtiarum diſtinctione homo ſuſcepit, & Deus vicit. *Arrianorum lapſus.* Sed Ariani vtramque formam diſtinguere neſcientes, quæ erant hominis, ad Deum im- D piè retulerunt. Nullam itaque tenentes inter cæleſtia & terreſtria rationem, dum dare proprietates ſuas partibus neſciunt, quantum in ipſis eſt, Dei ſubſtantiam diuiſerunt, & dum ad ſola hominis verba reſpiciunt, Deum ſine intellectus lumine perdiderunt, & cęcum ſenſum in præcipitia, ducem ſequentes, maluerunt dicere minorem Deum, quàm hominem & Deum. Nobis verò hanc ſubſtantiarum diuerſitatem ex hoc perpendere promptum eſt, quòd alia eſt illa natiuitas vel natura in qua iuxta Apoſtolum, factus eſt ex muliere, factus ſub lege: *Gal. 4. a* alia quæ erat in principio apud Deum, alia qua creatus ex virgine Maria, humiliatus in terra: alia qua ſine initio manens creauit cœlum & E terram, alia qua dicitur in merore doluiſſe, in laſſitudine dormiſſe, inedia eſuriſſe, fleuiſſe: alia qua legitur paralyticos curaſſe, *Duæ Naturæ in Chriſto.* per quam neſciens greſſum iubetur incedere, ſolutus in muliere ſanguis venarum ſiſtitur, cęcus à natiuitate illuminatur, imperio tumentes fluctus ſolidantur, mortui ſuſcitantur. Quæ cùm ita ſint, Chriſtum in duabus ſubſtantiis conſiſtentem vnum eundémque Deum verum, eundémque hominem verum eſſe fateatur neceſſe eſt, quiſquis religionis Chriſtianæ non vult inaniter, immò damnabiliter portare vocabulum, *Chriſtiani nomẽ portare damnabiliter.* ita vt vtriuſque naturæ veritate ſeruata, verum Chriſtum in virtutibus & paſſionibus nec confundat fides vera nec diuidat, quia perſonalis vnitas in

eo diuiſionem non recipit,& vtriuſque naturæ veritas inconfuſa perſiſtit. Non enim alter Deus, alter homo, A ſed vnus idémque Chriſtus Deus homo: Profectò idem Deus Chriſtus eſt, qui mortem carne ſua ſuſcepit:& idem homo Chriſtus eſt, qui mortem ſua diuinitate deſtruxit: idem quippe Dei filius qui diuinitate mori non potuit, carne mortuus eſt,quam mortalem Deus immortalis accepit: & idem Chriſtus Dei filius carne mortuus reſurrexit, quia immortalitatem ſuæ diuinitatis, carne mortuus non amiſit. Sed de hoc dictum ſatis pro modulo noſtro æſtimamus, non quibuſlibet, ſed quibus in ſcripturis verſatur ſtudioſa deuotio.

*De myſterio Baptiſ.*

Nobis planè ea ſingularis inſtat intentio,vt quoniam comperimus aliquos nimis carnaliter intuentes quædam horum in quibus noſtræ ſalutis myſterium B conſtat,tãquam inania aut ocioſa deputare, hos à tam pernicioſæ opinionis vanitate reuocatos permoueremus, in rebus ſacramentariis non tantum quæ videntur ſpectare, quantum inuiſibilem myſteriorum potentiam fideliter æſtimare. Quid enim ad fidem venientes perficere arbitramur,ſi nihil vltra quàm quod viſibilibus motibus agitur, regenerantis gratiæ præſtet effectus? Scimus & verè ſcimus,nos prima natiuitate pollutos,ſecunda natiuitate mundatos: prima natiuitate captiuos,ſecunda natiuitate liberos:prima natiuitate terrenos,ſecũda natiuitate cœleſtes:primæ natiuitatis vicio carnales, ſecundæ natiuitatis beneficio ſpirituales: per illam filios iræ, per iſtam filios gratiæ. C

*Primæ & ſecundæ natiuitatis comparatio.*

Proinde quicquid prauum quiſque concipit aduerſus ſacri Baptiſmi reuerẽtiã, ſciat refundi iniuriã in eũ qui ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu,non poteſt introire in regnum Dei. Salutaris igitur diſciplinæ gratia eſt, Baptiſmi rationem noſſe vel cauſam, ſicut Apoſtolus ait: Si enim mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul viuemus cum Chriſto. Commori enim cum Chriſto & ſepeliri,ad hoc tendit, vt cum illo reſurgere poſſimus, & cum illo viuere. Sed dicis mihi, quomodo hoc quod ad defunctos pertinet, in viuentibus poſſit impleri? Dominus noſter Ieſus Chriſtus beneficia nobis ſua pro noſtra ſalute commendans, & ſolicite ſenſibus noſtris memoriam ſuæ mortis & ſepulturæ atque etiam reſurrectionis inſculpens, D ineffabilia contulit Baptiſmi munera, per quæ ſuperueniente primæ originis fine, ei commortui & intra ſacrum gurgitem conſepulti, demerſi reſurgeremus, vita emergente criminibus. Vide quid agit artifex miſericordiæ. Tale tibi inuenit tumuli genus, quo ſciret peccata ſepelire, & peccatorem neſciret obruere, vt deſcendente homine in fontem tanquam in ſepulchrũ delictorum,reus exiret ad portum,ſola paterentur delicta naufragium. Proinde aqua & ſpiritus ſanctus ſociantur cauſis,ſed beneficiis ſeparantur. Requiritur ſanè in baptiſmatis ſacramentis, aqua propter ſepulturam, ſpiritus ſanctus propter vitam æternam. E Remoue creatoris nomen,& non habet creatura quod præſtet. Hæc ſimilitudines mortis imitatur,ille veritatem ſalutis operatur. Sed fortaſſe ad credendum propoſitis mens titubat,niſi teſtimoniorum ſequatur authoritas. Audi igitur Apoſtolum ad Romanos: An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus: & cùm dixiſſet, conſepulti, magnificè, adiecit, Si, inquit, complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.

*Ioan.3.* *Rom.6.* *Baptiſmi vtilitas.* *Naufragium delictorum.* *Rom.6.*

Sicut ergo dominus noſter Ieſus Chriſtus tribus diebus & tribus noctibus corporaliter ſub terrę ſepulchro cõditus fuiſſe deſcribitur,& homo ita ſub cognato terræ elemento trina vice demerſus operitur, ac ſic vitalis imitatione myſterij dũ demergitur,ſepelitur: dũ educitur, ſuſcitatur. Inter hæc, quid ad hæc aqua & quid ſpiritus ſanctus operetur, aduerte. Aqua velut morientem deducit in tumulum, Spiritus ſanctus velut reſurgentem perducit ad cælum. Vtrum verò homo baptizet,an Deus, ratio ipſa declaret. Nam cùm peccatore baptizante peccata donentur,dum nonnunquam criminoſo baptiſmi myſterium celebrante crimina remittuntur, hic homo qui videtur conferre quod non habet,vtique tanti muneris non author,ſed miniſter intelligitur. Vnde etiam Baptiſta ipſe ſanctiſſimus ait: Qui me miſit baptizare,ipſe mihi dixit, Super quem videris ſpiritum ſanctum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Quod nimirum ipſa baptizantis verba miniſtri patenter inſinuant, cùm baptiſmi ſacra munera nõ á ſe arroganter dari, ſed ab ipſo Deo authore profitetur ſub verbis huiuſmodi: Deus qui regenerauit ex aqua & ſpiritu, ipſe te linit Chriſmate ſalutis. Non igitur audiendi ſunt,qui dicunt,ad fidem noſtram venientes,ſpecialiter ab homine baptizari, * vel Chriſtianos primum aut Cathecumenos baptizatos quod quidem hæretici de Baptiſta Ioanne intelligi volunt. Sed quis eum Catechumenum dicere audeat,qui adhuc in vtero matris,Spiritu Sancto eſt repletus, qui gratiam antequã vitã,benedictionẽ meruit haurire antequam lucem? Qui ad baptiſmum prælectus à domino, ipſo baptiſmi officio eſt ſanctificatus: quod quidem baptiſmum ſub Trinitatis ſacramento factum legitur: dicente enim Domino, Hic eſt filius meus dilectus: Pater in voce, Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, filius adfuiſſe probatur in corpore. Poſtremò de Catechumeno baptiſta,non nos,ſed ipſum baptiſmatis calumnientur authorem. Noſtrum verò baptiſma conditor ac redemptor inſtituit dicens: Ite baptizate omnes gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. In quo ſanè myſterio Spiritus ſanctus patri & filio inſeparabili ſocietate connectitur,& propterea in Chriſto renati,merito eum vitæ authorem credunt,ſine quo omnino celebrari vitæ ſacramenta non poſſunt, Ipſe enim cœleſtium chariſmatum author, ipſe ſpiritualium munerum diſpenſator,ipſe criminum abſolutor,& peccatorum remiſſor. Quem enim vides naturæ debita laxare, authorem cognoſce naturæ. Sic enim Spiritus ſanctus ita vnius eſt cum patre potentiæ, vt in eius comparatione nihil amplius paternæ poſſit adſcribi gloriæ vel naturæ. Iam nunc ad illud dominici Corporis & Sanguinis tranſeamus venerabile Sacramentum: quod quidem tantum formidabile eſt ad loquendum,quantum non terrenum,ſed cœleſte eſt myſterium: non humanæ æſtimationi comparabile, ſed admirabile, non diſputandum,ſed metuendum. De quo ſilere potius ęſtimaueram, quam temeraria diſputatione indignè aliquid definire, quia cœleſtis altitudo myſterij, plenè non valet officio linguæ corruptibilis exponi. Eſt enim myſterium,fide non ſpecie æſtimandum: non viſu corporeo,ſed ſpiritu intuendum. Cui quidem ad vſum profuit non ſuperſtitioſa mortalium cultura, ſed cœleſtis diſciplinæ magiſtra authoritas: non doctrina humana,ſed inſtitutio diuina. Cuius potentis myſterij ſecretum (quandoquidem ratio rerum mole victa comprehendere non valet) hoc tantum fides teneat, quia

*Trina merſio in Baptiſmo eſt myſterii triduanæ Chriſti ſepulturæ.* *Homo nõ eſt author ſed miniſter Baptiſmi.* *Ioan.1.c* *Baptiſmi preces.* *Chryſma in Baptiſmate.* ** Hic videntur nõ nulla deeſſe.* *Baptiſ. D. Ioãnis. Sub ſacramento Trinitatis factus.* *Mat. vlt.* *De vener. Sacramẽ. Corpo. et San. Domini.* *Potentia Myſterij ſecretum.*



quia quicquid inter homines Deus egit aut pertulit, A cauſa ſeruãdi humani generis vel reparãdi gratia fuit,in quo beneficia ſua quæ ab initio dederat,ſic ſemper dilexit,vt noſtris malis licet offenſus, pronior ſemper ad indulgentiã foret quã vindictã. Inde eſt quod dãnationis noſtræ proſcriptionẽ quã primi parentis trãſgreſſio miſerabiliter in poſteros transfuderat,euacuare diſponẽs,carnis noſtræ morticiniũ ſuſcepit,per quã,immortalis,moriẽdo captiuitatis noſtrę cauſam ſoluiſſet. Inde eſt quod reparatam humanæ originis dignitatem ſciẽs ſemper diabolũ inuidere,& nequitiæ ſuæ arte quęrere qualiter hominẽ à ſui conditoris voluntate auerteret, & antiquæ perditioni,ſi fas eſſet,obnoxium redderet: defectum noſtræ fragilitatis miſeratus, aduerſus quo- B tidianas noſtræ prolapſionis offenſas, ſacrificij placabilis nobis prouidit expiamenta, vt quia corpus ſuum quod ſemel pro nobis offerebat in precium, paulò poſt à noſtris viſibus ſublaturus fuerat in cœlum, ne ſublati corporis fraudaremur præſenti munimine, * Corporis nihilominus & Sanguinis ſui pignus ſalutare nobis reliquit, non inanis myſterij ſymbolum,ſed compaginante ſpiritu ſancto Corpus Chriſti verum, quod quotidiana veneratione ſub viſibili creaturæ forma inuiſibiliter virtus ſecreta in ſacris ſolennibus operatur. De quo ſub hora paſſionis ſuæ ipſe familiaribus ſuis ait: Hoc eſt Corpus meum,& paulò poſt, Hic eſt Sanguis meus, noui teſtamenti; qui pro vobis fundetur. Et alibi, Qui man- C ducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet & ego in eo. Qua veri magiſtri authoritate animati, dum Corpori & Sanguini eius communicamus, audenter fatemur nos in corpus illius transfundi, & ipſum in nobis manere. In nobis ipſum manere dico, non ſolum per concordiam voluntatis,ſed etiam per naturæ vnitæ veritatem. Si enim verbum caro factum eſt,& nos verè verbum Carnem,cibo dominico ſumimus,quomodo non naturaliter Chriſtus in nobis manere exiſtimandus eſt? qui & naturam carnis noſtræ iam inſeparabilem ſibi homo natus aſſumpſit,& naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub Sacramento nobis communicandæ D carnis admiſcuit. Ita ergo in Deo ſumus, quia & in Chriſto pater eſt, & Chriſtus in nobis eſt. Cùm verò in re omni,ſint erga nos inæſtimabiles diuitiæ Dei, adeò vt maieſtate abſcondita, corruptibile pro nobis corpus induerit, contumeliis & paſſionibus ſe ſubdiderit, quo opem ferret aſſumpto homini, quid indignum Deo iudicari poteſt qui vterum virginis ſubiit, ſi virginibus creaturis infunditur? quæ licet ſimplicis naturæ paulò antè præferant imaginem, poſtmodum cœleſtis, ibi ſanctificatione inſpirata maieſtas vera diffunditur,& quæ ſubſtantia panis & vini apparebat exterius,iam Corpus Chriſti & Sanguis fit interius. Guſta itaque & vide, quàm ſuauis cibus & perguſta quid E ſapit? Sapit,ni fallor, cibum illum Angelicum habentem intra ſe myſtici ſaporis delectamẽtum, non quod ore diſcernas, ſed quod * affectu interiori deguſtes. Exere palatum fidei,dilata fauces ſpei, viſcera charitatis extende,& ſume panem vitæ, interioris hominis alimentum,non arte piſtoria fermentatum,ſed incarnatæ deitatis vitale pulmentum. Sume nihilominus vinum,non ſordido cultore calcatum, ſed de torculari crucis expreſſum. Guſta,inquam,cœleſtis ferculi ſuauitatem,ſed ne nauſees terreni germinis ſaporem. De fide etenim interioris hominis, procedit diuini guſtus ſaporis, * dum certè per ſalutaris Euchariſtiæ infuſio-

*Sacrificij placabilis expiamẽta contra peccata.* ** al. Corporis ſui & verè Sanguinis ſui nobis immortale alimentum reliquit.* *Ioan.6.* *Hilarius Lib. 8. de Trinitat.* *Chriſti et hominis vnio per Sacramẽtum.* *Virgines creaturas appellat azimum panem, et aquam naturalem.* *Tranſubſtantia.* *ſap.16.c* ** effectu.* **intelligit effectum ipſius Sacramenti, ſcilicet gratiam.*

nem influit Chriſtus in viſcera animæ ſumentis,quem A * diua mens caſtis penetralibus in ea videlicet forma ſuſcipit, qua ſub ipſa recordatione myſterij ſpiritu reuelante ſibi præſentem intuetur, infantem videlicet materno in gremio,aut cunis puerilibus iacentem,aut ara crucis immolatum,aut ſepulchro quieſcentem,aut certè calcata morte reſurgẽtem, ſiue ſupra cœlos euectum in gloria patris ſublimem. Iuxta quas ſpecies Chriſtus gratum communicantis intrans habitaculum, tot, vt ita dicam, ſuauitatis * odoribus mentem reficit,quot formis intimæ reuelationis, oculus meditantis, eum meruerit intueri. Nec vanum tibi videatur,quod iuxta animæ deſiderantis intuitum, dicimus Chriſtum formari intra præcordia communicantis, B cùm nõ neſcias patres noſtros veteris hęremi ſolitudinem peragrantes Angelicis paſtibus refectos, quibus imber fœcundus cibum vnicolorem, ſed diuerſi ſaporis,intulit, & iuxta ſingulorum appetitum infundebat ſaporis varij oblectamenta: vt quicquid auiditas concupiſceret, occulta largitoris diſpenſatio ſubinferret. Quibus præbebat guſtus, quod ignorabat aſpectus: quia aliud erat quod videbatur, & aliud ſumebatur. Deſiſte igitur mirari. Quod legis manna ſub vmbra ſignabat, hoc dominici Corporis pandit veritas patefacta. In quo deifica maieſtas miſeranter noſtræ infirmitati condeſcendit, vt quo alimenti genere corpora aluntur humana, idem in corpore ſenſualiter ſapiat, C ſed Deus in pectore proficiat ſicut ipſe ait: Qui manducat me, ipſe viuet propter me: hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, non ſicut manducauerunt patres veſtri manna in deſerto, & mortui ſunt: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum, Et panis quem ego dedero, mea caro eſt pro mundi vita. Iamiam procul remouendus eſt totius lubricæ ſcrupulus dubietatis,cum is qui author eſt muneris,teſtis eſt veritatis. Dubitari etenim nefas eſt, ad cuius nutum cuncta ſubito ex nihilo ſubſtiterunt, ſi pari potentia in ſpiritualibus ſacramentis,terrena materies, naturæ & generis ſui meritum tranſcendens, in Chriſti ſubſtantiam commutetur, cùm ipſe dicat, hoc eſt Corpus meum, & paulò D poſt hic eſt Sanguis meus. Sed hanc Dei poſſibilitatẽ æſtimatio humana non capit,niſi teipſum, quicunque es,diſcutias,qualiter de maſſa perditionis, factus es in populum adquiſitionis:& de vaſis irę,prodiiſti vas miſericordiæ,vt qui paulo ante fueras alienus à vita, peregrinus à venia,ſubito initiatus Chriſti legibus, & ſalutaribus myſteriis innouatus, in Corpus Eccleſiæ, nõ naturæ priuilegio,ſed fidei precio tranſiſti, nullo molis corporeæ additamento, teipſo maior factus es inuiſibilis quantitatis augmento. In exterioribus idem ipſe,in interioribus longè alter es. Sicque de ſeruo filius effectus, præterita vilitate depoſita, nouam ſubito induiſti dignitatem vt non ſolum hæres, ſed corpus E Chriſti factus Deum in corpore tuo portares. Quæris tantæ nouitatis, tantæ dignitatis tam ſubitæ mutationis precium. Vide in omnibus miſericordiæ cœleſtis artificium,vide regenerantis gratiæ mirabile ſacramẽtum,& aduerte in iſtis imperioſum verbi operantis opificium,cuius nutu rerum elementa de nihilo in hanc mundi formã mutabili ordine compaginatã, inexplicabilem eius potentiam ipſa ſuæ pulchritudinis ſpecie teſtantur. Si ergo Deum omnia poſſe credis, & hoc conſequitur, vt credas, nec humanis diſputationibus diſcernere curioſus inſiſtes,ſi creaturas,quas de nihilo potuit creare, has ipſas multo magis valeat in excellẽtioris naturæ dignitatem conuertere, & in ſui Corpo-

** pia.* ** ſaporibus.* *Sap.16.c* *Manna.* *Cur inſtitutũ Sacramentũ ſub ſpecie panis & vini.* *Ioan.6.* *Euſ. Emiſ.* *Myſteria ſalutaria* *Non curioſè diſputandũ de Tranſubſtantiatione.*

*Diuinæ Potentiæ comparatio.*

ris ſubſtantiam transfundere. Multo magis dico, non quòd infirmioris potentiæ in rebus creandis, quàm immutandis fuiſſet: Sed humanæ opinioni vſuale, non diuinæ rationi comparabile. Ideò fides præ omnibus bonis ſummum meritum eſt. Hæc te inducat ad credendum, te conſecrantis potentia roboret ad ſumendum. Promittit dignè ſumentibus, beatę ſpem immortalitatis, iudicium verò minatur indignis, vt eſt illud Apoſtoli, Qui manducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi manducat & bibit. *1. Cor. 11.* Quo multi ſcelerum ſuorum conſcientiam perhorrentes attentius, ſe longè faciunt à ſacramento vitæ, non attendentes quàm terribiliter Dominus comminatur dicens, *Ioan. 6.* Niſi manducaueritis " Carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, " non habebitis vitam in vobis. Quod alternantium " cauſarum iudicium intuentibus, ſumma vigilantia eſt " adhibenda, vt emendatis actibus nec indignè ſumant, " nec perniciosè refugiant.

## EIVSDEM D. FVLBERTI
### Carnotenſis Epiſcopi, Epiſt. 2.

*Domino ſuo * Finardo, ſemper ſibi amando, ſemper venerando, Fulbertus exiguus.*

** Pinardo*

NOuit, & verè nouit ſerenitatis veſtrę prudentia, quod in Eccleſiaſticis officiis plura ſunt in quibus Orientales Eccleſiæ & noſtræ, communi obſeruatione ſibi reſpondent: ſunt verò aliæ in quibus alias ab aliis cultu diſpari & varia obſeruatione audimus diſſonare: ſed nec pauca aut rara ſunt quæ ab aliis neceſſariò ſeruanda, ab aliis non adeò curanda æſtimantur. Nec tamen nos offendit obſeruantiæ diuerſitas, vbi fidei non ſcinditur vnitas. Porrò in multis, Græcia ab Hiſpania, ab illis Romana & Gallicana diſcrepat Eccleſia. Sed neque in hoc ſcandalizamur, ſi audimus diuerſam obſeruationem, ſed non diuerſam fidem in Chriſti ſemper Eccleſiis extitiſſe. Stet enim regina Eccleſia à dextris regis ſui in veſtitu deaurato, circundata varietate. Nos verò trita & peruulgata Patrum via incedentes, Patrum memoriam in rationale pectoris noſtri, id eſt, præcedentium Patrum exempla præ oculis habeamus, & quæ rationabiliter egiſſe cognouimus, teneamus: ea verò quæ ſpirituali conſilio ab eis ordinata ſunt, etiam ſi infirmitatis noſtræ ignorantia ad plenum videre non poſſimus, temerariæ cauillationis dente non rodamus, dum tamen hæc à fide nequaquã exorbitare ſentiamus. Dicit ſcriptura, Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuę. Ante hos paucos dies, vt meminiſſe licet, mihi veſpertinus ſuperueniſtis, & repentina inquiſitione me permouiſtis de hoſtia quam paulò antè promotus ad Sacerdotium de manu Epiſcopi ſuſcepiſtis, quæ ratio ſit videlicet, vſque ad quadrageſimum diem vſu quotidiano conſumere, vel quos huius rei authores haberemus. Cui quidem, niſi Sacerdotalem in vobis reuerẽtiam, & in omni genere doctrinæ probatam ſapientiã offendere metuiſſem, reſpondiſſem verecundè quidẽ, non temerariè: humiliter non procaciter: reſpondiſſem inquam, quod infœlix capella quondam reſpondit oui lanicium quærẽti: vel certè videri mihi poteram à planis aruis ligna in ſyluam, vel aquas in mare comportare: aut Mineruam, vt aiunt, velle docere, ſi huic homini facerem verba, in quo totius doctrinæ theſaurum reconditum profiteor. Sed eſto res aliis vſitata, illis familiarem conſuetudinem, iſtis parit admirationem.

*Eccleſiaſticorum officiorũ diuerſitas quatenus tolerãda.*

*Pſal. 44.*

*Prou. 1. a*

Putabam & hoc certè omnibus Eccleſiis eatenus aſſuetum fore, vt nulli nouum eſſe videretur aut vanum: hæſitare diutius cœpi, an mihi adhuc codicem illum vnum haberem, quem à natali patria inter cæteros deuexeram, in quo multa huiuſmodi exemplaria continebantur. Quem diu quæſitum quoniam aut alicui præſtitum, aut per tot locorum mutationem caſu amiſſum non inuenio: repetita memoria quæ de illo recolo, pauca vobis intimare non grauabor, præmonſtrata occaſione qua quondam obſeruantiæ huius cauſas & ego quoque requiſieram. Noſtri enim Epiſcopi prouinciales in huiuſmodi ritum omnes conſentiunt. Porrò noſtro tempore quidam inter cæteros ad Sacerdotalem gradum admiſſus, hoſtiam quoque ſicut & alij de manu Epiſcopi ſuſcepit, quam in pergameno, in hos vſus parato, inuolutam, quotidiana celebratione ſoluebat, & portiunculam paruam iuxta inſtantium dierum numerum computatam ſumebat. Accidit verò, vt quadam die expletis myſteriis dum veſtimenta cum Syndone altaris incautius colligeret, immemor Hoſtiæ ſacræ, diligentiam nequaquam adhibens, theſaurum cœleſtem infœlix amitteret. Veniens ad diuerſorium, quæque neceſſaria curat, trãſigitur dies in craſtinum repetita celebratione, frater ille inſtante hora communicandi, Hoſtiam ſanctam non inueniens, turbatus nimium & cõſternatus, ſurſum deorſum curſitans, nec etiam ſignum aliquod inuenire potuit. Audiens Epiſcopus ex negligentia fratris ortum periculum, omnibus in commune fratribus, vnius reatum pœnitendum inſtituit. Ipſum verò fratrem arctioris pœnitentię diſciplina corrigendum propoſuit. Hac ergo occaſione accepta, quærendum ab Epiſcopo æſtimaui, ſi videtur ſibi, ſalua ordinis religione, ſanctificatum panem primo aut ſecũdo ſanctificationis die poſſe totum ſimul percipere, quem videbat non ſine periculo poſſe tanto tractu temporis minutim ſumere, præſertim cùm ipſe noſſet rariſſimos huius ordinis viros eſſe, qui in hac re peruigilem curam adhiberent. Hic ille increpitans tardioris ſenſus mei hebetudinẽ, reſpondit quidem ita eſſe quod quærebam, ſi diſcipulis quos ad prædicationis officium dominus miſſurus in mundum fuerat, ſi illis, inquiens, adhuc tardis & dubitãtibus potuiſſet ſufficere, reſuſcitati corporis ſpeciem ſemel vidiſſe, quam ſemel viſam noluit ab eis repentè ſubtrahere, ſed per quadragenos dies complacitis horis glorificati corporis reuelata ſpecie, eos tanquam panis cœleſtis ſuauitate refecit. Nam & Epiſcopus, qui vices Chriſti tenet, ſacerdotales viros in plebem ſubiectam miſſurus, ſacri Corporis Euchariſtiam per quadragenos dies ſumendam diſtribuit, vt dum verbi gratia, quotidie cœleſtis panis alimonia reficiũtur, tempus illud in mentem habeant, quo per quadraginta dies Dominus diſcipulis apparens & conueſcẽs, deſideratæ viſionis ſatietate refecit. Ad hoc Epiſcopi reſponſum, cùm ego familiaritatis auſu ſtudioſius perquirerem, num idem myſterium ſupplere potuiſſet panis à preſbyterio quotidiana celebratione ſacratus, vti in eo paſſionis dominicæ & reſuſcitati corporis, & manifeſtati diſcipulis ſpeciem ſatis fuiſſet nobis perpendere: ait, Sicut, fili mi, multæ Eccleſiæ ſunt per vniuerſum orbem terrarum, propter diuerſa loca, & tamen vna ſancta eſt Catholica Eccleſia propter vnam fidem: ſic & multæ oblatæ, propter vota offerentium, vnus panis ſunt propter vnitatem Corporis Chriſti. Nam panis ab Epiſcopo conſecratus, & panis à preſbytero ſanctificatus, " in vnum & idem Corpus Chriſti transfunditur, pro" pter ſecretam vnius operantis potentiæ virtutem. " Sed quodam-

*Chriſtus cur à Reſurrectione ſua ſæpius viſus Apoſtolis.*

*Quotidiana celebratio.*

*oblatæ.*



modo aliud eſſe dicitur quod virginali vtero ſumpta carne crucis iniuriam ſuſtinuit de ſepulchro reſurgens diſcipulis apparuit: cuius memoriam in pane Preſbyteris collato Epiſcopus agere videtur, aliud* quid per myſterium agitur, dum Epiſcopi & omnes Sacerdotes in menſa altaris ſub ſacramento * communicatæ carnis panem ſanctum ſecreta oratione quotidie conſecrare videntur, quod ad illud reſpicit, quod conſecrantes nuper ordinati preſbyteri, cum pontificali oblatione percipiunt. Nam illud dominicũ Corpus ex mortuis ſuſcitatum, & in cœlis locatum iam non moritur, iſtud * ſacramentorum quotidie, nobis moritur, quotidie nobis reſurgit, apparet & comeditur. Sed nec in hoc mens fidelium ſcandalum dubietatis debet incurrere, quòd Chriſtum ſemel guſtata morte iam non vltra moriturum audit, cum carne aſſumpti hominis in paterna gloria ſedentem, & hic ſanctificatum panem verum Chriſti Corpus audit nominari, dum & illud de virgine aſſumptum, & iſtud de materiali & virginali creatura conſecratum, vnus idẽque artifex ſpiritus inuiſibili operatione in ſubſtantiã " veræ Carnis transfundit: Carnis videlicet non cuiuſli" bet, ſed verè Chriſti, de qua ipſe ait, Niſi manducaueritis Carnem meam, non habebitis vitam in vobis: quod vtique exponi alio tempore indiget, & fidei oculis intueri. Hoc tantum quod ad præſens negotium ſpectat ſoluamus, quod quidem nec ſubitis nec nouis adinuentionibus conſtat expoſitum. Noſti enim populo Hebræorum ſub Moyſe Manna de cœlo per annos quadraginta ſubminiſtratum: qui Moyſes dux populi ſecundis adiutoribus (ſeptuaginta viris, videlicet de eodem populo) ſuſtentabatur, per quos forma preſbyterorum exprimitur, qui nunc in Eccleſia nouitia pontificale onus in ſe ſuſcipientes, regendis populis inuigilant. Porrò ſumens de ſpiritu Moyſi, illis ſeptuaginta ſenioribus dedit, per quos populum ſibi commiſſum per quadraginta annos iudicauit, quia dux noſter Ieſus Chriſtus, diſcipulis quos ad prædicationis officium miſſurus fuerat in mundum, ſpiritualium dona chariſmatum infudit. Illi poſt immolationem agni paſchalis manna cœlitus miſſo per quadraginta annos ſuſtentati ſunt: Iſti cœleſtis Agni paſſione peracta, per quadraginta dies glorificati Corporis reuelata ſpecie tanquam cœleſti ſuauitate refecti ſunt. Quem cibum cœleſtem, quam ſuauitatem Angelicam, non per typicas aut vmbratiles figuras, ſed per indubitatam vnionis veritatem repræſentat ille dominicus cibus, quem per quadraginta dies ſumendum tanquam ſalutis via" ticum Pontifex nouis Eccleſiæ cultoribus diſtribuit, " quos ſuæ paſtoralis curę vicarios adiutores ad erudiẽ" dam plebem ſibi commiſſam conſtituit: vt dum iſtum præ oculis habentes deguſtant, illum mente pertractent qui de cruce morte triumphata ad patrem aſcendit, dumque à ſemetipſis conſecratum Corpus percipiunt, illum fidei guſtu experiantur, per quem quotidiè Chriſtus nobis moritur & reſurgit, per quem vſque ad conſummationem ſeculi manere ſe nobiſcum pollicetur. Hæc pauca de multis, quæ repetita memoria & multo ex tempore diſſuta licet, recitaſſe ad præſens ſufficiant, dum ego codicem de huiuſmodi exemplaribus à Romano ſcrinio prolatum perlegam. vobis facile eſt de paucis multa cogitare, aut certè quod irrationabiliter factum videtur, ſanioris conſilij ratione corrigere.

** quod*

** communionis.*

** in ſacramento diũ quotidie & conſecratur & ſumitur, quaſi quotidie?*

*Ex. 16. b*

*Nu. 11. f*

*Nouis Sacerdotibus ſacrũ viaticum diſtribuit Epiſcopus per 40. dies, & cur.*

*Romanũ ſcrinium.*

# SANCTI THEODORI STVDITI EX IIII. EPISTOLA. AD NAVCRATION FILIVM.

QVæ autem à me petiuiſti vt* ſigillatim reſponderem de ſectis & baptiſmis, ea menſuram epiſtolæ excedunt, rurſuſque ſuperuacaneum eſt recenſere quæ diuinus Epiphanius inuenit & ita conſcripſit vt nemo ex patribus melius. Accede ergo ad ſacrum eius librum, & quæ ſcire deſideras illic diſcernes melius. Eum autem tibi in manus præbuerit egregius Eutrepianus. De baptiſmis autem breuiter tibi reſpondebo. Contẽplatio tripliciter diuiditur. Baptizantur autẽ Marcioniſtæ, Taſcodrugitę, Manichęi, & quæ ſunt eiuſdẽ ordinis vſque ad Melchiſedechitas, xxv. hæreſes Inunguntur autem ſacro chriſmate Tetraditæ, Nouatiani, Arriani, Macedoniani, Apolinariſtæ, ſimul quinque. Qui verò nec baptizantur nec vnguntur, ſed ſolum propriam & omnem aliam hæreſin anathematizant, Meletiani, Neſtoriani, Eutychianiſtæ, & qui ſunt eiuſdem ordinis vſque ad hæreſin quæ hîc eſt, à me in præſentia non numerati eo quòd Acephali ſint multiplices, & ne nimis creſcat epiſtola. Quod autem dixiſti canonem non diſtinguere ſed definitiuè pronunciare eos qui ab hæreticis ordinati ſunt vel baptizati, nec clericos eſſe poſſe, nec fideles, illud cogita quòd Apoſtolicus quidem canon illos dicit hæreticos qui in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti baptizati nõ ſunt, nec baptizant. Porro autẽ id quoque à magni Baſilij voce docemur. Dicit enim hæreſes eas quæ omnino abruptæ ſunt & aduerſus ipſam fidem alienatæ. Schiſmata autem, eos qui propter aliquas cauſas Eccleſiaſticas, & quæſtiones quibus poteſt remedium adhiberi, inter ſe diſſident. Paraſynagogas autem, congregationes quæ à parere recuſantibus preſbyteris, vel Epiſcopis, vel populis inſolentibus fiunt. Et ipſe quidem primi exemplum afferens, dicit ad Amphilochium, Quámnam enim habent rationem vt Pepuzenorum baptiſma eſſe iudicetur, qui baptizant in patrem, & filium, & Montanum, & Priſcillam? Neque enim baptizati ſunt, qui in ea quæ nobis tradita non ſunt, baptizati ſunt. Eos ergo & qui cum eis ſentiunt, canon & patres, vt dicit diuinus Baſilius, hæreticos nominauit. Secundi autem exemplum rurſus dicit ſanctus Baſilius, Cathari ſunt & ipſi ex iis qui abſciſſi ſunt ſeu ſchiſmatici. Si autem dixeris, Et quomodo dicuntur ij quoque hęretici & omnes poſteriores? Hoc dicimus & ita intelligimus. Primi autẽ ſunt propriè hæretici, eo quòd in ea quæ ſunt principalia noſtræ fidei, Trinitatem ſcilicet, impietatem ſuam declararunt. Secundi autem, abuſiuè, & vt qui ſunt ex primis deriuati, qui confitebantur quidem ſe in trinitatẽ & credere, & baptizare in ſeparata proprietate vniuſcuiuſque perſonæ, & non tanquam triũ vna ſit eſſentia, licet in aliis hæreticum quid aſſererent. Tertij exemplum ipſe rurſus dicit ſanctus: vt ſi

*κατ' ἔπος*

*D. Epiphanius.*

*Qui hęretici baptizantur.*

*Chryſma.*

*Qui hæretici inunguntur ſolum.*

*Hæreſes, & ſchyſmata quomodo differunt.*

*Paraſynagogæ.*

*Epiſtola. 1. Can. 1.*

*Hæretici qui.*

*Principalia fidei.*

quis criminis conuictus à miniſterio ſuſpenſus ſit, &
canonibus non ceſſerit ſed primam ſibi ſedem & mi-
niſteriũ vendicauerit. Ac vt ſecundi quidem, idem no-
men cum primis ſortiti ſunt, ita etiam tertij cum ſe-
cundis. Certè Meletianos antiqui ſchiſmaticos appel-
pellant qui à Meletio ſchiſmatico abducti erant, licet
*Cacodoxi.* non eſſent cacodoxi. Proprium enim ſchiſma, vt aiunt,
anathematizantes, à catholica Eccleſia ſuſcepti ſunt.
*Hæreſis eſt catena à Dæmone contexta.*
Videtur autem omnino hæreſis eſſe quædam catena à
dæmone contexta, alia alij connexa, omnibus tãquam
ab vno vertice impietatis appenſis, etiam ſi diuerſas
cognominationes ſortitæ, & loco, & tempore, & quã-
titate, & qualitate, & potentia, & actu differant. Nam
nec hoc quidem corpus vnum eſt membrum, ſed mul-
ta: & diuerſæ ſunt eorum inter ſe poteſtates, operatio- B
nes, proprietates, & ſitus, & honores.

*Eiuſdem Sancti Patris noſtri & confeſſoris Theodori antiſti-
tis cænobij Studienſis, Dogmatice de honore adoratio-
néque ſanctis imaginibus, exhibendis.*

*Feſtum. D. Ioannis Baptiſtæ.*
COmmemoratione Præcurſoris heſterno die ce-
lebrata fratres ac patres, memoriæ prorſus ſuc-
currit eius vitæ diſciplina quam ipſi in monaſterio te-
nuimus, quo quidem pacto per id temporis in domo
Dei ambulabamus cum conſenſu, quo item mo-
do iidem nunc pro locorum ac regionum diuerſitate
ſimus alter ab alio diuulſi. Cæterum quando diſperſio
hæc propter verbum Dei contigit, gaudendum veriùs
eſt iuxta eius mandatum. Gaudete enim ait, & exulta-
*Luc. 6. f* te, quia merces veſtra multa eſt in cœlis. Huc facit,
*Ioan. 15. c* quia aſſimilamur Domino qui dixit: Si me perſequuti
ſunt, & vos perſequentur. Si ſermonem meum ſerua-
uerunt, & veſtrum ſeruabunt. Sed hæc omnia facient
vobis propter nomen meum quia non nouerunt eum
qui me miſit. In veritate enim vt olim Iudæi non no-
runt Patrem per hoc quòd filium non acceperunt: ita
** εἰκονομάχοι.* & hi * Iconomachi vtrique Chriſtum non norunt,
quippe qui non agnoſcunt ſed auerſantur eius ima-
*Imaginũ oppugnatores.* ginem. Equidem veritas hæc omnibus palàm eniteſ-
cit, qui autem eam intelligant, vix vnus è mille. Videte
iſtorum reprobam mentem in ſectas duas diuulſam. D
*Iconomachorum duæ ſectæ.* Alibi quidem cenſet hic nullo modo Chriſti imagi-
nem eſſe erigendam. Alicubi verò decernit alter in ſu-
blime attollendam, fortè autem vt in exemplum pro-
** Iuxta veterem paræmiã.* ponatur * bellandi ac venandi his qui percunctatu-
ri ſunt, quemadmodum aiunt, non item oportere eam
adorari. Neque enim adoratur imago equi, bouis, ca-
nis, leonis, pardalis, ſerpentis, volucris aut piſcis. Ob
horum indignitatem, quis vel qualicunque ſenſu præ-
ditus non ingemiſcat? Quis ſibi temperet à lachrymis?
Imaginem enim Chriſti, quam reuerenter obſeruant
ac ſuſpiciunt Angeli, Dæmones ad eius aſpectum per-
celluntur horrore, iſti nihil verentur in ordinem redi-
gere, ſimilíque aſpergere ignominia cum immanibus E
feris, quadrupedibus, reptilibus, volucribus, cumque
marinis animantibus. O expaueſcendam animi con-
ceptionem! O temeritatem tantò formidabiliorem
*Blaſphemiæ Iconomachorũ.* priore! At interim iſti quid? Imaginem hominis, ho-
minem vocant: bouis, bouem: aſini, aſinum: cameli,
camelum: perdicis, perdicem, nec ſecus alia quæque
** πρωτότυπον primariũ exemplar*
iuxta vel conformitatem vel difformitatem ſuæ ſpe-
ciei, ſiue animalium fuerint, ſiue plantarum imagines:
imaginem verò Chriſti Deiparæ, aut cuiuſcunque
tandem ſanctorum nullo pacto ſuſtinent nominare
*παράγωγον.* iuxta prototypum aut * paragogũ: ſed imagines ſim-
pliciter, nec aliud eſſe fatentur quàm imagines: huius
autem ne ſint, an illius non addunt, vt ne comperto er-
A rore à communione abarceantur, tanta iſti redundant
*deductitiũ deriuatiuum.*
abſurditate & blaſphemia. Vos autem fratres huc in-
cumbite ac ſcitote etiamnum præter dicta à ſanctis pa-
tribus noſtris, pariter & à nobis humilibus, quòd loca
*Peregrinationis Chriſti loca ſancta.*
in quibus natus eſt Chriſtus, ſancta ſunt & habenda
venerationi atque adoranda prædicantur. Et ſiquis il-
linc acceperit ſiue puluiſculum ſeu lapidẽ, cum ador-
nat atque complectitur quaſi peculiarem theſaurum
aut ſacras quaſdam reliquias. Quantò potiùs Chriſti
cum primis honorandam & adorandam imaginem,
in qua quaſi in ſpeculo eluceſcit nobis, proinde & a-
doratur? Natiua enim vis hæc inſita eſt imagini, vt id
repręſentet iuxta cuiuſque ſpeciem, cuius effigiem
*Claues Petri venerabiles.*
B præfert. Proinde intelligo * aſſeruari Romæ claues
Petri, Apoſtolici ſenatus principis, honoris gratia, e-
tiámſi claues nullas ſenſibiles dederit Dominus Pe-
** pro ἀγοῦσι, lego τηροῦσι.*
tro: ſed ore-tenus in hoc vt penes illum eſſet poteſtas
ligandi atque ſoluendi. Eas autem argento confectas
palàm adorandas proponunt. Sanè tanta eſt eorum fi-
des, vt & illic infracta videatur eſſe petra fidei, nimi-
*Petrus Apoſtolorũ princeps.*
rum iuxta verbum Domini fundata. E diuerſo hic
quaſi redundare videntur infidelitas ſimul & iniqui-
tas. Eam ob rem humilis ego dolore cordis indoleſ-
*Romæ infracta fides, in Oriente contra.*
cens ac ſententiam pertimeſcens damnationis ob in-
tempeſtiuum ſilentium, hac adactus neceſſitate in vo-
cem prorumpo. Quæ porrò eloquor, compendiaria
C ſunt è multis ſelectiora. Quum iſti diuerſæ ab Eccle-
ſia opinionis non deſignant blaſphemam aduerſus
*Blaſphemantibus Iconomachis nefas eſt ſilere Catholicos.*
Chriſtum linguam promouere cum ſeorſim tum pu-
blicè, ſcripto quoque & citrà ſcripturam: nos contrà
ſeſſitantes domi, numnam de his inter nos mutuo ſer-
mone non conferamus quæ ſunt officij noſtri? Quî
quæſo iram Dei ſuſtinere poterimus? Ecqua tandem
ratione illos imitabimur patres noſtros qui conſimili-
bus temporum procellis agitati, ſubticeſcere & per
metum diſſimulare, cenſuerunt eſſe proditionem ve-
ritatis? Itaque loquendum eſt, audiendum eſt & ſoler-
ti ſtudio attendendum cum ſermone, tum opere. Ete-
nim beati Apoſtoli non ſola prędicatione diuini verbi,
D ſed & irreprehenſibili conuerſatione vitæ vniuerſum
euicerunt orbem, lumine cognitionis Dei illuſtrantes
qui in tenebris ignorantiæ ſedebãt, inſipidos ac fatuos
condientes ſale ſapientiæ, peram modò ac virgam
circunferentes: quos imitati (fratres) vtraque hac fun-
*Auaritia Monachis fugienda.*
ctione nos ipſos probemus Deo. Contenti præſenti-
bus auerſemur cupiditatem congerendæ pecuniæ, nec
vllum poſſideamus peculium. Et hoc quidem non ve-
ſtri cauſa dictum ſit, ſed in eorum cõmonitionem qui
inopiam defugientes, præter neceſſitatem ad opes cu-
*Mulierũ congreſſus Monachis fugiendus*
mulandas progrediuntur. Cum mulieribúſne congre-
diamur familiariter, à quibus in nos profluit mors. E-
quidem ſi ad hanc viuendi formulam conuerſabimur,
E in nobis glorificabitur Deus. Profeſſio noſtri huius
*Monachis manendũ eſſe in ſui ſtatus propoſito.*
propoſiti magni æſtimabitur, & aduerſarij quanticun-
que fuerint, ſuppudeſcent, denique ad conuerſionem
inuitabuntur. Quòd ſi non ad eum modum vixerimus,
malè nobis metuo, ne pro ſperata beatitudine æternã
reportemus condemnationem. Ipſe autem Deus pacis
qui tranſmutat omnia & permutando refingit in id
quod optimum eſt, ſuæ Eccleſiæ impertiatur pacem,
nóſque prudentes efficiat. Denique omnes nos ad ſa-
lutem prouehere dignetur ad percipiendum illud cœ-
leſte regnum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui glo-
ria & imperium, cum Patre & Spiritu ſancto, nunc &
ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.



# SANCTI MARTYRIS EVSEBII EPISCOPI VERCELLENSIS EPISTOLA, DVM ESSET IN EXILIO, AD PRESBYTEROS ET AD plebes quaſdam Italiæ tranſmiſſa, qua de ſtatu ſuo & vita illos commonefacit.

*Habetur in lib. antiquiſſimo Mediolani typis excuſſo.*

DIlectiſſimis fratribus, & ſatis deſide- A
ratiſſimis preſbyteris, ſed & ſanctis in
fide conſiſtentibus, Plebibus Vercel-
lenſibus, Nouarienſibus, Hipporegiẽ-
ſibus, necnon etiam Dertonenſibus,
Euſebius epiſcopus in domino æternam ſalutem.

Licet nos multis dominus noſter à vobis corpo-
re ſeparatos foueret bonis, & veſtram admodum, in
aduentu & viſitatione plurimorum fratrum nobis
præſentiam exhiberet, tamen mœſti, ac triſtes, & ſi-
ne lachrymis non eramus, quia longo temporis in-
teruallo veſtræ ſanctitatis non accipientes ſcripta,
verebamur ne qua vos aut accepiſſet diabolica ſub-
tilitas, aut poteſtas humana infidelibus ſubiugaſſet.

His ergo dum afficimur cogitationibus, & om- B
nem conſolationem fratrum, qui ad nos è diuerſis
veniebant prouinciis, ad dolorem magis abſentiæ
veſtræ, quàm ad lætitiam verteremus: hoc præſtare
dignatus eſt dominus, vt id de quo eram ſolicitus,
non ſolum literis ſynceritatis veſtræ, ſed & præſen-
tia charorum noſtrorum Syri diaconi, & Victorini
exorciſtæ, cognoſcere potuerim. Agnoui itaque fra-
tres chariſſimi, vos, vt deſiderabam eſſe incolumes.
Et quaſi ſubito raptum omni longinquitate terra-
rum (vt Abacuc factum eſt, qui per Angelum porta-
tus fuit vſque ad Danielem) ſic me iudicaui ad vos
perueniſſe. Dum autem ſingulorum literas accipio,
dúmque ſanctos animos veſtros, & amorem in ſcri- C
ptis veſtris percurro, miſcebantur mihi cum gaudio
lachrymæ: & auidus ad legendum animus occupa-
tione lachrymarum tenebatur. Et erant vtraque
neceſſaria, vt ſinguli ſenſus in hoc complementum
deſiderij ſua dilectionis officia cuperent præuenire.
Sic per dies in occupatione hac vobiſcum me famu-
lari iudicans, præteritos labores obliuiſcebar. Ita e-
nim vndique circundabant me gaudia, hinc ſtabilem
fidem, hinc dilectionem, hinc fructum porrigentia,
vt in tot & & tantis conſtitutus bonis, ſubito me (vt
ſuperius dixi) non in exilio, ſed vobiſcum eſſe iudi-
carem.

Gaudeo itaque, fratres chariſſimi, de fide veſtra:
gaudeo de ſalute, quæ fidẽ ſequitur: gaudeo de fru-
ctibus, quod non ſolum illic conſtituti, ſed & longe D
pergitis. Vt enim agricola arbori bonæ inſeruit illi,
quæ fructuum cauſa non ſecurim patitur, non igni-
bus mancipatur, ita & nos veſtræ ſanctitati non ſo-
lum ſeruitium ſecundum carnem volumus & cupi-
mus exhibere, ſed animas noſtras pro veſtra ſalute
impendere. Extendiſtis (vt dixi) firmos fructu ra-
mos, & per tam longa terrarum ſpatia ad me pertin-
gere laboraſtis. Gaudeo agricola, & libens noſtri la-
boris poma decerpo, quia tantum facere voluiſtis:
nec ſolum ego, vel qui mecum ſunt ſanctiſſimi no-
ſtri preſbyteri, & diaconi, vel cæteri fratres, ſed &
omnes qui deſiderantes ſumus. Repleſtis enim (vt
Apoſtolus beatiſſimus dicit) viſcera mea, cum com- E
pleſtis mandata diuina, quæ complere chriſtianos in
Epiſcopum vel eccleſiaſticos viros decet, quos in
exilio fidei cauſa noſtis laborare. Compleſtis quæ o-
portebat fratres fratribus facere, & patri filios ex-
hibere.



A Sed cum nos ſecundum mandata diuina, vobis
volentes de terrenis cœleſtes, de caducis ſtabiles, de
fragilibus ſempiternos fructus facere, cœpimus per
neceſſitatem patientes quotidie ſeminare. Gaude-
bant de veſtris fructibus pauperes: glorificabant
Deum non ſolum ciuitatis ipſius homines, ſed & o-
mnes: qui autem videre potuerunt quam mecum
dilectionem haberetis, ex ipſis fructibus videntes
glorificabant Deum, & omni nos honore cum ve-
ſtra benedictione nominabant. Videns hoc diabo-
lus innocentium hoſtis, iuſtitiæ inimicus, contra-
rius fidei, quia in hoc opere benedicebatur Deus,
inflammauit aduerſum nos Arriomanitas ſuos (qui
iam longo tempore ſuſpirabant) non ſolum de hoc
B opere, ſed & de ſua infidelitate, ad quam nos per-
ſuadere non poterant, vt exiſterent violenti, more
hoc quo ſemper eſt vſus, vt quos perſuadere nõ po-
terat, vi & poteſtate terreret. Congregauit itaque
ſuorum multitudinem, qui nos ad officinam infide-
litatis ſuæ rapiunt, & eludunt: & totam hanc pote-
ſtatem traditam ſibi ab Imperatore dicunt.

His ergo multa dicentibus, & de ſua poteſtate
gloriantibus, in hoc illis oſtendere volui, quia nihil
erant, nec poterant, dum tacens vt carnificibus cor-
pus tradidi, quod Dominus dicebat poſſe in perſe-
cutionibus tradi. Quam libero autem fuerim ani-
mo, dum ab ipſis patior, & recludor, & per quatri-
C duum ſeruor, & diuerſorum increpationes & per-
ſuaſiones audio, in hoc oſtendi, quia nec vnum ſer-
monem dixi. Addere voluerunt ad malitiam ſuam,
vt à me ceſſarent fratres, id eſt, preſbyteri & diaco-
nes, ſed & cæteros dicebant ſe eſſe prohibituros, ne
ad me accederent. Ego ne ab infidelium manibus,
vel potius tranſgreſſorum, quod deterius eſt, infide-
lium (vt Apoſtolus dicit) manducarem cibum, libel-
lum ad ipſos hoc more feci.

Exemplar libelli facti ad Patrophilum cum ſuis.

Seruus Dei Euſebius cum conſeruis ſuis, qui me-
cum fidei cauſa laborant, Patrophile cuſtodi cum
ſuis.

Qui me in multorum furore non ſolum tractum
per terram, ſed interdum nudato corpore ſupinum
D portaſtis, de hoc hoſpitio, quod mihi per veſtros &
agentes in rebus dediſtis, me nunquam niſi cum ve-
ſtra violentia egredi paſsi fuiſtis. Et Deus ſcit, & ci-
uitas nouit, nec vos hic & in futuro negare poteſtis.
Ideo Deo cauſam reſeruo, vt quemadmodum ipſe
ordinauerit, finem poſsit accipere.

Interim hoc me decreuiſſe ſciatis (vt ratio nunc,
& in futuro, & hic poſsit ſtare) in hoſpitio quo me
clauſum tenetis in quo me poſt primam portatio-
nem retrudentes crudelius auſi fuiſtis inde eodem
modo portare, & in vnam cellam reficere, non pa-
nem manducaturum, neque aquam bibiturum, ni-
ſi ante ſinguli profeſsi fueritis, non ſolum verbo,
E ſed & manu, vos non prohibituros fratres meos,
qui mecum hæc fidei cauſa libenter patiuntur, de
hoſpitio quo manent, neceſſarias eſcas offerre, nec
eos qui me dignati fuerint requirere.

Oportuerat quidem exire de corpore, ne tantum
ſcelus quod contra ius diuinum & publicum com-

miſiſtis,ſæpe ſcire volentibus cogeret dicere. Sed ne quis de infidelibus vos in nobis crudeles appellet, & ignorantes diuina præcepta putet, nos confuſionem potius vitare noluiſſe quàm Domino parerere,ideo hoc voluiſſe præſumere:iterum dico,quod niſi profeſſi & verbo & conſcriptione fueritis, eritis homicidæ prohibendo. Nouit hoc omnipotens Deus:nouit & eius vnigenitus inenarrabiliter de ipſo natus filius,qui ſalutis noſtræ cauſa Deus ſempiternæ virtutis hominem perfectum induit, pati voluit,morte triumphata,tertia die reſurrexit, ad dexteram patris ſedet, venturus iudicare viuos & mortuos:nouit & Spiritus ſanctus:teſtis eſt eccleſia catholica, quæ ſic confitetur: quia non ego in me reus ero,ſed vos,qui conſeruos meos neceſſaria miniſtraturos prohibere voluiſtis. Et ſi hoc putaueritis vos debere contemnere: non quaſi mortem timentem, ſed ne poſt exceſſum meum dicatis me voluntaria morte exire voluiſſe, & quandam vobis nebulam excuſationis inueniatis, conuenturum me ſcitote eccleſias, quas clauſus interim literis poſſim pertingere, conuenturum & Dei ſeruos, vt ipſis cōcurrentibus, orbis terrarum, quod fides integra, quæ ab vniuerſis catholicis Epiſcopis comprobata eſt, ab Arriomanitis patiatur, quos ante damnauit, poſſit agnoſcere. Item ſubſcripſi ego Euſebius epiſcopus.

Adiuro te, qui has literas legeris, per Patrem, Filium & Spiritum ſanctum,vt non ſupprimas, ſed aliis legendas tradas.

Hi ergo vix quarta die ad hunc libellum mitigata,ieiunos ad hoſpitium in quo manſeramus, reuertere nos compulerunt. Viderunt in terra quemadmodum nos reuertentes populi cum gaudio ſuſceperunt. Lucernis noſtrum hoſpitium circundederunt. Cœpimus annuente Domino iterum egentibus miniſtrare. Non hoc ſuſtinuit ipſorum inhumanitas,& noſtrum amorem in ſuum odium peruiderunt. Vix ferè viginti & quinque tolerare potuerunt dies.Erumpunt denuo, & cum perdita multorum manu ad noſtrum hoſpitium veniunt, armati fuſtibus, per aliena clauſtra parietem rumpunt, & ad nos volentes perueniunt.Iterum rapiunt,& in arctiore cuſtodia cum ſolo chariſſimo Tegrino preſbytero recludunt. Noſtros quoque fratres, id eſt, preſbyteros,diacones,& omnes rapiunt & includūt. Poſt triduum poteſtate ſua per loca diuerſa in exilium mittunt. Alios fratres, qui ad nos venerant viſitandos,in carcere publico mittunt,perplurimos dies recluſos tenent. Aduolantes iterum ad hoſpitium, omnia quæ aut in ſumptu, aut pauperibus fuerant comparata,diruunt.Sed quia hoc publicum ipſorum facinus ab omnibus ciuibus notabatur, argumento hoc vſi ſunt, vt aliqua redderēt leuiora, & ſe nobis noſtra reddidiſſe iactarent. Sumptus vero apud ſe tenuerunt: & poſt tantum ſcelus quærebant,ſi fieri poſſit, ſic negare, vt nullum de meis ad me venire permitterent, qui eſcas corpori neceſſarias afferrēt. Vix ſexta die clamantibus ſibi diuerſis, vnum venire permiſerunt quantum ad ſe fuit oſtenderunt homicidæ animos, quem primum (ne à malignitate ceſſarent) quarta die dimiſerunt. Poſtmodum ſexta vix deficientibus nobis, olim cum victu venire permiſerunt. Hæc itaque ſunt Arriomanitarum opera.

Videte ſanctiſſimi fratres, ſi non eſt perſecutio dum hæc patimur, qui fidem catholicam cuſtodimus: & altius cogitate num valde etiam deterior ſit quàm illa quæ fiebat per hos,qui idolis ſeruiebāt. Illi mittebant in carcerem, non tamen prohibebant ad ſe venire ſuos. Quantum ergo Satanas eccleſias vulnerauit per Arriomanitarum crudelitatem? In cuſtodia publica mittunt qui liberare debent. Violentiam faciunt, qui vt patiantur iuſtitiæ cauſa diſcunt. Aliena diripiunt, qui ſua direpta ne repetant,de diuina lege docentur. Præterea quanta illos inuaſit crudelitas, dum facultatibus temporalibus gaudent? In carcere latronibus clauſis à quæſtionariis vel à iudicibus non denegatur facultas viſendi ſuos, à nobis & noſtri prohibentur: & deuoti fratres ne veniant, non ſolum ab hoſpitio arcentur, quo tenemur, ſed ne adeant, carcerum comminatione terrentur. Sic cunctos ſubiugauerunt, vt manifeſtiſſimè agnouerim, ab epiſcopis incipiam, dum honorem quidam timent amittere,ipſos fidem perdidiſſe: dúmque facultates terrenas, & immunitates nolunt perdere, cœleſtes theſauros & veram ſecuritatem nullam iudicaſſe. Sic quoque ducti cæteri, dum epiſcopos hæc timentes perdere vident, amare cœperunt quæ ſemper habere non poſſunt. Sic Arriomanitæ diuites terrent, dum his proſcriptionem minantur: ſic pauperes, dum poteſtatem in carcere recludendi habent. Et quanta inſania eſt? In loco quo tenemur, non ſolum viros qui nobis ſeruiunt, in carcerem mittunt, ſed & puellas ſanctimoniales ſine vllo diuino timore in cuſtodia publica recludunt. Sed vt gauiſi non ſunt ſeniores mali,qui pudicitiam Suſannæ violare quærebant,ita nec hi gaudebunt ſemper, qui eccleſiam perſecutione varia, & depreſſione nimia ſuæ infidelitati conantur ſubiicere.

Dixit enim ſanctus Daniel ad illos: ſic timentes filiæ Iſraël concumbebant vobiſcum. Sed recedat ſanctiſſimi, humanus timor à veſtris animis, cum habeatis Domini conſolationem, qui dicit: Nolite timere illos qui corpus occidunt, animam autem occidere non poſſunt. Tempus eſt probationis, tempus eſt vt probati innoteſcant manifeſti. Ideo acceperunt humanum adiutorium, quia diuinum non habent, quem ſi haberent, nunquàm poteſtate terrena innocentium ſibi animas ſubiugarent.

Multa de illorum malis, quibus non ſolus ego, ſed plurimi deprimimur, debueramus ſcribere, ſed ne poſſemus hoc facere, & ipſorum crudelitatem literis intimare arctiſsima cuſtodia ſeruamur ab ipſis. Ideo ad nos & alij, & noſtri amici prohibentur accedere. Sed conceſsit Dominus mihi hanc epiſtolam per chariſsimum noſtrum ad vos Syrum diaconem mittere, quem in poteſtate mittendi habui, quia prouidentia Domini noſtri eo tempore ad 1. videnda loca ſancta acceſſerat, & cum cæteris fratribus inuentus non eſt. Cæterum vix hanc epiſtolam quomodocunque conſcripſimus, Deum ſemper poſtulantes, vt cuſtodes in horas refrenaret, & concederet, ne ad vos Diaconus nunciū magis laboris noſtri, quàm qualeſcunque ſalutationis literas ferret.

*1. Vide peregrinationes ad loca ſancta antiquis Patribus fuiſſe in vſu.*

Propter quod ſatis vos peto, vt cum omni vigilantia cuſtodiatis fidem, ſeruetis cōcordiam, orationibus 2 incumbatis, noſtri memores ſine intermiſsione ſitis: vt dignetur Dominus 3 eccleſiam ſuam liberare, quæ ſuper vniuerſum orbem laborat, & vt nos

*2. Orationibus incūbatis.*



vt nos qui deprimimus, poſſimus vobiſcum liberati gaudere, quod præſtare dignabitur Dominus, petentibus vobis, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt ſecum benedictus à ſæculis & in omnia ſæcula ſeculorum. Amen.

*3. Putaſne hic deſiderabat ſanctus vir liberari eccleſiā inuiſibilē, an viſibilem, id eſt fideles qui tunc perſequutionibus premebātur?*

Iterum peto, & vos per miſericordiam Dei rogo, vt vnuſquiſque in hac epiſtola ſalutationem ſuam nuncupet, quia ſingulis, vt ſolebam, faciente neceſſitate, ſcribere non potui. Ita in hac vos omnes, fratres, ſed & ſanctæ ſorores, filij, & filiæ omnem ſexum appello, omnem ætatem peto, vt hac contenti ſalutatione, noſtro obſequio, etiam hos qui foris ſunt, & nos dignantur diligere, ſalutare dignemini. Salutant vos fratres noſtri, qui mecum ſunt, preſbyteri & diacones, ſed & omnes noſtri qui vnà mecum ſatis petunt, vt noſtri memores omnes veſtros noſtro dignemini obſequio ſalutare. Transmiſi præterea literas, quas ad Patrophilum cuſtodem meum feci, at ex his agnoſcatis, nos Arriomanitarum nec minis poſſe terreri, neque ipſorum ſerpentina blanda ſubtilitate poſſe ad ipſorum ſocietatem perduci. Diuinitas vos protegat, florentéſque viuere & hic & in futuro faciat cum omnibus veſtris, fratres chariſſimi, & ſatis deſideratiſſimi.

## D. IVONIS S. QVINTINI BELVACENS. ECCLESIÆ PRIORIS, ET POST CARNOTENS. EPISCOPI, AD HAYMERICVM.

### Abbatem Aquitinenſem, de Corpore Domini, vtrum in Cœna datum ſit diſcipulis paſſibile: quum nos illud ſumamus impaſſibile, Epiſtola.

IVo minimus Beluacen. eccleſiæ S. Quintini Pater, Haymerico bonæ ſpei fratri, quod piè pulſat, ſibi patēter aperiri. Literas fraternitatis tuæ nuper accepi, neque enim domi erā, quando ad Eccleſiam noſtram perlatæ ſunt, Lugdunum profectus occaſione cuiuſdam eccceſiaſtici negotij. Quærit autem in literis illis, fraternitas tua, vtrum Dominus noſter Ieſus Chriſtus in cœna quam fecit cum diſcipulis ante paſsionem ſuam, dederit eis Corpus ſuum paſsibile, cùm nos illud de menſa altaris accipiamus impaſsibile.

Ad quam quæſtionem ſi tibi reſpondeatur, diſcipulos Chriſti Corpus Domini tale accepiſſe, quale tunc erat, nos verò tale accipere quale nunc eſt: non video quæ authoritas mihi contradicat, quæ rationis violentia me vrgeat, imò ſi aliter dicerem, repugnātem viderem rationem & autoritatem. Nam Corpus illud quod tunc diſcipulis ſuis Dominus commendabat, adhuc fuiſſe paſſurum, nemo qui abnuat, ſicut tu ex autoritate dominica in literis tuis poſuiſti. Hoc Corpus quod pro vobis tradetur. Paſsibile autem fuiſſe quod paſſurum erat, quis deneget? Impaſsibile verò nunc eſſe quod ſumimus, tu ipſe bene ex autoritate Apoſtoli confirmaſti: Quia Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quomodo enim ſi figulus mihi daret vas fictile ante fornacem crudum & infirmum, poſt fornacem verò redderet idem coctum & firmum, & humanæ vtilitati commodum, quam vtilitatem habere nō poſſet niſi prius coctum eſſet. Sic Corpus Chriſti ante paſsionem, quale erat, datum eſt diſcipulis paſsibile, quod per paſsionē tranſiturum erat ad impaſsibilitatem: nec vnquam profuiſſet ad ſalutem infirmitas illa paſsibilis Corporis, niſi ſubſecuta fuiſſet gloriatio impaſsibilis & immortalis. Quomodo enim poſſet mihi dicere figulus, vas quod tibi do ante ignem inutile & infirmū, hoc ſtatim reddam poſt ignem vtile & robuſtum: Ita dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignanter dixit, Hoc corpus quod pro vobis tradetur accipite, & ſubſequenter adiunxit, Hoc facite. Hoc dixit non aliud alterum, tamen futurū eſſe non negauit, quatenus relinqueret intellectui noſtro, corpus quod de dominica mēſa ſumimus eiuſdem eſſentiæ, quod exemplo ſuæ transfigurationis, & documēto ſuæ authoritatis præſignauerat ſuis diſcipulis futurum eſſe alrius gloriæ. Nec prætereundum eſt ad huius rei diſcuſsionem, quod cùm dixiſſet, hoc facite: addidit, In meam commemorationem. Quæ autem ſit illa cōmemoratio, B. Apoſtolus exponit dicens. Quotieſcunque enim panem domini accipimus & calicem bibimus, mortē domini anunciamus donec veniat. Sicut ergo impaſsibilis corporis aſſumptio, dominicæ mortis iam præteritæ eſt cōmemoratio: ſic paſsibilis illius corporis acceptio, eiuſdē dominicæ mortis tum adhuc futuræ, fuit prænunciatio. Nec refert quale tunc acceptū fuerit vel modo accipiatur: ſed qua vtilitate acceptum ſit vel accipiatur: & cum vtriuſque receptionis vnus finis reperiatur, de qualitate rei quæ ſumitur, omnis dubitatio ſopiatur. Sicut enim cùm eſuriero, panis meus qualis ſit nō requiro, mollis an durus, frigidus an calidus, vinū quoque meū ſapa ſit an carenum, non curo, ſed hoc attendo vt ruinas ventris reficiat, & indigentiæ meæ ſatisfaciat: Sic Chriſti corpus quale ſumptū ſit à diſcipulis, vel nūc ſumatur à Chriſticolis, nil mea intereſt: tantū illi vtilitati ſatisfaciat, propter quā ſtatutū eſt à Domino, vt illud populus fidelis accipiat. Item dixiſti te hærere in quibuſdam verbis B. Aug. conātis determinare verba dn̄i duodecim Apoſtolos inſtruētis, qui remāſerant, ſeptuaginta ferme retro abeuntibus. Sunt autē hęc verba. Nō hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis, neque bibituri illum Sanguinem, quē fuſuri ſunt illi qui me crucifigēt. Quod ſic conuenienter intelligi poteſt. Quia & ipſum eſt, & non ipſum. Ipſum quidem materiali eſſentia, ſed non ipſum viſibili forma. Vnde & ſubditur, Et ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari, neceſſe eſt tamen inuiſibiliter intelligi. Ipſi enim qui receſſerunt à domino, putabant quod carnes domini viuentis, beſtiali more eſſent in fruſta ſciſſuri, & aut elixas vel aſſas in verubus comeſturi: quod ſi nollent, non poſſent eius eſſe diſcipuli. Nos autem ſic immolatum Chriſtum manducamus & bibimus, vt integrum eū ad dexteram patris manere credamus: & cùm ſemel in diſtinctione membrorum ſuorum, in manifeſtatione corporis ſui ſe obtulerit hoſtiam viuentem, paſsibilem, & mortalem, quotidie tamen ſub velamento panis & vini à ſancta Eccleſia immolatur, & non in partes ſciſſum, neque cruentum corpus eius fidelium ore percipitur. Et hoc eſt quod dicitur, Non hoc corpus quod videtis manducaturi eſtis. Neque enim quod de altari ſumimus, beatus Auguſt. verum Corpus eſſe negaret: qui hoc in ple-

*Rom. 6.*

*Simile.*

*1. Cor. 11.*

*Ioh. 6.*

*Auguſt.*

*Verū corpus de Altari.*

riſque tractatuum ſuorum locis euidenter affirmat. Vnde dicit in quodam ſermone de verbis Euangelij, Quod videtis in altari panis eſt & calix, quod etiam oculi renunciant. Quòd autem fides poſtulat inſtruenda, panis eſt Corpus, calix eſt Sanguis. Et interpoſitis quibuſdam, Quomodo (inquit) panis eſt Corpus, vel quod habet calix quomodo eſt Sanguis? Iſta fratres ideo dicuntur ſacramenta, quia aliud videtur, aliud intelligitur. Item idem in ſermone ad Neophytos, Hoc accipite in pane, quod pependit in Cruce: Hoc accipite in calice, quod manauit de Chriſti latere. De hac item inuiſibili Corporis Chriſti aſſumptione dicit Euſebius Emiſſenus. Cùm reuerendum altare cibis ſpiritualibus ſatiãdus aſcendis, ſacri Dei tui Corpus & Sanguinem fide reſpice, honora, mirare, mente continge, manu cordis ſuſcipe, & maximè totum hauſtu interioris hominis aſſume. Poſſem quidem de ſcripturis in hanc ſententiam plura colligere, ſed nunc iſta ſufficiant fraternitati tuæ. Vale.

*Euſebij Emiſſeni doctrina de Sacramento corporis Chriſti.*

## ADELMANNI EX SCOLASTICO LEODIENSI, EPISCOPI BRIXIENSIS, DE VERITATE Corporis & Sanguinis Domini in Euchariſtia, ad Berengarium, Epiſtola.

*Dilecto in Chriſto fratri conſcholaſtico Berengario Adelmannus, ſalutem in Domino.*

COLLACTANEVM te meum vocaui, propter dulciſſimum illud contubernium quod tecum adoleſcentulo ipſe ego maiuſculus in Academia Carnotenſi ſub noſtro illo venerabili Socrate iucundiſſimè duxi: cuius de conuictu gloriari nobis dignius licet quàm gloriabatur Plato gratias agens naturæ, eò quòd in diebus Socratis ſui, hominem ſe & non pecudem peperiſſet. Nos enim ſanctiorem vitam, ſalubrioremque doctrinam catholici & Chriſtianiſſimi hominis experti ſumus, & nunc eius apud Deum precibus adiuuari ſperare debemus. Neque enim putandus eſt memoriam in qua nos tanquàm in ſinu materno ſemper ferebat amiſiſſe, aut verò charitas Chriſti qua ſicut filios amplectebatur, in eo extincta eſt: ſed abſque dubio memor noſtri diligens plenius quam cùm in corpore mortis huius peregrinaretur, inuitat ad ſe votis & tacitis precibus, obteſtans per ſecreta illa & veſpertina colloquia quæ nobiſcum in hortulo iuxta capellam de ciuitate illa quam Deo volente ſenator nunc poſſidet ſæpius habebat, & obſecrans per lachrymas quas interdum in medio ſermone prorumpens, exundante ſancti ardoris impetu emanabat, vt illuc omni ſtudio properemus, viam regiam directim gradientes, ſanctorum patrũ veſtigiis obſeruantiſſimè inhærẽtes, vt nullum prorſus diuerticulum, nullam in nouam & fallacem ſemitam deſiliamus: ne forè in laqueos & ſcandala incidamus, quia ſicut ait Pſalmiſta, iuxta iter ſcandalũ
Pſal. 139 poſuerunt mihi. Nam quod eſt iuxta iter, hoc eſt extra iter. De via autem quid dicit? Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. Et quid eſt lex domini, niſi via domini? Sicut in alio Pſal. cãtatur,
Pſal. 118 Viam mãdatorum tuorũ cucurri, cùm dilataſti cor meum. Ergo in via pax, extra viam ſcandalum. Hoc ſcãdalum incurrunt, qui per hæreſes & ſchiſmata deuiantes, pacem catholicam impiis contentionibus reſcindũt. Quos nihilominus in Pſal. 13. ita annotatos aduertimus: Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Ecce ſcandalum vel potius ſcandala, nempe contritio & infelicitas æterna: quę occurrũt in ſemitis hęreticorũ viam pacis catholicæ noſſe recuſantium. Auertat dominus à te ſancte frater, ſemitas tales, & conuertat pedes tuos in teſtimonia ſua, & mendaces oſtendat qui famã tuam tã fœda labe maculare nituntur, ſpargentes vſquequaque: vt non ſolum latinas verum etiam teutonicas aures inter quas diu peregrinor repleuerint, quaſi te ab vnitate ſanctæ matris Eccleſiæ diuulſeris, & de Corpore & Sanguine domini quod quotidie in vniuerſa terra ſuper ſanctum altare immolatur, aliter quàm fides catholica teneat ſentire videaris. Hoc eſt, vt illorum de te dictis vtar, nõ eſſe verum corpus Chriſti neque verum Sanguinem, ſed figuram quandam & ſimilitudinem. Hæc ante hoc biennium cùm audiſſem: fraternitatem tuam per epiſtolam conuenire, ídque ex teipſo certius ſiſcitandum eſſe decreui. Sciens porrò familiarem tuum DOminum Paulinum Metenſem primicerium tibi propiorem, tibíque aliquanto viciniorem eſſe, & mea petitione & ſua pollicitatione delegaui ſibi huius negotij executionem. At ille (non enim in hac re laudare eum poſſum) negligens, ſiue alterutrum, ſiue vtrunque noſtrum, vſque adhuc reliquit me ſuſpenſum. Sed diuina gratia nos nunquam negligens inopinato mihi obtulit melius quàm optabam. Optabam autem inuenire hominem peregrinandi vſu exercitatum, regionis & linguæ Francorũ non ignarum: & ecce ſtetit mihi è latere frater iſte G. ex tuo nomine me ſalutans. Obſtupui præ gaudio, & tamen non potui tam repentino euentui fidem integrã habere: quia frater idem nullum abs te ſignũ literatorium (vti mos eſt inter amicos tã longè remotos tãque diu nõ viſos) afferebat, quod tamen ipſum multis de cauſis facile perſuaſibilibus excuſabat. Siue ergo verè, ſiue aliter hoc agebat, ego cum à domino præparatũ mihi eſſe non diffidens, nolui diutius diſſimulare, quin ipſe mente ac ſpiritu meo præſentibus literis tanquàm pẽnis induto, per tanta terrarũ ſpatia tranſuolarem, obſecrans per miſericordiam DEi, per ſuauiſſimam memoriam Fulberti, vt pacem catholicam diligas, neque conturbes rempublicam Chriſtianæ ciuitatis benè cõpoſitam à maioribus noſtris, pro qua tot myllia martyrum contra idololatriam & regnũ diaboli fortiter certantes triumphauerunt: ſubindéque ſancti doctores bella ciuilia ab hæreticis cõmota ſalutaris eloquẽtiæ fluminibus reſtinxerunt, itáque eã circunquaque munierunt; vt iã nouus hoſtis nullus oboriri queat, qui aduerſus eam aliquid nitens, non continuo mille iaculis deſuper ruentibus obruatur. Ideò confuſi ſunt omnes & defecerũt. Vbi enim ſunt MANICHęI? Vbi ARIANI? Quonã tota

*D. Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis.*



illa factio perditiſſimorũ ciuium euaſit? Cõputruit etiam memoria eorum. At verò Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, & alij plures beſtiarum talium oppreſſores, cum laudibus viuunt, quotidieque ſplendidius efflorecunt. Bonum eſt frater, nobis paruulis, ſub iſtorum ducum titulis deliteſcere: quorũ tam valida tamque probabilis eſt apud eccleſiaſticas aures authoritas ſanctarum virtutum fulgore, cœleſtis ſapientie lucæ præpollens, vt extremæ iam ſit dementiæ, vel de ratione fidei, vel de ordine rectè viuendi, eis in aliquo refragari.
Pſal. 115 Quare? Nónne homines erant, & falli ab aliis, atque ipſi fallere alios poterant? Ita enim dicit ſcriptura verax, quia omnis homo mendax. Vnde ergo eo culminis peruenerunt, vt tam ratum habendum ſit quicquid de diuinis myſteriis ſenſerũt, memorięque mãdauerunt? Nam & gentiles magni quidam & nobiles philoſophi, multa falſa quæ iure contemnim⁹ non ſolum de creatore Deo, ſed de hoc mundo & his quæ in eo ſunt, & ſenſiſſe inueniuntur. Quid enim abſurdius affirmari poteſt, quàm cœlum aſtráque omnia ſtare, terram verò rapida vertigine in medio circunferri, falli verò eos qui putent cœleſtia moueri, quemadmodum falluntur nauigantes, quibus turres atque arbores cum ipſis littoribus videntur recedere, ſolem præterea non calere, niuem nigram
Rom. 1. eſſe, audire quis ferat? Sunt apud illos plura æquè monſtruoſa, quæ proſequi longum eſt & nugatoriũ. De quibus doctor noſter, Dicentes, inquit, ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Non hos elegit Dominus: qui ſuperbiæ inflati ſpiritu, euanuerunt in cogitationibus ſuis.

At noſtri illi patres humiles corde ac pauperes
Matth. 11 ſpiritu, pro quibus Saluator patrem glorificat hoc modo, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, qui abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus &
Ioan. 14. reuelaſti ea paruulis: Ideo veraces ſunt: quia participauerunt & cohæſerunt illi qui ait, Ego ſum via, & veritas, & vita. De quo etiam intus didicerunt, quod de ſacramento hoc de quo agimus foris docuerunt. Audierunt enim eum de ſeipſo in Euangelio prædicantem. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit de hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vita. Dabo, inquit, non, ait, dedi. Quando ergo cœpit dare? Quando pridie quàm pateretur accepit panẽ, & eleuatis oculis in cœlũ, gratias, agẽs benedixit, fregit, dedit diſcipulis ſuis dicens: Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum. Similiter & calicẽ, poſtquam cœnauit dicens: Accipite & bibite ex eo omnes, Hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Quis hoc ita eſſe non credit: niſi qui aut Chriſto nõ credit, aut ipſum hoc dixiſſe non credit? Sed de incredulis nihil ad nos. Dixiſſe autem Chriſtum teſtes non duo tantum aut tres, in quibus ſtat omne verbum: ſed quatuor probatiſſimi certiſſimique exiſtũt duo ſcilicet ex circunciſione, & duo ex præputio: vt vterque populus ſuis ac legitimis authoritatibus ſiue ad ſalutem ſiue ad iudicium vteretur: Dixit vtique, dixit ille, qui dixit, & facta ſunt. Qui enim
Gen. 1. dixit in principio. Fiat lux & facta eſt lux de nihilo: non potuit dicendo de pane, Hoc eſt Corpus meũ, ita fieri efficere? Et qui tacita virtute aquam vertit in vinum: non efficacius poterat (ſi quid tamen efficacius de Deo dici debet) ſonante vocaliter eadem virtute vinum ipſum in Sanguinem ſuum transferre? Quod ſi quis apud ſe dicat potuiſſe hoc facere vnũ illum hominem qui etiam Deus erat, cæteris verò qui hoc non ſint, impoſſibile eſſe: nos quoque cum eo ſentimus: ſic tamen, vt per miniſterium humanũ Chriſtum ipſum operari fateamur. Dixerat enim cũ adhuc eſſet cum hominibus mortalis, Sine me nihil poteſtis facere. Et immortalis effectus, cùm cœlos aſcenſurus corporaliter eſſet. Ecce ego, inquit, vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſęculi.

Quia enim ex duabus naturis diuerſis, altera circunſcripta, altera incircunſcripta comperſonatus erat: per circunſcriptam de loco ad locum tranſmigrabat, per incircunſcriptam verò qua illocaliter vbique eſt totus, cum eis remanebat: nec tamen filium Dei à filio hominis ſeparabat. Denique & priuſquam filius
Ioan. 3. hominis actu aſcenderet in cœlum, cum filio Dei ibi erat: ipſo atteſtante, vbi ait: Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo: Filius hominis qui eſt in cœlo. Si ergo ibi erat per vnitatem perſonæ, quò nondum aſcenderat per proprietatem naturæ: propter eandem vnitatem cœlum aſcendens, cum hominibus in terra remanebat. Quis enim alius dicedat, Saule Saule quid me perſequeris? Neque putãdus eſt ei angelus pro Chriſto apparuiſſe, cũ ipſe Sau
1. Cor. 15. lus effectus Paulus poſtea dicat: Nouiſſimè omnium
1. Cor. 9. tanquam abortiuo, viſus eſt & mihi. Et alio loco: Nonne dominum Ieſum Chriſtum vidi? Aut verò Saulus adhuc infidelis raptus eſt in cœlum, vt illic ei Chriſtus loqueretur, aut ipſe Chriſtus deſcẽdit è cœlo, quod ſemel tantùm fieri oportet in voce Archangeli, & in tuba Dei, quando omnes qui in monumẽtis ſunt audient vocem filij Dei & procedent? Ipſe igitur cum hominibus manens ſemper, & homines baptizat per homines, & conſecrat quicquid per homines conſecratur. Vtrunque enim in Euangelio habemus, & quod Ieſus baptizaret, & quod ipſe non baptizaret, ſed diſcipuli eius, Baptizat nimirum: quia quando corpus ſub quibuſdam verbis ſolennibus in aqua merſatur, ipſe animam mortuam, peccata remittendo, viuificat: ſicut in Euangelio loquitur, Venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent: quod non niſi de reſurrectione animarum accipi poteſt. Baptizat & homo, per cuius manus & linguam, opus illud adminiſtratur. Sed maximè & principaliter ille baptizat, qui
Ioan. 1. vim & efficientiam totam præſtat. Propter quod dictum eſt Ioanni Baptiſtæ: Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat. Alioquin baptiſmus vnus nõ eſſet, ſed prout meritum ſe haberet baptizantis, alius dignior, alius indignior fieret, & quem homo ſanctior baptizaret, ille melius baptizatus eſſet. Sed abſit: quia quicunque baptizat in nomine Patris & filij & ſpiritus ſancti, dignus an indignus, ſanctus aut peccator, Catholicus aut hęreticus: nihil intereſt, quoniam miniſterium illorum tantummodo eſt, nec ab eis, ſed per eos (ſi rectè loqui volumus) baptizatur. Chriſtus igitur per manum & os ſacerdotis Baptizat, Chriſtus per manum & os ſacerdotis, Corpus & ſanguinem ſuum creat. An experimentum quæritis eius qui in
1. Cor. 13 me loquitur Chriſtus? Dicebat quidem hoc Apoſt. non arroganter ſe efferendo: ſed veraciter docendo: Chriſtum in miniſtris ſuis & loqui quod ipſi loqui audiuntur, & operari quæ ipſi facere videntur: prop-

ter quod ſacerdos eſt in æternum, quia ipſe eſt qui *Rom. 8.* baptizat & qui immolat. Nam quod ſemel fecit paſſibiliter per ſemetipſum, id quotidie agit impaſſibiliter per eos quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri. Nec aliter melius poſſe intelligi puto, quod Apoſt. de illo ait. Qui eſt ad dexteram patris, qui etiam interpellat pro nobis: quàm vt interpellatio iſta fiat non verba proferendo, ſed obedientiam atque humanitatem ſuam per commemorationem paſſionis Deo patri commendando. Hoc quoque in eiuſdem Sacramenti inſtitutione cùm iam ſub articulo ipſius *Luc. 22.* paſſionis agonizaret: & ad dolores carnis mox futuros præſcio ſpiritu pauitaret, hoc inquam, certiſſimũ pignus ſui, dilectis diſcipulis relinquens, Hoc facite, inquit, in meam commemorationem, Commemorationem charitatis erga vos pro quibus animam meam pono, & obedientiæ apud patrem, quia ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Quod ſi quos mouet cur hoc Sacramentum non viſibiliter tranſ*1. Cor. 5.* mutetur in ſpeciem carnis & ſanguinis, attendant *Heb. 11.* quod Apoſtolus ait, Per fidem ambulamus, & non *Heb. 10.* per ſpeciem.

Eſt autem fides, ſicut ipſe definiuit, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Si enim id quod intus ſunt, foris Sacramenta oſtenderent: fides ex qua iuſtus viuit, non ſolum otioſa, verum nulla omnino eſſet. Quod enim videt quis, quid ſperat? Vt ergo fides exerceatur credendo quod non apparet, vitale Sacramentum ſub ſpecie corporea vtiliter latet, vti anima in corpore. Denique & baptiſmi aqua quælibet oculis intuentium videtur, & homo baptizatus, quid aliud quam quod antea erat apparet? Non enim ex nigro albus, aut ex illiterato grãmaticus, per lauacrum regenerationis efficitur. O animalis homo qui non percipit ea quæ Dei ſunt. O *1. Cor. 2.* caro carnalibus phantaſiis magis quàm vino ebria. Quouſque ab his tam infeliciter ludificaberis? Non enĩ ſimilis eſt hic error denegationi ſalutis animarũ, aut illuſionibus ſomniorum, aut de aquis & ſpeculis reſultantium imaginationum: quia ibi ſine periculo fallitur, hic cum detrimento irrecuperabili, niſi reſipiſcatur, erratur. Expergiſcere ergo & clama, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et reſpondebit tibi Apoſtolica conſolatio, Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Rom. 7.* Quod & ſi credimus verum eſſe non liberari hominem non ſolum à moleſtia ſpiritualis pugnæ, quam hoc in loco mortem appellat, ſed nec à miſeria errorum, niſi gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum: melius tamen id intelligimus, ſi humanæ naturæ concretionem & vim quæ nimirum in ſenſu corporis & animi intellectu tota conſtat, diligenter inſpiciamus: & quid per vtrumque quidve per alterutrum valeat breuiter perſtringemus. Sunt namque multa quæ ſolo ſenſu corporis agimus ſicut audire & videre: pleráque ſicut legere & ſcribere: quæ communiter ſenſus cum intellectu adminiſtrat. Plurima verò ad quæ ſenſui nullus prorſus acceſſus eſſe poteſt, ſicut ad rationem numerorum, ad proportiones ſonorum, & omnino ad notiones rerum incorporearum: quæ omnia quilibet intellect⁹, ſed purus atque etiam vſu limatus percipere meretur. Nec me fugit illa prima quæ duas iſtas potentias præcedit, ſed ad noſtrum inſtitutum nihil viſã eſt attinere: & curandum eſt ne longiore quàm oportet vtamur digreſſione. Conamur enim adiuuante diuina gratia oſtendere, quod nulla humana facultas, quæ plan è & ipſa eſt diuina largitas, nequaquam tamen ſufficiens ſit, quãlibet ſe extẽdat, ad comprehendẽdam altitudinem ſacramentorum, quibus initiamur & perficimur ad ęternam ſalutem, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Proponamus itaque baptiſmum ipſum, & quid ibi ſenſus, quid ratio deprehendat, videamus. Liquorem eſſe aliquem interrogatus tactus pronunciat, viſus ſi fortè in vaſe eſt, quiſnam liquor ſit addubitat: ſed guſtus tanquam tertius teſtis adhibitus, aquam eſſe incunctanter explorat. Vlterius (niſi fallor) hac in re officium ſuum ſenſus non pollicetur. At ratio longè latéque penetrat interius, naturamq́ue inſenſibilem perſpicaciter intuetur, hoc eſt, mobilem atq; obtuſam eſſe, humidam ſubſtantialiter, frigidam naturaliter in aërem ſiue in terram conuerti eam poſſibile eſſe, & ſi quid adhuc aliud quod nouimus aut ignoramus, de natura aquarum indagari poteſt. Quo modo autem per aquam & ſpiritum anima regeneretur, peccatorumq́ue remiſſio tribuatur, ſicut ſenſus carnis paulò ante docebatur non poſſe ad rationis excellentiam aſcendere: ita profectò & minus forſitan valet ratio ad hoc inſcrutabile arcanum aſpirare, & tamen firmiter tenemus, veriſſimè confitemur, animam incorpoream per aquam corpoream renaſci, atque in eum ſtatum quo fuerat Adam nondum præuaricans reparari. Deum quoque ipſum cuius ænigma omnem ſuperat intellectum, non ſolum nouimus eſſe quod infideles fateantur: verum etiam vnũ eundemque trium perſonarum incircunſcriptum vbique illocaliter totum, neque tamen ſenſu aut ratione habemus hoc comprehenſum.

*Videntur nonnulla deeſſe.*

## ACTA CONCILII ROMÆ HABITI CONTRA BERENGARIVM DE corpore & ſanguine Domini.

ANno ab incarnatione ſempiterni principij 1079. menſe Februarij, Indictione ſecunda, Pontificatus verò Domini Gregorij Papæ ſeptimi, ſexto anno, ad honorem Dei & ædificationẽ eccleſiæ ſanctę, ſalutẽ quoque tã corporũ, quàm animarum, ex pręcepto ſedis Apoſtolicę, conuenerunt finitimi & diuerſarum prouinciarũ Archiepiſcopi, Epiſcopi, religioſæq́ue perſonæ, vt ſanctam Synodum celebrarent. Omnibus igitur in eccleſia Saluatoris congregatis, habitus eſt ſermo de Corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti: multis hęc, nonnullis illa ſẽtientibus. Maxima ſiquidem pars panẽ & vinũ per ſacrę orationis verba & ſacerdotis conſecrationẽ, ſpiritu ſancto inuiſibiliter operante, cõuerti ſubſtantialiter in corpus dominicũ de virgine natũ, quod & in cruce pependit, & in Sanguinẽ qui de eius latere militis effuſus eſt lancea, aſſerebat: atque authoritatib⁹ orthodoxorũ ſanctorũ Patrũ tã Gręcorũ, quã Latinorũ, modis omnibus defendebat. Quidã verò cæcitate nimia & longa perculſi, figurã tantũ, ſe & alios decipientes, quibuſdã cauillationibus conabantur aſtruere. Verũ vbi res cœpit agi, prius etiã quã tertia die ventum foret in Synodũ, defecit contra veritatẽ niti, pars altera. Nẽpè ſancti ſpiritus ignis emolimẽta palearum conſumens, & fulgore ſuo falſam lucem diuerberando obtenebrans, noctis caliginem vertit in lu-



cem. Denique Berengarius huius erroris magiſter, poſt lõgo tempore dogmatizatam impietatem, erraſſe ſe coram Concilio frequenti confeſſus, veniamq́ue poſtulans & orans, ex Apoſtolica clementia meruit: iurauitq́ue ſicut nunc in ſequentibus continetur. Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor panem & vinum quæ ponuntur in altari, per myſterium ſacrę orationis, & verba noſtri Redemptoris, ſubſtantialiter conuerti in veram & propriam ac viuificatricem carnem & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti: & poſt conſecrationem eſſe verum Chriſti corpus, quod natum eſt de virgine, & quod pro ſalute mũdi oblatum, in cruce pependit, & quod ſedet ad dexteram patris: & verum Sanguinem Chriſti qui de latere eius effuſus eſt: non tãtum per ſignũ & virtutem ſacramenti, ſed etiam in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ, Sicut in hoc Breui cõtinetur, & ego legi, & vos intelligitis, ſic credo. Nec contra hanc fidem vlterius docebo, ſic me Deus adiuuet, & ſacra Euangelia. Tunc Dominus Papa præcepit Berengario ex autoritate Dei omnipotentis & ſanctorũ Apoſtolorum Petri & Pauli, vt de corpore & ſanguine domini nunquã vlterius cum aliquo diſputare vel aliquem docere præſumeret: excepto cauſa reducendi ad hanc fidem eos qui per eius doctrinã ab ea receſſerant. *Hæc ex Decreto Romani Concilij ſub Gregorio ſeptimo celebrati.*

---

## EPISTOLA POPVLI NESTORIANI. QVAM ANNO ciↄ Iↄ LII. EX MOZAI, HOC EST, SELEVCIA PARTHORVM SCRIBEBAT ad Pontificem Romanum pro Patriarcha initiando, traducta ex autographo Syrico ad verbum, per Andream Maſium.

PAtri Patrũ, & paſtori maximo, concinnãti mitras, vngentiq́ue ſacerdotes, & cingenti zonis, Petro temporis noſtri, ac Paulo dierum noſtrorum, & cingulo cõprehendenti vniuerſũ cœtũ Chriſtianorũ. Qui es loco Chriſti Domini noſtri, tu ſedes in ſede alta & ſublimi principis Apoſtolorũ, tenentis claues regni cæleſtis, cui ore ſuo ſalutari Dominus noſter dixit. Quidquid ligaueris in terra, erit ligatum in cœlo, & quidquid ſolueris in terra, erit ſolutũ in cœlo. Et ſuper eam fũdauit eccleſiã ſuã, aduerſus quam portę inferni nihil valebunt in generationẽ generationũ. Nunc porrò tibi eã dedit Chriſtus Deus noſter, & Seruator noſter: vt ſedeas ſuper eã. Tu itẽ es fons, cuius aquæ non deficiunt, & quiſquis ſitiuerit, æquum eſt, vt ex te bibat aquas vitales, vt ſedet ſitim ſuã. Tu es lucerna quæ nõ exſtinguitur, ſed illuſtrat omnes creaturas. vt candela quæ eſt ſuper candelabrũ. Et vt Ioannes Baptiſta, qui poſuit dexterã ſuam ſuper caput Chriſti Dei noſtri. Et in te videt lumen vniuerſa reſpublica Chriſtiana, quæ eſt proles eccleſiæ ſanctæ. Tu es murus fortis ciuitatis, & matris ciuitatũ, Romæ magnæ, quã piſcatus eſt princeps diſcipulorũ Petrus, & prudens architectus Paulus, qui lumen præbuerunt omnibus hominibus diſtentis atque implicatis errore Satanæ. Tu es caput omniũ Patrũ, ſicut erat Petrus caput omniũ diſcipulorũ, cui vt eſt data ſedes alta & ſublimis in terra, ſic his vltimis temporibus alta excelſáque eſt ſedes tua, ipſa Roma magna & celeberrima. Sed quid extendimus verba coram tua ſublimitate? Paruũ eſt os noſtrũ, & breuis lingua noſtra. Te verò ipſe Chriſtus qui te elegit ad hanc functionem, exaltauit atque in ſublime extulit fecitq́ue ſibi* vas quod conueniat gloriæ ſuæ. Quapropter ſcito domine pater noſter electe, hoc eſt, papa (cuius vita cuſtodita ſit in Domino, Amen) quod nos ſerui tui miſeri peccatores Neſtoriani ſumus pupilli abſque patre, & abſque gubernatore, neque ſupereſt apud nos fermentum Patrum, nullus Metropolita, ſed ſoli duo aut tres Epiſcopi. Habebamus enim quendam Patriarcham retro ab annis centum, qui nullum conſtituebat Metropolitam, niſi de ſtirpe, ac genere, familiaq́ue ſua, atque ea familia illam conſuetudinem vſurpauit inde à centum annis vſq; adhuc. Nunc porrò vnus ſolus ſupereſt Epiſcopus ex ea proſapia, qui & ipſe conatus eſt per impudentiam ita agere vt egerũt illi, qui ante ipſum fuere. Verum nos non acceptauimus, neque proclamauimus ipſũ: ſed ſubitò conuenimus ex omnibus locis orientalibus, & ex omnibus ciuitatibus & pagis, quæ ſunt circũ ciuitatẽ Mozal, hoc eſt Attur, in vicinia Niniues, ex Babylonia, ex Cartha, ex Arbela, ex inſula quæ eſt in medio Tigris fluminis Eden, ex Tauris Perſiæ, ex Niſibi, ex *Marde, ex Æmed, ex Haſan-Cepha (hoc eſt, arce Petræ, aut rupe forti) & ex reliquis locis orientalibus ad Mozal, viri magnates, & ſacerdotes, ac monachi, reliquuſq́ue in Chriſtum credens populus, pro more, & conſtitutionibus canonũ antè obſeruatorum, atque interrogauimus, ſcrutatiq́ue ſumus inter omnes, ſed non inuenimus vllum, præter hũc, præditũ charitate, & ingenio, doctũ, & doctorẽ ac tẽperantẽ, cęlibéq́ue, excellẽtem inſigniq́ue probitate, & reuerentia, cui nomẽ & appellatio, magiſter noſter Siud. Eum igitur per vim ex loco habitationis ſuæ deduximus in mediũ cœtus credentiũ, viſumq́ue eſt fœliciter omnibus hunc eſſe, & dixerũt hunc eſſe idoneũ ad hanc viã. Poſtquã autem fœliciter ita nobis viſum eſt, ſubitò conſcripſimus ei has literas apertas ad tuã celſitatẽ, quãquam indigni, miſimuſque ipſũ ad pedes tuos ſanctos, & vnà cũ ipſa viros tres, ſummos primates inter credentes, Adamũ, Thomã & Chaleph. Cęterum aſcenderunt cum ipſo verſus Hieruſalem circiter ſeptuaginta animæ ex optimatibus ſelectæ, qui erant noſtræ profeſſionis, atque viatico, comitatuq́ue cũ inſtruximus ſecundũ veterem cõſuetudinem. Proinde ſupplices petimus à paternitate tua ſublimi, vt ſimul atque peruenerĩt ad te, conficias negotia ipſorum, ne reſtet deriſio, & ludibriũ inter gentes, & eos qui ſunt profeſſionis noſtræ, ita vt nõ audeamus quemquam hominũ intueri. Obſecramus itaque te, & eũ qui tibi conceſſit hoc donũ altiſſimũ, vt mox vbi ad te peruenerint, ordines cum nobis Patriarcham, hoc eſt, Catholicum, ne maneamus pupilli abſque patre, & gubernatore, ac paſtore, & perturbetur ordo noſter ob fermentum ſacerdotale, relinquamurq́ue veluti oues ſine paſtore, nec pereat labor, quem ſuſtinent ex Oriente in Occidentem. Nam Dominus noſter dixit in Euangelio ſuo ad diſcipulos ſuos. Gratis accepiſtis, gratis date omnibus quibus opus eſt de fonte vitæ. Et ſcribas ipſi literas & epiſtolam, deſque ipſi viaticum benedictionis. Et benedicito locis oriẽtalib⁹, vt exultet

*Poteſt etiam reddi, tenẽs claues

*vel inſtrumẽtũ.

*alias, Merdin, vt [illegible] vulgo appellatur.

*Siud vulgo Arabicè vocabatur at Syricè Suluka, hoc eſt aſcenſio.*

cor noſtrum. Itaque diſcedant abs te gaudẽtes, ſicut gaudebant Magi Perſæ in Beth lehem, & de natiuitate Domini noſtri, & ſicut deſcenderunt paſtores in ſpelũcam, atque vt imbuerint Angeli gaudio mulieres, & alios. Præterea hoc ſcito pater noſter excelſe, quod ſacerdotium noſtrum à priſcis temporibus ex Roma ſit, quæ eſt ſedes Petri principis Apoſtolorũ: verùm ex quo confuſus eſt ordo Chriſtianorum à filiis Hagar Ægyptiæ, interrupta eſt via noſtra ad vos inde à ſpacio trecentorum annorum vſque ad hunc diem. Nunc porrò quandoquidem miſimus hunc ad pedes tuos ſanctos, obteſtamur ne remoreris ipſos, ne nos maneamus confuſi, & relinquatur cor noſtrũ apud ipſos, doleatque anima noſtra. Sed cito remittito ipſos, quia ſitimus ad videndum eos, ſicut terra quæ ſitit aquas, cõficitoque prorſus citò citò. Sed nõ eſt æquum vt multis vtamur verbis apud celſitatem tuam: neque ęnim digni ſumus. Et tu ipſe noſti quod quando filij egent, parẽtes ipſorum explent illorum indigentiam. Cęterum Chriſtus Dominus & Deus noſter cuſtodiat & ſeruet Reges veſtros, & benedicat locis veſtris ad preces dominæ noſtræ Mariæ, quæ peperit lucem & vitam, & Domini Ioannis Baptiſtæ. Ita fiat. Amen.

*Syri omnes eam opinionem habent, Chriſtum loco ſubterraneo, vbi ſtabulabantur animalia, natũ eſſe.*

## EPISTOLA NESTORIANORVM, QVI ELECTVM PATRIARCHAM ſuum vſque ad Hieruſalem deduxerant: ſcripta ex Hieruſalem ad Pontificem Romanum de eadem re, & traducta ex autogropho Syrico ad verbum, per Andream Maſium.

PAter Patrum, & paſtorũ maximè, qui concinnas mitras, & vngis ſacerdotes, atque incingis zonis: Petrus temporis noſtri, & Paulus dierum noſtrorum, ac cingulum quod comprehendit vniuerſos Chriſtianos: qui es loco Chriſti Domini & Dei noſtri: ſedéſque ſuper ſedẽ Petri Apoſtoli, & te † tenentis claues altitudinis & profũditatis, ad quẽ dixit dominus noſter: Quod ligaueris, erit ligatũ, & quod ſolueris, erit ſolutũ, & ſuper eã petrã edificauit eccleſiã ſuã ſanctã. Nunc porrò dedit eam tibi Chriſtus De⁹ noſter, vt ex ea diſpenſes ordines eccleſiaſticos pro eo ac opus fuerit gregi Chriſti, quẽ tradidit tibi ne perturbaretur per lupos, qui ipſum odio proſequuntur, periretque grex Chriſti, atque incurreret in malũ: quicquid autẽ perit, repoſcitur à paſtore. Tibi tradidit ſanctã ſuã Eccleſiã, vt eius egeſtatẽ expleas ex eo theſauro qui non deficit, & eo fonte cuius aquæ nũquã exhauriuntur, & quantumuis multi ex eo bibẽt, augeſcit, non autẽ minuitur. Tu es loco Petri, & prudentis architecti Pauli, qui omnes mortales illuſtrarunt eo munere quod ipſis datũ fuerat à Spiritu ſancto, & à paſtore cœleſti, qui ſuo ſanguine illos redemit ab errore diaboli, & mutorum idolorũ. Quia tu es pater vniuerſi populi Chriſtiani, ſicut Petrus caput omnium diſcipulorum, cui obuenerat ſors docendæ Romæ magnæ & celebris. At hoc noſtro tempore tibi illam dedit Deus, & elegit te, collocauitque te ſuper eam, tradiditque eam tibi, quia ita ipſi placuit. Et elegit te ſicut Hieremiam ex vtero matris ſuæ, & ſicut Ioannẽ filium Zachariæ, qui dignus fuit vt imponeret dexteram ſuam capiti Chriſti Dei noſtri, & ſicut Athanaſium, & reliquos Patres veteres. Sed quid longa facimus verba coram tua celſitate, quum ſimus indigni. Qui te elegit, is te exaltauit. Cęterum ſcias, ô domine pater, cuius vita cuſtodita eſto quod nos ſerui tui Neſtoriani orientales ſumus pupilli abſque patre electo, qui dare poſſit ordines ſacerdotales. Neque ſuperſunt apud nos Metropolitę, quorum eſt ordinare Catholicum: ſed ſoli pauci Epiſcopi, Epiſcop⁹ Arbelę, Epiſcopus Salmaſti, Epiſcopus Adurbeigan. En eueſtigio cõuenimus in inſulã, quę eſt intra Tigrim flumen Eden, fecimuſque cõpactum inter nos, & miſimus pro hoc monachũ Siud, & deduximus ipſum per vim de ſua ſtatione in medium populi, atque vniuerſus populus teſtabatur de ipſo, eſſe eum vtilem ad hanc viam. Igitur cùm conſideraſſent, approbaſſentque ipſum omnes greges, illico aſcenderũt cum ipſo ad Hieruſalem primates nobiles, magnificus Meſſiud, & Abdias Ephraim, ac magnificus Chabib, prætereque hos alij monachi, & ſacerdotes, ac diaconi, laicique, atque intrauimus, conuenimuſque ad monachũ benedictum, & gubernatorem probum, Dominum Paulum, eiuſque ſodalitium ſpirituale in ſancta Zion, in cœnaculo benedicto in quo ille habitat, petiuimuſque ab ipſo epiſtolã ad dignitatem tuam, per Iacobum interpretem, & ſcripſit nobis tres epiſtolas ad tuam celſitatem, multumque gaudebat de nobis. Nos verò dedimus magiſtro noſtro Siud, atque cum ipſo miſimus tres viros primates, Thomam, Adamum, & Caleph, ante pedes tuos. Nunc igitur petimus à celſitate tua, abſoluito negotium ipſorum, & ordinato illum in Catholicum, datóque ipſi poteſtatem per verbum tuum, vt poſſit conferre gradus eccleſiaſticos, prout opus habuerit grex, pro more Patriarcharum: & vt ligare poſſit, & ſoluere pro conſuetudine Patrum, & Canonum Apoſtolicorum. Itaque oramus te pater noſter, ne ſis illis in mora, ne maneat cor noſtrum apud ipſos, ſed citò remitte ipſos, & ſcribito ipſi literas & epiſtolas, ac benedicito locis noſtris. Iam verò eſto ſaluus, & cuſtoditus in Domino noſtro. Amen,

*Poteſt etiã verti, tenes claues*

A B C

EPISTOLARVM [redacted] BIBLIOTHECÆ FINIS.